Migne, Jacques Paul.

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS

SIVE

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD USQUE INNOCENTII III TEMPORA FLORUERUNT;

RECUSIO CHRONOLOGICA OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS LECTIONIBUSQUE VARIANTIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS, AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUOBUS INDICIBUS GENERALIBUS LOCUPLETATA: ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID UNUSQUISQUE PATRUM IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ TEXTUS COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR: CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO OPERIS DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES PRIMA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ LATINÆ A TERTULLIANO AD GREGORIUM MAGNUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE, Cursuum Completorum IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIÆ TOMUS XII.

S. EUSEBII VERCELLENSIS, FIRMICI MATERNI, S. PHILASTRII,

TOMUS UNICUS.

PARISIIS, VENIT APUD EDITOREM,

IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRES LA BARRIERE D'ENFER.

OU PETIT-MONTROUGE.

1845.

BR
60
.M4
t.12

PHILADELPHIA
DIVINITY SCHOOL

SANCTI

EUSEBII

EPISCOPI VERCELLENSIS

OPERA OMNIA,

NUNC PRIMUM CURA QUA PAR ERAT REDACTA.

EDITIONEM AUSPICATUR MAXIMEQUE COMMENDAT

EUSEBII EVANGELIUM

CUM VARIIS VERSIONIS ITALÆ CODICIBUS COLLATUM,

SIVE

EVANGELIARIUM QUADRUPLEX LATINÆ VERSIONIS ANTIQUÆ,

JUXTA MEMORATISSIMAS BLANCHINI VERONENSIS LUCUBRATIONES RECOGNITUM ET EXPRESSUM;

CUI,

POST RELIQUA SANCTI EUSEBII OPUSCULA,

ACCEDUNT

FIRMICI MATERNI

NECNON

SANCTI PHILASTRII

OPERA OMNIA,

AD EXQUISITAS F. MUNTERIS ET P. GALEARDI

EDITIONES CASTIGATA ET EMENDATA.

TOMUS UNICUS.

PARISIIS, EXCUDEBAT VRAYET,
IN VIA DICTA D'AMBOISE, PRES LA BARRIERE D'ENFER,
OU PETIT-MONTROUGE.

1845.

ELENCHUS

OPERUM QUÆ IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

S. EUSEBIUS VERCELLENSIS.

Evangelium S. Eusebii. . . . . col. 9
Ejusdem Epistolæ. 947

FIRMICUS MATERNUS.

Liber de Errore profanarum religionum. 971

S. PHILASTRIUS.

Liber de Hæresibus, cum præcedentibus prolegomenis. 1049

ERRATA.—Col. 83, lin. 17 (ascendendo) : τα ; leg. τῷ.—Col. 125, 129, 133, 137, in titulo superiori . *ad episcopum Gurcensem ;* leg. *ad Musellium.*—Col. 981, lin. 5 (ascendendo) : *præmium ;* leg. *proœmium.*—Col. 1004, lin. 28 (ascendendo) : Ἀναλίσκονται ; leg. ἀναλίσκονται. — Col. 1013, lin. penult. : « Ἀοιδὴς τε κνισσῆς τε τὸ γὰρ λάχομεν γέρας » ἡμεῖς, λέγοντες, leg. : « Ἀοιδὴς τε κνισσῆς τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς, » λέγοντες.—Col. 1020, lin. 3 (ascendendo) : νέρος ; leg. νέφος.—Col. 1050, lin. 8 (ascendendo) : οἳ ; leg. οἱ. — Col. 1033, lin. 7 (ascendendo) : Ισραηλ ; leg. Ἰσραὴλ.— Col. 1034, lin. ult. : ἅδην ; leg. ᾅδην. — Col. 1035, lin. 18 (ascendendo) : αἰώνος ; leg. αἰῶνος. — Ibid., lin. 17 (ascendendo) : *in passione ;* leg. *in Passione.*— Ibid., lin. 17-15 : Εἶτα ἐκβληθεὶς..... τοῦ ἅδου..... θεοφεῖ..... τῇ ; leg. Εἶτα ἐκβληθεὶς..... τοῦ ᾅδου..... θεωρεῖ..... τῇ.—Ibid., lin. 14-12 : Σήμερον..... χαλκας..... σιδηροῦς..... ως φιλὸς ; leg. Σήμερον..... χαλκᾶς..... σιδηροῦς..... ὡς φιλὸς.—Col. 1038, lin. 28 (ascendendo) : δρακων ταύρου ; leg. δράκων ταύρου.—Ibid., lin. penult. : δράκω ; leg. δράκων.—Col. 1039, lin. 22-21 (ascendendo) : ἀλλ'... τις... τῇ... ἑορτῇ... ἀντρωπον ; leg. ἀλλ'... τις... τῇ... ἑορτῇ .. ἄνθρωπον.— Col. 1054, lin. 9 (ascendendo) : *Rochartus ;* leg. *Rocharius.*—Col. 1216, lin. 1 : *repræsentationem ;* leg. *repensationem.*

MIGNE, succursaliste, à Montrouge, de Vrayet de Surcy, imprimeur à Paris.

PROLEGOMENA [a]

AD EVANGELIUM EUSEBII VERCELLENSIS [b].

EPISTOLA DEDICATORIA

AD JOANNEM V, LUSITANIÆ REGEM.

Sistunt se tibi, Joannes magne, quatuor sacrosancta Jesu A *Christi Evangelia totidem laterculis distributa ad normam mirificorum Origenis Adumantii Tetraplorum. Regium solium per epistolam aditurus, rudi scribendi genere non terreor; quoniam, sicut qui apud te pro dignitate audent dicere, magnitudinem tuam ignorant; ita qui quoquo modo non audent, ignorant humanitatem. Ab antiquissimis usque temporibus mos fuit rerum memorabilium monumenta mandata litteris, in libros redigere, atque offerre principibus viris;* quia neque aliquid inchoatur, nisi, post Deum, faverit imperator, *ut olim affatus est Valentinianum II Augustum Flavius Vegetius Renatus, cum suos ei obtulit Commentarios. Et quoniam ex rebus humanis nihil est præclarius, quam de republica bene mereri, in magna erit laude ponendum tua, quod in regiam tutelam susceperis labores meos, utilitatis aliquid allaturos. Exhibent enim vulgatam illam latinam Italam versionem, antehac ineditam, quæ, principio nascentis Ecclesiæ a nescio quo apostolorum* B *æquali sapienter elaborata, obtinebat, ante divinam beati Hieronymi Bibliothecam, in Italiæ primum, mox Africæ, atque Galliæ Ecclesiis. Ejus loca apud sanctos Patres sæculorum primitivorum habentur, visuntur, lucent; præsertim apud Cyprianum Carthaginiensem, Hilarium Pictaviensem, Luciferum Calaritanum, Zenonem Veronensem, Gaudentium Brixianum, Victorem Afrum, Ambrosium Mediolanensem, Hieronymum Stridonensem, Leonem, et Gregorium Magnum. Sanctus vero Augustinus* Italam *tanti fecit, ut eam prætulerit cæteris, ob* verborum tenacitatem, cum perspicuitate sententiæ. *Quem testem meliorem quærimus, ut omnibus palam fiat, quanta in ejus lectione vis, atque utilitas habeatur? Latuit hic thesaurus usque in hodiernam diem in scriniis et tabulariis nonnullarum insignium ecclesiarum cathedralium, ex quibus ego, vel primus effodi, vel manu amicorum longe doctissimorum accepi: nunc vero erumpens in lucem sub regiis auspiciis tuis, profert nova simul, et vetera, codices nempe (quis crederet?) aureo argenteoque pigmento nitidissime scriptos, sumptibus regum munificorum, in membranis purpureis, quas remotissima antiquitas, quatuordecim etiam sæculorum consecravit. Tam longinqua ætas suam habebit immobilem firmitatem ex speciminibus characterum, qui in tabulis æreis stylo descripti sunt cum nativis lineamentis suis, ut testes sint temporum, nuntii veritatis; atque commonstrent sæcula antiquariorum, velut æra chronologiam. Non primo, nec altero Christi sæculo videntur fuisse in usu magnifica hæc divinarum Scripturarum volumina, auro, argentoque descripta, cum adhuc esset Ecclesia apostolicæ* C *paupertatis tenax. Pace reddita sub Constantino, auctisque divitiis, magni imperatoris exemplo, qui codices sacros a peritissimis librariis describi, ornarique jussit (ut apud Eusebium in ejus Vita memoriæ proditum est), alii Christiani reges, et principes sumptuosis exemplaribus, præsertim Evangeliorum, regiarum basilicarum grammatophylacia locupletarunt. Immortales itaque gratiæ a nobis habendæ sunt Desiderio, Carolo Magno, Berengario, aliisque principibus viris, quorum munificis curis et sumptibus, ad nos pervenere libri, quos ego primus evulgo, ut versentur in manibus omnium, numquam deinceps nisi cum litteris interituri. Et, quoniam tot reges inclyti, collatis quasi dexteris, et officiis, ad offerendum manus te rege dignum conspirasse videntur, spero sacram Majestatem tuam labores meos in tutelam clementissime suscepturam. Quod si præstiterit, summa tibi in beneficio isto magnitudo erit, mihi vero maxima gloria: et monumentis longe pulcherrimis debebunt, ventura sæcula paratam felicissimis Joannis auspiciis, lucem, et æternitatem. Alcuinus, vir omnium quos ea tulit ætas eruditissimus, volumen sacrorum Bibliorum Hieronymianæ editionis, utrumque continens Testamentum, nuncupavit regi præcellentissimo, et qui unus plurimorum instar esse debet, scilicet Carolo Magno. Exstat hoc exemplar authographum millenariæ ætatis in nostra congregationis Oratorii Romani bibliotheca, quæ, clarissimi viri Achillis Statii Lusitani munere, per Cæsarem cardinalem Baronium ejusdem congregationis immortale decus, et ornamentum, tantam gazam est consecuta. Hujus quoque codicis, et alterius pariter Carolini, quem monasterium S. Pauli extra Urbem summa religione custodit, præsto erit in Operis prosecutione, rex portugalliæ pie, felix, auguste, te Mecœnate, te Auspice, tota descriptio; quoniam est correctus, et emendatus maxime; eoque cæteris præstans, quod ad ipsius normam, et regulam summi pontifices Vulgatam Sacrorum Bibliorum editionem restituendam curarunt. Majores equidem nostri jure optimo censuerunt, versionem sancti Hieronymi (Alcuini volumine contentam) esse cæteris præferendam; non tamen* Italam *repudiarunt. Immo eorum consilium tale fuit, utriusque habere rationem. Utriusque auctoritatis, ac memoriæ retinendæ causa,* Novam, *ac* veterem *mandabat litteris, referebat in commentaria, et proponebat Ecclesiis sanctus Gregorius Magnus; facultas ut esset fidelibus cognoscendi utriusque præstantiam. Et nos in utriusque lectione etiam hodie versamur. Ambæ enim conjunctæ inter se Vulgatam hodiernam conflavere. Quo factum ut tandem* Italæ *nomen et notio habuerit ultimum tempus ætatis. Itaque clarissimi quidam viri, qui*

[a] Ne nobis succenseat lector quod tabulas æri incisas de quibus frequens in his prolegomenis fit mentio, quæque aliunde magis ad superabundantiam quam ad necessitatem pertinent, editioni nostræ non subjunxerimus, ipse sciat satis erit, nos cælaturæ impensas nequaquam facere potuisse nisi istius voluminis pretium fere quadruplicato ampliassemus ita sane longius a scopo nostro aberrantes.

[b] De Eusebii vita et scriptis videsis quæ adnotata sunt ad calcem hujus voluminis.

summis ingeniis, exquisitaque doctrina in hac litterarum luce clarescunt, statim ut rescivere me singulari Dei optimi maximi beneficio Italam adinvenisse, precibus sollicitarunt, ut tam venerandæ antiquitatis monumentum, temporis diuturnitate ex hominum memoria dilapsum, ac prorsus obliteratum, quamprimum vulgarem. Liberali homini conveniens erat eorum voluntati parere; præsertim cum insigne Italæ versionis Opus, a quo est nostræ Vulgatæ, tamquam rivi a fonte, deductio, sanctos Patres quatuor priorum sæculorum mirifice illustret. His accedebat, quod primam ingressionem meam in adyta Scripturarum voluit Deus auspicari codice autographo sancti Eusebii, episcopi Vercellensis et martyris venerandi; cui nullus exstat similis in orbe et par. Hujus codicis authentia tota antiquitate firmatur; et acta sanctissimi Præsulis vulgata testantur, non vagam esse aut interruptam Vercellensis Ecclesiæ traditionem: cui regis Berengarii, eamdem Ecclesiam adeuntis, insigne accedit testimonium, quod libentissime profero. Nolebat ipse, codicem tam vetustum, propria martyris manu descriptum, atque ea jam ætate labantem (scilicet circa annum Christi DCCCLXXXVIII, quo Berengarius in regnum Italiæ fuit adlectus) injuria temporis, et dente sæculorum invido magis magisque consumi. Quare, ut illæsus conservaretur imposterum, argenteis laminis auro gemmisque contextis librum muniendum curavit. Id prædicant versus, qui, sub sanctissimi Eusebii effigie ipsi codici appositi, idem incidi jussit, habenique,

Præsul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas;
Rex Berengarius sed reparavit idem:
Argentum postquam fulvo depromsit et auro,
Ecclesiæ, Præsul, obtulit ipse tuæ.

Quod rex Berengarius rependit Martyri, ego tibi, rex potentissime, devotus nomini Majestatique tuæ una cum aliis codicibus venerandis ejusdem antiquæ Italicæ versionis do, dono, dedico. Rei argumentum, sanctissimi Eusebii merita, tot regum, et reginarum sollicitudo, quibus hæc editio codices pene omnes debet acceptos, certissimam spem mihi ingerunt, te eidem futurum esse patronum munificentissimum, et præsidium singulare. Porro nullum majus afferri munus poterat regi magno, quam Evangelicum fœdus, quo regnum cum sacerdotio, majestas cum religione conciliantur; et cujus lectione usuque omnium regum virtutes acquisitæ, perfectæ, et ornatæ sunt. His dotes Deus optimus maximus in te ita profudit, ut ad fastigium perveneris pietatis, quæ nomen æternum tibi comparavit. Felix Portugallia, quæ, te moderatore, te principe, inter medios bellorum undique frementium impetus, tranquillitate gaudet et pace. Felicior, quod, te patre patriæ, mala adimi et prospici ne sint recidiva; bona vero præstari, et effici ne sint caduca, cognoscit. Felicissima, quod, te sospite, sospes est regnum, ipsique ad votum succedunt omnia. Et, quoniam sanctus Augustinus christianos reges beatos dicit, qui juste imperant, qui suam potestatem ad Dei cultum maxime dilatandum Majestati ejus famulam faciunt, en tuæ beatitudinis causa atque felicitatis, quam nulla unquam adversitas perturbabit. Obstupens detinent regnum justitia, pietas, religio tua: et omnes te patrem nominant, atque ut lucidissimum jubar intuentur suum; quoniam, rex præclarissime, simul omnia virtute perfundis; ac solis instar, non parte aliqua, sed statim totus; nec uni, aut alteri, sed omnibus tibi subjectis facis te esse communem. Communem te facit litteris studium, quod impendisti ad instauranda am magnificam typographiam; pro qua tua liberalitas ita se effudit, ut pro norma, et exemplo cæteris regibus haberi possit; scilicet ad præclarissimas laudes tuas hæc quoque addenda erat, qua nulla, meo quidem judicio, posteris utilior est, nulla gloriosior. Jure igitur meritoque omnis Portugalliæ judicio, atque consensu Litterarum pater diceris, nominaris, existis. Vident enim, mutata rerum facie, litteras in regno florescere: vident seminaria, scholas, academias fundatas, erectas, ditatas, stipendiis te solo dignis, ac nemini comparandis: vident denique tuam bibliothecam insignem, et regiam, quæ tot accessionibus aucta est, ut Ptolomaicæ et Attalicæ memoriam obruere propemodum videatur. Quoniam vero ingentis est ponderis exemplum, quod a rege sapientissimo proficiscitur, spes est, te auctore, te principe, liberales disciplinas omnes, mutasque artes majora in dies incrementa, splendoremque novum consecuturas. Sed, ut faciam scribendi finem, me cogit majestas tua; quam procul etiam intueor, atque, in meis sacrificiis, humilis sacerdos, Deo, beatæ Mariæ Virgini, et divo Antonio Thaumaturgo quotidie commendo: memor ingentium beneficiorum, quæ præsuli Francisco Blanchino, patruo meo, et Gaspari Blanchino fratri, et equiti Christi tuo, rex munificentissime, contulisti. Almæ Romæ unum est votum, ut Deus optimus maximus, perfecta valetudine, continuisque rerum secundarum successibus te, regum optime, fortunare pergat. Litteraria respublica, porrectis ad cœlum manibus, idem votum ingeminat: idem Christianus orbis. Vox universorum, vox Dei est; quæ facit spem inchoare longam Joannis regis vitæ, et publicæ felicitatis Portugalliæ.

Ex ædibus Vallicellanis congregationis Oratorii Romani, idibus Januarii, anno Domini MDCCXLIV.

EPISTOLA

PHILIPPI GARBELLI AD BLANCHINUM.

De codice Brixiano.

Viro clarissimo Josepho Blanchino
Philippus Garbellus S. P. D.

Revocasti me nihil tale cogitantem humanissimis officiis tuis ad ea studia, quæ sæpe seposita, sæpe etiam resumpta, nunc tandem, avocantibus rebus aliis, omnino distuleram. Cum enim apographum veteris interpretis, quod in principis Ecclesiæ vestræ Tabulario reconditum servabatur, edere statuisses, invento inter schedas Francisci patrui tui, viri amplissimi, specimine quodam nostri codicis argentei, quod a me olim acceperat, egisti mecum per litteras, ut lectiones a Vulgata abeuntes excerperem: tum, si quid aliud e re tua futurum putassem, illud ipsum, seu symbolam, ad hocce convivium adferre ut ne renuerem. Feci lubens. Quid enim non a me exigeret cura ista tua, quæ non multo pridem magni nominis viros tenuit ita, ut secum, ac cum universo orbe Christiano præclare actum arbitrarentur, si, ut in Galliis Martianæus vetustum Matthæi exemplar vulgando, sic in reliquis efferendis alii, quibus sacra hæc monumenta suppeterent, pari fide, ac sedulitate laborassent. Quod profecto consilium tuum dignum te, dignum Italia, dignum etiam memoria patrui, cujus vestigia tanta cum laude premere pergis, erudi-

tis omnibus acceptum, probatumque iri nemo est, qui non videat. Sed dum variantes lectiones, quas olim e Matthæi textu omnes, e Lucæ ac Joannis aliquot in Adversariis seposueram, refracto iterum, ac confero : ne errores nostri, si qui fortasse legenti mihi, aut describenti obrepsissent, imponerent posteritati : en rursus amantissimas litteras tuas, quibus cogitare te de edendo integri codicis textu significas. Laudavi propositum istud, quo in re sacra versantibus, longe uberius quam solis excerptis, satisfactum iri videbatur. Quamvis enim ad secernendum, quid olim e fontibus, quid e memoriæ penu prompserint veteres; quæ in publicis Ecclesiarum codicibus facies, quæ in privatorum esset; quid primis, quid sequentibus sæculis legeretur, hæc plurimum conferant; nihil tamen æque utile, ac jucundum est, quam seriem ipsam, indolem, genium, minutissima demum integri, ut ita dicam, corporis lineamenta in pervetustis hisce antigraphis rimari, atque efferre. Cujus rei causa olim Bentleyus Joannem Millium ad vulganda Alexandrinum Cantabrigiense, Oxoniense, Gallica demum urgebat ita, ut ea editio *singulas litteras, atque apices Exemplarium, etiam ubi a Librariis peccatum est, accurate, et religiose subsqueretur* (*Epistola ad Millium ap. Fabr. Bib. Gr.*). Licet postea celeberrima illa sua N. T. Græca editione distentus, mox immaturo fato præreptus hanc Spartam aliis ornandam reliquerit. Et sane cum majorum ætate, longe vero amplius hac nostra is fuerit antiquitatis amor, ea hominum studia in perquirendis, quæ latebant plurima, atque etiamnum latent, qua sacris, qua profanis veterum monumentis, ut in lucem hanc publicam efferrent : mirum propterea videri possit, nondum illorum quemquam primævi interpretis versionem integram protulisse, qualis ante Hieronymum ferebatur. Nam præter admirabilem illum in describenda Evangelica historia tot sæculorum consensum, illud etiam liqueret fortasse, non satis attente Hieronymi, atque Augustini auctoritatem urgere multos, qui N. T. Latinas versiones plurimas olim in Ecclesia fuisse arbitrantur. Adeo in paucis, et quidem verbo tenus, differunt inter se codices vetustiores; unum, aut alterum si demas, quos aut licentia privatorum, aut ignorantia, quandoque etiam pietas inconsulta miris modis interpolavit. Adde Cymeliis hisce nullo alio consilio prospici securius, ut ne vetustate dilabantur, quam si typis excusa versentur in manibus omnium; nunquam deinceps nisi cum litteris ipsis interitura. Utcumque enim aut in scriniis privatorum, aut in bibliothecis principum diligentissime servatis, caracteres tamen ipsi situ, tineis, pulvere, sed edacitate potissimum temporis evanescunt. Ex quo fit ut, quæ uno, alterove seculo elapsis, legi non incommode poterant, nunc liquescentibus lineis vix, ac ne vix quidem secerni queant. Quod profecto in hoc nostro factum iri aliquando non dubito. Alicubi enim, in Lucæ præsertim, purpura illa in cœruleum, eumque opacum transeunte, glutine vero argenteo, quo liti fuerant charac- A teres hinc inde dilapso, nonnisi luce plurima quid scriptum sit ægre assequare. Integrum itaque textum quatuor evangelistarum me coram ut a legente scriptor exciperet curavi. Qua in re quid sit ferendum tute scis : tecumque omnes, qui hujusce modi studiis operam impendunt. Neque hoc satis fidei nostræ factum existimans, omnibus ad calcem usque perductis, contuli rursus cum archetypo, excepto Matthæo, quem, occasione commodum oblata, ad te præmiseram : oculis suapte imbecillis perpete illo nisu aliquando fatiscentibus ita, ut pergere ultra non liceret. Evasi tamen, perfectaque dedi. Habes nunc quid de istius codicis indole vero simillus putem : quid de illius ætate conjecerim : quæ præterea olim a me raptim observata, nunc secundis curis B adaucta paululum, atque discussa in ordinem utcunque redegi. Si quid in hisce meditationibus nostris e re tua esse videbitur, uteris perinde ac propriis : tui enim solius causa digessimus. Sin minus, silentio premes. Me quidem lubente, qui sciam in trito isto, excussoque pulvere vix esse novis vestigiis locum, et nonnisi rara, atque exquisita spectare sæculum ingeniis felix : quæ nos profecto neque sperare nobismetipsis in tenuissimo censu, multo minus exhibere aliis possumus. Sed jam ad proposita pergamus.

Inter celeberrima, non solum Italiæ, sed totius Europæ monasteria, illud fuit semper, estque etiamnunc, quod Desiderius Longobardorum rex in Urbe nostra a fundamentis excitavit; ejus ecclesia Servatori dicata. Quamvis postea hac ipsa, non equidem C deserta omnino, sed ad privatæ pietatis officia, angustiis, ut puto, atque umbra plurima intercedentibus, seposita, nobilissimæ Virgines aptiorem aliam sacris faciundis erexerint, sanctaque Juliæ dicaverint. Locum hunc, si quem alium, cum regis illius, tum Cæsarum, qui everso Longobardorum imperio, rebus sunt potiti, liberalitas, atque indulgentia ad tantas opes evexerant, ut in pluribus Italiæ provinciis amplissima prædia, jura, feuda, ecclesias, earumque sacerdotia possiderent. Quorum tamen pars maxima, ut est conditio rerum humanarum, in alios mox atque alios dilapsa, titulos tantum ac documenta veteres dominos habere jussit. Nam præter apographa Desiderii et Adelgisi, supersunt adhuc D autographa ipsa veterum imperatorum diplomata, quibus neptes, filias, sorores Deo ibi sacratas beneficiis ingentibus sunt prosecuti. Tum subsequentium Cæsarum, etiam invictissimi Augusti Caroli VI regumque Hispaniæ rescripta, quibus earum privilegia in ditione Mediolanensi firmantur. Cætera enim omnia majestas principis nostri in tutelam clementissime recepit. Veterum præterea membranarum ingens copia, in quibus donaria privatorum, emphiteuses, emptiones, venditiones; cætera demum ad amplissimi loci rationes pertinentia : tum quæ mores, acta, leges, judicia illorum temporum, præsertim vero glossaria barbaræ latinitatis augere plurimum possint. Et utinam documentis aliis, quæ illic superesse

debuerant, series tot sæculorum, scripturæ difficultas, rerum ignoratio, ac subinde neglectus, omnium vero maxime deliramenta manuum otiosarum ne intercessissent, quominus adhuc viverent, et vigerent. Sed acta res est : nec cineres istos movere jam licet. Ego illorum non pauca, ne fortunam eamdem subirent mea manu descripta, in Adversaria retuleram : editurus aliquando, si vita, viresque superessent. Licet postea curæ aliæ, nova studia, et luxata in dies valetudo, quæ me spem vetat inchoare longam, præterita consilia interverterint, excusserintque de manibus. Sed ut ad rem nostram redeam, inter prælata monumenta jacebat codex argenteus Evangeliorum, quem virgines illæ breviarium Ansæ reginæ appellare solebant. Hunc mihi a consobrina mea tunc temporis abbatissa oblatum cum vidissem, atque e limine tantum salutassem, membranis aliis intentus, impetravi postea : tum ut supradictum specimen mitterem patruo tuo, qui, purpuræ insignia eminentissimo Joanni Francisco Barbadico cum detulisset, illum nobiscum, qui ei comites, honoris causa, ab humanissimo principe dati eramus, et inspexerat, et characteres excipere tentaverat : tum etiam ut eadem occasione expenderem attentius, atque una variantes excerperem : quas mihi aliquando usui futuras non dubitabam, licet nunc, etiam supra quam mihimet ipse spoponderam, usu id profecto ampliore contigerit. Illis enim curis meis et amicitiam tuam debeo : et monumento longe pulcherrimo, quam a me adhuc fortasse præstolaretur, paratam felicioribus auspiciis lucem, atque æternitatem.

Codicem istum, ad hæc usque tempora, criticorum sacrorum nemini inspectum fuisse, certe a nullo studiis adhibitum, illud argumento esse potest, quod inter tot alios ab iis memoratos, unde variantes hauserunt, ne unum quidem videas, qui aliquam inde protulerit. Solus, quod sciam, Paulus Galleardus, cl. concivis meus unam et alteram nobis exhibuit in elegantissima editione Operum Gaudentii : quam profecto auctiorem multo, præstantioremque erat nobis daturus, si non alieno arbitrio uti, sed suo, edere opus egregium, non festinare debuisset.

Mabillonius ipse in itinere, quod per Italiam instituit, cum Brixiam inviseret, omnes hasce vetusti ævi reliquias clam habuit; nemine e nostratibus facem præferente. De quo equidem inter amicos sæpe eram questus ; quod non has etiam, una cum tot aliis urbium clarissimarum, immortalibus scriptis commendasset posteritati. Verum nunc tandem egregie actum nobiscum video, ne omnem antiquitatum nostrarum memoriam deberemus externis ingeniis : et, quam in uno Matthæi textu ab altrice litterarum atque artium Gallia olim accepimus, hanc illi Italia nostra, et quidem cum fœnore ut aliquando gratiam rependat.

Forma codicis, oblonga est ita, ut latitudinem ferme quadrante superet. Ejus membranæ, licet purpura tinctæ fuerint, plurimæ tamen vetustate temporis cœrulei speciem præ se ferunt. Characteres, uti et tetraplum illud, quod in extremo limbo cujusque paginæ cernitur, argenteo quodam pigmento sunt liti : cujus tamen color multis in locis evanidus aureum simulat, fallitque nisi attente inspiciatur. Unde et nos olim codicem aureum vocabamus. Pigmentum illud modo læve, nunc crassum, scabrumque est. Sive hoc diversa illuminatorum manus, seu materia ipsa, aut demum pennicilli præstiterint. Utcumque enim pennis avium descriptos fuisse codices istos aureos, argenteosque innuere videatur supra laudatus Mabillonius (*Supplem. ad rem Diplom. pag.* 51), hoc tamen de prima, ut ita dixerim, manu intelligendum existimo. Certum enim est a librariis ductos primum atramento caracteres, mox ab illuminatoribus aurea illa, aut argentea mixtura ornatos, quæ profecto pennis reddi non poterat. Ita spissa est alicubi, ac prominens e membranis, præcipue in Marco; in quo et muscam glutine illo circumlitam, atque inretitam adhuc integram invenimus. Unde olim conjeceram, Codicem hunc æstate absolutum fuisse. Tunc enim facilius arescente pictura, ubi adversam paginam absolvissent operæ, aversam, non multo temporis intervallo, tentare poterant. Dixi characteres atramento simplici primitus ductos; quod pluribus in locis evidentissime colligas : in Lucæ præsertim, ac Joannis initio, ubi pigmentum illud dilapsum est.

Initio cujuslibet Evangelii primæ lineæ auri bracteolis sunt obductæ, quod etiamnum splendidum, intactumque est. Lineæ omnes stylo exaratæ, ut eas, in describendo, antiquarius sequeretur. Characteres magnitudine æquales : nisi quod ad insigniores pericopas quibus ut plurimum in lævo margine lectio apponitur, majores adhibentur. Et e contra, si quid in fine lineæ addendum supererat, minusculis supplebat librarius. Quod ad illorum ordinem spectat, nihil addam in præsens : cum specimen ipsum seriem continuam, structuramque a veteribus usurpatas præ oculis ponat.

Alicubi, raro tamen, in unam duæ litteræ coalescunt : ast semper in fine lineæ. Neque aliter quam N, aut V superaddito longurio, ut T uno, atque eodem tractu exprimeret librarius. Quam litterarum coagmentationem licentius multo usurpabant in vetustis lapidibus quadratarii. Non enim in fine lineæ tantum, sed mediis etiam, neque hoc semel illud ipsum videas præstitisse.

Nihil autem frequentius in codice isto quam litterarum permutatio. O pro V, T pro D, sed præ cæteris B pro V, et vice versa usurpatis. Quod imperitis harumce rerum crucem figere aliquando posset. Cum non semel sensus ipse verborum inverti videatur: præterito in futurum tempus, hoc in illud sæpe transeuntibus. Sed res est cum eruditis, quibus nihil in antiquis hisce monumentis perspectius. Aliquando etiam V pro Y, et econtra, sed parce usurpatum inveni in Matthæo, et Joanne : *murram* scilicet pro *myrram*, et *verbym* pro *verbum*. Quæ omnia, sive lectorum, aut descriptorum vitio, seu verius idiotismis illorum temporum tribuas, certum est mss.

exemplaria fere omnia, tum vetustas etiam lapidum inscriptiones, ac numismata occupasse.

Observabamus aliquando exemplaria ista uncialibus litteris descripta, onera magis exarata quam codices Hieronymum appellasse (*Præfat. in Job extr.*): idque postea imitatum Alcuinum, qui pondera librorum portatu difficilia, ac proinde lectorum manibus gravia dixit (*Præf. ad quæst. in Genesim*). Placuit in lance hoc nostrum appendere: inventum est quatuordecim pondo. Liquet etiam ex memorato Hieronymi loco jam tunc in purpureis membranis, aureis, atque argenteis litteris descripta fuisse exemplaria, cum ad Ecclesiarum quas ante tetigerat, usum: tum ad privatorum, quos ibidem redarguit: objecta illis magnificentia codicum, qui tamen minus essent exacti. Et fortasse in hujuscemodi sumptuosis antigraphis, magis quam in cæteris, peccaverint antiquarii; quod operis morosam diligentiam tædium, ac lassitudo, mox festinatio, atque incuria sequerentur. Cum præcipue difficilius esset errata corrigere: obsistente caracterum pulcritudine, ac membranarum, quarum species, secus atque in puris lituram, spongiamque vix ferret.

Cæterum etiam longe ante Hieronymi tempora in usu fuisse operosa ista exemplaria testis est Capitolinus in Maximino altero: cui, inter omina futuri imperii, hoc accidisse ait, ut puero, cum grammatico daretur, libri Homerici omnes purpurei, aureis litteris scripti primum porrigerentur. Neque dubium est quin mos iste ab ethnicis antiquariis ad nostros manaverit. Quo tempore, incertum. Puto tamen non primo, fortasse nec medio altero sæculo: cum pauper adhuc, et antiquæ simplicitatis tenax Ecclesia esset. Sed tum demum, cum longe, lateque diffusa, confluentibus ad ejus sinum non populo tantum, sed principibus viris, fœminisque, abundare cœpisset. Longe vero amplius, redilta sub Constantino pace, auctisque divitiis. Tum ipsius exemplo, qui, ut mox videbimus, codices sacros a peritissimis antiquariis describi, ornarique jussit. Imitantibus, ut fieri amat, principis curam privatis, mox etiam augentibus in majus.

Evangeliis præfixi sunt canones Eusebii: quorum tamen primi quatuor, et septimus omnino, octavi vero pars maxima periere. Litterarum structura, ac series eadem ferme, atque in Evangeliis: nisi quod minores sunt, rudes, impolitæ, inæquales, multisque in locis situ, ac vetustate detritæ. Argento olim inluminatas fuisse alicubi apparet. Levis enim litura ut plurimum intercidit: solo atramento ferrugineo prominente. Membranæ ipsæ mutilæ, cariosæ, violaceo sed obscuriori colore deformatæ: ut facilis sit conjectura, canones istos vetusto olim, atque exeso codici adnexos, postmodum alicujus opera huic nostro accessisse. Quod fit longe evidentius e quaternionum nota. Cum enim septem quaternionibus canones compleantur, si olim cum codice hoc descripti fuissent, jam, qui primus in Matthæo est, octavus esse debuerat.

In canonibus hisce digerendis, non Eusebii, sed codicum, quos præ oculis habebat, œconomiam librarius servasse videtur. Nam X, in quo Matthæus, Marcus, Lucas, Joannes apud illum, hic post Matthæum sequitur Joannes, mox Lucas, ac subinde Marcus: addita ad finem uniuscujusque Epigraphe: *Explicit Canon X Matthæi, incipit Canon X Joannis; explicit Canon X Joannis, incipit Canon X Lucæ; explicit Canon X Lucæ, incipit Canon X Marci.*

In fine canonis octavi, in quo cæteroqui Matthæus et Joannes desiderantur, neque Ammonii, atque Eusebii seriem sequebatur descriptor (sub sectione enim CCCXXXIX exhibet ea, quæ apud illos, et in codice leguntur CCCXL), et Marci pericopas non ultra trigesimam quartam supra ducentesimam producit. Num vero cum codice paria faciat, incertum: extrema enim in Marco periere. Canones excipit quædam ceu præfatio, quæ unam et alteram paginam implet. En illam, tibi: nam et in hocce sabulo auri fortasse ramenta invenient eruditi.

Sanctus Petrus apostolus, discipulus Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, edocens fideles. propter diversitatem adsertionis linguarum admonet cunctos ut in octavo libro Clementis continet scribtum. docens sic. audite me conservi dilectissimi. bonum est ut unusquisque vestrum secundum, quod potest prosit accedentibus ad fidem religionis nostræ. et ideo non vos pigeat secundum sapientiam quæ vobis per dī providentiam conlata est, disserentes instruere. ignaros edocere. ita tamen. ut his quæ a me audistis et tradita sunt vobis vestri tantum sermonis eloquentiam societis. nec aliquid proprium et quod vobis non est traditum proloquamini. etiamsi vobis verisimile videatur. sed ut dixi quæ ipse a vero propheta suscepta vobis tradidi prosequimini. etsi minus plenæ adsertionis esse videbuntur et ideo ne in interpretationibus linguarum secundum quæ in interiora libri ostenduntur. legenti videatur. aliud in græca lingua. aliud in latina vel gotica, designata esse conscribta. illud advertat quis. quod si pro disciplina lingua discrepationem ostendit. ad unam tamen intentionem concurrit. quare nullus exinde titubare debet de quod ipsa auctoritas manifestat secundum intentione linguæ propter declinationes sonus vocis diligenti perceptione statuta sunt. ut in subsequentibus conscribta leguntur. hæc res fecit probanter publicare. propter aliquos qui falsa adsertione secundum voluntate sua mendacia in lege vel in evangeliis per interpretationem propria posuerunt. quare illa declinantes hæc posita sunt. quæ antiquitas legis in dictis græcorum contineri inveniuntur, et ipsas etymologias linguarum convenientes sibi conscribtas. ad unum sensum concurrere demonstrantur. nam et ea convenit indicare. pro quod in vult haberes factu est. latina vero lingua. adnotatio significatur. quare in positam est agnosci possit ubi littera. gr. supervult habere invenitur. sciat qui legit quod in ipso vult habere secundum quod græcus continet scribtum est. ubi vero littera. la. supervult habere invenitur. secundum latina lingua in vult habere ostensum est et ideo ista instructio demonstrata est. ne legentes ipsos

vult haberes non perciperent. pro qua ratione positi sunt sed quod.....

Caracteres mutilæ hujus rapsodiæ, quam barbarum, atque infelix sæculum extulit, neque illos, quibus canones descripti sunt, neque, qui in codice, repræsentant. Nam et minores istis, et illis paulo majores usurpavit bardus ille, quicumque is demum fuerit descriptor. Paginarum lineæ stylo quidem sunt ductæ, sed neque profundæ ut in textu, et magis cohærentes. Ex quo fit ut, licet viginti tantum singula quavis facie sint ductæ, non secus ac in Evangeliis; frons tamen, et latera, limbique latius excurrant. Hanc a sequiorum temporum lanio, qui codicem fatiscentem resarciit, hic adsutam, cum membranæ, tum locus ipse satis evincunt. Suta enim est inter duas alias purpureas equidem, sed quarum color, ut recens, ac propterea vividus, sic tenuis, atque dilutus, aliter atque in codice. Præterea nudæ sunt, neque lineis ad opus paratæ. In anteriore, quam sursum vorsum sector ille disposuit, hæc leguntur, litteris quam in præfatiuncula majoribus, et ad codicis speciem effictis: *Velit lector videatur recitare.* In posteriore vero, utcumque appareant litterarum vestigia, eas tamen ita spongia delevit ut nihil penitus erui possit. Quorsum vero, aut unde lacinia ista huc irrepserit, viderint quibus vacat. Illud est observatu dignum jam tunc in usu fuisse Gothicam Vulfilæ versionem, cujus semesas N. T. reliquias magno posteritatis bono edidit Franciscus Junius, si tamen de ea loquitur consarcinator iste.

Quod supra nonnimus, membranas scilicet, in quibus canones descripti sunt, in quaterniones distributas fuisse, hoc ipsum in Evangeliis, de quibus mox erit sermo, præstitit librarius. Nota illa ad calcem aversæ cujusque octavæ paginæ posita Q. I. Q. II., et sic deinceps, quam Valesius ait fuisse vetustissimis codicibus familiarem: atque a seipso in ms. exemplari Gregorii Turonensis, nongentorum circiter annorum, observatam. Neque solis quaternionibus, sed mixtis identidem ternionibus vetera illa exemplaria constitisse indicat Eusebii locus (*De Vit. Const. lib.* IV, *cap.* 37), in quo præceptum sibi ait a Constantino ut quinquaginta, codices divinarum scripturarum in membranis egregie expolitis a peritissimis antiquariis describi curaret; paratosque, ut statim comitante Diacono ad eum mitteret. Mox subdit, Αὐτίκα δ' ἔργον ἐπηκολούθει τῷ λόγῳ, ἐν πολυτελῶς ἠσκημένοις τεύχεσι τρισσὰ καὶ τετρασσὰ διαπεμψάντων ἡμῶν. Jussa scilicet principis e vestigio opus excepisse: misisseque se terniones, et quaterniones in voluminibus operose cultis. In quibus Historici verbis putat inibi vir doctissimus enallagen esse; ac propterea dicendum fuisse τεύχη ἐν τετρασσοῖς, non vero τετρασσὰ ἐν τεύχεσι. Ast recte, ni fallor, se habent citata Eusebii verba. Τεύχη enim illa operose culta, atque ornata nihil profecto erant aliud, quam integumenta codicum, quos per terniones et quaterniones ab antiquariis dispositos, mox sectis tabellis, ut plurimum aluta, quandoque etiam serico, auro, gemmisque distincto, contectis supervestiebant, compingebantque librarii. Verbaque Eusebii sic esse intelligenda cum textus ipse, tum illa πολυτελῶς ἠσκημένα, quæ in ternionibus locum habere non poterant, suadere videntur.

In fronte cujuslibet Evangelii legitur minusculis characteribus nomen auctoris, quod tamen non initio solum, sed procedente textu alternis paginis servatum est ita, ut in earum quavis, aversa scilicet, et adversa tituli partem legentes offendant, apposita Epigraphe: *Secundum Matthæum, secundum Joannem*, etc.

Quod in canonibus codici adsutis observabamus, nempe aliter, atque in Eusebianis disposita fuisse Evangelia, hoc ipsum in contextu servatum videas. Matthæo primum, mox Joanne, tum Luca, ac deinceps Marco procedentibus, qua de re, utpote insigni, neque, quod sciam, satis hucusque explorata, peculiari observatione paulo fusius postea disseremus.

Antiquarium, a quo exemplar hoc nostrum descriptum est, non indiligentem solummodo, sed imperitum, ac plane inductum fuisse legentibus patet. Adjecta insuper vitiosissima interpunctione. Quapropter circa ea tempora scriptum puto, quibus, interverso tot exterarum gentium irruptionibus Romano Occidentis imperio, litteræ ipsæ ad squalorem, perniciemque redactæ fuerant: unde post tot sæcula, nitentibus Italorum ingeniis, tandem emersere.

Quod vero codicibus olim accidere solebat, nempe ab imperitis criticis ut perperam corrigerentur, huic quoque nostro in pluribus contigit. Non equidem quod corrector ille, quicumque is demum fuerit, aut adjecerit aliquid, aut immutaverit. Sed, abrasis quæ vitiosa censebat, ut recta non semel pervertit, sic mendosa supinus præteriit. Supersunt enim ubique litterarum vestigia, unde nativam scripturam deprehendamus. Latini etiam sermonis jejunum fuisse, hoc unum inter cætera exemplum esto, quod Lucæ X, 40, occurrit: ubi Martha de sorore, quæ illam in ministerio domestico non adjuvaret, conquesta ait, *Domine, non est tibi curæ quod soror mea reliquit me solam ministrare?* quo in loco soloecismum veritus si *curæ* relinqueret, *e* finalem extrivit. Cum vero audaces manus in codicem extenderet, ad Vulgatam Hieronymi respexisse, fidem facit, præ aliis, locus ille insignis Matthæi II, 1: *Cum ergo natus esset Jesus in Bethleem Judææ*; et rursus 5: *At illi dixerunt, in Bethleem Judææ*, quos Hieronymus in antigraphis suorum temporum mendosos existimans, *Judæ* restituerat. Nam subversor ille, ut lectionem ad Vulgatam exigeret, diphtongum alteram utrobique derasit. Menda vero, quæ præteriit, tot sunt, ut referre pigeat. Cum præsertim ne unus quidem ex his mævis pulcherrimi corporis desit in apographo, quod ad te misimus.

Latinitatem quod spectat: tum in verbis efferendis orthographiam hic passim adhiberi, quæ primævi interpretis ætatem, simplicitatemque præ se ferant,

sentient eruditi harumce rerum æstimatores. Neque enim opus est ut excerpta inde adferamus.

Exemplar autem hoc nostrum ex antigraphis illis manasse, quæ non solum Hieronymi tempora, sed Hilarii Pictaviensis præcesserant, cum facies ipsa, tum loci aliquot, quos postea excutiemus, manifestissime evincunt.

Octavo sæculo labente, aut sequentis initio huc delatum, olim conjeceram cum ad patruum tuum scriberem : idemque nunc sentio. Sive principum dono, qui filias, neptesque in celeberrimo loco Deo opt. max. despondebant, seu ex nobilissimis virginibus aliqua illud secum adtulerit. Nisi forte, quod vero propius esse videatur, ex ipsis Desiderii, atque Ansæ cymeliis depromptum, ac filiæ pietati concreditum, inter cætera spiritualium nuptiarum ornamenta hoc illa ad sui, aliarumque, quæ una desponderbantur, usum, regio in loco deposuerit. Hujusce modi vero donaria sacratis locis passim exhibita nemo est in antiquitatibus hisce versatus qui ignoret. Tum sumptuosos hosce, ac magnificos codices nonnisi divitibus, aut Ecclesiis parari solitos : superante privatorum fortunam impendio, quibus cæteroqui pauperes schedæ, ut eas vocabat Hieronymus, satis, superque essent futuræ. Plures vero in regali monasterio, viventibus adhuc Desiderio, et Adelgiso, sacros codices servatos fuisse liquet ex apographo membranaceo bullæ cujusdam a Signaldo Aquileiensi ad Ansebergam datæ, quam alias exscripsimus, et in Adversaria retulimus, quæ sic habet :

Signalt servus servorum Domini Patriarcha dum nostrà mediocritas ex felicissimorum principum desiderii et adelgisi una cum collegis nostris religiosissimis et sanctissimis episcopis ob totius ortodoxe ecclesiæ statum perventa fuisset singula queque superflua deo auxiliante subtilius elimata. Poposcit a nobis veneratio tua beatissima anseberga abbatissa per prandulum cubicularium sacri palatii seù et prepositum monasterii vestri ut venerabile eundem monasterium vestrum quod situm est in urbe que dicitur brixia quod constat ad honorem domini salvatoris constructum privilegii infulis a nostra frueretur auctoritate. Quatenus concordantibus nobis reverentissimis episcopis nostris ex communi adsensuni eternale prædicti oraculi robur stili nostri firmitas impertiret. Et quia semper sunt exhibenda que utilibus fuerunt intimationibus impetrata. Placuit ergo modis omnibus ut pie devotionis imploratio salubri moderetur interventionis adsensu. Qm vero conata est religio tua salubriter a nobis extorquere quatenus prefatum monasterium cum universis basilicis ad se pertinentibus qui a pissime adque tranquillissime anse regine jure constructum esse noscitur privilegiis sedis sancte nostre aquilegiensis cui deo auctore deservimus decoretur. Quapropter piis desideriis vestris faventes hac nostra auctoritate id quod recte exposcitur effectu mandamus. Et ideo omnem cujuslibet ecclesiæ sacerdotem quamlibet..... one (supple *occasione*) *habere prohibimus. Haut nisi abbatissa monasterii fuerit invitatus nec missarum ibidem sollemnitate quispiam presumat omnimodo celebrare. Ut libere liceat sororibus ibidem degentibus regularem normulam inviolabiliter observare. Sacerdotales vero ordines a quocunque et de quacunque civitate episcopo abbatissa voluerit irrepreensibiliter ordinetur. Si quando vero ut sunt humani generis casus abbatissa objerit non aliunde sed ex eadem congregotione religiosissime monache in loco defuncte abbatisse eligant successorem. Illud videlicet addentes ut quidquid ibidem justo ordine a quocunque Ep..... libet* (Supplendum *Episcopo aut qualibet*) *persona inlata sunt seu futuris temporibus fuerint illatura sive ex nostra ditione seu ex episcoporum nostrorum inmutilata modis omnibus valeant permanere. Nec hoc pretereundo esse conspicimus ut ut abbatissa que quocunque in tempore fuerit nulli licentia concedatur CODICES aut vasa sacrata aut quolibet thesaurum Ecclesie quoquo modo donare aut alienare. Si quis autem contra hanc nostram serenissimam dispositionem temerarius ausibus adire temptaverit eterno anathemate plectendos esse censemus. Conscripta hujus privilegii seriem. Anno invictissimorum principum desiderii et adelgisi XVI et XIV. sub indictione XI. Dato Ticino in Vrbe regia III. idus octobris.*

Sigoald gratia dei patriarcha in hoc privilegii textu a nobis salubriter elimatum manu propria subtus scripsi. Apolinaris Christi misericordia indignus humilis episcopus in hoc privilegii textu manu mea subscripsi. Otto in dei nomine episcopus in hoc privilegii textu manu mea subscripsi. Julianus humilis episcopus in hoc privilegii textu manu mea Ss. Felix humilis episcopus in hoc privilegii textu manu mea Ss. Felix peccator episcopus in hoc privilegii textu Mm. Ss.

Vides antiquissimum Ecclesiarum usum, quo codices istos, non secus ac reliquam supellectilem Deo dicatam in censum thesauri sacri referebant, ad Sigualdi usque sæculum perstitisse. Et utinam anathemate illo suo perculsa succedentium temporum nimia facilitas non ab iis solum, sed a cæteris etiam regum, principumque donariis liberrimas manus abstinuisset. Quanta hic fortasse etiamnum copia veterum Ecclesiæ monumentorum, quanta religiosæ pietatis superstes foret? quorum nunc loco nihil nisi inconsultæ ne liberalitatis, an verius prodigalitatis memoria ad posteros transiit.

Quæ etiamnum supersunt monumenta eamdemne fortunæ aleam subire, an eludere possint, incertum. Ut verear faciunt cum vicissitudines temporum, tum præteriti casus et unius, præ cæteris, insignis profecto memoria, quam a virginibus illis accepi : « Nempe, cum tot membranarum supellex neglecta penitus ac confusa jaceret, consulente viro nobili, et acris cætera judicii, sed harumce antiquitatum jejuno, vocatum notarium quemdam ut inspiceret, atque in ordinem cogeret, accessisse, propositis conditionibus operam locasse; cum in authographa a Langobardis notariis barbara illa latinæ scripturæ deformatione exarata incidisset, quod a nemine intellectum iri arbitraretur, ceu tabularii rejectamenta

abjecisse, juvantibus cladem hanc, quæ una erant, illorum apographis; satis, superque ista esse cogitantem si servarentur. » Ita factum ut primigenia illa distracta, ac dissipata perierint. Uno duntaxat superstite, cujus inscriptio superaddita membranæ in orbem volutæ digna profecto est, quæ litteris mandetur, ut insigne præ cæteris inscitiæ non minus, quam impudentiæ illius monimentum. Datum est Ticini; regni Desiderii et Adelgisi tertio et primo, XVII Septembris, Indict. XIII; continens legatum Gisulfi cujusdam stratoris regii, qui Radoaram uxorem suam ex semisse usufructuariam reliquerat, tum ut, ea decedente, episcopus Laudensis, venumdatis bonis, quod inde esset redactum pauperibus distribueret. Mortuo Gisulfo supra laudata ejus uxor, raro pietatis exemplo, egit libello supplici apud regem ut mariti voluntas statim adimpleretur *quatinus* (sunt verba documenti) *sine aliqua offensione ipsa ejus aelemosina ad requiem vel refrigerium animae ejus citius occurrere possit*, impetravitque. Itaque episcopus, divenditis bonis Gaideri cuidam regii monasterii procuratori pretium aureorum MMMDCCCL ab eodem solutum pauperibus erogavit, subscripsitque huic cartæ una cum Radoara, aliisque testibus ibi descriptis. Ejus chiropraphum tale est :

Ipolitus ego licet indignus per dei gracia episcopus Radoara deo dicata suplicante regiae potestatis pro venundacione terrolae quod ei vir suus post ejus ovitum concessit testis manu mea conscribsi cum sacerdotes fideles et precio recepi trimilia DCCCL *et contuli distribui pro anima gisulfi stratoris.*

Documentum istud, in quo agitur de acquisitione bonorum, quæ una cum cæteris etiamnum possident in agro Cremonensi, ne temporum decursu fatisceret, petierant olim clarissimæ virgines a consulibus urbis nostræ, sæculo XIII labente, ut per publicos notarios exciperetur, superestque una cum archetypo apographum eorumdem; ast pluribus in locis ad originis veritatem minime exactum. En tibi chirographum supra laudati Hippolyti, quale illud descripsere.

Ipolitus Zolentinus dignus per Dei gratia episcopus Sadoara deo dicata suplicante feci et protestatis pro venundacione te sola, etc., usque ad extrema verba *Gisulfi roratoris.*

Bardus ille, qui membranas digessit, cum archetypum non adsequeretur, conjectis in apographum oculis hanc inde epigraphen exsculpsit, quæ posteris ad intelligentiam documenti facem prætenderet.

1299. 26. *Novembre Ippolito Lolentino Vescovo di Sadovara per il legato di Ghisolfo Roratore.*

Vides infelicibus cartis quo cum homine rem esse contigerit? Et sane mirum quod diplomata alia non attigit. Neque tamen aliorum manus effugere iis datum, detractis multorum sigillis, in quibus Cæsarum imagines, eorumque nomina servabantur. Quibus ego casibus motus, tum quod confusa rursus omnia esse nuntiaretur, institi apud lectissimas virgines ut hominem spectatæ integritatis, ac fidei, perficiendoque operi idoneum seligerent, qui membranis omnibus sedulo inspectis, atque in seriem laudabiliorem coactis, archivum, si vellent diutius mansurum pararet. Factum. Urgente opus amico nostro Joanne Andrea Astezato monacho Cassinensi, viro et docto et harumce antiquitatum cupientissimo, qui nisu improbo ac pertinaci, ut est cœpti semel laboris ad miraculum patiens, ultimam illi manum tandem imposuit.

Sed ad exemplar nostrum conversi iterum, dicebamus præfixum fuisse ab antiquario singulis Evangeliis nomen auctoris, ea profecto de causa, ut lecturi, quem ex evangelistis vellent, primo obtutu inspectis titulis deprehenderent. Millius tamen nonnisi post conditum Canonem id factum asserit (*Proleg. n.* 347, *Edit. N. T. ex recensione Kusteri*); cum antea absque præfixis auctorum nominibus circumferrentur, non secus ac cæteræ διηγήσεις incertorum scriptorum, ut scilicet appositis titulis dignosceretur ea sola esse vera, et authentica Instrumenta evangelica. *Hinc* (ait) *Marcioni objectum a Tertulliano, quod Evangelio suo nullum, ad* IMITATIONEM VETERIS ECCLESIÆ *inscripsisset auctorem.* Ast vir doctissimus, cum hæc scriberet, ad alia festinans non satis cavit conjecturam hanc suam ab ipso, quem citat, Tertulliano luculenter explodi. Elevat enim ex hoc fidem Evangelii Marcionis, quod titulo careat. *Et possem* (inquit) *hic jam gradum figere non agnoscendum contendens opus, quod non erigat frontem, quod nullam constantiam præferat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, et professione debita auctoris* (*Adversus Marcionem* IV, 2). Jam itaque ante Marcionis tempora, et quidem in vetere Ecclesia inscripta erant suis nominibus Evangelia. Ut quid enim hanc tituli nuditatem objecisset illi Tertullianus, adversus quam tueri se poterant Marcionitæ vetustate temporum, et consuetudine Ecclesiarum, in quibus, ex Millii ipsius calculo, per triginta ad minus annos ante constitutum ab Asiæ episcopis, ut ipse putat, Evangelicum canonem, Lucæ, ac Marci Evangelia, Matthæi vero longe amplius sine titulo habita fuissent? Quod vero ait, statutum a Canonis conditoribus inscriptionem auctorum, ut vera Evangelia dignosci possent, jam neque hoc ipso illorum fidei satis cautum ivissent. Cum et Marcion interverso Lucæ, quo utebatur, et si qui alii adulteras manus in Matthæi, Marci, ac Joannis extenderent, eodem plane titulo imponere lectoribus possent. Itaque non est ambigendi locus, quin jam tunc hoc in sacris Libris, quod in profanis, ab antiquariis usurpatum fuerit, ut scilicet auctorum suorum nomina præ se ferrent.

Superest nunc, ut de peculiari in codicibus aliquot Canonis serie, quæ in nostro etiam servata est, tum de hujuscemodi diversitatis origine disquiramus.

Ricardus Simonius (*Hist. Crit. N. T.* I, 10) expenso codice Cantabrigiensi, in quo Evangelia eodem ordine, ac in nostro, efferuntur, non esse hunc illi peculiarem observat, cum ex pervetusto catalogo exemplaris Sangermanensis, in quo Evangelia eadem

serie recensentur, tum ex Druthmari loco, quem postea videbimus. Additque morem hunc videri a Latinis invectum, qui Græca exemplaria ad suipsorum usum describebant. Sed vir, cætera in rebus hisce diu multumque versatus, ampliorem etiam laudem inde consecuturus, nisi præjudiciis indulsisset, non attendit, Latinos ordinem hunc in Canonem non invecturos, nisi præeuntibus antigraphis, quæ sequerentur. Cur enim Lucam Marco, aut his Joannem, non vero e contra anteposuissent, cum æque ad ipsorum usum utraque series aptari commodum posset? Neque aliud quidquam e loco Druthmari eruere poterat, quam in codice Hilarii, ut tunc ferebatur, Matthæum, et Joannem cæteris præivisse.

Millius de œconomia ista Canonis in supralaudato exemplari sic statuit (*Proleg. n.* 1269). Consilio videlicet digestoris hoc factum. Ad calcem enim Matthæi hæc haberi: Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον ἐτελέθη. ἄρχεται Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην; hinc Lucam, ac tandem Marcum cum eadem ἐπιγραφῇ. Ita nempe dispositis libris istis, ut apostolorum Evangelia apostolicorum Evangeliis præponerentur; quomodo Marcum, et Lucam apostolorum comites vocat Tertullianus (*Contra Marcion.* IV, 2). Quid sibi voluerit in allatis verbis, consilio nempe digestoris ordinem illum obtinuisse, profecto non assequor. Suopte ingenio hoc fecisse antiquarium, neque ipse ex allata ἐπιγραφῇ recte conjecerit, ut puto. Addebatur enim ab exscriptoribus nota illa, ut ne librorum ordo in compingendis postea codicibus operas falleret. Et longe vetustior barbaro illo, ac misere indocto (ut ipsius verbis utar) librario, qui apographum illud descripsit, erat ista, de qua nunc agimus, Canonis series; uti ex Nazianzeni carmine viderat Millius ipse (*In Notis ad calcem Evangel. Matth.*). Hoc itaque voluerit, ni fallor, non sponte, aut casu, sed superiorum temporum antigrapha secutum antiquarium, non aliter, atque in illis disposita erant Evangelia, in suo apographo collocasse. Eos vero, quibus series ista primitus usurpabatur, dignitati apostolorum hoc dare voluisse (nam cur Lucas Marcum præverterit alia est ratio ineunda) recte equidem conjecit Millius. Neque tamen ex adducto, nec satis liquido Tertulliani loco, sed ex aliis ejusdem scriptoris rem, de qua agitur, illustrare poterat, si vacasset. Ilos itaque utpote insignes, cum ab ipso, tum a viris eruditis in notis ad eumdem præteritos operæ pretium facturum me puto si paulisper expendero.

Hic scriptor, constituto prius evangelici instrumenti auctores apostolos esse (*Cit. Lib.* IV, 2), quibus hoc munus prædicandi Evangelii a Domino fuisset impositum: tum et apostolicos, sed cum apostolis, ut ipse ait, et post apostolos. Lucam vero nihil aliud docuisse, quam quod ab apostolis Ecclesiæ didicissent; factumque propterea ex hac doctrinæ consensione ut Lucæ Evangelium perinde ac apostolicum monumentum a fidelibus reciperetur; taleque semper apud illos mansisse, quale etiam suo tempore tuebantur; eadem subinde ratione firmat auctoritatem Evangeliorum Matthæi, Joannis, ac Marci: quod scilicet Ecclesiæ ab apostolis constitutæ, tum ad earum exemplum cæteræ omnes eadem, ut genuina fidei Christianæ instrumenta semper suspexissent. Quibus ita constitutis, urget postea apostatam illum inquiens (*Cap.* 4): *Itaque et de his Marcion flagitandus quid, omissis eis, Lucæ potius institerit: quasi non et hæc apud Ecclesias a primordio fuerint. Atquin hæc magis a primordio fuisse credibile est*, UT PRIORA, QUA APOSTOLICA, *ut cum ipsis Ecclesiis dedicata. Igitur dum constet hæc quoque apud Ecclesias fuisse, cur non hæc quoque Marcion attigit, aut emendanda si adulterata, aut agnoscenda si integra? Nam et competit ut, si qui Evangelium pervertebant, eorum magis curarent perversionem*, QUORUM SCIEBANT AUCTORITATEM RECEPTIONEM. Locus hic Tertulliani eo est insignior, quo magis perplexus, et luce aliqua indigens ut recte constet, tum etiam quia, ad investigandam, quæ olim in Africana Ecclesia vigere potuerit, Canonis œconomiam, facem nobis aliquam præferre videatur.

Itaque cum vix dubio sit locus, jam ab ipsa Evangeliorum editione Ecclesias illas, quarum in sinu, ut ita dicam, educta fuerant, ea ipsa ut novæ Legis authenticas tabulas servasse, et fidelibus ut nota essent effecisse; tum illorum exemplaria statim in alias etiam diffusa: sive, missis ad hoc notariis, ea sibi ut describerentur curaverint: seu discipulis ipsis apostolorum non solum, ut inquit Eusebius (*H. E.* III, 37), κηρύττειν τὸν Χριστὸν φιλοτιμουμένοις, sed etiam, τὴν τῶν θείων Εὐαγγελίων παραδιδόναι γραφήν, et sic quidem e re nata credentium utilitati egregie consulentibus: ut scilicet, nuntiato jam ipsis Evangelio, sacra illa volumina describendi copiam ultro fidelibus facerent. Matthæi proinde, quod primum omnium Hierosolymis, aut non procul emerserat, confluentibus eo undique, ceu ad nascentis Christianismi incunabula fidelibus, apographa alio atque alio translata: tum, processu temporis, Marci ac Lucæ, postremo etiam Joannis Ecclesias omnes quaquaversum occupasse. Sicuti vero non statim ubique gentium constitutæ sunt Ecclesiæ, citius provinciis aliquibus, serius alii ad fidei sacramentum vocatis; ita, pro ratione locorum, ac temporum, modo hoc modo illud ex Evangeliis nactas earum aliquas in codices suos retulisse: tum et cætera etiam, prout occasio, aut facultas se dabant, addidisse. Et ita ordinem nullum fixum, ac certum tunc adhibitum credibile est; donec, vulgatis jam quatuor Evangeliis, ac passim distractis, Ecclesiarum aliæ rationem temporis, quo prodierant, aliæ authorum habentes, diversimode illa in suis exemplaribus extulere. Et Orientalium quidem plurimas ordinem temporis secutas innuere videtur Origenes. Ecclesiastico enim insistens Canoni ita enumerat Evangelia Matthæi, Marci, Lucæ, ac Joannis, ut etiam quæ illorum prius, quæ postea prodierint ex traditione acceptum designet (*Ap. Euseb. H. E.* VI, 25). Eamdem seriem, Eusebius tuetur; quæ postea, Hieronymo Vulgatum interpretem recensente, apud Occidentales etiam Ecclesias obtinuit.

Verum alias non temporum, sed authorum ratione habita, apostolos, deinde apostolicos in codicibus suis disposuisse : cum exemplar nostrum, ac Cantabrigiense, tum illud Hilario olim, fama tenus, tributum a Druthmaro manifestissime evincunt. Et quidem in Africana Ecclesia, ex duplici ista Canonis serie servatam alteram, fidem facere videntur adducti Tertulliani loci. Auctores scilicet Evangelii fuisse quidem et apostolicos, sed cum apostolis, et *post apostolos*. Mox etiam clarius : *Atquin hæc magis a primordio fuisse credibile est* UT PRIORA QUA APOSTOLICA. De tempore, quod prodierant, locutum Tertullianum nemo sanus crediderit. Diversum itaque aliquid innuere voluit ista, ut sic dicam, prioritate, qua principem Matthæi, ac Joannis Evangelio locum adscripsit. Neque aliud, ni fallor, nisi quod apud Ecclesias in sacrorum N. T. librorum censu apostolicorum illa præverterent. Quam conjecturam fulcire videntur sequentia : *Nam et competit ut, si qui Evangelium pervertebant, eorum magis curarent perversionem*, QUORUM SCIEBANT AUCTORITATEM RECEPTIOREM. Quibus verbis nihil aliud sensisse illum arbitror, quam, utcumque ejusdem authoritatis apud Ecclesias cum apostolorum, tum apostolicorum Evangelia essent, priorum tamen, habita apostolatus, ac magisterii ratione, usu apud illas fuisse potiorem, quod et frequentior in divini verbi prædicatione ab iis peteretur authoritas, et prima semper ante illa apostolicorum in synaxibus legerentur. Quidquid tamen de hoc sit (veritatem enim in tanta vetustatis caligine conjecturis assequi tentamus) quamvis non ausim pro certo affirmare Tertulliani ævo in Ecclesiis illis primum in Canone locum apostolis datum; verosimilius tamen hoc puto ex allatis hujusce scriptoris locis, quos supra perpendimus. Dixi, *Tertulliani ævo;* nam postea eadem quæ in recensione Hieronymi series obtinuit: saltem in Carthaginensi, ut liquet ex Evangelistarum ordine, quem ibi servatum scribit Augustinus (*Serm.* 144, *de Temp.*).

Quod de Ecclesiis Africæ in disponendo Canone conjiciebamus, hoc de Galliarum aliquibus ut idipsum non sine veritatis specie affirmare possimus faciunt codices supra laudati. Quamvis Cantabrigiensis non Ecclesiæ ulli, sed privato cuidam in usu fuerit, qui retenta dumtaxat quæ illic vigebat Canonis serie, cætera per summam licentiam cum in Evangeliis, tum vel maxime in Actis Apostolorum ita miscuit, invertit, recudit, ut, teste Millio, qui illud accuratissime inspexit, omnium, quotquot ad nostra tempora pervenere, interpolatissimum dederit. Unde non immerito Simonii judicium desideres, qui in historia Critica N. T. adornatam ad corruptos hosce fontes Latinam versionem non semel male consultus credidisse videatur. Sed cum de antigraphis istis sit sermo, videamus nunc Druthmari locum, quem supra tetigimus.

Hic scriptor (*Expos. in Matth. cap.* 1) postquam Evangelistas quatuor fluminibus, quæ a Paradiso voluptatis exibant, tum quatuor elementis comparasset : ac deinceps Epocham quamdam Evangeliorum statuisset, *Potest* (inquit) *ipse ordo Evangeliorum ideo sic haberi, ut unus apostolus sit in capite, alter in fine, et illi duo qui inter ipsos habentur, auctoritatem ab ipsis duobus habeant. Vidi tamen librum Evangelii græce scriptum, qui dicebatur Hilarii fuisse; in quo primi erant Matthæus, et Joannes, et posterius alii duo. Interrogavi Euphemium Græcum cur hoc ita esset : dixit mihi : In similitudinem boni Agricolæ, qui, quos fortiores habet boves, primo jungit.* Nihil hic, unde Simonius hunc ordinem a Latinis invectum asserere posset.

Cutantius in Vita S. Hilarii operibus ejus præfixa, quorum exemplar pulcherrimæ editionis vestræ, humanitati ac benevolentiæ erga me tuæ acceptum refero, observat describendis illum sacris Libris vacasse ; idque ex testamento S. Perpetui episcopi Turonensis, in quo legavit Euphronio Augustodunensi librum Evangeliorum, *quem scripsit Hilarius Pictavensis quondam sacerdos :* atque hunc ipsum credi, qui etiamnum Turonis in Ecclesia S. Gatiani servatur. Ex quibus testamenti verbis putat, interpretari posse allatum Druthmari locum : ut nimirum S. Hilarii dictus sit codex ille, quia manu ipsius exaratus. Ego vero; si licet paria facere, utcumque non improbem conjecturam hanc viri doctissimi, putarem tamen codicem illum unum ex Asiaticis fuisse, quem, cum in Phrygia exul ageret, studiis suis adhibuerit Hilarius : mox ab exilio revertens in patriam retulerit. In quam conjecturam eo facilius ductum me fateor, quod per quam verosimile sit minoris Asiæ Ecclesias in disponendo Canone, non attenta serie temporum, quibus Evangelia prodierant, sed habita apostolatus ratione, Matthæi primum, quod ubique gentium, tum Joannis, a quo constitutæ, reclæque fuerant, in codices suos retulisse. Sicque fortasse factum ut mos ille etiam in Gallias inveheretur, nisi jam antea obtinuerat. Quod pateret luculentius, si in laudato apographo Ecclesiæ Turonensis, ante exsilium, si ita est, ab Hilario descripto, pari serie, ac in supralaudatis Canon procederet. Multo vero magis hoc mihi suaderet, si verum esset, quod putat Cutantius, Hilarium, post Commentarios in Matthæum, statim curam hanc in Joannem extendisse. Ita enim exemplarium suorum ordinem sequi videbatur.

Num vero ex laudato Druthmari loco recte conjecerit clariss. editor, in antigrapho Hilarii, post Matthæum, ac Joannem, posteriores duos Marcum (ut ipse ait) ac Lucam processisse, incertum omnino est. Videndum propterea ab iis, penes quos vetustiores codices supersunt, num in quibus Matthæus et Joannes præcedunt, Lucas semper, deinde Marcus, ut in nostro, ac Cantabrigiensi, an secus sequantur. Fortasse enim ex diversa eorum serie cum mos Ecclesiarum, ac privatorum in dirigendo Canone erui posset ; tum etiam quodnam ex Evangeliis Lucæ ac Marci primum illis nancisci contigerit. Utcumque enim apostolis ob dignitatem primus in Canone locus

sit datus : de Luca tamen, ac Marco ambiguum cur ille hunc præverterit. An quia serius Marci exemplar habuerint illi, quibus ordo ille usurpabatur, Luca in codices antea relato, an alia de causa. Forte etiam Lucæ principem post apostolos locum tribuerint, quod longe uberius, quam Marcus, Evangelicam historiam digesserit, repetitis videlicet altius rebus; et stemmate Servatoris secundum carnem accurate digesto. Certe in hoc rationem temporis non habuisse illos, apud quos ea Canonis series vigebat, ex veteribus liquet, qui Marcum, ante Lucam, Evangelium suum litteris consignasse putaverunt, uti superius ex Origene observabamus, aliter tamen sentiente Clemente Alexandrino, qui, Eusebio teste (*H. E.* VI, 14), προγεγράφθαι ἔλεγεν τῶν Εὐαγγελίων τὰ περιέχοντα τὰς γενεαλογίας. Nempe quod fons, fundusque Evangelicæ historiæ genus Christi juxta carnis dispensationem esse videretur, propterea verosimilius esse arbitratus est Clemens, munito jam a Matthæo ac Luca itinere isto, constitutoque, quod primum omnium sciri oportebat, tunc et Marcum Evangelio suo incubuisse. Dixi *a Matthæo et Luca;* quamvis ambiguum sit huncne, an illum, præivisse senserit Clemens. Fortasse tamen præluxerit sententiæ illorum, qui primum ante alios in scribenda Evangelica historia fuisse Lucam arbitrantur. Quos inter dudum e protestantibus vv. cc. Basnagius, et Clericus : hic enim ad Dodwelli locum, in quo Matthæum Evangelistarum antiquiorem asseruerat, hoc nuspiam probatum se vidisse ait (*Dissert.* III, *de* IV *Evangeliis, ad calcem Harmon. Evangelicæ*). Quæ enim Græci recentiores de ætate Evangeliorum commenti sunt, ea nullo fundamento niti. Sed longa, ut puto, intensione operis fallente memoria. Nam haud multo ante dixerat : *Origenes non modo dogmatum sui ævi, sed et antiquitatum ecclesiasticarum callentissimus ita de quatuor Evangeliis loquitur in fragmento tomi* I *Comment. in Matth. apud Eusebium H. E.* VI, 25, πρῶτον μὲν γέγραπται τὸ κατὰ τὸν πρὸ τελώνην, ὕστερον δὲ Ἀπόστολον Ἰησοῦ Χριστοῦ Ματθαῖον. Porro, si post Origenem recentiores Græci Matthæum, ante cæteros scripsisse aiunt, fundamento satis valido nituntur, authoritate scilicet hominis antiquitatum Ecclesiasticarum callentissimi, qui primum inter Evangelia a Matthæo antea publicano, deinde apostolo Jesu Christi scriptum asserit.

Sed multo licentius Basnagius (*Ad. A. C.* LX), qui ut Lucam Matthæo priorem induceret, inter cæteras conjecturas hanc afferre non dubitavit; melius scilicet in Christi stemmate efferendo res successuras, si Lucæ prius, mox Matthæi ordo constitisset. Ac propterea ex hujus *decentia* futurum tunc fuisse, ut inde inciperet, unde initium sumendum fuerat, nempe et a missione angeli ad Elizabetam, atque Mariam : et ab edicto Augusti, quo impulsa Virgo in Bethleem perrexit ibique peperit. En tibi hominem periculosa sæculi sapientia æque de profanæ historiæ ac de divinæ scriptoribus judicantem, quasi non isti θεόπνευστοι essent; quodque, ad id munus vocatos deceret divinus ille Spiritus nescire permitteret. Et mirum profecto, quod criticus iste utrumque evangelistam haud servatæ *decentiæ* non postulaverit, quod non altius, ut postea Joannes, a generatione divina Verbi initium stemmatis sumpserint (diem fortasse dicturus Eusebio, qui provinciam hanc a Spiritu sancto illi servatam scripsisset). Hoc enim ad summam rerum, de quibus deinceps agere debebant facere omnino videbatur. Et perversis etiam ingeniis, quæ Jesum Christum, uti hominem dumtaxat, erant traductura, ne ad horrenda illa brevia miserrime impingerent, facem prætulissent.

Observavimus jam, quantum equidem per tot sæculorum nebulam prospicere nobis licuit, quem in Canone Evangelico disponendo ordinem quædam ex Orientalibus, tum Africæ, ac Galliarum Ecclesiæ usurpaverint. Manus tamen e vestigio illis daturi, qui nos per deserta hæc loca gradientes, si minus verum, at saltem quod verosimilius sit fortasse non adsecutos in viam reduxerit. De Italiæ nostræ, præsertim, de aliarum omnium principe Ecclesia Romana quid conjicere in proclivi sit, fateor me nescire. Quamvis enim in Canone suo Matthæum olim, ac Joannem, ratione habita apostolatus, duobus aliis præferre potuerit; idque eo amplius, quod Joannes et Romæ meruit, et in igneum oleum, ut inquit Tertullianus (perperam Vaticanus Nysseni codex in laudatione altera sancti Stephani inter monumenta Ecclesiæ Græcæ a cl. Zacagnio edita εἰς ὕδωρ) demersus fidei testimonium reddiderit (*de Præscript. Hæret. cap.* 38); de Luca, tamen ac Marco est utrinque ambigendi locus. Et sane, quod crederem ad disquisitionem hanc subsidium aliquod e Vaticana sperari posse, oraveram olim eminentissimum principem Angelum Mariam Quirinum Romanæ Ecclesiæ bibliothecarium ut, si qui codices in ea superessent, in quibus diversus a Vulgata ordo vigeret, eos inspici a vv. cc. ejusdem bibliothecæ custodibus juberet dignaretur. Qui, ut est non solum animi magnitudine, splendore operum, munificentia, liberalitate, quæ vere principem deceant, sed scientiarum laude, fovendis litteris, provehendisque propterea ingeniis ad immortalitatem nominis factus, votis nostris benigne annuens, ut sacra illa monumenta inspicerentur mandavit. Sed nihil inde lucis affulsit. Omnibus, quotquot inspecta sunt, ad Hieronymi Canonem comparatis.

De cæteris Ecclesiis longius in Italia ab Urbe semotis, Cisalpinæ præsertim Galliæ, facile esset ad rem, de qua agimus, e vexato Epiphanii (*Hæresi* LI) loco de Lucæ in Italia, Galliaque prædicatione, aliquid comminisci. Sed longius fortasse, quam par est, et nostris, et aliorum conjecturis indulsimus. Itaque ex æstuariis hisce in continentem aliquando reducti insigniores aliquot locos exemplaris hujusce nostri inspiciamus.

Dixeram ex antigraphis illis manasse, quæ ante Hilarii tempora ferebantur. Et fecerat huic assertioni locum beatus Author, lib. X de Trinitate, n. 41, ub

de pericope illa loquens Lucæ XXII, 43, 44 : *Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor ejus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram*, quæ in codice nostro desunt. *Nec sane* (inquit) *ignorandum a nobis est, et in Græcis, et in Latinis codicibus complurimis vel de adveniente angelo, vel de sudore sanguinis nil scriptum reperiri. Ambigentibus igitur utrum hoc in libris variis aut desit, aut superfluum sit* (*incertum enim hoc nobis relinquitur de diversitate librorum*) *certe*, etc. Qua de re, aut quo sæculo expuncta fuerint verba illa, aut a quibus, in obscuro est. Expendi tamen merentur ea, quæ Grotius ad hunc locum (*adnot. in Lucam*), tum ad alium ejusdem Evangelistæ commentus est, ne viri eruditissimi judicium legentibus imponat. *Illaudabilis* (inquit, de adventu angeli, et sudore loquens) *fuit et superstitio, et temeritas eorum, qui hanc particulam, et sequentem de sudore delevere : nihilo graviore de causa, quam quo illud, quod supra est de fletu, deletum diximus.* Dixerat autem ad Lucæ XIX, 41, particulam illam de fletu a Latino, Syro, Arabe interpretibus retentam. At Epiphanium testari, suo tempore non extitisse in publice receptis exemplaribus; dignaque esse verba illius in Ancorato, quæ notentur, *vel ob hoc (inquit) ut videamus quantum sibi Ecclesiarum præpositi permiserint.* Verba Epiphanii a Grotio prætermissa, quæ illi improbandæ præsidum ecclesiasticorum licentiæ ansam præbuerant, adtulit Millius, errare, inquiens (*Proleg., n.* 798), misere Grotium, qui ita de Ecclesiarum præpositis senserit. Ea sunt : Ὀρθόδοξοι δὲ ἀφείλοντο τὸ ῥητὸν φοβηθέντες, καὶ μὴ νοήσαντες αὐτοῦ τὸ τέλος, καὶ τὸ ἰσχυρότατον. Et sane mirum quod vir infinitæ lectionis, et accerrimi judicii, orthodoxos, qui haud laudabili timore, ne fletus Servatore nostro J. C. indignus videretur, ea verba deleverant, hic loci pro Ecclesiarum præpositis intelligi voluerit; multo vero magis, quod si ἀδιόρθωτα (ad quæ ibidem provocat Epiphanius) adhuc supererant exemplaria, ea profecto esse debebant, quæ in Ecclesiis et castius, et accuratius, quam apud privatos, servari solebant. Tantum abest ut ecclesiastici ipsi, aut episcopi aliquid de primævo textu detrahere sibi ipsis permiserint.

Locus alter, uti in codice nostro, sic ab Hilario lectus est Matth. XXVI, 53 : *An putas quia non possum rogare Patrem meum, et exhibebit mihi modo plusquam duodecim millia legiones angelorum?* Hilarius de Trinitate X, 42 : *Nec sibi angelus mittitur, qui si vellet, duodecim millia legionum de cælo deduceret.* Et in psalm. LIII : *quia cum Domino duodecim millia legionum angelorum possent in tempore passionis assistere.* Et sic rursus psal. LIV : *Sed inter hæc habens potestatem duodecim millia cælestium legionum evocare.* Millius ad hunc Matthæi locum, præeunte Erasmo, putavit Hilarium memoria lapsum, dum ad laudatum psalm. LIV, *duodecim millia* scribebat. *Canone enim*, inquit, XXXII *in Matth. legit ut editi.* Fefellerant scilicet Millium unus et alter ex tribus locis adductis; neque vidisse poterat, quæ doctissimus editor observavit, nempe in probatioribus mss. ubique lectionem hanc constanter ab Hilario retentam. Ex qua uniformitate in adducendis, diversis licet et loco, et materia, sacrorum librorum pericopis, nullibi facta mutatione verborum, conjicere certo possumus, veteres Ecclesiæ scriptores non e memoriæ penu, ut plerumque solebant, sed ex codicum suorum fide eas adtulisse, longe autem certius, cum has, ad argumentum aliquod illustrandum, præcise ac per partes inculcant. Cujus rei exemplum alterum dabit Tertulliani locus a Millio non observatus : ex quo clarissime liquet scriptorem hunc sic olim in antigrapho suo legisse, haud levi sane argumento codicem nostrum, qui eamdem lectionem exhibet, ex apographis ad vetustissima exemplaria comparatis, descriptum fuisse.

Lucæ XV, 8, Vulgata : *Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accendit lucernam, et everrit domum, et quærit diligenter donec inveniat?* Noster argenteus : *Nonne accendit lucernam, et scopis mundavit domum, et quærit diligenter*, etc.

Tertullianus (*de Pudic. cap.* 9) : *Nos autem, quia non ex parabolis materias commentamur, sed ex materiis parabolas interpretamur; nec valde laboramus omnia in expositione torquere, dum contraria quoque caveamus. Quare centum oves? Et quid utique decem drachmæ? Et quæ illæ scopæ? Necesse erat, qui unius peccatoris salutem gratissimam Deo volebat exprimere, aliquam numeri quantitatem nominaret, de quo unum quidem periisse describeret. Necesse erat ut habitus requirentis drachmam in domo, tam scoparum, quam lucernæ adminiculo accommoduretur.*

Joannis VII, 8, Vulg. : *Vos ascendite ad diem festum hunc : ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia tempus meum nondum impletum est;* codex noster : *Vos autem ascendite ad diem festum hunc, ego autem nondum ascendo ad diem festum hunc*, etc., ut Græca ferme omnia, ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω, aliqua tamen οὐκ ἀναβαίνω. Grotius ad hunc locum, quem postea secutus est Millius : *Omnino*, inquit, *fuit hæc vetus scriptura; nam si* οὔπω *fuisset Porphyrii tempore, nunquam hinc Christum calumniatus fuisset de mendacio, nam in voce* οὔπω *fuisset nodi solutio, quem ut evaderent alii* οὔπω *scripserunt, alii* οὐκ ἀναβαίνω νῦν.

Clericus epist. ad Optimianum præfixa editioni Lipsiensi Millianæ : *Bene itidem*, ait, *observatum ex Grotio antiquam lectionem non esse* οὔπω, *nondum, sed* οὐκ, *non. Verum satius fuisset ipsum Hieronymum lib.* II *adv. Pelag. citari, unde hæc habet Grotius.* Aut non legerat attente Clericus prolegomena Millii (*Proleg. n.* 703), ubi Porphyrii locos expendit, aut memoria fefellerat, nam allata ab ipso Hieronymi verba offendisset. Cæterum in sua Harmonia Evangelica vexatam lectionem retinuit, quam Græca exhibent; et in Commentario historico integram explanavit ex persona Christi apostolis respondentis, ipsos quidem posse Hierosolymam ire, ut initio festi illic

adessent, sed se eo *nondum* iturum, quod oportunum sibi tempus illuc eundi *nondum* advenisset.

Num vero ex Hieronymi loco recte conjecerint, antiquitus lectum οὐκ, non οὔπω, judicent eruditi. Verba ejus sunt (*Cit. lib.* II *adv. Pelag. cap.* 6): *Negat fratribus, et propinquis ire se ad Scenopegiam. Et postea scriptum est: Ut autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascendit ad solemnitatem, non manifeste, sed quasi in abscondito,* ITURUM SE NEGAVIT, ET FECIT, QUOD PRIUS NEGAVERAT *latrat Porphyrius. Inconstantiæ, ac mutationis accusat, nesciens omnia scandala ad carnem esse referenda.* Æque profecto negabat Christus se adscendere ad Scenopegiæ festum adhibita particula οὔπω ac illa οὐκ; quod nos *non vengo per ora* aut *non vengo* utroque modo negantes efferimus. Præterea qui locus Porphyrio ex vocula illa οὐκ asserendi in Christo mendacii? nisi quod percitis, ac furentibus, quæcumque se offerant, arma sunt. Nam sequentia *quia tempus meum* NONDUM *est impletum*, satis aperte innuunt opperiri se tempus, et horam ascendendi. Equidem non puto perversum illud, sed acre, ac vividum cætera ingenium ita fatuum fuisse, ut tam imbecillo argumento uti voluerit. Itaque interpolato codice usum Porphyrium legisse non dubito ἐγὼ γὰρ οὐκ ἀναβήσομαι, *non ascendam*, quam lectionem singularem exhibet laudata Millii editio; nisi veterem, ac genuinam impostor ille corruperat; nam interpolatis exemplaribus usum fuisse objecit illi Hieronymus (*Comment. in Matth.*) in Marci loco 12. Certe si contextus adducti loci integer perpendatur patebit lectionem hanc clare Porphyrio tributam a Hieronymo ejusdem verba reddente, ITURUM SE NEGAVIT *latrat Porphyrius*. Hæc latius paulo diduximus ad tuendam lectionem argentei codicis, quam non Porphyrii calumnia posteriorem, sed vetustiorum exemplarium primævi interpretis ante Hieronymum, fuisse vero similius puto.

Joannis v, 4, deest in codice nostro integer ille locus de angelo statis temporibus e cœlo descendente, de motione aquæ, etc., quem, inquit Kusterus (*Præf. ad Edit. N. T. Millii*), olim dubiæ fidei a quibusdam habitum fuisse, ex veteribus mss. colligi potest, adductis subinde eorum pluribus, quos in bibliotheca regia Lutetiæ consuluit. Mox addit: *Quod si versus ille initio a codicibus N. T. abfuit, et postea demum in textum Evangelii Joannis irrepsit; id factum oportuit ante tempora Tertulliani, quippe qui ad hunc locum respexit lib. de Baptismo, ubi ait, Piscinam Bethsaidam angelus interveniens commovebat.*

Duriusculum sane est, virum doctissimum dubitasse, an locus ille in autographo Joannis extiterit; cum series ipsa integræ illius periochæ aliter suadeat. Ad quid enim priora illa de probatica quinque porticus habente: deque multitudine languentium, qui aquæ motum, ibi expectarent? tum subsequentia de misero illo, triginta jam et octo ab annis infirmo, qui, interrogante Christo an vellet sanus fieri, respondit non habere se hominem, a quo, turbata cum esset aqua, in piscinam immitteretur? quæ profecto innuunt deesse aliquid, in quo de movente aquas illas mentio fieret. Cur itaque prætermissa pericopa illa? An quod παράδοξον videretur angeli descensus, et quotannis, et semel tantum, et uno dumtaxat ex tot languentibus ad sanitatis beneficium vocato? An quod rei tam insignis, et ad gentis suæ gloriam facientis Josephus non meminit? An vero Tertullianus ipse male feriatis criticis hujusce lacunæ ansam præbuit? Nos locum dabimus a Kustero præteritum. *Igitur*, inquit Tertullianus (*Adv. Judæos, cap.* 13), *quoniam adhuc contendunt Judæi nondum venisse Christum eorum, quem tot modis adprobavimus venisse, recognoscant Judæi exitum suum, quem post adventum Christi relaturi præcinebantur, ob impietatem, qua eum despexerunt, et interfecerunt.* Deinde interjectis aliis de vocatione Gentium, de cessantibus apud populum illum cœlestibus beneficiis, mox subdit: *Et ita subtractis charismatis prioribus, Lex et Prophetæ usque ad Joannem fuerunt. Et Piscina Bethsaida usque ad adventum Christi curando invaletudines ab Israel desit a beneficiis, cum ex perseverantia furoris sui nomen Domini blasphemaretur.* An, ut diximus, lectori haud satis attento, qualem certe Afer iste desiderat, fucum facere potuerint verba illa *usque ad adventum Christi:* quasi non ultra miraculum illud processerit, sicuti non ultra Joannis adventum prophetæ apud Judæos exstitere, ceu puram conjecturam in medio relinquimus.

Verum et hanc, et cæteras omnes, et dubium illud Kusteri an historia de Probatica in Joannis Evangelium intrusa fuerit, infirmant omnino et quæ præcedunt vexatum hunc locum, et quæ sequuntur, ut diximus; quæ profecto omnia, si cui suspectum erat miraculum illud, delevisse oportebat.

Nihil itaque certius quam aut aliquem, qui sibi ex Antigrapho exemplar describeret, aut lectorem, scripturariis operis præeuntem a tertio commate ad quintum fallentibus oculis, et sic præterito quarto transiliisse, eodem postea errore in alia, atque alia apographa transeunte. Hac ipsa de causa notulis criticis, aut asteriscis in quibusdam exemplaribus signata pericope illa: in aliis aut ad oram, aut summa fronte diverso caractere descripta, teste Kustero. Privatis scilicet, qui alicubi prætermissam offenderant, in apographo suo, ut suspectam, censura illa denotantibus.

Sed inter ea, quæ critici ad hunc Joannis locum observavere, nihil æque mirandum, ac commentum illud v. c. Henrici Hammondi, quo, retento nihilominus contextu integro ejusdem periochæ, vim illam sanandi ægrotos, ab omnibus hucusque divinæ potentiæ tributam, in medicatas cruore pecudum, quæ illic ingenti numero ad sacrificia mactabantur, aquas transfundere conatus est. Non angelo propterea Domini, sed nuntio quodam a sacerdotibus misso eas commovente: ut medica illa vis sanguinis quaquaversum commisceretur, quæ hic de nuntio comminiscitur, a Grotio est mutuatus; hunc vide ad citatum Joannis locum. Quodque fidem superat,—

dumtaxat quotannis, e tot agris qui inibi beneficium illud præstolabantur, in salutare lavacrum introeunte. Quasi aut non interesset cæteris etiam prospicere : aut medica vis uni tantum satis esset futura. Ad omnes præterea morbos facto remedio illo : claudorum scilicet, aridorum, cæcorum, aliorumque, quos in multitudine illa languentium fuisse par est, et quod medicos omnes hucusque latuit. Quot enim cæci (ne ægritudines alias inveteratas commemorem, quæ medicis etiam doctissimis crucem figere solent) in principibus familiis opulenti gregem unum et alterum mactandum dedissent, e tenebris illis ut ad lumen pristinum redire possent? Insigni profecto exemplo, quam facile excellentibus cætera ingeniis illecebra novitatis imponat. Certe, quicumque commentarium illud expenderit, mecum, ut puto, sentiet. Quamvis Clericus, qui tot alia in opere illo notis criticis illustravit (*Edit. altera Francof. apud Thomam Fritsch.*), παράδοξον istud Hammondi, et infirma, si qua umquam, argumenta ad idem fulciendum allata tacitus præterierit.

Inter nævos argentei codicis est etiam insignis alter de prætermissa Joannis VIII adulteræ historia; qui tamen est illi cum vetustissimis plerisque communis. Nos in materia ista, utpote a viris doctissimis jam exhausta, pauca tantum alias observata hic addemus.

Mitto illud Grotii (*Adnot. ad h. l. Joan.*), haud scriptam scilicet a Joanne, sed ab ipso, aliisque apostolis viva voce sæpe narratam, attextam subinde fuisse a Papia, aliisque Joannis discipulis ejusdem Evangelio, et ab Ecclesia probatam : quod satis certo testimonio constaret ab apostolis traditam. Nam et nullo omnino fundamento nititur conjectura ista; et est etiam res periculi plena, si quid, ceu canonicum, addi a privatis evangelistarum historiæ olim potuisse credamus.

Millius ad hunc locum, memoriæ lapsu, extitisse, inquit, historiam hanc in Evangelio secundum Hebræos : et exinde huic nostro assutam a Papia, teste Eusebio, H. E. III, 39. Nihil enim de hoc assumento apud Eusebium, qui præterea pro muliere adultera, fœminam aliam multorum criminum ream non commemorasset.

Clericus miratur Hammondum, Grotii conjecturas secutum, historiam hanc retinuisse (*In Not. ad h. l., Edit. supra laud.*). Ipsemet tamen in utroque textu Harmoniæ Evangelicæ retinuit : tum in commentario historico latius digestam, in canonibus postea Evangelicis ad exemplum adduxit. Sed potiori jure mirabuntur profecto omnes, qui legerint adducta ibidem a Clerico ad versic. 6, ubi dicitur Jesus inclinasse se, et digito in terra scripsisse, etc. Verba ejus sunt : *Qui hanc historiam adsutam hic esse censent, possint suspicari Papiam, aut alium hanc circumstantiam mutuatam cepisse ex eo, quod refertur de Menedemo, et quod ita narrat Diogenes Laertius lib.* II, § 127 (affert hic Græca Laertii, quæ brevitatis gratia relinquimus, et ejusdem latina damus). *Irridebat enim, et libere loquebatur; quare cum adolescens adversus illum aspere quid dixisset, respondit quidem nihil, sed sumpta festuca pingebat figuram muliebria patientis, donec videntibus omnibus adolescens, intellecta contumelia, abscessit.* Tanti erat Clerico frustillum eruditionis, qua sane et varia, et multiplici, dicam etiam, in rebus plurimis exquisita pollebat, ne periret, ut ad gravissimum argumentum turpia ista, et, si quo alio in loco, certe in hoc summe inhonesta adferre non erubuerit. Papiam præterea, virum apostolicum ineptiis hisce operam dedisse! Mitius tamen, quam cum illum et vanum, et impostorem traducere non dubitavit (1). Adde, insigni etiam parachronismo, si Laertius vixit post Marcum Antoninum ut putat Palmerius, magis vero si anno circiter CCX Jesu Christi, Severi XVII, XVIII, floruisse credatur, ut ait Tillemontius; adde Menagium in Præf. ad Laert. Papias enim quinquaginta ad minus annis, ex hoc calculo, præmortuus Laerto fuerit.

Desunt etiam in codice alia, quæ in Vulgata leguntur, ut Matth. XXVII, 8 : *Propter hoc vocatus est ager ille Haceldama, hoc est ager sanguinis :* codex, præterita vocula Haceldama, *vocatus est ager sanguinis.* Tum ejusdem XXVII, 35, integra pericope illa, *ut impleretur quod dictum est per Prophetam, Diviserunt sibi*, etc. Uti etiam VIII, 9, *nam et ego homo sum sub potestate constitutus*, omissa sunt in nostro, *sub potestate constitutus;* quæ versio Gothica similiter præteriit. Sed defectus isti, quorum plerique antiquissimi sunt, tum alii etiam erudito lectori statim patebunt : non secus atque assumentum illud Lucæ XI, 36, et XIII, 17, aliaque hujusmodi.

Addam lectionem argenteo codici peculiarem Lucæ XXI, 25. Vulgata : *Et in terris pressum gentium præ confusione sonitus maris, et motus fluctuum :* noster : *Et in terra occursus gentium anxietate, ut sonitus maris, et motus fluctuum;* quam olim putaveram ad Tertulliani locum (*Adv. Marc.* IV, 39) adornatam fuisse, ubi ait : *Sed monstrato dehinc tempore excidii, cum cœpisset vallari exercitibus Hierusalem, signa jam ultimi finis enarrat, solis et lunæ, siderumque prodigia. Et in terra angustias nationum obstupescentium.* VELUT A SONITU MARIS FLUCTUANTIS *pro expectatione impendentium malorum.* Sed unde demum manaverit; certe energetica est, ac mire exprimitur murmur immensæ illius multitudinis sibi invicem occursantium præ anxietate impendentis ruinæ, veluti est maris sonitus fluctuantis.

En tibi locum alium egregii Scriptoris, quem contra Marcionem (IV, 26) urget argumenti gratia, at propterea sic lectum in exemplaribus suorum temporum liquet. Neque enim objecisset lectionem ab archetypis abeuntem; Lucæ præsertim, quem apostata ille præ cæteris evangelistis selegerat : longoque,

(1) Dissert. de Auct. Evangeliorum ad calcem Harm. Ev. Observ. ad Herod. lib. I, Chronol. ad finem tom. III.

quamvis perverso usu callebat. Locus est Lucæ XI, 13, ubi Vulgata: *Quanto magis Pater vester de cœlo dabit Spiritum* BONUM *petentibus se;* codex noster, *Spiritum* SANCTUM, ut Græca ferme omnia Πνεῦμα ἅγιον. Tertullianus, *Agnosce igitur et Patrem, quem etiam appellas creatorem. Ipse est, qui scit quid filii postulent. Nam et panem petentibus de cœlo dedit manna, et carnem desiderantibus emisit Ortigometram; non serpentem pro pisce, non scorpium pro ovo. Illius autem erit non dare malum pro bono, cujus utrumque sit. Cæterum Deus Marcionis non habens scorpium, non poterat id se dicere non daturum, quod non habebat; sed ille qui habens et scorpium non dat. Itaque et* SPIRITUM SANCTUM *is dabit, apud quem est et non* SANCTUS.

Expendam hic lectionem aliam argentei codicis Lucæ IX, 54, quam secutus necne fuerit Tertullianus, ambigitur. Ea est: *Domine, vis dicimus ut ignis descendat de cœlo, et consumat illos,* SICUT ET HELIAS FECIT: quæ ultima verba in Vulgatæ exemplaribus desunt.

Lectionem hanc omnia fere mss. exemplaria Græca exhibent, teste Millio ab h. l., tum Syrus, Arabs, Ethiops, Gothicus interpretes, ipsamque retinuit Erasmus in editione N. T. A. MDLVIII, apud Rovillium. Et sic legisse Tertullianum putaverat Millius. Ast ubi ad Prolegomena tandem descendit, in diversam omnino sententiam abiit (*N.* 4, 18). Verba ejus damus, utpote quæ ad criterium hujusce loci non parum faciant *Sequentia*, inquit, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε, *quæ sententiam Jacobi et Joannis tam insigniter illustrant, ad marginem libri a studioso quodam adscripta fuisse commentarii loco, indeque transiisse in corpus contextus, res ipsa clamat. Quis enim sanus tam insignia deleverit? Imo, quod sententiæ apostolorum lucis haud parum affunderent, arrepta haud dubito in textum. Cæterum a Tertulliano lecta fuisse hæc quod nos olim in notis nostris affirmavimus, non ita liquidum. Illud magis verosimile est, exemplum Eliæ, ab ipso lib.* IV *adv. Marcionem*, 25; *aliisque notatum ad hunc locum, occasionem dedisse huic interpolationi.*

Profecto haud satis liquidum itane in apographo Lucæ legerit Tertullianus, an ipsemet Eliæ exemplum addiderit. Verba ejus sunt: *Repræsentat Creator ignium plagam, Helia postulante, in illo Pseudopropheta. Agnosce judicis severitatem. E contra Christi lenitatem increpantis eamdem animadversionem destinantes discipulos super illum viculum Samaritarum.* Certe, cum ad laudatam Lucæ pericopen respiceret lib. de Patientia 3, Eliæ non meminit. Verba ejus damus a Millio non observata: *Non peccatores* (inquit Tertullianus de Christo loquens), *non Publicanos aspernatus est. Non illi saltem civitati, quæ eum recipere noluerat, iratus est; cum etiam discipuli tam contumelioso oppido cœlestes ignes repræsentari voluissent.*

Cæterum verba illa a quodam codicis sui margini adscripta, ut asserit Millius, inde in contextum transiisse: tum ab aliis etiam, uti prius Tertullianus, ad locum illum Lucæ notata occasionem dedisse huic interpolationi, mera, et quidem in re facti haud semper felix, conjectura est. Illud enim, quod ad secernenda ab adjectitiis genuina, in criticis judiciis plurimum valet; nempe si ratio nulla amovendi aliquid a veterum scriptis, probabilis vero addendi fuisse videatur, non raro fallere potest. Sunt plura ab oscitantibus librariis præterita alia dictantium oculos, alia aures excipientium fallere solebant, cujusmodi rei exempla non pauca in mss. ipsis N. T. legentibus occurrunt, uti est insigne illud Joan. v, 4, quod paulo ante observabamus. Propterea incertum omnino est deleta ne fuerint verba illa, an prætermissa in antigraphis, in quibus desunt.

Obstat etiam conjectura Millii inter criticas animadversiones illa: magis nempe suspectam esse lectionem, quæ a paucis codicibus, quam quæ a plurimis exhibeatur. Difficile enim est creditu tot exemplaria, non uno loco, ac tempore cum ab antiquariis ad publicum usum, tum a privatorum pluribus sibi ipsis parata, e corrupto quopiam singula prodiisse quod e contra paucis accidere facillime poterat; tum Syrum, Arabem, Æthiopem, Gothicum interpolatis, hic loci, omnes antigraphis usos. Adde Græca ferme omnia, fatente Millio, sic legere, quibus tamen ab adnotatis a Tertulliano, aliisve, seu a Latinis exemplaribus verba illa irrepsisse, pauci sibi persuadeant. Rarus enim, cum Latinæ linguæ, tum Afri illius, aliorumque e nostris scriptorum usus apud Orientales tunc temporis fuit. Rarior Vulgati interpretis, aut verius nullus, quo minime indigebant.

Ast, quod me magis inducit ut credam, ita antiquitus lectum, est facti ipsius raritas, ac magnitudo. Ignem scilicet de cœlo in contumeliosum oppidum precari apostolos velle, exemplo nullo præeunte. Ac propterea vero simillimum est, Eliæ illud, utpote insigne adeo, atque inter Judæos notorium Christo adduxisse, ut eamdem, quæ olim prophetæ data, potestatem ipsismet faceret.

Quod supra dicebamus, plura ab exscriptoribus hac illhac prætermitti potuisse, monuit me loci alterius Lucæ VI, 26, ubi Vulgata cum Græcis ferme omnibus: *Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis patres eorum*, exemplar nostrum, *faciebant et prophetis.* Et sic codices aliqui ante Hieronymum, teste Millio. Et sic legebat Tertullianus (*Lib.* IV *adv. Marc.*), observante eodem. Verba ejus sunt: *Væ cum vobis benedixerint homines: secundum hæc faciebant et prophetis patres illorum. Æque Creator benedictionis et laudis humanæ sectatores incusat per Esaiam. Populus meus, qui vos beatos dicunt, seducunt vos, et vias pedum vestrorum disturbant* (*Esai*, III, 12). Legenda, quæ ad hunc locum adducit Millius; tum Erasmi judicium, qui putabat diversitatem hanc ab eruditulo quodam in codices primitus irrepsisse. Ego non dubito, quidquid peccatum sit librario deberi, qui cum præcedenti commate 23, eadem omnino verba legisset, aut hic loci retinenda censuit, sicque primas syllabas in *pseudoprophetis* præteriit; aut, fal-

lentibus oculis, comma illud pro altero iterum legit. Certe ad laudatum Esaiæ locum respexisse videtur Salvator noster. Et quod olim pseudoprophetæ illi, qui videre falsa, et divinare populo mendacium dicebantur, ita etiam non defuturos, qui, ad contumaces Judæorum animos obfirmandos, bona et fausta iis oggerere non desinerent; quos propterea pseudoprophetis assimilavit. Et sane, nisi obstaret consensus omnium hucusque codicum, legendum videretur, *Secundum hæc enim faciebant pseudoprophetæ patribus illorum.* Sed hoc ut conjecturam simplicem damus.

Longior sim, si peculiares lectiones alias in codice nostro a Vulgata abeuntes, nonnullas etiam frustra a viris doctis sollicitatas expendere hic pergam. præsertim cum, quæ nos adferre possemus, adtulerint fortasse alii, quorum opera inspicere nobis non licuit. Itaque satius erit ad hujuscemodi exemplaria conversos, unde ea demum lectionum varietas, a quibus, aut quando invehi cœpta, quantum equidem et obscuritas temporum, et ingenii vires patiuntur, disquirere.

Certum est, ut antea dicebamus, divina apostolorum monumenta, ut quæque prodibant, Ecclesias illas, quibus primo innotuerant, in codices suos retulisse; tum earum apographa propioribus, hasque invicem aliis communicasse fidelibus, ut præsto esse possent : ea profecto cura descripta, quæ puritatem nascentis Ecclesiæ, atque una, scriptorum reverentiam, dignitatemque decebat : viris, ut credi par est, ad munus illud delectis, quorum de fide ac diligentia ambigi minime posset; et sic prioribus sæculis in illarum sacrariis castissime habita, fortasse etiam apud privatos, qui plus sapere, quam oporteret, nondum didicissent.

Et sane non solum haud proclive, sed neque tutum tunc erat, quidquam, quod ab archetypis differret, in apographa intrudere : illis adhuc apud principes Ecclesias manentibus, ad quas provocare liceret. Quod fecisse videtur Tertullianus (*De præscrip. Hæret.* XXXVI), et quidem conserta cum hæreticis manu; qui si fefellisset, aut credulum eum ridere, aut mendacem traducere poterant. Ait enim : *Age jam, qui vales curiositatem melius exercere in negotio salutis tuæ, percurre Ecclesias apostolicas, apud quas ipsæ adhuc cathedræ apostolorum suis locis præsident, apud quas ipsæ* AUTHENTICÆ *litteræ eorum recitantur, sonantes vocem, et repræsentantes faciem uniuscujusque. Proxima est tibi Achaia? habes Corinthum. Si non longe es a Macedonia, habes Philippos, habes Thessalonicam. Si potes in Asiam tendere, habes Ephesum. Si autem Italiæ adjaces, Romam, unde nobis quoque auctoritas præsto est.* Non me latet quæ fuerint apud Rigaltium (*Notis ab h. l.*). Litteræ istæ authenticæ, ad quas provocat Tertullianus, lingua scilicet eadem, qua fuerant ab apostolis conscriptæ.

Simonius, Rigaltium secutus, (*Il. C. N. T. Parte* I. IV), ideo, inquit, cum ad authentica exemplaria provocaret, non alia intellexisse, quam Græce scripta, quia in Africana Ecclesia soli codices Latini Evangeliorum legebantur.

Cur ita senserit Rigaltius fateor me non adsequi. Nisi si forte haud fieri potuisse arbitrabatur, ut archetypa apostolorum ad Tertulliani usque tempora superessent. Ut quid enim Afer iste ad illas dumtaxat Ecclesias provocasset, ad quas Apostolum scripsisse compertum est? An non et apud alias apographa Epistolarum Pauli authentica, si Græce scripta?

Simonius, ut in plerisque locis historiæ illius, nec satis memor, et parum sibi ipsi constans cum apprime fidenter dixisset (*H. C. Parte* I, I), primis illis Ecclesiæ temporibus difficile fuisse veros apostolorum, aut discipulorum libros ab iis secernere, quos hæretici fictis eorum nominibus inscribebant, deficientibus archivis, ad quæ provocare fideles possent, non multo postea intervallo subjungit. Si quando sectarius aliquis ficta Evangelia opposuisset, falsi convictum a Patribus, ad vera illa provocantibus, quæ in Ecclesiis apostolicis, perinde ac si in archivis, servabantur. *Ils l'ont convaincu de la fausseté des actes, qu'il produisait pour les* VÉRITABLES, *qui se conservaient dans les Eglises apostoliques, et qui tenaient lieu d'archives.* Quid itaque aliæ non apostolicæ ubi opus esset? Tum quod in Africæ, Italiæ, Galliarum, aliisque Occidentis Ecclesiis in Latinam linguam translata Evangelia legerentur, num propterea vera, atque authentica esse desierant? Quamvis non de Evangeliis, sed de Paulinis Epistolis loquatur inibi Tertullianus.

Itaque superessent etiamnum illius ævo autographa Apostoli in memoratis Ecclesiis, necne, profecto sine idoneis monumentis, in re facti, ut hoc est, nemo statuat prudens. Attamen quod servari potuerint, nihil vetat. Imo quod servata, longe est verosimilius. Si enim tot ectypa, cur non archetypa, unde manaverant? in quibus et maximum Ecclesiarum decus, ad quas datæ Epistolæ illæ, quæ se ab Apostolo fundatas merito gloriabantur; et præsto semper auctoritas contra novatores, si quid in apographis dolose addere, omittere, pervertere niterentur. Ac propterea, non quia Græce scriptæ in peculiaribus illis Ecclesiis, nam æque in tot aliis, sed quod ἰδιόχειρα ipsæ Pauli Epistolæ superstites essent, ad has provocaverit Tertullianus.

Ad Evangelia quod spectat, quamvis Simonius, loco supralaudato, servata in Ecclesiis apostolicis eorum archetypa sensisse videatur, nemo tamen, quod sciam, præcise ad illorum aliquod provocavit, præter Petrum Alexandrinum in fragmento de Paschate, de quo postea.

Verum, utcumque ex hoc ipso quod primigenia Novi Fœderis monumenta in apostolicis Ecclesiis servarentur, difficile fuerit in eorum apographis aliquid immutare; nihil tamen adeo efficax ad custodiendam illorum integritatem tunc temporis fuit, ut cura ipsa, et reverentia sacrorum codicum, cum fidelium simplicitate conjuncta. Et ita, quamvis non-

nulli in suis exemplaribus audere aliquid potuerint, in ecclesiasticis tamen id fieri potuisse, difficillimum puto. Aut enim privatim a sacris duntaxat ministris, aut publice a lectoribus, et quidem præsentibus fere semper episcopis legebantur.

Si quid tamen conjicere licet, non primo, sed altero fortasse sæculo, incertum præsumptione, an credulitate, paucorum scholiis tentari cœpta cum Græcorum, tum Latinorum codicum facies. Mox aucta in dies et litteris, et divitiis Ecclesia, libertas major gliscere cœpit. Eruditis Græcorum ingeniis apostolicæ in scribendo simplicitatis, Latinorum vero illius, qua primi interpretes, ad populi captum ἰδιωτεύοντες, usi in transferendo fuerant, male pertæsis. Adhuc tamen, ni fallor, intra privatorum cancellos coacta licentia, intactisque Ecclesiasticis exemplaribus. Donec, ruentibus in pejus, teste Eusebio (*H. E.* VIII, 1), cum populi, tum antistitum moribus, Deo sic permittente, ingratæ vineæ suæ horribilis illa persecutorum tempestas incubuit (*A. C.* 303).

Tunc prima, et quidem luctuosior sacrorum codicum clades fuit, jussis ubique magistratibus, non solum Ecclesias diruere, sed præ cæteris divinos libros ab episcopis ipsis, eorumque ministris acerrime quæsitos in plateis publice urere. Quot proinde in ruinis, antea cælati, perierint; quot vi ac tormentis extorti, quot a servis, ab ancillis, a transfugis delati, quoti demum metu a fidelibus, imo a præsidibus Ecclesiarum, eorumque ministris miserrime proditi, unde traditorum nomen usurpari cœptum, quicumque tristissimam illam Ecclesiæ faciem in Historiis temporum viderit, is secum reputet. Inde factum, dirutis Ecclesiis, earumque exemplaribus aut combustis aut aliter consumptis, cessante demum persecutione, ut privatorum apographa, quorum pleraque aut latere facilius, aut ferri alio potuerant, in priorum subsidium adhibita interim a notariis ecclesiasticis *fuerint*; tum a librariis ut fidelium pietati satisfieret. Et ita a primæva illa codicum puritate deflexum, Scholiis subinde, librariorum præsertim aut ignorantia, ut novitatis impulsu, quæ, perinde ac cæteris mercibus, pretium libris augere solet, in textum adscitis.

Ad ea itaque tempora referendum censeo statum illum Latinorum exemplarium, in quibus multa fuisse a vitiosis interpretibus male reddita, a præsumptoribus imperitis emendata perversius, a librariis dormitantibus vel addita, vel mutata, mixta demum omnia in Evangeliorum serie querebatur postea Hieronymus (*Ep. ad Dam.*), tot pœne fuisse asserens exemplaria quot codices. Inde orta opinio illa de plaribus N. T. Latinis versionibus; quam promovit in majus Augustini locus alter (*De Doct. Christ. l.* II), ubi ait, qui Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterant, numerari posse, Latinos autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique, primis fidei temporibus, in manus venerat codex Græcus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguæ habere videbatur, ausum fuisse interpretari. Verum, nisi latius sumenda sint beati Scriptoris verba, haud ita proclive est creditu primis illis fidei temporibus tot privatos interpretes passim fuisse, longe vero difficilius, si de Veteris Instrumenti versionibus loqui voluerit, quod de Novi etiam Testamenti interpretibus dicendum puto, cum, qui ad fidei sacramentum tunc vocabantur, indocti ut plurimum, ac populus essent. Ac propterea non de primo sæculo, ac sequenti, sed de iis temporibus intelligendum existimo laudatum viri sanctissimi locum, quæ supra tetigimus. Et sic etiam latius sumendos interpretes illos, non quasi versiones integras cuderent, sed veluti scholiastas, qui locorum aliquot, ut sibi ipsis videbantur, emendatores, aut illustratores essent. Non rare etiam Græcæ linguæ imperiti; ut propterea male intellecta pejus redderent. Cujus rei liquidum exemplum dabit locus argentei codicis, ubi privatus ille cum Latino apographo, exemplaris Græci collationem instituens, verba illa Lucæ II, 4, ἐξ οἴκου καὶ τῆς Πατριᾶς Δαβίδ, reddidit, *de domo et* PATRIA *David*.

Sed quæ magis me movent ut credam, plures illas Latinas versiones nihil aliud fuisse, quam privatorum, ut diximus, hac, illhac in codicibus suis additamenta, duo præsertim sunt. Unum, jam primis illis fidei temporibus sacrorum monumentorum, ut quæque, ab apostolorum, aut discipulorum manibus exiverant, adornatam a Romanæ Ecclesiæ interpretibus versionem Italiæ, ac proinde vicinæ Africæ, aliisque occidentis Ecclesiis præsto fuisse, unde fidelium pietati consuleretur. Alterum antigrapha e vetustioribus, quæ ante Hieronymum, atque Augustinum ferebantur, expressa; in quibus additamenta illa quidem, sed fundus, atque ἰδιωτισμὸς supralaudatæ versionis manifestissime apparent.

Dixi interpretes. Nam, quod ad te olim perscripsi, haud unum, eumdemque fuisse, cum ratio temporum si a primo, Matthæi, ad novissimum, Joannis, Evangelium, qui effluxerant anni putentur; tum maxime evincit styli diversitas, ut observat Millius (*Proleg.* I, *ad Edit. Ev. Matth.*); e qua non satis attente Marzianæus, non secus atque e dissimili sectionum, et capitulorum in codicibus facie, plures Latinas versiones asseruit. Tum est vero similius, in Ecclesia cæterarum omnium principe non unum dumtaxat interpretem floruisse, sed plures; ut, si quis illorum, cui transferendi munus incumberet, aut temporibus exclusus, aut ægritudine præpeditus, aut demum morte præventus vacuam provinciam reliquisset, præsto esset alter, qui eamdem curaret. Nam, quod Valtonus asseruit (*Proleg.* X, § 1), Latinam nempe Ecclesiam sine Latina versione stare non potuisse, ita evidens esse arbitror, ut nihil magis. Qua enim lingua in synaxibus sacrorum Librorum lectio ad populum fieret, nisi ea, quæ populi esset? Ac propterea, quod præeunte Grotio, putavit Millius (*Adnot in Marc.*), linguam scilicet Græcam Romæ tunc temporis, atque Italiæ familiarem fuisse, somnium mihi est: En illius verba, quibus laudatam Valtoni opinionem eversum ivit.

Nempe haud notarunt, inquit (*Proleg. n.* 377), *per annos, a fundatione istius Ecclesiæ, ad constitutionem usque canonis N. T. fere quinquaginta, nequidem cogitatum fuisse de scriptis evangelistarum et apostolorum in unum colligendis; multo minus de transferendis illis in alias linguas; tum vero nascenti huic Ecclesiæ neutiquam opus fuisse Latina versione. Fidelibus nimirum, qui jam Romæ agebant, advenis Judæis, Ægyptiis, aliis lingua Græca familiariter nota erat, ac plane vernacula. Quod idem et de provincialibus, aliarumque quarumdam orbis partium Christianis dicendum. Notum illud poetæ:*

Nunc totus graias habet orbis Athenas.
(*Juven., Sat.* XV.)

Sed et Hieronymus de Orientalibus etiam sui ævi: « *Sermone græco omnis loquitur Oriens.* »

Scis quid de constitutione illa Canonis senserim; quam, nullo teste, serius quam par erat, distulisse Millium non dubito. Nunc, quod e re nostra est, quis unquam credat, ex solis dumtaxat Judæis, Ægyptiis, aliisque Orientalibus nascentem Romæ Ecclesiam constitisse? Quid ibi Petrum, quid Paulum biennio illo, quo libera in custodia mansit, egisse putemus, nisi ut omnibus, qui ad audiendum convenissent, Evangelicæ doctrinæ lumen affunderent; sive Græcis, sive Barbaris, quibus se debitorem Apostolus fatebatur? Adde discipulos, neque eos tantum, sed e Gentibus recens ad fidem conversos, ubicumque se offerret occasio, eamdem, apostolorum exemplo, in familiaribus, contubernalibus, notis serere satagentes. Quoti propterea, non ex solo Oriente, in amplissimo illo Nationum gurgite cœlestium charismatum participes facti? At Satyricus diffusas per Orbem Græcas litteras scripsit. Esto: poetica licet ὑπερβολῇ. Addi quin etiam poterat locus alter (*Satyra* VI), ubi putidulas quasdam pro nativis anima et vita, ψυχὴν ac ζωὴν effutientes irridet: Græcanicos inde earum concubitus salse comminiscens. Et erant profecto Romæ grammatici plures, qui Græcas litteras docerent. Erant et in opulentis privatorum domibus, quorum multi Græce sciebant. Demus hoc ipsum Italiæ urbibus, demus Galliæ, Britanniæ: si placet, etiam Africæ demus. Quid tum? Ut nos Latinam, sic illos Græcam linguam, non domestico usu, sed a præceptoribus discere oportebat: cujus rei exempla non pauca ab antiquitate præsto essent, si opus foret. An idem propterea de cæteris omnibus dicendum? Quid ingens illa in urbe, in agris, per Italiam servorum colluvies? Quid propolæ, institores, lanii, fabri, fullones, sutores (ridiculus sim, si tot artes operasque ad censum vocare velim), uno verbo, quid tanta viliorum capitum multitudo Romæ, in coloniis, in municipiis, ubique; tum et honestorum hominum, quibus arcta res domi esset? Num et hi dieculas in ludo triverant, græce loqui ut addiscerent? Et tamen ex iis ut plurimum primis illis fidei temporibus constabat Ecclesia, infirma mundi eligente Deo ut sapientiam sæculi confunderet. Hinc merito apostolos τὴν γλῶτταν ἰδιωτεύοντας dixit Eusebius (*H. E.* III, 24); et qui Magistri sui præcepta eloquentiæ ornamentis exponere οὔτε ἤδεισαν, οὔτε ἐνεχείρουν. Qui enim in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis prædicare Christum, et hunc crucifixum nescirent, quibus pigmentis id facere aggrederentur? Et sic expediebat, inquit Erasmus (*Edit.* V, *N. T., ap. Froben. et Episcopium*), apostolos eo sermone uti, qui latissime patebat; et a litteratis pariter ac illiteratis intelligebatur. Quod postea de primævis interpretibus affirmat, idem scilicet de istorum oratione, ac de sermone apostolico valere; quum sermo Romanus adhuc esset promiscuæ multitudini communis. Ac propterea multa illos in transferendo tribuisse vulgo idiotarum, quibus ea tum scribebantur.

Quod vero pro coronide ex Hieronymo attulit Millius, e tanta adnotationum messe, quam a scriptoribus ecclesiasticis summa diligentia collegerat, in æstu illo rerum alio spectanti extra aream excidisse manifestum est. Nihil enim Orientis cum Occidente instituta inibi comparatio ad hocce argumentum facere poterat. Neque obstant quæ postmodum adjecit; non statim a suscepta fide Christi, sed post annorum complurium intervallum deliberatum de translationibus Bibliorum, aut saltem librorum aliquot N. T. in usum publicum conficiendis. Italicam vero, cum apud Italos, et auspiciis, ut omnino credibile putat, Ecclesiæ Romanæ prodierit, vix esse ut edita censeatur ante tempora Pii papæ; quod is esset tum Latinorum primus; et res Ecclesiæ diutius paulo, per annos scilicet quindecim administrasset. Nam cæteri pontifices, inquit, eousque fere Græci fuerant. Hæc enim omnia duo præsertim infirmant: unum, quod ipsemet asserebat, haud opus fuisse latina versione, græca Lingua jam Romæ ac provincialibus familiari, nisi si forte hanc Pii temporibus evanuisse arbitrabatur: quod tamen experientia ipsa refellit. Linguæ enim populorum omnes longo usu firmantur, neque aut emori illas, nisi everso penitus rerum statu, aut paulatim obsolescere, nisi exterarum Gentium alluvione contingit: quorum neutrum, florente, ut erat, imperio, accidisse compertum est. Alterum, pontifices ad Pium usque ferme Græcos, tum hunc Latinorum primum fuisse. Exciderant nempe viro eruditissimo primus post Petrum Linus, post hunc fortasse etiam Clemens, certe tertius Clemens Latini. Et quidem Linum duodecim annis res Ecclesiæ administrasse a veteribus discimus. Cur itaque non sub hoc potius, quam post tam laxum temporis spatium adornata sub Pio sacrorum N. T. librorum translatio fuerit? An deerant principi omnium Ecclesiæ, in frequentissimo gentium e provinciis imperii ad Urbem appulsu, eorum, simul ac prodierant, apographa, ut ne verti commodum possent? An fortasse non opus, aucto in dies credentium numero, ut verterentur? Neutrum profecto, ni fallor. Quæ omnia dicta sint argumenti hujus gratia; in quod olim egregia Millii Prolegomena observantes cum incidissemus, dubia primum aliqua cartis inlevimus; nunc vero e re nata

eadem retractantes latius paulo diduximus. Et quidem, cum ex antiquitate monumentum supersit nullum, unde translationis illius tempus eruere possimus, conjecturis, ut ipsemet fecerat, tentantes iter, si qui forte aditus ad veritatem daretur. Recte, an secus, apud æquos rerum æstimatores judicium esto.

Itaque ad institutum redeuntes, dicebamus ex allatis Hieronymi atque Augustini verbis firmatam apud multos opinionem illam de pluribus in Latina Ecclesia versionibus; quamvis postea petitis aliunde subsidiis fulta se latius diffuderit. E lectione scilicet Patrum, quæ plerisque, etiam doctissimis imposuit. Cum enim viderent sacri Textus pericopas diversimode ab illis efferri; sæpe etiam easdem ab eodem aliter, atque aliter adductas, diversis propterea translationibus usos arbitrabantur. *Varias quidem*, inquit Huetius (*De Claris Interp.*), *ac plane diversas inter se editiones secutos Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, Latinosque Patres deprehendetis, si rem explorare tanti vobis est. Verum ut repentino illæ ortu enatæ fuerant, ita post vitam non diuturnam subito occasu evanuerunt. In quo tamen Virum amplissimum, quæ prima se menti objecerat, rerum species fefellit.*

Pamelius peculiari versione sua usum Tertullianum asseruit (*In Vita Tertull., ad. An. Chr.* 197), frequentibus illius græcismis, ut arbitror, motus; tum quod vetusti interpretis locos ad Græcum fontem exigere alicubi soleat; ut manifeste Matthæi v, 3, et Joannis I, 1, quo tamen scriptore, sicuti nemo alius tam locuples in adducendis e vetere Novoque Instrumento divinis auctoritatibus, ita nemo liber magis; et qui ex amplo memoriæ penu sæpe eas repetens, aliter easdem, atque aliter efferat; aliquando etiam, unius scriptoris verbis pro alterius acceptis, quod in laudato Matthæi constat. Cum enim notum sit, Marcionem, rejectis aliis, solo Lucæ Evangelio, et quidem nec integro usum; ac propterea ex hoc ipso convenire eum vellet Tertullianus: *Venio nunc*, inquit, *ad ordinarias sententias ejus, per quas proprietatem doctrinæ suæ induxit ad edictum* (*ut ita dixerim*) *Christi. Beati mendici* (*sic enim exigit interpretatio vocabuli, quod in græco est*) *quoniam illorum est regnum cœlorum*; in quo tamen et Tertullianum memoria, et Pamelium Tertullianus fefellit. Ait enim in notis ad hunc locum, *Græce est Lucæ* πτωχοί, *quod proprie mendicos significat.* Ast non sunt ea Lucæ, sed Matthæi; in quo æque, ac in filo idem profecto commatis initium μακάριοι οἱ πτωχοί, verum non eadem quæ sequuntur. Et tamen πτωχούς illos, quos inibi Mendicos verti vult, Egenos alibi appellat, ut observavit Pamelius ipse, adducto loco ex lib. de Idololatria XII, cui addere alterum poterat ex laudato adversus Marcionem, ubi et mendicos, et pauperes Egenorum nomine comprehendit. Et plures adducere possemus, si res posceret. Quæ vero affert e Commentario in Epist. ad Romanos, olim Ambrosio tributo, ambigua omnino sunt; neque assertam Tertulliani versionem statuere ullo modo possunt.

Locus alter, quem ad Græcam originem exigere videtur, est divinus ille ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, quæ vetus interpres, *In principio erat Verbum*. Tertullianus vero (*Adv. Praxeam, c.* 20), *Et in primis ipsa statim præfatio Joannis evangelizatoris demonstrat, quod retro fuerit, qui caro fieri habebat: « In principio erat sermo, et sermo erat apud Deum, et Deus erat sermo. »*

Sermonis vocabulum, quod Latinorum primus Afer iste in hoc Commate usurpare voluit, quomodo ad fontem exigat, innuunt duo præ cæteris loci, quorum primus in Apologetico sic se habet (*cap.* 21): *Jam ediximus*, inquit, *Deum universitatem hanc* VERBO, *et ratione, et virtute molitum. Apud vestros quoque sapientes* Λόγον, *id est* SERMONEM, *atque Rationis constat artificem videri universitatis.*

Alter est adversus Praxeam (*cap.* 5); eo etiam insignior, quod vir ætate nostra celeberrimus, ad firmanda, quæ de sensu voculæ illius Λόγος apud Evangelistam commentus est, adhibuerit. *Ante omnia enim Deus erat solus, ipse sibi et mundus, et locus, et omnia. Solus autem, quia nihil aliud extrinsecus præter illum. Cæterum ne tunc quidem solus; habebat enim secum, quam habebat in semetipso,* RATIONEM *suam scilicet. Rationalis etiam Deus, et* RATIO *in ipso prius, et ita ab ipso omnia. Quæ* RATIO *sensus ipsius est.* HANC GRÆCI Λόγον *dicunt, quo vocabulo etiam* SERMONEM *appellamus. Ideoque jam in usu est nostrorum, per simplicitatem interpretationis,* SERMONEM *dicere apud Deum fuisse. Cum magis* RATIONEM *competat antiquiorem haberi, quia non sermonalis a principio, sed* RATIONALIS *Deus etiam ante principium, et quia ipse quoque* SERMO RATIONE CONSISTENS *priorem eam, ut substantiam ostendit.*

Hunc ipsum, quem et *Virtutem*, et *Rationem*, et *Spiritum* dixit, *Sapientiam* alibi appellat (*Adv. Hermog., cap.* 18): *Si vero* SOPHIA *eadem Dei* SERMO *est, et sensu* SOPHIA; *et sine quo factum est nihil, sicut et dispositum sine* SOPHIA; quæ omnia vocabula jam collegerat in Apologetico (*cap.* 23), asserens Christum e cœlis venturum cum totius mundi motu, cum horrore orbis, cum planctu omnium, sed non Christianorum, ut Dei *Virtutem*, et Dei *Spiritum*, et *Sermonem*, et *Sapientiam*, et *Rationem*, et Dei Filium.

Num vero constans sibi *Novator iste vocabulorum* (ut merito illum vocat Pamelius) cum, sepositis primævi interpretis versione, qua cæteroqui utebatur, Λόγον *Sermonem* potius, quam *Verbum* vertere maluit? Audi illum aliter pro veritate efferentem (*De Præscript. Hæret., cap.* 13): *Regula est autem fidei, ut jam hinc, quid defendamus, profiteamur, illa scilicet, qua creditur unum omnino Deum esse; nec alium præter Mundi conditorem, Filium ejus appellatum; qui universa de nihilo produxerit per* VERBUM *suum primo omnium demissum. Id* VERBUM, *filium ejus appellamus.*

Eamdem vocem usurpat semel et iterum lib. de Carne Christi (*cap.* 12, 18), VERBUM frequenter appellans. Tunc hæreticos suorum temporum as-

sione utentes inducit ibidem, dicens, *quoniam* (inquiunt), VERBUM CARO *factum est.*

Sed nullibi tam exerte vim voculæ Λόγος expressit, quam laudato cap. 21 Apologetici, ubi de Judæis loquens : *Quem igitur*, inquit, *solummodo hominem præsumpserant de humilitate, sequebatur uti magum æstimarent de potestate, cum ille dæmonia verbo de hominibus excuteret, cæcos reluminaret, paralyticos restringeret, mortuos denique verbo redderet vitæ, elementa ipsa famularet, compescens procellas, et freta ingrediens; ostendens sese* Λόγον *Dei, id est* VERBUM *illud primordiale primogenitum, virtute, et Ratione comitatum, et spiritu fultum.*

Ex his, quæ fusius data opera attulimus, satis liquet, non inter translatores, qui versionem integram cuderint, sed inter scholiastas illos referendum Tertullianum, quos supra dicebamus vetusti interpretis locos hac illac sollicitasse. Et quidem compendio nullo, nisi novitatis, quam in rebus istis sæpe inutilem, non raro etiam periculosam exitus comprobavit. Adde etiam haud satis commode *Sermonem* usurpasse. Jam enim non *Verbum Dei*, sed *Verba* essent intelligenda : ac propterea, cum in adducto loco adversus Praxeam apud suos in usu fuisse ait, per simplicitatem interpretationis *Sermonem dicere*, recte Clericus, quamvis fine alio, per *imperitiam* adjecit.

In eodem censu, Latinorum alter, præsultore suo nihilo constantior, nihilo etiam castigatior Lactantius fuit, Dei filium nunc *Verbum*, modo *Sermonem* appellans (*De Vera Sapientia* IV, 8, 9). Cum enim dixisset, *Sermonem* esse spiritum cum voce aliquid significante prolatum; in hoc tamen angelicos spiritus, et divinum illum Sermonem differre ait, quod scilicet *spiritus naribus, ore sermo procedat :* angelos propterea ex Deo tacitos spiritus exiisse (bene, quod non ex naribus Dei dixerit) quia non ad doctrinam Dei tradendam, sed ad ministerium creabantur. Illum vero cum *voce* ac *sono* ex Dei ore processisse, quia voce ejus ad populum fuerat usurus. Clauditque mirabile hoc ratiocinium, inquiens. « Merito igitur *Sermo* et *Verbum* Dei dicitur. »

Vocalem hunc Sermonem, sicuti alia, quæ postea afferemus, hauserat e Tertulliano; cujus insignem profecto locum habemus adversus Praxeam (*cap.* 7): *Ut primum*, ait, *Deus voluit ea, quæ cum Sophiæ Ratione, et Sermone disposuerat intra se, in substantias, et species suas edere, ipsum primum protulit sermonem, habentem in se individuas suas Rationem et Sophiam, ut per ipsum fierent universa, per quem erant cogitata, atque disposita; imo et facta jam, quantum in Dei sensu. Hoc enim eis deerat, ut coram quoque in suis speciebus, atque substantiis cognoscerentur, et tenerentur. Tunc igitur etiam ipse Sermo speciem, et ornatum suum sumit,* SONUM, *et* VOCEM, *cum dicit Deus, Fiat lux.* HÆC EST NATIVITAS PERFECTA SERMONIS, *dum ex Deo procedit, conditus a Deo primum ad cogitatum in nomine Sophiæ,* « *Dominus condidit me initium viarum.* » *deinde generatus ad effectum,* « *Cum pararet cœlos aderam illi simul.* »

Nimbata sunt hæc, ut pleraque alia hujusce scriptoris, quæ adhuc lucem expectant: duæ scilicet nativitates illæ *Sermonis*, conditi primum ad cogitatum, dein generati ad effectum. Sed facile ex iis, quæ præstruxit, tum ex subsequentibus castigare eadem, atque ad purum recolligere possumus.

Antequam ad alia Lactantii pergam, est observatu dignum, quod scripsit Hilarius (*Lib.* X *de Trin.*, *pag.* 334 *edit. Veron.*), hæreticorum aliquos volentes Unigenitum Deum, qui in principio apud Deum erat Deus Verbum, non substantivum Deum, esse, sed *Sermonem vocis emissæ*, ut, quod loquentibus est suum verbum, hoc sit Patri Deo Filius; atque ex his subrepentes, non Deum Verbum hominem se ex partu Virginis efficientem extitisse, sed, ut in prophetis spiritus prophetiæ, ita in Jesu Verbum Dei fuisse dicentes. Num ex vocali Tertulliani ac Lactantii *Sermone*, suum illum *vocis emissæ* effinxerant novatores isti? quis divinet?

Sed ad Lactantium ut redeam, dixi non magis hunc quam Tertullianum sibi constare. Promiscue enim vocibus *Verbum* et *Sermo* usus, ubi integrum Joannis locum adducere voluit : *Joannes quoque*, ait, *ita tradidit :* « *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum.* At statim, quasi aqua ista e rivo, non ex fonte hausta minus saperet, semetipsum, atque una interpretem corrigens, subjungit : *Sed melius Græci* Λόγον *dicunt, quam nos Sermonem.* Λόγος *enim et* SERMONEM *significat, et* RATIONEM, *quia ille est vox, et sapientia Dei.*

Veteribus hisce scholiastis accensendus est Joannes Clericus, qui utrumque, in additamentis suis ad Novum Henrici Hammondi Testamentum (*Edit. altera Francofurt* 1714. *pag.* 391), secutus, non *Verbum*, aut *Sermonem*, sed *Rationem* vertere maluit : *Initio erat* RATIO, *eaque* RATIO *erat apud Deum, et Deus erat ea* RATIO.

Cur ita senserit vir profecto eruditus, sed audax, et sibi ipsi quamsæpissime nimis indulgens, aperuit ipsemet epistola altera ad lectorem, præfixa Animadversionibus suis in XVIII prima commata Evangelii Joannis; ubi tamen fatetur, non defuisse, qui ægre ferrent, *Rationem* a se verti, non *Sermonem*, aut *Verbum*.

Qui fuerint isti, et an vetustissimam Latinæ Ecclesiæ versionem, scriptis suis propugnaverint, ingenue fateor me nescire. Si quid propterea ad hocce argumentum attulero, quod prius ipsi vulgaverint, honori mihi vertam eadem cum doctis sensisse. Sin aliter, quæcumque ea demum sint, mea erunt.

Asserit itaque Clericus ambiguam per se esse vocem Λόγος, et tam *Rationem* verti posse, quam *Verbum;* statimque addit : *Si posterior significatio in Occidente obtinuit, ob veteris interpretis Latini imperitiam, aut si mavis inoviam linguæ Latinæ, Græci Patres passim ostendunt, cum hac de re agunt, se Rationem non minus, quam* VERBUM *intellexisse.*

Si vera hæc sunt, ut certe verissima, Λόγον æque *Verbum* significare, ac *Rationem*, et hanc non minus, quam illud Græcos Patres intellexisse, quæ fuit causa ut vetustum interpretem sollicitaret? An illius *imperitia* (quam vocem Clerico excidisse non dubito)? Haud equidem; rectissime enim vertit, si ejusdemmet calculo verti ita poterat. An inopia linguæ Latinæ? Nempe mysterium fuerint Christianis illorum temporum inaccessum voces *Ratio* et *Sapientia* ab ethnicis scriptoribus in divinis passim adhibitæ, ut propterea inopia pressus, nihil aliud præter *Verbum* afferre potuerit.

Pergit deinde inquiens: *Ipsi Latini, qui expenderunt vocem Græcam, fatentur potius* RATIONEM *esse intelligendam, quam quod Latine dicitur* VERBUM; *cum non* λόγον προφορικὸν, *verbum prolatum, sed* ἐνδιάθετον *insitum, seu internum, non externum se intellexisse dixerunt: Nam quid est* VERBUM *internum, præter* RATIONEM, *seu* RATIOCINATIONEM. *Prætereu universa Ecclesia Christiana, Græca et Latina,* λόγον *miscet cum* σοφίᾳ, *quæ eadem est cum* RATIONE, *sed diversissima a Verbo prolato. Igitur, quamvis a consuetudine Latinorum nonnihil recesserim, ad sonum quod attinet, a reipsa nequaquam abii.*

Quinam fuerint Latini isti, qui expenderunt Græcam vocem Λόγος, facile est conjicere ex adductis e Tertulliano, atque Lactantio auctoritatibus. Quamvis mirum videri possit, exertum hujusce locum, quem nos protulimus. Clericum præteriisse, cum alios ejusdem scriptoris ex libb. de Ira Dei et Divin. Instit. adduxerit. Nisi si forte, quod *Verbum* προφορικὸν ex ore Dei cum *voce*, ac *sono* procedentem minus attente descripserat; cum tamen prius a Deo mente conceptum, adeoque ἐνδιάθετον dixisset. Cæterum, quod non verbum prolatum, sive, quod Hæreticis ab Hilario memoratis est loquentibus suum Verbum, hoc sit Patri Deo filius, sed insitum, ingenitum Deo *Verbum* ejus unigenitum, et sapientiam Patris, semper intellexisse et Græcam et Latinam Ecclesiam quis unquam dubitavit? At quid sit *Verbum* internum quærit Clericus. Recte quod, cum *Rationem* esse dixerit, semetipsum e vestigio recolligens, *seu ratiocinationem* adjecit. Sicuti enim interna hominis ratiocinatio est humanæ mentis verbum, ita (nos miseri divina ista, atque incomprehensibilia nisi humanis affectibus metiri non possumus), ita inquam coæterna æternæ *Rationi Ratiocinatio* est *Verbum* illud Tertulliano *primordiale*, *primogenitum* et Dei *Spiritus*, et Dei *Virtus*, et *Sapientia*, et Dei *Filius*.

Verum in iis, quæ pro coronide epistolæ illius attulit Clericus, (parcat mihi memoria hominis, a quo nonnulla didicisse me fateor) majorem profecto, non dicam humanitatem, aut verecundiam, sed modestiam desideres. Pergit enim dicens: *Si quis objiciat, voce* RATIO *qualitatem potius quam rem signari, ostendat vocem* VERBUM *aptiorem esse ad significandam substantiam, et spondeo me, quæcunque dixi, palam revocaturum; aut si incommoda voce uti sibi licere censeat, ob* LATINORUM, EORUMQUE INDOCTORUM *consuetudinem; patiatur me non incommodiorem usurpare, ob doctissimorum Patrum Græcorum perpetuum usum. Sinat interea me illico significare voce* RATIO, *quod ipse rogatus quid sibi* VERBUM *velit, cogitur tandem vocare internum* SERMONEM, *hoc est*, RATIOCINATIONEM. *Audiat denique Tertullianum, qui ita adversus Praxeam cap.* 5, adducto subinde loco, quem nos supra retulimus.

Ludit nos Clericus, cum *Rationem* et *Verbum* nudas voces expendendas obtrudit, quæ plura citra substantiam significare possunt. Divina sunt hocce in loco, quibus de agimus. Divina scilicet *Ratio*, et e *Ratione Verbum*; si ἐν ἀρχῇ jam æternum, jam substantia e substantia cum Tertulliano (*Adv. Praxeam, cap.* 7), et substantivum cum Hilario, et consubstantiale cum Ecclesia.

An vero incommoda voce usus fuerit interpres, cum λόγον, non Rationem, sed Verbum transtulit, judicent eruditi. Æque Rationem ac Verbum verti potuisse, tum hoc non minus quam illam intellexisse Græcos Patres fassus est Clericus; ac propterea se nonnihil a Latinorum consuetudine, ad sonum quod adtinet, non vero a re ipsa abiisse.

Quod postea Latinos hucusque omnes, qui, interpretem secuti, Dei *Verbum*, non *Rationem* dixere, indoctos traducit, non ita scripturum fuisse puto, si, subsidente æstu, et semetipsum, et una tot veterum, recentiorumque doctissimos attentius inspexisset. Hoc solummodo dicam; quod omnibus in hac vita degentibus familiare est, idem Clerico accidisse, ut sæpe humani aliquid pateretur. At Græci Patres voce λόγος semper sunt usi. Mirum sane, qua igitur alia, nisi Græca, Verbum exprimerent? Sed parum fuerat Clerico e commate illo Verbum extrudere, nisi et sensum evangelistæ sollicitasset. Itaque ad illa sua, *Initio erat Ratio*, postquam dixisset, verba ἐν ἀρχῇ non esse referenda ad argumentum illius libri, quod est Evangelium. *Omnes Grammaticæ rationes*, inquit, *suadent proxime sequentium verborum potestatem, et seriem spectari potius oportere. Hic vero sequitur* λόγος, *et omnia ab eo facta, et mundum ab eo factum ait evangelista, quæ ostendunt agi de omnium rerum* INITIO, *seu de creatione Mundi.* Hujus ratiocinii fundum commodaverat illi Grotius (*Ad Joan.* I, 1), cujus verba sunt: Ἐν ἀρχῇ, *desumptum ex Græco Geneseos.* Deinde post plura, quæ erudite adtulit, *Noto autem Scripturæ loco verbum inde sumptum ex sententia illius loci intelligendum est. Mosis loci sententia hæc est: cum primum creavit Deus cœlum, et terram, terra erat*, etc. *Ergo* ἐν ἀρχῇ *est, cum primum rerum universitas cœpit creari.*

Divinat Grotius cum verba ἐν ἀρχῇ e Genesi desumpta idoneo teste nullo pronuntiat: quasi, volens Evangelista æternam Verbi generationem ostendere, alienis ad hoc verbis indigeret. Quid enim proclivius, si in principio existens dicere volebat, quam ἐν ἀρχῇ ὄντα illud asserere? Quod vero, non de mundi creatione, sed de generatione Verbi agat inibi Joannes, ita evidens est, ut mirum videri possit virum cætera doctum hocce in loco extra oleas

vagari. Neque enim satis fuit divino Scriptori dicere, in principio Verbum fuisse; et apud Deum, et cum Deo Deum. Sed rursus inculcat: *Hoc erat in principio apud Deum*, quod pariter repetit Epist. I, 1, Ὃ ἦν ἀπ' ἀρχῆς. Ac propterea, quod dicere pergit, omnia per ipsum facta, et sine ipso nihil eorum factum, quæ sunt, a prima illa, quam assertam voluit, veritate, quasi a fonte rivus, emanat. Sed nemo melius παράδοξον istud Grotii, quam Grotius ipse emendavit. Cum enim plura, exquisita, ut sæpe assolet, eruditione adnotasset ad prima illa, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, concludit tandem : *Rejicitur hic a Joanne Gnosticorum figmentum, qui ἐκ τῆς προαρχῆς post multa sæcula natum νοῦν aiebant. Deinde ex νοῦ natum μονογενῆ, et ab eo λόγον.* Vim veritatis illius sensit pariter in commate sequenti οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. *Repetit hoc*, inquiens, *quia Deum jam vocavit; hoc volens ita Deum esse intelligendum, ut et illud maneat, fuisse eum apud Deum. Id est ut non fuerit ὁ λόγος omne id quod est Deus. Hypostaseon distinctionem Origenes, et post eum alii vocavere.*

Si hæc expendisset Clericus, grammaticæ leges, quas vel invitas ad locum istum pertraxit, præteriisset. Sed illi statutum erat, evangelistam ad Philonis aliorumque Platonicorum verba respicientem inducere. An felicibus auspiciis, legentes videant. Hoc unum addam, in versione illa sua obscuram omnino Clericum, dubiamque reddidisse Hypostaseon distinctionem. Et fortasse hoc sentiens, cum Rationem, ut VERBUM explicare vellet, RATIOCINATIONIS vocabulo expressit. Immo in Animadversionum suarum altera hoc ipsum adducto Platonis loco e Timæo confirmat; ubi philosophus ille Λόγον appellat τοῦ Θεοῦ λογισμόν; quod idem est, (ut jam diximus) ac VERBUM divinæ mentis, per essentiam equidem RATIO, at per hypostasin VERBUM.

Satius itaque fuerat Clericum, cum Latinis omnibus vetustum interpretem sequi, quam evangelistæ locum, sensu ipso aliter exigente, sic vertere.

Sed jam sepositis scholiastis hisce, quorum neque exactior opera in reddendis divini Scriptoris verbis, neque commodior evasit, ad multiplicem illam interpretum seriem rediens, quos Huetius in ecclesiasticis scriptoribus invenisse sibi videbatur, non verebor affirmare, aliter illum sensurum fuisse, si argumentum hoc maturius pertractasset. Ego sane cum argentei codicis nostri collationem cum Tertulliano, ac Cypriano instituissem; quod inter Latinos scriptores ad ea Ecclesiæ tempora propius accederent, quibus puriora veterum interpretum exemplaria esse debuerant, locis omnibus, quos illi ex Evangeliis adduxerant, mature perpensis, fundum mihi aliquem parasse putabam, unde lectiones dicti codicis illorum auctoritate firmare possem. Ast ubi aliquando dies diei illuxit, falsum me, et fundum nullum certum labore illo mihimet comparasse tandem cognovi. Ita easdem pericopas (uti observatum est) haud iisdem verbis, et nunc pluribus, modo pauciorибus, efferunt; ut propterea non unum, alterumve exemplar, sed plura præ manibus habuisse dicendum sit, unde totidem variantes desumerent. Sed nihil certius, quam sacrorum Librorum, Novi præsertim Fœderis locos plerumque e memoriæ penu, aliquando etiam tumultuario, ut res ipsa, aut tempus ferrent, Ecclesiæ Patres adtulisse. Nisi si forte ad assertum aliquod probandum præcisa sacri Textus auctoritate opus foret. Tunc enim exacte, ac per partes efferebant; quod in laudatis aliquibus Tertulliani locis observabamus.

At Latina antigrapha, etiam vetustiora, in pluribus differunt. Esto. Num Græca ab hisce varietatibus libera? Haud equidem. Neque aliter esse potuit; si, Clemente Alexandrino teste, ut observat Millius (*Proleg., n.* 287), jam non defuerant τὰ τῶν Εὐαγγελίων μετατιθέντες. Quod licentius multo a pluribus factum scribit Origenes Homil. VIII in Matth. (cujus locum nobis commodavit Erasmus laudata præfatione ad Edit. v. N. T.). Verba illius sunt : *Multam enim differentiam inter exemplaria invenimus, sive per negligentiam scribentium, sive ex temeritate quorumdam, sive propter eos, qui negligunt emendare Scripturas, vel propter eos, qui, quod ipsis videtur, in emendatiòribus vel adjiciunt, vel subducunt.* Hinc nihil mirum, si, in re alicujus momenti variantibus inter se exemplaribus, ad ἀδιόρθωτα Græci ipsi provocare solebant; ea scilicet, quæ in male feriatos emendatores non incidissent. Ad hæc tamen, fallente memoria, non advertit animum Erasmus ipse, quando in eadem præfatione suspicari se ait, si quid mutatum est in Græcorum libris, id a Latinis exemplaribus fuisse profectum, posteaquam Romana Ecclesia cœpit absorbere Græciam. Qua suspicione nihil profecto levius. Sicuti infirmius nihil iis, quæ de antiqua versione ibidem commentus est, inquiens : *Sed hanc recepit Ecclesia Romana. Ne id quidem simpliciter verum est. Observet, qui volet, quid legat ecclesia Romana; comperiet multa dissonare.* HÆC VIDETUR FUISSE GALLORUM, *quæ, quum jam tæderet infinitæ varietatis, locum obtinuit.*

Et verum equidem est, in tot exemplaribus N. T. quæ post inventam typographiam prodiere, differre invicem plurima. Sed qua de causa, ipsemet, qui pluries edidit, scire poterat. Nempe ex diversitate codicum, ad quorum fidem exigebantur. Horum vero diversitas, non ex interpretum varietate, sed ex illis, quos Origenes, et post hunc Hieronymus memoriæ prodidere.

Quod autem ait, videri versionem, de qua agimus, fuisse Gallorum; quos prædes de possessione ista conventus Erasmus daturus fuisset non video. Felicitati Galliarum monumenta antiquitatis debemus plurima, hæc inter, etiam N. T. apographa, quæ Hieronymi ætatem antevertunt; plura debiturі, nisi, post primam illam cladem, tot alia, quæ servari potuerant, tristior altera occupasset. Quæ tamen illic supersunt, easdem vices, ac Italica, passa sunt, variantibus scilicet obnoxia. Cæterum ex eodem fonte omnia, nempe Romanæ Ecclesiæ primigenia illa ver-

sione, quæ ex imperii ac religionis sede in Occidentis provincias se late diffuderat.

Cur inter se differant, ex parte diximus. Diversitatem hanc ad statuendas tot alias versiones haud satis esse, non sine veritatis specie conjecimus. Differunt inter se Græca profundæ antiquitatis. Versiones ex hoc plures in Orientali Ecclesia factas sanus nemo affirmaverit. Si primorum interpretum ectypon aliquod purum intactumque se sisteret, collatis invicem, quæ supersunt, veritatem hanc facilius adsequeremur. Sed post infelicitatem illorum temporum, cujus mentionem fecimus, nova clades ectypa puriora intervertit. D. Hieronymo videlicet, urgente Damaso, N. T. librorum instituta correctio. Hanc etenim statim, ac vulgari cœpit, cum viri summi toto orbe Christiano celeberrimum nomen, ac proinde expectatio ingens, tum operis magnitudo, et, quæ fuit semper humanis ingeniis illex, gratia novitatis, commendare primum, deinde non privatis solum, sed Ecclesiis ipsis ut in pretio esset efficere. Quid inde evenerit, facile est divinare. Conferri cœptum cum vetustis exemplaribus recens opus. Et alii quidem avide arripere, efferre laudibus, sequi. Alii vero, antiqui moris tenaces, mirari hominem qui quod eo usque lectum ab omnibus fuerat revocare ad incudem primus ac refingere vellet. Nonnulli etiam contra niti, spernere, auctori ipsi obtrectare. Neque enim defuere Hieronymo obtrectatores: nec deerunt unquam præclaris ingeniis, quæ urunt splendore suo, prægravantque artes infra se positas. Pars vero maxima, Ecclesiarum præsertim, medium inter utrosque tenens iter (quod est equidem in rebus agendis sæpe utile, sæpe tamen periculosum, et fallax), neque editionem integram amplecti, neque prorsus rejicere; sed quæ aut purius, aut melius, aut demum plenius adtulisse videbatur, loco motis primorum interpretum verbis, in codices referre. Hinc factum ut, quid nova, quid vetus editio ferrent, secernere difficile post non multum temporis fuerit; nunc vero etiam desperatum omnino sit. Ita, dum vetustis novitatem, obsoletis nitorem, omnibus gratiam dare se putant, recens illud vinum, ac fervens, utres veteres, in quos refuderant, pessum dedit; calentibus ubique librariorum scholis ut nova exemplaria quærentibus præsto esse possent. Et septimo jam sæculo passim in occidente obtinuerant; depositis vetustioribus, ac subinde neglectis, quæ postea serior ætas, ut plerasque alias veterum monumentorum reliquias, indoctissimis librariis ad repagula, fasciolas, indusia compingendorum codicum paranda deservire vidit. Hic finis Italicæ versionis, hic exitus fuit; non Hieronymi culpa, sed temporum: ut parcamus ingeniis, quæ nec satis provida, et, quam par esset, faciliora, novas merces, quibus suum profecto constaret pretium, sed cum avitis minime comparandas, his ipsis antetulere. Quod dixerim. Hieronymi egregium cætera opus cum Romanæ Ecclesiæ interpretum antigraphis haud comparari posse, nemo, ut puto, inficias iverit. Illi enim autographa aliquot Novi Fœderis monumenta, alia vero ex autographis ipsi ectypa summa fide descripta præ oculis habebant dum verterent. Ast Hieronymus, dum fontes quærit, ex eorum rivulis, et quidem incertum an omni ex parte puris, post trecentos, et amplius annos inde manantibus adtingere est coactus; quod ita Latinam versionem corrigere se posse securius arbitraretur.

An pari securitate idipsum præstare poterat adhibitis Occidentalium codicibus? Immo majori, ut visum est Millio (*Proleg. n. 854, et seqq.*). Si enim veritas fuerat quærenda de pluribus, cur non ad hos potius quam ad Græcos se convertit, qui nihilo secius ac Latini, seu præsumptorum licentia, ac temeritate, sive librariorum atque operarum incuria parum castigati, et perperam correcti prodierant? Quod enim de Latinis dicebat Hieronymus, tot ferme exemplaria fuisse quot codices, aucta videlicet in majus, ut non raro assolet, summa, hoc de iis intelligendum non dubito, qui vulgo ferebantur. Nam secus de vetustioribus dicendum, qui in scriniis Ecclesiarum superesse adhuc poterant; *ex quibus diligenter*, ait Millius, *invicem collatis restitui, et ad primævam integritatem revocari potuisset Italica versio.* Sed jam cætera illius verba ut lectu digna, neque nos integra huc adferre, neque eos, qui præclarum opus non legerint, expendisse pigebit. Pergit itaque inquiens:

Verbo dicam, libri qui hac ætate ferebantur, etiam præstantissimi, quique interpolati erant et mixti, ne Origeniani quidem, cæterique probatiores, ad quorum fidem ex occasione provocat Hieronymus, ab assumentis aliisque vitiis vacabant. Soli puri, et immaculati erant, qui ex autographis apostolorum manabant: proximi illis, licet, haud ita puri, quos aliquanto post constitutionem Canonis N. T. describi contigerat. Et ex eorum aliquo expressa erat versio Italica. Adeo ut, ad ipsam emendandam ex Græco, consulendi forent codices, si qui extarent, similes illis, ad quorum textum fuerat composita. Quod autem hos una cum aliis istorum temporum interpolarint magis magisque librarii ante sæculum Hieronymi, frustra ex temporum posteriorum Græcis institui ejus in integrum restitutionem. Cum enim a lectione, quam referebat hæc versio, abierint haud raro libri recentiores, certe quo propius in ea recensenda ad hos accedit, eo magis Italicam a primigenia sua scriptura reddes alienam; nec reformabis ipsam, sed potius transformabis in novam nescio quam, a genuina vetere Italica penitus discrepantem. Sensit certe jam in limine operis Hieronymus grandem, Latinisque auribus minime ferendam, quæ ex accuratiori ad codices suos recensione contigisset, textus Latini mutationem; reique magnitudine, et periculo deterritus, tempestive retulit pedem, et in alias, easque haud parum saniores abiit rationes. Nempe emendata a se Evangelia, ne multum a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperasse se, ait, ut his tantum, quæ sensum vide-

bantur mutare, correctis, reliqua manere pateretur, ut fuerant.

Judicium hoc Millii quamvis in omnibus probare non possim (scis enim quid de constitutione illa Canonis senserim), in iis tamen, quæ de emendanda ad Latinos codices antiqua versione disseruit, et rectum, et luculentissimum puto. Verum, ad quos, inquies, si, Augustino, ac Hieronymo testibus, adeo erant interpolati omnes, ac mixti? Non reponam hic quæ ad argumentum istud adtulimus. Idipsum questus jam fuerat Origenes: et tamen non deerant præcedentium sæculorum exemplaria, ad quæ sua ipsemet exegit. Idem de Latinis dicendum. Non quæ passim ab omnibus terebantur, sed ea erant quærenda quæ a privatorum licentia secreta, pura magis, et fontibus propiora esse debuerant. Hoc vero haud difficile futurum erat beato Scriptori, si triennio illo, quo Romæ substitit, antiquos principis Ecclesiæ codices, aliosque per Italiam e tenebris erutos inspicere voluisset. Incredibile enim omnino est, in earum secretariis exemplar nullum e vetustioribus superfuisse. Servata fuerant ad Origenis usque ætatem superiorum temporum Græca: cur non apud nostros Latina? An minor fortasse nostratibus sacrorum Voluminum cura, quam Græcis? non puto. At perierant in tot Ecclesiæ calamitatibus archetypa ipsa, quæ majore profecto cura custodiri par fuerat: quanto itaque magis ectypa primi alteriusve sæculi? eoque amplius, quod trita jam atque obsoleta proclive erat recentium venustate vilescere, ac parvipendi.

Periisse autographa apostolorum monumenta jam ante Hieronymum, aut ubi delitescerent, ignotum fuisse, id evincere videtur, quod nemo inter ecclesiasticos scriptores ut adhuc superstitum meminerit: nemo etiam ad illa provocaverit: excepto Tertulliano, quem sæculi tertii initiis, adversus Marcionem cum scriberet, ad Pauli Epistolas, quasi in Ecclesiis ipsis, ad quas datæ fuerant, extantes respexisse observabamus. Scientiane facti, an fama tenus, seu quod ita crederet, incertum. Cum aliunde haud improbabile sit earum aliquas, si minus omnes, superfuisse. Nondum enim in divinas Scripturas a persecutoribus acriter, ut postea, sævitum.

De Evangeliis memoria nulla, nisi incertis rumoribus fulta, ubi ea divini Scriptores reliquissent: Joannis si demas, quod Ephesi scriptum, in illa etiam Ecclesia servatum fuisse non dubium est. Quousque tamen, quis divinet?

Quamvis enim Casaubonus Petri Alexandrini fragmentum de Paschate ab Andrea Termario mercatore Græco nactus (*In Ann. Baron. Exerc.* XVI, 12), velut insigne quoddam celeberrimi illius Ecclesiæ episcopi ac martyris opus suspexerit, atque ita IV sæculo autographum evangelistæ Ephesi superstes putaverit; attamen virum eruditissimum fefellit auctoris nomen, reliquis haud satis expensis: scilicet a Petro (*Vita. Joan. Art.* 8) quodam VI aut VII sæculo conscriptum, ut observat Tillemontius. Nisi forte pseudepigraphum usurpantibus sive scriptore ipso, seu mangonibus librariis clarissimum Petri Alexandrini nomen, ut splendor merci, ac pretium accederet.

Auctor tamen Chronici Alexandrini et servatum Ephesi VII sæculo, et a fidelibus in veneratione habitum prodidit; quod profecto mirum, seu fama, sive tot illustrium Græcorum consuetudine nescisse Hieronymum. Nihil enim minus IV quam VII sæculis notum fuerit. Præterea, Adulteræ historiam in vetustis plerisque cum Græcis, tum Latinis codicibus omissam, aut obelis notatam, quam facile et ipsi, et aliis fuisset ad archetypi fidem exigere? Cum tamen e tot scriptoribus ante, et post illum id fecerit nemo.

Quidquid de hac re sit, etiamsi periissent archetypa, non esset cur miraremur. Pauca erant, tum apud paucos. Quo autem pretiosiora, eo etiam in tot Ecclesiarum ærumnis huc illuc fortasse translata: seu, ut laterent securius, in penitioribus locis absconsa, mox fato functis, aut alio migrantibus, qui cælaverant, memoriæ hominum subtracta, situ tandem ævoque absumi oportebat. De ectypis illorum diversa penitus ratio. Plurima erant, et apud plurimos. Ubi cœtus fidelium, ibi divinæ Scripturæ: in ecclesiis, in domibus privatorum, in urbe, in agris. Præterea non idem ubique persecutionis æstus, qui absumeret: neque in Italia ut in Africa, atque Oriente tam fervens. Multo minus in Galliis, ubi Christiana res sub mitissimis principibus Constantio, ac Constantino pacatior. Ab his locis petenda erant primæva exemplaria: non defutura profecto, si sedulo quæreren-tur. Cujus rei argumentum satis evidens sunt codices vetustissimi, qui adhuc perstant: quos inter Argenteus noster, aliique, quorum ætas nongentos et amplius annos enumerat. Unde conjicere certo possumus, facilius multo fuisse ut primi ac secundi sæculi apographa, summa fide (ut ferebat Ecclesiarum tunc temporis cura) a notariis descripta, quarto exeunte superessent. Et ita horum subsidio non ea tantummodo quam librariorum oscitantia et privatorum libertas corruperant, primigenia Novi Fœderis translatio, sed corrigi etiam poterant Græca illius ætatis, quæ nihilo secius ac Latina a fontibus abierant. Adde locum jam nullum tot obtrectatoribus relictum iri, qui emendationis novitatem ferre non poterant, objectis scilicet in faciem, quæ illorum socordia eousque neglecta jacuerant, castigatioribus interpretum ectypis, ad quorum fidem opus suum Hieronymus exegisset.

Sed vir maximus rebus hisce aut non adtentis, aut posthabitis, publicorum etiam codicum facie permotus, quod paria in omnibus omnia esse arbitraretur, ac propterea tutius ratus ad originem reverti, Græca, quæ illi præsto erant, adhibere maluit. Quo compendio, e laudata ad Damasum epistola intelligi potest. Videlicet correctis, quæ sensum mutasse videbantur, cætera non adtigit. Neque aliter accidere illi poterat. Difficillimum enim, ne dicam impossibile erat, institutis ab eo rationibus, antiquæ versionis

statum ad purum redigere. Non solum quia Græca ipsa, quibus utebatur, longo tot annorum intervallo a fontibus distracta, sordium aliquid, ut putabat Millius, contraxerant : sed etiam quia non syntaxis eadem, non simplicitas, non, quos delicatuli præsumptores extruserant, idiotismi priorum temporum restitui poterant, nisi latinis, quæ propiora interpretum sæculo essent, consultis.

Verum, si, quæ Hieronymo erat vitæ ratio, exacte perpendimus, fatebimur provinciam hanc nec commodam illi, neque expeditam tunc temporis contigisse. Erat Damaso ab ecclesiasticis epistolis : iisque et frequentibus, et gravissimarum serie rerum implicitis. Erant cum pluribus nunc coram, modo per litteras implenda humanitatis officia. Distentus præterea familiaribus perpetibus studiis, a quibus divelli minime poterat : tum Damaso ipso, aliisque identidem petentibus, ut Veteris Testamenti locos aut obscuros illustrare, aut explanare difficiles vellet. Accedebat institutio multorum, quos spectata morum integritas, humanarum rerum contemptus, paupertatis amor, abstinentia, humilitas, castimonia, tum, quæ cæteris illius virtutibus affundere quodammodo, et ab iis vicissim decus mutuari videbatur, scientia rerum divinarum adtraxerant. Et quidem horum in censu e principibus familiis nobilissimæ virgines, nuptæ, viduæ : qui omnes, pulcherrimo charitatis exemplo, consiliis ab ipso, exhortationibus, præceptis, et coram, et scripto ad perfectiorem christianæ vitæ statum efformabantur.

Clauserat demum curarum agmen liberrimæ semper urbis, in qua aiebat Augustus oportere liberas linguas esse, dicacitas, ac licentia : Hieronymo corruptos illius mores, ac invicem redarguentem inolita jam vitia hominem non ferentibus. Et præcesserat dudum, quæ, ut proceras arbores ingentes umbræ, sic aut fortunæ benignitate, aut splendore virtutum insignes viros sequi solet, invidia : quæ in livorem postea, atque odium erupit. Hinc coitiones, et dicteria in ipsum, et probra clam, palam : nec vulgo tantum, sed urgentibus strenue opus symmystis, quos pudor magis ac silentium decuisset, si sapere potuissent : quosque propterea beatus scriptor immortalibus ingenii sui monumentis commendatos voluit, ut profecto meruerant, posteritati.

In illo itaque rerum curarumque æstu jactatus, avocatusque animus qui posset longum opus, minutum, ingratum etiam adgredi, ac perficere? Sed nec jam integrum illi erat moras nectere in tanta, et Damasi, qui opus injunxerat, et complurium expectatione, qui uberrimi ingenii fructus vix quæsitos decerpere solebant. Tum quod maxime et emendatoris, et emendationis intererat, ut verbis sensus, hisque invicem constaret veritas, ratus adhibitis a se mediis, perinde ac aliis, præstari facile posse : distractum propterea per tot exemplarium ambages iter, in quo sistere identidem, et prærupta viarum munire oportebat, per compendia Græcorum codicum, pari equidem legentium utilitate, licet haud pari apud omnes laude celerius absolvit. Et utinam ne mature nimis : immo, quod dicebamus, ut Latinis e penitiori antiquitate manantibus apographis id ab illo præstitutum. Quantum Italicæ versioni lucis ac fidei, quantum eruditionis expectari poterat, si obsoletos interpretum modos, ac genium illustrare voluisset?

Num vero desperata omnino jam sit primigeniæ versionis in integrum restitutio, clamat res ipsa : subtractis longo ævo subsidiis illis, quorum ope præstari id quondam potuisse non dubitavimus exemplaribus scilicet, quæ propiora archetypis essent. At supersunt etiamnum e vetustioribus non pauca, quorum ætas mille, et amplius annos enumerat. Esto : quamvis ego, non quo sæculo exarata, sed e quorum temporum antigraphis descripta fuerint, observandum præ cæteris putem. Ast hæc eadem quo magis a fontibus remota, eo etiam, plus, minusve, aut a librariis male habita, aut scholiastarum licentiam passa. Quid igitur? Compendiumne ex iis nullum, nisi fortasse pretium illud, quod hujuscemodi monumentis conciliare antiquitas solet? Immo longe præstantius. Si enim egregie locatam ab eruditis operam ducimus, qua profanos scriptores, seu injuria temporum, sive antiquariorum negligentia pluribus in locis mancos, luxatosque, ope mss. codicum ad pristinum statum revocare nituntur; quanto laudabilius insumptam putabimus eam, qua sacrorum N. T. librorum princeps Italica versio, adhibitis, quæ etiamnum vigent, apographis, si minus ex integro, at saltem magna ex parte ad nativam simplicitatem, puritatemque revocari commodum potest? An non id ipsum a viris illis doctissimis præstitum, qui, ut Vulgata nostra quantum equidem fieri poterat purior ederetur, curas omnes, atque industriam contulere? Nihil profecto aliud. Vetustioribus enim, quæ inveniri potuerant, antigraphis, atque una SS. Patrum locis diligentissime inspectis; tum cum Græcis melioris notæ exemplaribus comparatione facta, quod olim in primorum sæculorum Ecclesiis lectum fuisse videbatur, hoc summa fide exhibere conati sunt. Fatente propterea Millio (*Proleg. n.*379), in hac ipsa haud exiguam genuinæ Italicæ partem superesse. Neque dubitabat, quin, eisdem mediis adhibitis, olim expectari aliquid amplius posset. Indicatis enim codicibus aliquot, qui in Britannia Galliisque servantur, tum Vulgata ipsa, *hujuscemodi quidem monumentorum*, inquit, *accurate inter se, et cum textu Græco, commissorum adminiculo revocari etiamnum posse videtur maxima ex parte Itala hæc qualem eam dedere primi Interpretes.* Asserens subinde, hoc se labore adsecutum, quæ in plerisque N. T. locis fuerint ipsius Italæ genuina; et quibus Græcis Latina ista responderint. Quid postea dicturus si, quæ tu monumenta in lucem hanc publicam efferes, tum quæ fortasse adhuc inexplorata delitescunt, aut penes ignavos harumce antiquitatum dominos inter librorum quisquilias miserrime jacent inspicere potuisset? Ego profecto indicium istud scriptoris inclyti, atque in rebus hisce infinitæ le

tionis, amplector ita, ut ne minimum quidem dubitem, quin viri docti, si adornandam hanc spartam studia sua conferre aliquando velint, recte illum sensisse experti fateantur. Quamvis fortasse non deerunt, qui inutiles jam nostris hisce temporibus, curas istas fore arbitrentur: quum scilicet N. T. versionem Ecclesiæ omnes, tum privati, in Vulgata præ oculis habeant. Ignari nempe hanc ipsam non dissimili cura elaboratam: ac propterea relictum in tam ampla messe aliquem spicilegio locum; neque ab hoc exclusa sequentium ætatum ingenia, quo minus, si qua fortasse in vetustis codicibus inveniant, unde pulcherrimum opus illustrare alicubi possint, inventa eadem publici juris faciant. Paucis. Si acriter expensis, atque invicem attente collatis monumentis omnibus, quæ et jam nota, et nunc primum e tenebris eruta prodibunt, mox e singulis delectu mature habito, N. T. editio institueretur, non dubito, quin Italica nostra nativis distincta coloribus dignosci facillime posset: haud equidem eadem omnino puritate, atque castimonia prædita, qua olim incessit, quis enim hoc speret? attamen si, quos longo sæculorum decursu contraxit, nævos, maculasque, judicium criticum detergat, non deformem, non luridam, sed ætate ipsa venerabilem, neque indignam primævis illis, e quibus manavit, fontibus, haberemus. Interea nos, mi Blanchine, quamvis serior votis ætas ad hoece convivium adduxerit, lætemur vel hoc ipso, quod neque asymboli accessimus, nec vacui revertemur. Adtulimus enim rarissimas dapes; eoque etiam pretiosiores, quo perituras aliquando, æternas nunc, et ad ultimos usque nepotes, cum litteris ipsis, ut superesse possint, effecimus. Laudabili præterea, ni fallor, exemplo felicibus trans Alpes ingeniis, in idipsum ut niti velint: depromptis ex opulento amplissimo penu tot ferculis aliis, unde splendidius multo, atque ornatissimum epulum paretur posteritati. Quid vero nos e convivio redeuntes compendii maneat, dicam libere. Pulcherrimum honestis animis præmium, cum optima voluntate, conscientia recte facti. Hoc nostrum est. Favor, et gratia apud æquos harumce rerum æstimatores, ut quisque illorum senserit, sunto. Vale plurimum.

Pontivici v Nonas Septembres anno Domini 1739.

DISSERTATIO JOAN. MARTIANAY

IN VERSIONEM ITALICAM EVANGELII SECUNDUM MATTHÆUM, DESCRIPTI EX CODD. CORBEIENSI ET SANGERMANENSI IN HAC EDITIONE AD INFERIOREM CUJUSQUE PAGINÆ LIMBUM IMPRESSIS.

PROŒMIUM.

De antiqua versione Vulgata et Italica frequens sermo est apud eruditos, qui divinarum Scripturarum studio nonnihil incumbunt; crebra quoque apud criticos, sacrarum Litterarum inquisitores, hujus versionis Italicæ mentio: sed altum ubique silentium de origine ejusdem, de stylo, de additis in ea, vel demptis incuria interpretis aut librariorum. Nec mirum quod veteris Vulgatæ et Italicæ nomen tantum audiatur apud omnes qui de Scripturarum translationibus Latinis sermonem instituunt, cum nullum adhuc exemplar hujusce editionis prodierit in lucem; nullus veterum scriptorum accuratam satis de ea notitiam posteris tradiderit. Ad hujusmodi ergo abigendas tenebras duo vetustissima præsto nunc sunt exemplaria, quæ in monasteriis nostris conservata usque in diem præsentem delituerunt. Horum codicum subsidio, vix aliquid quod antiquam et Italam Matthæi translationem spectat, latere nos poterit. Quid enim scire nobis non licet, quando rerum ipsarum et verborum oculati testes accedimus? Verum ut facilior ac expeditior via esset ad percipienda quæcumque ignorata ante fuerant circa veterem Italicamque translationem, Prolegomenorum nostrorum quasi claves lectori tradere prompto animo studuimus.

CAPUT PRIMUM.

DE ANTIQUA VULGATA ET ITALICA VERSIONE DIVINARUM SCRIPTURARUM.

I. *Multa nomina obtinuit apud veteres Patres.* II. *Non unus fuit auctor, seu interpres antiquæ Vulgatæ; sed quotquot sunt anonymi.* III. *Exemplaria ejus multis additamentis permixta erant.*

I. Antiquam sanctorum Bibliorum Latinam translationem multis variisque nominibus insignitam fuisse nemo est qui nesciat: verumtamen citatum passim Hieronymi testimonium Comment. in Is. c. XLIX, tom. IV, quo *Vulgata editio* dicitur, diu a me frustra ibidem conquisitum ex libro secundo commentariorum in cap. XXI Matthæi supplere necesse habui. Nam hic loci sic habet Hieronymus: *Legi in nonnullis codicibus, et studiosus lector forte reperiet idipsum; in eo loco ubi nos posuimus, et Vulgata habet editio*, ut impleretur quod dictum est per Prophetam dicentem, *ibi scriptum*, etc. Vulgatam igitur editionem Matthæi vocat Hieronymus eam translationem latinam, quæ ante suam ætatem obtinebat auctoritatem in Ecclesiis Occidentalium Christianorum; quæque tempore Gregorii Magni *Translationis Veteris* nomen tulit, comparata novæ editioni quam ipse Hieronymus Ecclesiæ procurandam suscepit. Consule epistolam Gregorii Magni ad Leandrum, cap. 5, Exposit. Moral. in Job præfixam.

Præter hæc nomina *Vulgatæ editionis* et *Veteris Translationis*, aliud eidem tribuit, et quidem insigne ac speciale, beatus Augustinus, lib. II de Doctrina Christiana cap. 15: *In ipsis autem*, inquit, *interpretationibus Itala cæteris præferatur: nam est verborum tenacior cum perspicuitate sententiæ.* Erat igitur interpretatio quædam apud Latinos quæ *Itala* dicebatur, verborum tenax, et perspicua sententiis; ideoque illam cæteris anteponendam censet Augustinus. Quid vero causæ fuerit ut *Itala* diceretur, non satis exploratum habemus; etsi eam hoc nomine insignitam velint eruditi homines, quod ipsa uterentur Itali Patres, Ambrosium dico, Gaudentium Brixien-

sem, Chromatium Aquileiensem, Leonem Magnum, et alios multos, qui doctrina ac morum integritate floruerunt in Ecclesiis Romanorum. Hoc si ita est, ut verisimillimum esse vix doctus inficiabitur, nullus relinquitur suspicioni vel dubitationi locus, quin genuinam habeamus in nostris mss. exemplaribus versionem *Italam;* quia recitatis Scripturæ sententiis apud jam dictos Italos Patres, ex æquo respondet textus Evangelicus nostrorum codicum. At de his infra.

Cæterum ne quod suboriatur ambiguum ex nomine *Vulgatæ*, animadvertat lector studiosus duplicem esse *Versionem Vulgatam;* antiquam scilicet, quæ usurpabatur ante ætatem Hieronymi; et hodiernam nostram, usu receptam in Ecclesia catholica. Prior auctorem habuit anonymum; posterior et hodierna Hieronymi ipsius fœtus est, juxta allatam a nobis ejus descriptionem in prolegomenis divinæ Bibliothecæ nuper editæ.

II. Neque tamen ex eo quis opinetur unicum fuisse antiquæ Vulgatæ auctorem, sicut auctor hodiernæ nostræ unicus est (libris nonnullis exceptis) Hieronymus: huic enim opinioni ea obsistunt quæ de vario interpretationum genere scripsit S. Augustinus, lib. II de Doctrina Christiana cap. 11: *Qui enim*, inquit, *Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari possunt; Latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique, primis fidei temporibus, in manus venit codex Græcus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguæ habere videbatur, ausus est interpretari.* Eamdem Latinorum interpretum numerositatem agnoscit S. Hieronymus, his verbis in quatuor Evangelia præfatus: *Si Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus: tot enim sunt exemplaria pene quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem revertentes, ea quæ vel a vitiosis interpretibus male edita, vel a præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus?* Tanta codicum diversitas ab eodem nasci interprete neutiquam potuit; quare necesse est ut plures fuerint auctores hujusmodi translationum, quæ primis Ecclesiæ temporibus circumferebantur apud Latinos. Multos quoque conceptis verbis expressit Hieronymus, dicens: *Quæ a vitiosis interpretibus male edita sunt.* Quem si legeris aliquando de interprete Latino, quasi de uno disserentem, non statim sibi ipsi minime constantem putes: tunc enim non de omnibus generatim Latinorum codicibus sermonem habet; sed de peculiari quadam editione Latina, quam probabant Ecclesiæ Christianorum multæ, vel paucæ numero. Quemadmodum de *Itala* dicere possumus, quod sola in aliquo pretio fuerit Romæ, ac in cæteris Ecclesiis Italiæ. Hujus vero editionis Italæ unus erat auctor; quamvis permultæ in ejus exemplaribus invenirentur variantes lectiones, a librariis dormitantibus aut a præsumptoribus imperitis derivatæ.

Ad confirmationem ejusdem sententiæ, qua latinos interpretes Scripturarum veteris ac Novi Testamenti multos fuisse diximus, non parum confert multiplex illud genus capitulationum, ac sectionum contextus sacri, quod in diversis Bibliorum codicibus manuscriptis hodieque superest. Neque vero credibile est, eumdem interpretem Matthæi v. g. quatuor aut quinque modis diversis sacrum contextum divisum reliquisse; et nunc in 28 sectiones, nunc in 88, vel in 117 partes dispertitum voluisse. Sicut ergo diversa sunt genera veterum sectionum ejusdem contextus sacri, ac plane diversa antiqua capitula seu summaria præfixa sanctorum Bibliorum exemplaribus manuscriptis; ita varios ac diversos fuisse interpretes Latinos antiquiores omnino concedendum est.

Præterea non idem stylus est, sed dissimiles prorsus phrases leguntur in ipso contextu antiquæ Vulgatæ: ac nonnumquam inter se adeo diversa sunt ejus exemplaria; ut integra quædam capitula, id est partes in his inveniantur, quæ absunt in aliis. Hujus varietatis exempla subministrant duo codices nostri manuscripti Italæ versionis: Corbeiensis enim legit exempli gr., *Numquid minima es?* San-Germanensis autem, *Non minima es.* Vixque una in eis pagella legi poterit, quin dissimiles occurrant phrases, verborumque ordo diversus. Deinde additamenta, nec eadem in illis sunt, nec iisdem locis inveniuntur. Matthæi cap. 20, assumentum ex Lucæ Evangelio retinet Corbeiensis codex, quod non extat in San-Germanensi; et vice versa San-Germanensis quædam refert de baptismo Christi, quæ non leguntur in Corbeiensi. Quæ profecto non unum, sed plane diversos innuunt auctores, seu interpretes Latinos Evangelii secundum Matthæum. Quod vero de Evangelico volumine dicimus, de aliis etiam libris intelligi necesse est, juxta traditam ab Augustino superiorem regulam, qua statuit interpretes Græcos posse numerari, Latinos autem non posse.

III. Id jam commune veteris translationis codices habuisse dicimus, quod universi alienis additamentis permixti circumferrentur. Causas et originem hujus perturbationis sacri contextus ac permixtionis luculenter expressit Hieronymus præfatione ad Damasum Papam, cujus jussu Evangelica volumina Latina Græcæ fidei reddidit, ex iisque resecuit quæcumque male addita erant, vel ab interpretibus, aut a librariis antiquis. *Magnus siquidem*, inquit, *hic in nostris codicibus error inolevit: dum, quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio, quia minus putaverint, addiderunt. Vel, dum eumdem sensum alius aliter expressit; ille, qui unum e quatuor legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque æstimaverit emendandos. Unde accidit, ut apud nos mixta sint omnia: et in Marco, plura Lucæ atque Matthæi; rursum in Matthæo, plura Joannis et Marci; et in cæteris reliquorum quæ aliis propria sunt, inveniantur.* Hujus confusionis errorem sustulit S. doctor, et singulis Evangelistis sua quaque restituit, cum Eusebianos canones inseruit Latinæ suæ Evangeliorum translationi. De quo si lector scire voluerit, editionem nostram divinæ Bibliothecæ S. Hieronymi consulendam monemus.

Omnia igitur apud Latinos permixta fuisse testis accedit Hieronymus; testes quoque accedunt duo manuscripti codices nostri; ubi Marci, ac Lucæ plura in Matthæo inveniuntur. Utque res firmetur exemplis, nonnulla proponemus loca permixta in nostris exemplaribus Italicæ versionis. Capitulo IV, col. 162 (*hujus nostræ editionis*) monet nota marginalis (c) assumentum quoddam esse translatum e Lucæ capite sexto, ỳ. 26, in codicem San-Germanensem. Nam, quod minus dixerat Matthæus de hominum benedictionibus, quibus etiam pseudoprophetæ prosecuti sunt, id ex Luca addendum putaverunt scriptores antiqui. Unde in Matthæo ita legi volebant: *Sic enim persecuti sunt prophetas, qui erant ante vos. Nolite gaudere, cum benedixerint vos omnes homines; sic enim faciebant pseudoprophetis patres eorum. Vos estis sal terræ*, etc.

Similia sæpius occurrunt additamenta, ex Marco præcipue desumpta, ut est illud cap. XIV, pag. CXVI, hujus Rom. Edit. *Non enim intellexerant, sicut nec in panibus. Erat enim cor eorum obtusum:* quod e Marci capite sexto, versu 52, in Matthæi contextum transtulerunt aut veteres librarii, aut alii scriptores. Præter hæc, plura adhuc retinuit additamenta Corbeiensis codex: sed ne in his recensendis diutius immoremur, consule subsequentem editionem sancti Matthæi, col. 241, nota (a) et col. 243, nota (a) (*hujus nostræ editionis*), et in primis col. 277, nota (a) ubi legitur celebre illud additamentum e Luca mutuatum, quod mirifice eruditorum torsit animos.

CAPUT II.

DE CAPITULIS PRÆFIXIS ANTE SACRUM CONTEXTUM EVANGELII.

I. *Antiquiora sunt Hieronymo illa capitula.* II. *Quæ in codicibus versionis Hieronymianæ præfiguntur, conservata sunt ex antiqua Vulgata et Italica translatione.* III. *Utilitas hujusmodi capitulationum, seu capitulorum.*

I. Merito hæc capitula Hieronymo vetustiora diximus; cum ex uno Juvenco presbytero, qui floruit tempore Constantini Magni, nobis scire liceat tot in ejus exemplaribus Matthæi posita fuisse, quot nunc leguntur in manuscripto Corbeiensi, inque aliis bene multis codicibus, qui antiqua contextus sacri retenta divisione, octo supra viginti capitula describunt ad frontem Evangelii secundum Matthæum. Idem probant sancti Hilarii in Matthæum commentariorum volumina, quæ per canones seu capitula dividuntur, prout textus Evangelicus in plures partes tunc divisus habebatur. Nec fefellit opinio quemquam eorum qui putarunt, titulos Matthæi Evangelio præfixos, jam Hilarii ævo in Evangeliorum exemplaribus fuisse prænotatos, illumque ex iis selegisse, quorum utiliorem duceret explanationem. Eo autem modo in Matthæum titulis seu capitulis ordinatis commentarios scripsit Hilarius, quomodo Fortunatianum Aquileiensem episcopum in Evangelia scripsisse testatur ipse Hieronymus libro de Script. Eccles. *Fortunatianus,* A inquit, *natione Afer, Aquileiensis episcopus, imperante Constantino, in Evangelia titulis ordinatis, brevi et rustico sermone scripsit commentarios.* Commentariorum ergo scriptores seriem titulorum seu capitulorum ordinatorum, et sacro contextui præfixorum observabant diligenter in suis expositionibus; ut ex titulis prænotatis facile lector intelligeret et inveniret loca ab ipsis illustrata. Ex his plane liquet genera illa diversa capitulationum, quæ in fronte SS. Bibliorum manuscriptorum leguntur, vetustissima esse, ac tempore Constantini Magni a multis jam fuisse usurpata, dum libros Evangeliorum describerent. Unde vera esse comprobantur, quæ de hocce argumento scribebat Cassiodorus lib. de Institut. divin. Litter. cap. 1, ubi ait titulos in libris sacris *a majoribus nostris ordine currente fuisse descriptos:* Majores nostros vocans Ecclesiasticos auctores, qui aliquot sæculis ante ejus ætatem in Ecclesia Christi celebres fuerunt. B

II. Tanta autem fuit usus ac vetustatis consuetudo, ut, abrogata veteri translatione Latina, retinerentur tamen indices titulorum et capitulorum antiquorum in nova Hieronymi Scripturarum editione. De capitulis seu titulis veteris instrumenti voluminibus adfixis, satis abunde disputatum est in prolegomenis nostris ad frontem divinæ Bibliothecæ S. Hieronymi appositis: hic de titulis prænotatis initio Evangelii secundum Matthæum breviter disserere mihi tantum incumbit. Quod ut facilius, quantum res exigit, exequamur, meminisse debet lector studiosus Hieronymum, nullam in Evangelico textu a se C edito divisionem agnoscere, præter eam, quæ in canonibus Eusebianis observata est. Quare alienæ ac spuriæ censendæ erunt in versione Hieronymiana quæcumque capitulorum distinctiones et periochæ, quæ non consentiunt canonum Eusebianorum distinctionibus. Illis vero distinctionibus Euseb. titulorum antiquorum a nobis editorum nullum genus convenire perspeximus: non primum, quod per viginti et octo sectiones totum Matthæi partitur contextum; non secundum, in quo sunt tantummodo capitula octoginta septem vel octo; non denique tertium, etsi in eo numerentur sectiones septemdecim supra centum: quia Hieronymus Eusebium Cæsariensem secutus dispares habet numeros, dispares ab antiquis interpretibus Sacri contextus divi- D siones. Nam quod illi in 28, aut 88, aut 117, capitula dispartiti sunt, hic cum Eusebio in 355 canones sectum esse voluit, omni erroris confusione sublata ex distinctione hujusmodi canonum.

At ut exploratum ratumque sit apud omnes eruditos, capitula a nobis jam edita ad frontem Evangelii secundum Matthæum mutuata esse et conservata in versione Hieronymi ab alia antiquiore, quam *Italam* dicimus, unum tantum monuisse sufficiat; nempe, nihil interdum legi in translationis Hieronymianæ contextu quod respondeat capitulis prænotatis. Capitulum v. g. XX, in primo indice, et in tertio 75, scriptum est *de primis accubitis*, seu *accubitibus cœnæ*; frustra vero in textu Evangelico Hieronymi

requiras apud Matthæum, quod dicitur *de primis illis accubitis in cœna*; cum hæc parabola scripta sit et referatur a solo Luca. Unde evidens exsurgit argumentum, capitula jam dicta propria fuisse antiquæ Vulgatæ, et Italicæ versioni, quæ in Matthæo nonnulla retinebat ex aliis Evangeliis, ac præcipue parabolam invitati ad cœnam, cujus hic sumptum est a nobis exemplum. Conferat qui voluerit Hieronymianum Matthæi contextum cum capitulis a nobis editis, statim multa loca deprehendet, quæ inter se minime consentiant; quæ tamen consentiunt cum Italicæ versionis contextu. Nec mirum quod illi perfecte conveniant, quia ex ea, et ad eam translationem adornati sunt indices horum capitulorum, de quibus sermo noster est.

III. Jam capitula isthæc, etsi aliena a Versione Hieronymi, nec ejus respectu genuina esse definitum sit, ea tamen aut aspernanda, aut abjicienda minime censeo; non uno enim modo juvare possunt ad perfectam antiquæ Vulgatæ Latinæ cognitionem. Unde accidit ut hisce capitulis ignotis apud eruditos homines, quemlibet ipsi errorem sequerentur, de additamentis veteris translationis Latinæ disputantes. Quid vero habeant utilitatis indices illi capitulorum ad dirimendas hujusmodi doctorum virorum lites, ex uno capitulo in exemplum adducto facile planum fiet. Ambiguum et controversum est apud nonnullos hujus ævi scriptores, an in veteri Vulgata sancti Matthæi cap. 20, legeretur additamentum quoddam ab Evangelio S. Lucæ mutuatum. Asserunt quidem illi ; negant vero alii. Sed ne diutius lis sub judice sit, consulant triplicem indicem capitulorum a nobis editorum; et prior, tertiusque index statim renuntiabit in plurimis antiquæ Vulgatæ exemplaribus positum fuisse assumentum prædictum ; ex secunda autem serie titulorum liquide demonstratur non omnes ubique codices sacros sancti Matthæi admixtum habuisse contextum translata in eum quadam sancti Lucæ parabola de non expetendis locis eminentioribus in cœna. In primo igitur indice sic se habet Brevis XX : *De primis novissimis futuris. Parabola operariorum in vineam conductorum. De petitione filiorum Zebedæi : Et de primis accubitibus cœnæ.* In tertio indice, sub numero 75, hæc leguntur : *Et de primis accubitis cœnæ.* Quæ profecto non essent, nisi in aliquot exemplaribus antiquæ Vulgatæ parabola Lucæ de invitatis ad nuptias tanquam vera pars contextus sacri hoc Matthæi loco scripta legeretur. Aliquot tantum exemplaria dico habuisse illud assumentum; quia certum exstat ex serie secunda capitulationum idem abfuisse in aliis Italæ versionis codicibus. Nam capitulatio LVIII hujus parabolæ adscititiæ non meminit, *De filiis Zebedæi; et de minimo majores fieri.* Verum quid in his recensendis diutius immoror, cum plusquam satis de eodem argumento in notis nostris prolixioribus Gallico idiomate scriptis disputaverim.

De eadem vero utilitate capitulorum libris sacris præfixorum disserebat eruditus presbyter *Carus* præfatione in suam veterum titulorum collectionem. Porro, inquit, quantum commodi Lectori ipsi accidet, si divinorum Librorum percurrerit titulos hosce quibus (ut cum Cassiodoro loquar) sacer textus quodam nobis compendio panditur : iisque in principiis librorum de universa serie lectionis impressis, utiliter admonitus, salubriter reddatur attentus, et facile unamquamque rem dum quærit, inveniat, quam sibi cognoscit breviter indicatam. Accedunt et aliæ haud exigui momenti utilitates : nam nostris his titulis sive capitulis ad vetustiorem illam Latinam ex LXX Interpretibus editionem ex parte confectis, et editionis ejusdem (cujus nullum hodie integrum superest Latinum exemplum) fragmenta saltem reparantur : et brevibus veluti commentariolis manuducimur in prophetis maxime ad sensum Scripturæ altiorem : dum solo quasi digiti nutu pulchre monemur ubi Christum, Ecclesiam, Sacramentaque novæ Legis sub typico aliquo velamine requiramus.

CAPUT III.

De utilitate editionis antiquæ Vulgatæ, et de vetustate ac praestantia nostrorum mss. codicum.

I. *Juvat ad intellectum Scripturæ ; ad recitata a Patribus testimonia comprobanda ; et ad manifestandam fidem Ecclesiæ veteris.* II. *Ante octingentos aut nongentos annos scripti codices nostri ; et in Monasteriis insignioribus conservati.*

I. Utilem sæpius esse interpretationem diversam ejusdem Scripturæ docuit S. Augustinus de Doctrina Christiana lib. II, cap. 12. Etenim de multitudine Latinorum interpretum, postquam monuit lectorem, statim ista subjungit : *Quæ quidem res plus adjuvit intelligentiam, quam impedivit, si modo legentes non sint negligentes. Nam nonnullas obscuriores sententias plurium codicum sæpe manifestavit inspectio, sicut illud Isaiæ prophetæ unus interpres ait :* Et domesticos seminis tui ne despexeris (*Is.* LVIII, 7) : *alius autem ait :* Et carnem tuam ne despexeris : *Uterque sibimet invicem adtestatus est. Namque alter ex altero exponitur ; quia et caro posset accipi proprie, ut, corpus suum quisque ne despiceret, se putaret admonitum ; et domestici seminis translate, Christiani possent intelligi, ex eodem verbi semine nobiscum spiritaliter nati : nunc autem collato interpretum sensu, probabilior occurrit sententia proprie de consanguineis non despiciendis esse præceptum, quoniam domesticos seminis, cum ad carnem retuleris, consanguinei potissimum occurrunt,* etc. Quod una Isaiæ sententia demonstrat Augustinus, in promptu nobis est sexcentis ex Matthæi Itala versione exemplis evincere : quia quotquot sunt variantes in manuscriptis codicibus lectiones, tot fere inveniuntur expositiones contextus sacri : sicut illud Joannis Baptistæ ad Judæos : *Et nolite dicere intra vos, Patrem habemus Abraham*, obscurius positum in Vulgata hodierna, et in codice Corbeiensi veteris translationis, manifeste declaravit varians lectio San-Germanensis exemplaris : *Et nolite præferre vos, dicentes, Patrem habemus Abraham.* Sensus itaque increpantis liquidus est, cum dicitur, *nolite præferre*

vos : nam illam tantum arrogantiam Judæorum retundit Joannes, neutiquam genus ex Abraham deductum vituperans. Eamdem affert lucem huic sententiæ Matthæi : *Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*, codex San-Germanensis ; ubi legimus : *Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur Deus*. Potest enim quis Vulgatæ lectioni hunc tribuere intellectum, ut qui hominum sui similium laborum misereatur, ejus quoque in laboribus et ærumnis constituti misereantur cæteri homines. Sed alius interpres docet misericordem quemque id ex sua misericordia expectare posse, quod ejus sine dubio Deus tandem miserebitur. Obvia sunt cuique in nostra, Matthæi antiqua Vulgata similium variantium lectionum exempla innumera : quare nullum aliud inpræsentiarum adjiciemus.

Multum etiam juvat editio nostra ad confirmanda recitata a. SS. Patribus Scripturæ testimonia, quæ sæpius vitiosa fuisse nonnullorum criticorum perversa asserit contentio. Tales audivi dicentes, incuriosos esse priscos doctores ecclesiasticos, utpote qui memoriter Scripturarum verba recitantes, nunc addant, nunc auferant, nunc ordinem perversum in eis sequantur. Quasi nihil ipsorum interesset quibus verbis proferrentur oracula Christi, et prophetarum, modo sensui et intelligentiæ recitatio non nocuerit. Sed istiusmodi suspicionibus reclamitant exemplaria Italicæ versionis, ac religiosos fuisse Patres in citandis divinis Scripturis probe demonstrant. Cum igitur apud ipsos plurimas legeris sententias textui hodiernæ Vulgatæ minime consentientes, non statim erumpas in vocem, eorum titubare fidem ; clamitans, quia quod tui codices habent, id sæpissime non habebant Patrum exemplaria ; vel potius tui non habent codices, quod illi legebant passim. Sic Leo Magnus, et ante eum Hilarius, et Ambrosius legunt : *Et tu Bethleem Judææ, non est minima inter principes Juda : ex te enim exiet Princeps, qui regat populum meum Israel*. Legebat Lucifer Calaritanus : *Et nolite præferre vos, dicentes : Patrem habemus Abraham*. Chromatius Aquileiensis : *Beati estis, cum vos persequuntur, et exprobant, et dicunt omne malum adversum vos propter justitiam, mentientes*. Denique Cyprianus, et alii : *Ego tibi dico, quia tu es Petrus, et super istam petram ædificabo Ecclesiam meam, et portæ inferorum non vincent eam*, etc. Verum quid otiose, ista commemoramus, quando sufficienter a nobis alibi pertractata legantur. Consulat ergo curiosus lector annotationes nostras prolixas vernaculo sermone scriptas in versionem Italicam : et illico fateri cogetur summam esse utilitatem editionis Italæ seu antiquæ Vulgatæ, ad vindicandam ab omni iniqua suspicione SS. Patrum fidem in recitandis Scripturæ sententiis.

Non mediocre istud emolumentum quoque nobis erit ex editione antiqua Latina, quod ex capitulis eidem præfixis, ac ex ipso contextu innotescat fides veteris Ecclesiæ circa *Eucharistiæ Sacramentum*. Neque vero dubitare fas est, et veram corporis Christi substantiam, et perfectam ejus oblationem in hoc mysterio fixam ratamque habuisse antiquos Patres ac fidelium plebes. Id enim non obscure indicavit capitulum 106 tertii indicis, quod his duobus verbis continetur, *Oblatio ejus*. Deinde in mss. codice Corbeiensi, post verba Christi : *Hoc est corpus meum*, addita sunt ista, *quod pro vobis tradetur*. Unde apparet, vetustiores Ecclesias, cum veram *Oblationem*, tum propriam Christi *substantiam* in sacramento altaris fuisse professas.

II. Antiquitatem nunc et præstantiam codicum nostrorum Manuscriptorum brevi sermone perstringam ; res namque isthæc potius oculis testibus, quam argumentis percipitur ac demonstratur. Et utinam quot sunt in orbe christiano docti expertique homines, tot essent inspectores exemplarium nostrorum. Fallor, nisi ubique gentium testes accederent antiquitatis, quam præ se ferunt prædicti codices. Nec miretur quis meam confidentiam, quia ex præjudiciis virorum doctorum ortum in me habuit. Unum, vel duos profero testes V. C. F. Desmares, et Stephanum imprimis *Baluzium*, cujus consiliis et amicitia tanto felicius utor, quanto sinceram magis in eo pectus semper expertus sum, omnique tempore in amicos promptissimum. Is ergo usu et volutatione innumerabilium mss. codicum locupletissimæ bibliothecæ Colbertinæ subactus, Corbeiensem nostrum Matthæi codicem ante octingentos annos scriptum esse mihi concessit. Nec immerito, cum sit in antiquis membranis exaratus litteris Saxonicis, vel Merovingicis : mixtam enim habet elementorum formam. De San-Germanensi exemplari eleganter descripto, vetustoque charactere, idem fuit judicium apud multos studiosos homines, in rebus sacris, ac in veteribus monumentis curiosos ; quorum alloquiis, et familiaritate cohonestatus, videndos ipsis ac scrutandos non raro exhibui codices manuscriptos Italicæ versionis. Sodales meos ac compresbyteros taceo monachos, quamvis nonnulli ex eis, nemine reclamante, consultissimi habeantur in hoc eruditionis genere. Sed nullus a seipso, aut a suis testimonium accipere solitus est. Demum, ut uno verbo absolvam, præsto sunt manuscripti nostri omnibus repræsentandi curiosis, qui de eorum probata vetustate dubitare voluerint.

Dixi conservatos fuisse codices nostros perantiquos Italæ versionis in monasteriis insignioribus. Quod ita esse nullus inficias ierit, qui historiæ ecclesiasticæ ac monasticæ mediocriter sit peritus. Priorem enim codicem ms. celebre monasterium antiquæ Corbeiæ in Francia servavit integrum et immaculatum. Alterum superstitem nobis tribuit monasterii hujus sancti Germani a Pratis bibliotheca vetustissima. Ambo hodie adservantur in eadem bibliotheca, Corbeiensis sub numerica nota 21, San-Germanensis autem sub numero 15, sed de codicibus manuscriptis hactenus.

Cæterum moneo lectorem, me nonnulla supplevisse in margine paginarum, quæ vel incuria librariorum, vel interpretum imperitia male posita, aut

omissa sunt. Multa correxi in secundo indice capitulorum, quia plurimis solœcismis fœditatem sui publice legentibus præbebat. In tertio indice numeros apposui vulgares ad distinctionem cujusque capituli. His ergo fruere benevolus, et æqui bonique consule primam Italicæ versionis editionem; in qua timeo, ne mihi multa exciderint propter scriptionem totius fere operis properatam. At cum plerique eruditorum vehementer impellentium ad finem editionis in causa sint, cur properato opus esset, veniam ipsi tribuant lapso, et inculto sermoni, quem limare mihi non licuit.

EPISTOLA

RUGGERII NOVARIENSIS, CATHEDRALIS EUSEBIANÆ CANONICI, AD BLANCHINUM VERONENSEM.

Codicis Evangeliorum Vercellensis descriptio.

Vetustissimum tandem codicem Evangeliarium Eusebianum jam multis ab hinc annis a plurimis sapientissimis viris, ac eruditissimis scriptoribus conquisitum, vota tua, vir clarissime, non solum ut antiquitatem spectares, verum etiam ut magis, ad confirmationem catholicæ fidei, quæ sacrosanctis Evangeliis tamquam firmissimis propugnaculis roboratur, veritatem cresces, consequi potuerunt.

Prodit enim in lucem; illumque tenes diuturno temporum serie nulla oblivione deletum, sed caute, studiose, ac sedula diligentia adservatum, nunc vero, D. O. M. opitulante, et eminentissimo, ac reverendissimo D. D. Carolo Vincentio Ferrerio ord. Præd. hujusque sanctæ Vercellensis Ecclesiæ episcopo vigilantissimo sic disponente, ac dignitatibus, et canonicis Eusebiani capituli annuentibus, mea ope, ac labore a suo exemplari fideliter, et ad amussim transcriptum.

De vero possessore hujus sacri voluminis, præter antiquam constantissimamque venerationem, quam semper erga illud, capitulum et Ecclesia professa est, illud asservando in ipsomet sacro Reliquiarum deposito, ubi sanctorum prophetarum, apostolorum, plurimorumque martyrum ossa custodiuntur, exstant et documenta plurima certæ fidei, monimentisque publicis consignata, ex quibus ediscimus, librum quatuor Evangeliorum a magno sancto patre nostro episcopo et martyre Eusebio et Græcanicis litteris ante divum Hieronymum fuisse redditum. Hac ipsa igitur facultate Græcarum litterarum lectionis atque scriptionis ea perfectione Romæ potiebatur, ut Julius pontifex Marci successor, qui Eusebium sacro presbyterali charactere insignivit, existimarit illum non sibi soli vacare, sed etiam Christianæ reipublicæ prodesse debere; ut habetur ex antiquissimis tabulis hujus Vercellensis Ecclesiæ, in quibus eumdem Eusebium, interpretem sacrorum Voluminum designatum a summo pontifice fuisse traditur. Græcas enim litteras non alio proposito sibi fine didicerat, quam ut perfectius Sacrarum Litterarum arcana dignosceret.

Quo tempore, quove loco, quem ad finem hoc opus inchoaverit, composuerit atque perfecerit, non me auctore, sed præstantissimi hujus Vercellensis Ecclesiæ olim episcopi Joannis Stephani Ferrerii, testimonio, ex Vita P. N. Martyris et episcopi Eusebii ab eo scripta mutuato, patefacere contendam. Legitur itaque fol. 16 illius Vitæ:

— *Neque vero, hæc, aliaque dum ageret, sui oblivisceatur: immo constans traditio est, eum non modo ad occasionem tollendam, qua populus Ariana invidia seductus in eum peccaret, sed etiam ardenti studio vacandi sibi et Deo, secessisse in montes Ocpæ Buggellensis ditionis, et ultra Padum ad Castrum Credonense (tunc diœcesis Vercellensis) diversis temporibus; ut, qui tot curis juvandorum aliorum gratia distinebatur, haberet ubi subinde se colligeret, ac spiritum e cœlo attraheret, majoresque ei ad Dei gloriam provehendam vires suppeterent.*

Legitur etiam in eadem Vita manuscripta, Eusebium, dum in his locis religiosis et sanctis moraretur, sua ipsius manu quatuor Evangelia scripsisse, quæ ad hæc usque tempora conservantur: quæ quidem sancta Evangelia totius postea vitæ tempore ipsius fuisse caros comites, in ejus Vita narratum habemus. Siquidem illorum temporum Christiani homines, et perpetuo apud se habere, ac circumgestare ea consueverant, quemadmodum a mulieribus etiam factitatum novimus: id quod de sancta Cæcilia in primis satis constat, quæ Christi Evangelia, uti ejus narrat Historia, semper in pectore gestabat suo. Immo idipsum nonnullis ad mortem usque familiare fuit, uti sancto Barnabæ, ad cujus defuncti pectus repertum est S. Matthæi Evangelium, ipsius Barnabæ manu descriptum; quo tempore in insula Cypro, Zenone imperante, corpus ejus inventum est. Quamobrem plè credendum existimo, librum hunc in promptu semper habuisse Eusebium, non secus atque Barnabam, et Cæciliam: sui illum thesauri instar duxisse; et ex hoc, omnium doctrinarum, virtutum, rerumque mirabilium, tamquam ex Oceano, tum venæ, tum fontes effluxerunt, quorum sanctos latices cum Eusebius ebibisset, dæmonia, dæmoniorumque ministros ejecit, vitiorum, schismatum, hæresum tetra monstra ex Ecclesia ejecit, exterminavitque. Neque enim fructus expectare poterant alii, aut ab instrumenti perfectione atque prestantia, aut a summa dexteritate peritiaque artificis, qui instrumento hujusmodi usus est. Dolendum sane est, thesaurum hunc nostrum injuria temporis aliqua ex parte consumptum fuisse; tametsi ad eum illibatum conservandum, et integrum, non semel adhibita fuerit diligentia vel a magnis regibus, uti a Berengario, qui librum argenteis laminis contegendum curavit: quod satis adhuc prædicant illa carmina, quæ sub sanctissimi Eusebii effigie leguntur; ea vero sunt:

Præsul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas,
Rex Berengarius sed reparavit idem:
Argentum postquam fulvo deprompsit et auro,
Ecclesiæ, præsul, obtulit ipse tuæ.

Nec minus doleo, quod videam folium unum illius sacri codicis religiosis quibusdam personis reliquiis loco datum; quemadmodum in infra scripta sungi-

pha Augustini Ferrerii, ea tempestate Vercellensis episcopi, ac patruelis avi mei, legere est. Quem nos codicem perinde describendum curabimus, priusquam, aut illum diuturnitas temporis pejus efficiat, aut ulla illius pars alia deperdatur : ut saltem firmissimi testimonii loco exstet versionis ; ipsa qua hodie utimur S. Hieronymi versione, antiquioris. Syngrapha autem illa sic se habet : « Augustinus Ferrerius, Dei, et Apostolicæ Sedis gratia episcopus Vercellensis, et Comes, Universis Christi fidelibus, præsentes nostras inspecturis, salutem in Domino sempiternam. Noveritis, quod nuper ad Ecclesiam S. Eusebii Vercellensis devotionis gratia declinantes Mag. D. Jacobus Circestensis, et Petrus Ebuli de Salus, diœcesis Lausanensis, ad M. principem nostrum Excellentiss. Carolum Sabaudiæ ducem pro universali Helvetiorum conventu oratores, significantes nobis, et venerando Cap. nostro, Ecclesiam sub hujus sancti Eusebii invocatione in finibus loci Salus, loco dicto Nieuchen. Lausanensis diœcesis, consistere, quam homines, et incolæ loci prædicti summa venerantur devotione et reverentia, ob sublime sanctissimi episcopi et Martyris Eusebii meritum. Quare, si quid de illius veste, gestis, ex reliquiis apud plebem prædictam haberetur, eadem plurimum in Domino gratularetur. Nos ideo (ut par est) cupientes, et prædictum divum Eusebium patronum nostrum devotis laudibus ubique locorum, et terrarum summa veneratione extolli, justamque eorum oratorum devotionem considerantes, nec non prælibati illius principis nostri ducis singularem erga præfatos oratores benevolentiam, qui nobis et capitulo nostro pro eis affectuose scripsit, et magnificum D. Stephanum, Motæ in Sabaudia dominum, et suæ excellentiæ capitaneum destinavit, quoniam hujusmodi postulatio ad Beati Eusebii cedit, populique præfati devotionem, eisdem oratoribus (accedente venerandi capituli consensu) partem lapidis, quo Beatus Eusebius lapidatus exstitit, et morti traditus ; foliumque unum Evangeliorum, ante centum quadraginta quatuor, super mille annos, præfati S. Eusebii manu propria conscriptum, et a Sacrario Ecclesiæ prædictæ cum qua decuit reverentia extractum, elargiti fuimus : ex quo Evangeliorum libro plurima miracula visa sunt, quæ nulla poterunt tergiversatione celari, et quæ omnia apud Ecclesiam nostram prædictam summa veneratione asservata transmittimus, parique veneratione penes eos observari affectamus. Has autem nostras per secretarium, nostrumque jussum subsignari, et sigilli nostri majoris appositione roboratas in testimonium præmissorum concessimus. Datum Vercellis ex palatio episcopali nostro, die 24 Januarii MDXV, præsentibus ibidem Andrea Ferrerio Patruo, et vicario nostro generali, et Ludovico de Gromis, Canonico Vercellensi, testibus ad præmissa vocatis, et rogatis. † *loco Signi.* Jo. de Ferreriis. »

Per hunc denique librum præcipuam quamdam ejusdem sanctitatem aliquando significavit Deus, uti etiam ipsa syngrapha superior innuit : sæpius enim evenit, ut qui, illo tacto pejerarunt, ii, aut statim excæcati, aut alio membro capti sint. Sed de hoc sancto nobisque charissimo codice satis.

Hucusque idem memoratus episcopus Jo. Stephanus Ferrerius, qui, quamvis in sua præcellenti hujus sacri codicis descriptione eum posteritati, æternæque memoriæ dandum promiserit his verbis : *Quem nos proinde describendum curabimus* : morte tamen præreptus anno 1610, antequam vita S. Eusebii ab ipso collecta in lucem ederetur, alteri Ferrerio episcopo, et sacra cardinalatus purpura insignito, atque, ad spectabilem venerandumque Eusebianum codicem in præsentem memoriam revocandum incomparabili sollicitudine prædito, supremo dictante providentiæ numine, hisce temporibus curam reliquit.

Aliud quoque documentum habetur in sermone Athonis, episcopi Vercellensis anno 752, qui inter alios ad laudem sancti martyris episcopi Eusebii a Sanctis Patribus et episcopis Ambrosio, Maximo, ac Gregorio Turonensi compositos recensetur. Circa medium namque Serm. illius, ubi fit mentio de concilio coacto Mediolani anno 355 (juxta adnotationem Cardinalis Baronii) a Constantio imperatore perniciosissimo catholicæ Fidei hoste, atque eversore, sic legitur : *Ad quem beatus Eusebius ire distulerat, quem, quid agendum, minime latuerat.* Deinde subdit : *Nec se potuit continere, quin ad memoratum concilium iret pro fide contendere, sancti Evangelii cara deportans pignora.* Idem testatur etiam Venerabilis Jo. Franciscus Bonomius, hujus Ecclesiæ episcopus anno 1554, qui inter cætera, ad apparatum excogitatæ translationis sacri corporis sancti martyris Eusebii pertinentia, elogia ex SS. Patrum, tum Græcorum, tum Latinorum scriptis excerpta, quæ in basilica Eusebiana, atrio episcopali, arcubus, tropharis, viisque publicis erant apponenda, illud quoque Athonis exhibat. Habetur demum in Vita sancti Eusebii typis edita, num. XIV, fol. 158. Sacrosancta Evangelia sua ipsius manu descripta, fidissimorum comitum loco, assidue apud se habuit : quibus usus, vitiorum, schismatum, hæresumque tetra monstra undique exterminavit.

Sed quid immoror in requirendis probationibus, cum tu, mi Blanchine, compertum habeas, quanta sit hujus sacri codicis dignitas, quanta ejus conditoris certitudo, quanta insuper fides ei habenda. Hoc duce novatorum errores eludere conare : ut, sicut oriente sole, quidquid de nocturna umbrarum caligine reliquum est, cito dilabitur ; ita, hoc sacro volumine in lucem edito, et non solum in litteraria republica, sed etiam in toto terrarum orbe diffuso, omnium hæreticorum oculi cæcutientes, catholicæ fidei agnitione illustrentur.

Faxit Deus, ut mea etiam ad majorem orthodoxæ fidei confirmationem, ad majus gloriæ incrementum S. P. N. martyris episcopi Eusebii, eique famulantis capituli, ad dignam demum tui nominis commendationem compleantur vota. Accipe igitur, præclarissime, ac semper mihi gratissime Blanchine, quidquid imbecillitas mea seligere potuit, quod omne tibi jucundissimum fore confido. Vive diu, zelando fidei

veritatem; ac in arduo maximoque, quod suscepisti, opere, te Deus incolumem servet, ac demum ad felicissimum salutis æternæ locum perducat. Vale. Vercellis die XI mensis Junii, Anno Domini 1738.

BLANCHINI VERONENSIS DE CODICE VERCELLENSI JUDICIUM.

Ego in illustrissimi canonici Ruggerii laudibus feram, si dissertationem quoque texuerit singularem, atque ea monumenta ab omni antiquitate petita evulgaverit, quæ (ut ipse in epistola videtur innuere) in archivo insignis capituli ad hanc diem usque adservantur; ut eorum ope sanctissimo episcopo et martyri Eusebio laudatum codicem Evangeliorum asserat vindicetque. Id, ut velit efficere, etiam atque etiam rogo; sicut ex litteris ad eum scriptis id me summopere optare perspexit. Quantam vero antiquissimæ traditioni Vercellensis Ecclesiæ fidem nos habere conveniat, edocent acta illa S. Eusebii, quæ Ferdinandus Ughellius publici juris fecit Tom. IV *Italiæ Sacræ*, col. 1030, primæ edit., *ex codice* (ut inquit) *vetustissimo Vitæ sanctorum monasterii Nonantulani*. In iis namque ita legitur: « Pugnabat autem (*scilicet S. Eusebius*) contra immanissimas bestias Arriomanitas, quæ eum expulerunt de civitate, persecutione populi contra eum excitata. At ille, ne populus in eum peccaret, quos postea delectabatur habere filios, sciens scriptum, *Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*, ultra flumen Padum transiit, et ad Castrum, quod dicitur Credonensium, perveniens, ibi tribus mensibus degens, in honorem B. Dei Genitricis construxit Oratorium: ubi etiam adhuc longius degens, EVANGELIUM Christi propria manu SCRIPSIT, cujus miraculum in eodem codice quatuor Evangeliorum non solum verbis Christi, sed et ejusdem Patris tanta virtus coruscat, ut, si aliquis seductus a diabolo falsum super eum Sacramentum fecerit, citius super eum plaga corporis ostendatur: ita ut, aut morte mulctetur, aut perditis oculis spirituale et corporale lumen amittat, aut ariditate membrorum, mancus vel claudus efficiatur, aut invasione dæmonum pene usque ad exitum dilanietur. » Hisce laudationibus, huicque testi item Berengarius accedit, filius Eberhardi ducis Forojuliensis, qui admodum juvenis in regem Italiæ anno 888, fuit adlectus, ut constat ex sigillis cereis diplomatum, quæ ipse dedit primis sui regni annis. Ibi enim effigies cernitur hominis imberbis, vultumque juvenilem præferentis, qualem non videas in subsequentium annorum diplomatibus. Guglielmus Godefridus Leibnitius, qui editionem ornavit, ac brevem Chronologiam antiqui *carminis panegyrici de laudibus Berengarii Augusti* (primum ab Iladriano Valesio christianissimi regis Galliæ historiographo evulgati), a mense maio anni 887, exorditur regnum Berengarii in Italia. Sed id minime solidis fundamentis, uti ait doctissimus abbas Ludovicus Muratorius Parte I Tomi II *Rerum Italicarum* pag. 373, cui ante oculos observabantur duo diplomata Caroli Crassi imperatoris, data *anno* 887, III *idus Augusti in Curte Regia Lustonoa*, seu *Justonoa*, pro quibusdam prædiis Angelbergæ olim imperatricis, in Italia morantis; ex quibus liquet nondum eo anno locum fuisse Berengario invadendi regni, quod solum post mortem Caroli subsequenti anno 888, factum est. Sunt et alia diplomata nondum edita ejusdem Berengarii, ex quibus idem evincitur. Unum datum est *anno* 889, IV *idus septembris*, *anno regni* II, alterum anno 891, IV nonas septembris, anno regni VII, ut alia omittantur. Ætate vero Berengarii sic constabilitata, nascitur mihi nunc novum probationis genus, in quo fere conquiescam. Sed quoniam ipsum explicari non potest, nisi inspectis argenteis laminis ejusdem codicis Eusebiani, a Berengario auro argentoque contexti, atque Ecclesiæ principi Vercellarum ab ipso reverenter oblati, ipsæ tabulæ inspiciantur Parte II hujus operis, pag. DLXXIV et DLXXV, ex quibus licebit conjicere eum, postquam episcopi Vercellensis patrimonium satis amplum diripuerat, tactum dolore cordis intrinsecus, Eusebianum autographum cum fœnore reddidisse. Rem narro ex Hadriano Valesio, qui cap. IV Adnotationum in laudatum anonymi panegyricum inquit: « Anno 886, inter Berengarium Forojuliensem ducem, et Luitwardum episcopum Vercellensem, Caroli Augusti a secretis consiliarium unicum, orta discordia est. Berengarius per vim, aut per insidias Vercellas ingressus, multas res episcopi pro voluntate surripuit, ac urbe excessit spoliis onustus, nemine prohibente: sed insequenti anno 887 ad imperatorem venit, et magnis muneribus contumeliam ac injuriam episcopo factam luit, inimicoque satisfecit, quemadmodum in Annalibus Bertinianis invenitur. » Anno enim 886, *Post Pascha*, (inquiunt) *habito generali Papiæ conventu imperator per Burgundiam, obviam Norminnis in Galliam, qui tunc Parisiis erant, usque pervenit. Occiso ibi Henrico Marchensi Francorum, qui id tempus Neustriam tenuit, rex, parum prospere actis rebus, revertitur in sua. Discordia inter Berengarium cognatum regis, qui Foro Juliense fruitur, et Liviwardum episcopum oritur. Propterea Berengarius mittens Vercellinam urbem expoliare, ibique veniens, multis rebus episcopi abreptis, prout voluit, reversus est. Et anno* 887, *imperator elisaica magna infirmitate adgravatur. Postea parum convalescens, ad Alemanniam proficiscitur: vergens Curtem Podonam, pro dolore, capitis incisionem accepit. Transacto die sancto Paschæ, habitum est Placitum Weibilinga. Ibi inter alia Berengarius ad fidelitatem Cæsaris pervenit, magnisque muneribus contumeliam, quam in Liviwardo priori anno commiserat componendo absolvit.*

Eusebiani codicis operculum ex argento et auro a Berengario rege instauratum, ex una parte Salvatoris nostri effigiem, ex alia S. Eusebium exhibet EUSEB. EPS: ad ejus vero pedes laudati versus adscripti leguntur:

† Præsul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas:
Rex Berengarius sed reparavit idem:
Argentum postquam fulvo deprompsit (*l.* decompsit) et auro,
Ecclesiæ, præsul, optulit ipse tuæ.

Hujus codicis omni cultu et veneratione prosequendi vide integumenta argentea æri incisa Parte II hujus operis pag. 574 et 575, quas allegavi.

Igitur ex epigrammate a Berengario in Vercellensi codice expresso tenemus, ipsum codicem a S. Eusebio fuisse exaratum : quod testimonium, quoniam illo rege proficiscitur, ad nonum Christi sæculum est referendum. Antequam vero tollatur manus e tabula, unicum saltem laudati codicis locum recitemus, quem Ariani eo tempore, quo Auxentius Mediolanensem Ecclesiam armis exercituque occupaverat (Valente et Ursacio Ecclesiam Sirmiensem incursantibus) de sacro Joannis Evangelio punienda manu sustulerunt (nempe versum 6, cap. III). Hoc enim flagitium, quoniam deprehensum fuit circa annum reparatæ salutis 357, miram Eusebiani codicis antiquitatem ostendit, atque inolitæ traditioni addit maximum pondus auctoritatis. Legebatur nempe in laudato capite III Evangelii secundum Joannem v. 6, *quod natum est de carne, caro est, quia de carne natum est ; et quod natum est de Spiritu, Spiritus est, quia Deus Spiritus est, et ex Deo natus est* ; ut adhuc in Vercellensi codice habetur. Sed impii homines ea verba, *quoniam Deus Spiritus est*, dolo ac fraude ex omnibus sacris voluminibus erasere, ut discimus a S. Ambrosio, qui Arianos sic compellat in libro de Spiritu Sancto : « Nec solum hoc loco evidenter sancti Spiritus θειότητα, hoc est Deitatem, scriptura testatur ; sed etiam ipse Dominus dixit in Evangelio, *quoniam Deus Spiritus est*. Quem locum ita expresse, Ariani, testificamini esse de Spiritu, ut eum e vestris codicibus auferatis : atque utinam de vestris, et non etiam de Ecclesiæ codicibus tolleretis. » Delebant ergo eum locum non modo ex suis, sed etiam ex Ecclesiæ codicibus Ariani. Atque illud facinus ad exitum feliciter perduxere ; quia plurimi ex ipsis, fraudulenter dissimulata hæresi, sese ab Ecclesiæ catholicæ communione palam subducere perdiu refugerunt. Sed a vigilantissimis Ecclesiæ pastoribus hæc Arianorum perfidia detecta est ; ut narrat idem Ambrosius, qui etiam tempus assignat. « Eo enim tempore (inquit), quo impiæ infidelitatis Auxentius Mediolanensem Ecclesiam armis exercituque occupaverat, vel a Valente atque Ursacio, mutantibus sacerdotibus suis, incursabatur Ecclesia Sirmiensis, falsum hoc, et sacrilegium vestrum in Ecclesiasticis codicibus deprehensum est. Et fortasse hoc etiam in Oriente fecistis. » Affirmat tamen Sanctissimus Mediolanensis Antistes, hoc tanto Arianorum scelere fidem Ecclesiæ nec deleri, nec labefactari potuisse. « Et litteras quidem (ait) potuistis abolere, sed fidem non potuistis auferre. Plus illa vos litura prodebat, plus illa vos litura damnabat : neque enim vos poteratis obtinere veritatem, sed illa litura de libro vitæ nomina vestra radebat. » Et vero (inquit Germonius lib. de veteribus hæreticis Ecclesiasticorum codicum corruptoribus, pag. 116), locum illum, *quoniam Deus Spiritus est*, non extare amplius in capite tertio Evangelii secundum Joannem, cuique legenti manifestum est : illic autem exstitisse in codicibus Latinis præsertim Mediolanensis Metropoleos (in cujus finibus Vercellæ continebantur) scriptis ante iniqua Arianorum tempora, nemini dubium esse potest.

Vide etiam Tertullianum in libro de carne Christi, quem Romæ scripsit adversus Marcionem, Apellem et Valentinum : quorum primus negabat Christum veram carnem habuisse ; secundus concedebat veram carnem habuisse, sed vere natum esse negabat ; tertius cum fateretur, et veram carnem habuisse, et vere natum esse, aiebat illum natum esse per Virginem, atque in Virgine, at non ex virgine. Adversus enim istos hæreticos idem Tertullianus hunc ipsum Joannis locum citat : « Ipse Dominus, inquit, sententialiter et definitive pronuntiavit, *quod in carne natum est, caro est*, QUIA EX CARNE NATUM EST. Sed si de homine tantummodo dixit, non et de semetipso ; plane nega Christum, et ita defende, non et ipsum competisse. Atquin subjicit, *et quod de Spiritu natum est, Spiritus est*, QUIA DEUS SPIRITUS EST, ET DE DEO NATUS EST. Hoc utique, vel eo magis in ipsum tendit, si et in credentes ejus. Si ergo et hoc ad ipsum, cur et non illud supra ? » etc. Neque Romæ tantum, aut solus ista legit Tertullianus in Evangelio Joannis ; sed et in Africa Cyprianus, et cum illo plurimi episcopi in synodo, quæ Carthagine anno 256 celebrata est, et in qua agebatur *de baptizandis hæreticis*.

Novissimus editor S. Ambrosii ad hunc Joannis locum, quem ex laudato Ecclesiæ doctore superius recitavi, hæc putavit esse observanda : « Sequentes voces (inquit, tom. II, p. 677), *quia de carne natum est*, non minus absunt ab omnibus omnium idiomatum bibliis, quam illæ, de quibus hic disputatur, *quoniam Deus Spiritus est*. Atqui dubitare nequaquam licet quin hæ ultimæ ab Hæreticis fuerint ex albo sacrarum paginarum erasæ. » Sed hæc fortasse causa est, cur Ecclesia non restituerit locum illum ; quia non satis exploratum habebat, utrum vere in antiquissimis et primigeniis Evangelii exemplaribus exstitisset. Sed de hoc satis. Reliquum est, idque unum videtur, ut specimen characterum impressum Par. II, Tab. II, post pag. 588, diligenter inspiciant, qui ex recitatis indiciis agnoscere in cod. Vercel. S. Eusebii ætatem recusant. Remotissimæ certe sit vetustatis necesse est illud Evangelistarium, quod vel ab ipsis Berengarii regis temporibus jam ætate confectum *vetustas solverat*, quodque *instauratione indigebat*, ut legitur in Epigrammate argenteo in tegumento superposito, quod habet,

Solvitque vetustas :
Rex Berengarius sed reparavit idem.

Verbum tandem hic addam et de imagine S. Eusebii : insignior namque est, quam ut de ea penitus liceat silere. Berengarius in instaurationem codicis ingentem pecuniam impendit, veterem iconam renovavit, ornavit, auroque compsit : at inscriptionem, quæ extabat primitus, EUSEBIUS EPISCOPUS, sine *sancti*

adjectione retinuit, tenax venerabilis antiquitatis.

CL. Mabillonius To. I Itineris Italici p. 9, de nostro Codice Vercellensi hæc scribit : *In Sacrario ejusdem Ecclesiæ* (Cathedralis Vercellarum) *asservatur veterrimus codex membranaceus, Evangelia Sancti Matthæi et Sancti Marci* (lege, *SS. Matthæi, Joannis, Lucæ, et Marci*) *continens : qui a Sancto Eusebio episcopo et martyre illo generosissimo, quem tantopere vexarunt Ariani, scriptus, atque huic Ecclesiæ concessus creditur. Certe membrana situ fere corrupta est, characteres pene fugientes, ac semideleti, tantisper a Romana scriptura degenerant. Littera A ad modum Græcæ* A, *M. littera superne clausa a semicirculo incipit : aliæ litteræ Romanis fere similes. Codicis operculum ex argento a Berengario imperatore instauratum, ex una parte Salvatoris effigiem, ex alia Sanctum Eusebium exhibet, ad cujus caput hi versus adscripti leguntur :*

Præsul hic Eusebius scripsit, solvitque vetustas :
Rex Berengarius sed reparavit idem.

In infima vero parte ad pedes Eusebii :

Argentum postquam fulvo (Codex, *deprompsit*) decompsit et auro,
Ecclesiæ, præsul, obtulit ipse tuæ.

Doctissimus quoque Montfauconius die XXI Maii Vercellas ivit, atque Eusebianum codicem in *Diario Italico*, cap. 28, p. 444, ita descripsit : *Codicem vetustissimum ibidem* (nempe in Ecclesia Cathedrali) *inspeximus, in charta membranacea tenuissima exaratum; aiebantque ipsa S. Eusebii manu, qui sæculo IV floruit, descriptum, versionemque ex Græco in Latinum ab eodem adornatam. Nonnulla hinc, et inde legi, comperique Versionem esse a Vulgata nostra toto cælo discrepantem. Codex multis in partibus labefactatus putrefactusque est; quod casu, plusquam vetustate, evenisse dictitabant, narrabuntque diu in flumine demersum.* Hujus alphabetum dedit idem Montfauconius, primævæ ætati respondens, sed a calchographo parum diligenter expressum et valde diversum a genuina characterum forma, quam ego protuli Parte II, Tab. II, post, pag. 588. Obiit S. Eusebius anno Christi 371. Quare codex iste omnium Latinorum biliorum N. T. vetustissimus censendus est.

Nostrum *Evangeliarium quadruplex* columna prima exhibet hunc codicem Eusebianum, de quo loquimur. Ad effingendam ejus picturam typographicam, cum nativis lineamentis suis, dedi operam, ut editio fieret ad hanc pactionem normamque, ut nempe tot lineæ totque exitus earumdem semper essent in impresso quot in manuscripto libro; retenta etiam summa religione eadem orthographia, et sphalmatis, atque frequentibus immutationibus litterarum; ut ita, quicumque voluerit hanc editionem cum autographo sedula collatione conferre, pericopas omnes, totidem lineis expressas, nullo negotio inveniat, exigatque ad normam sacerrimi Evangelistarii Ecclesiæ Vercellarum. Illo nemini hactenus uti licuit. Ego divinæ providentiæ ductu felici faustoque a doctissimo et clarissimo viro Scipione marchione Maffeio (qui semper erit mihi cum eximiis atque promeritis laudibus nominandus) anno 1726 cum Veronæ canonicum agerem, edoctus fueram Vercellis extare codicem Evangeliarium tantæ vetustatis, ut Veronensem nostrum XII sæculorum (quem tunc in ædibus capitularibus a me primum exscriptum, usque ad annum 1732 quo Romam, veni, semper domi socium, et tamquam contubernalem habui, quoniam ab amplissimo capitulo illustrissimorum ac reverendissimorum canonicorum mihi soli facultas facta fuerat illum edendi, ut in actis capitularibus legitur), ex tenuissimis membranis purpura tinctis et aureis, argenteisque characteribus exaratis confectum, exsuperaret. Quare anno insequenti 1727, epistolaribus officiis exorare cœpi prælaudatum illustrissimum virum Franciscum Hieronymum Ruggerium canonicum præstantissimum sanctæ Vercellensis Ecclesiæ, ut omnem operam in eo exscribendo codice ponere dignaretur. Is tandem ingenti labori se obtulit, ac litteris humanitate plenissimis Exemplum mecum communicavit; ut illud in lucem ederem, et meis observationibus illustrarem. Dum hæc scribo, Cl. Vir Raphael Vernazza philosophiæ et sacræ theologiæ doctor, et in bibliotheca Vaticana scriptor linguæ Græcæ, revolvens codices reginæ Suecorum, unum reperit X sæculi, signatum n. 541, in quo fere eadem habentur, quæ ex codice millenario monasterii Nonantulani superius a nobis relata sunt pag. 61 Prolegomenorum; et sunt hæc :

Sciens scriptum : Si vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam, *ultra flumen Padum transiit. Et ad Castrum, quod dicitur Creudonensium, perveniens, in honore beatæ Dei Genitricis Mariæ oratorium construxit. Ubi etiam adhuc longius degens, Evangelium Christi propria manu scripsit, cujus miraculum in eodem codice quatuor Evangeliorum, non solum verbis Christi, sed etiam ejusdem Patris, tanta virtute sæpissime coruscat, ut si aliquis seductus a diabolo falsum super eum fecerit sacramentum, citius plaga corporalis ostenditur; ita ut, aut morte mulctetur, aut perditis oculis, spirituale lumen et corporale amittat, aut ariditate membrorum mancus vel claudus efficiatur, aut invasione dæmonum, pene usque ad exitum dilanietur. Interim autem, dum ibi in ipso Castro cum discipulis suis moraretur, facto concilio*, etc.

Nunc vero, quoniam jam multa de tam antiquo, tam venerando Evangeliorum codice, sanctissimi martyris et episcopi Vercellensis Eusebii nomine insignito, præfatus sum, operæ pretium erit ostendere, eodem Italam contineri, quæ, ut inquit Sanctus Hieronymus, *nascentis Ecclesiæ fidem roboravit*, quæque Latinis Patribus primitivis fuit in usu, sive ad confirmanda fidei dogmata, sive ad tradenda morum præcepta, atque cœlestis disciplinæ. Postquam enim ad Gentes occidentalis plagæ in Christiana religione instituendas missi sunt apostoli, prodiit statim La-

tina Novi Testamenti interpretatio, quæ exemplar autographum fideliter exhiberet; ut ita, etiam ad Latinorum haustus, illæ in vitam æternam salientes aquæ decurrerent. Et quamvis, teste S. Augustino (*lib.* II *de Doctrina Christiana*, *cap.* 2, *n.* 16), *qui Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari possint, Latini autem interpretes nullo modo (ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque linguæ habere videbatur, ausus est interpretari)*; tamen, ut apud Græcos septuagintaviralis versionis excellebat auctoritas, ita apud Latinos *Itala* cæteris prælata fuit; quam primum Itali Patres, dein alii Latinæ Ecclesiæ scriptores, Tertullianus videlicet, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, et alii, usque ad Gregorii Magni tempora, adhibuere. Vir. Cl. Matth Petitdier dissertatione decima in Script. inquit : *licet temporis processu versiones latinæ pene infinitæ prodierint, una tamen inter alias, quam Augustinus* Italam, *Hieronymus* Vulgatam, *Gregorius* Veterem *nuncuparunt, quamque omnium primam fuisse merito suspicamur, principem locum obtinuit. Hanc sub apostolorum temporibus elaboratam multi opinantur, nec sine aliquo fundamento, ne Latina Ecclesia Scripturarum thesauro tamdiu privaretur.* A quo tamen fuerit concinnata, nobis incompertum est; licet certis indiciis signisque ipsa secerni posset ab aliis interpretationibus; quoniam S. Augustinus nos docet, inter varias Latinas versiones, *Italam* fuisse præ cæteris insignem, quoniam sententiis magis erat perspicua, verborumque tenacior. *In ipsis* (inquit) *interpretationibus* ITALA *cæteris præferatur; nam est verborum tenacior, cum perspicuitate sententiæ.* Itaque, si codicem Eusebianum hac duplici dote gaudentem ostendero, certum erit, eo contineri *Italam*, usurpatam in Ecclesia. Præterea illæ labeculæ, quibus Itala aspersa erat, adhuc insunt laudato codici : quare in dubium revocari nullatenus potest, quin ipse eamdem Italam nostris oculis repræsentet. Audiendus S. Hieronymus, qui codicem Evangeliorum Italæ seu antiqui interpretis, jussu B. Damasi Papæ ad Græcam fidem exigit : *Novum opus* (ad eumdem Damasum scribit) *facere me cogis ex Veteri; ut post exemplaria Scripturarum toto Orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam; et quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio.* Et post pauca : *quis enim, cum in manus volumen assumpserit, et a saliva, quam semel imbibit, viderit discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Adversus quam invidiam duplex causa me consolatur, quod et tu, qui summus sacerdos es, fieri jubes; et verum non esse, quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur. Si enim Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant, quibus? tot enim sunt exemplaria pene, quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem revertentes, ea, quæ vel a vitiosis interpretibus male reddita, vel a præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus..... Hæc præsens præfatiuncula polliceatur quatuor tantum Evangelia,* codicum Græcorum emendata *collatione, sed veterum; quæ ne multum a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant?.... Magnus hic in nostris codicibus error inolevit, dum, quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio, quia minus putaverint, addiderunt; vel, dum eumdum sensum alius aliter expressit, ille, qui unum e quatuor primum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque æstimaverit emendandos. Unde accidit, ut apud nos mixta sint omnia, et in Marco plura Lucæ atque Matthæi; rursum in Matthæo plura Joannis et Marci; et in cæteris reliquorum, quæ aliis propria sunt, inveniantur.* Plura, inquit doctissimus Petrus Sabatier monachus ordinis S. Benedicti e congregatione S. Mauri, in his S. doctoris verbis sunt perpendenda. Primo quidem, in eorum numero exemplarium, quæ inter se discrepabant, fuere quædam alia magis sincera (ut codex Evangeliorum Eusebianus) : ea autem aliis erant sinceriora, Hieronymi judicio, quæ Græco magis erant consentanea, ut diserte significat sanctus doctor, cum ait, id sibi onus impositum, ut *arbiter sedeat*, et inter discrepantia Latinæ interpretationis Scripturarum exemplaria, *decernat quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate.* At vero illa Latinæ interpretationis exemplaria, quæ cum Græca consentiunt veritate, ipsa sunt exemplaria quæ puram putam *Italicam* repræsentant, quam cæteris anteponendam, utpote verborum tenaciorem, pronuntiat Augustinus. Deinde in diversis hisce exemplaribus multa equidem erant, *vel a vitiosis interpretibus male reddita, vel a præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita, aut mutata.* Hæ tamen maculæ, quibus aspersa erat, Hieronymi ætate, vetus Evangeliorum interpretatio, adeo impedimento non sunt, quominus nostra ætate dignoscatur, ut etiam plurimum ad eam secernendam conducant. Cæterum haud tales has fuisse maculas existimandum, ut iis penitus fœdaretur vetus interpretatio; quandoquidem vel ipse testatur Hieronymus, se plurima reliquisse intacta. *ne multum* (inquit) *a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant.* Itaque tam hæc Hieronymi verba, quibus menda, et maculas, quam et ea, quibus Latinarum interpretationum numerum amplificat, debemus interpretari mollius, nedum ea urgere vehementius.

Quoniam vero laudatus sapientissimus Sabatier quasdam præcipuas veteris a nova interpretatione discrepantias in medium profert, experiamur utrum

ex omnes, quas recitat, tales sint, ex quibus proprii colores *Italæ* in codice Vercellensi aliisque in nostro *Evangeliario quaduplici exhibitis*, cognosci sua sponte possint.

Matthæi capite I, ver. 23. In Vulgata hodierna legitur, *Ecce Virgo in utero habebit*; in antiqua autem ita legerunt olim Irenæus, Cyprianus, Ambrosius, Augustinus, Vigilius Tapsensis, Leo Magnus, Maximus Taurin. etc., *in utero concipiet*, vel *accipiet*.

Matth. cap. I, 23. Codex Vercellensis, *Ecce ... go in u ... ro concipiet*. Suppletur ex Veronensi et Corbeiensi, qui habent, *Ecce Virgo in utero concipiet*. Et ita Tertullianus, lib. de Carne Christi, cap. 24. Vide Martianæum *Remarque sur la Version Italique de l'Evangile de* S. Matthieu, pag. 118.

Matth. cap. II, 5. Interpretatio vetus ferebat, *in Bethlehem Judææ*; e Græco τῆς Ἰουδαίας; non *Judæ*, quod in Vulgata hodierna legitur. Hieronymus in Matth. II, tom. IV, col. 9, similiter legit, *in Bethlehem Judææ*; sed hic librariorum errorem esse admonet: *Putamus enim* (inquit) *ab Evangelista primum editum, sicut in ipso Hebraico legimus*, Judæ, *non* Judææ. Hieronymo assentior, et errorem esse concedo: B verumtamen error est, quo vetus interpretatio dignoscitur, et cum Græco textu magis esse consentanea demonstratur.

Matth. cap. II, 5. Codex Vercellensis, *in Bethleem Judææ*. Et ita Brixianus et San-Germanensis. Veronensis vero, *in Bethleem civitate Judææ*. S. Hilarius quoque in Psalm. CXXXI, et S. Ambr. in Psalmum XXXV, legunt, *in Bethleem Judææ*.

Matt. cap. V, 7: *Beati misericordes, quoniam ipsis miserebitur Deus*, ex Itala Versione prodiisse colligitur ex Hilario, Ambrosio, Augustino, Chromatio Aquileiensi, auctore operis imperfecti, S. Valeriano et aliis.

Matth. cap. V, v. 7. Codex Vercellensis, *Beati .... seric ..... rebitur Deus*. Veron. et San-Germ. *Beati misericordes, quia* (San-Germ. *quoniam*) *ipsis miserebitur Deus*. Vide laudatum Martianæum, pag. 12 ejusdem operis.

Matth. capite V. Item et versum 22 ejusdem capitis, *Omnis, qui irascitur fratri suo sine causa*, e Græco, Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ: nam plerique Patres antiqui, Irenæus videlicet, Cyprianus, Hilarius, Philastrius, Augustinus, S. Paulinus, auctor operis imperfecti, Gregorius M. pariter addunt, *sine causa*. C

Matth. cap. V, 22, Codex Vercell. *Omnis qui irascitur fratri suo sine causa*. Et ita Veron. Brix. et Corb. Legebat in codicibus Latinis S. Augustinus, at in Græcis non invenerat, ut refert lib. I, Retrac. cap. 19. Contra vero S. Hieronymus in Matthæum hic, auferri jubet τὸ *sine causa* ex Latinis codicibus, in quibus irrepserat, veramque lectionem teneri, in optimis libris servatam. Eamdem rem animadvertit Cassianus Institution. lib. VIII, cap. 20.

Matth. cap. VI, 4. *Et pater tuus, qui videt in abscondito*, vel *in absconso, reddet tibi in palam*, ad eamdem pertinet versionem, teste Augustino, qui lib. II de Serm. Dom. in monte, ait: *Multa Latina Exemplaria sic habere; sed quia*, inquit, *in Græcis, quæ priora sunt, non invenimus*, palam, *non putavimus hic esse aliquid disserendum*: in Græco tamen hodierno est, ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ.

Matth. cap. VI, 4. Codex Vercellensis, et San-Germ., *et pater tuus, qui videt in absconso, reddet tibi in palam*. Veron. *et pater tuus, qui videt te in absconso, reddet tibi in palam*. Brix., *et pater tuus qui videt in absconso reddet tibi in manifesto*.

Matth. cap. VI, 11. Vulgata vetus legebat, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*; et ita legisse constat Tertullianum, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, Chromatium, Sedulium. Præter hos, Hieronymus, lib. II in Epist. ad Titum diserte asserit, D *secundum Latinos interpretes scriptum esse*, Panem nostrum quotidianum; *sed melius in Græco haberi*, Panem nostrum ἐπιούσιον, *id est præcipuum, egregium, peculiarem*: Et post pauca: *Quidam*, inquit, ἐπιούσιον *existimant.... panem dictum, quod super omnes οὐσίας sit*: et Comm. in Matth. *Quod nos* supersubstantialem *expressimus, in Græco habetur* ἐπαύσιον.

Matth. cap. VI, 11. Codex Vercellensis, *Panem nostrum cottidianum da nobis hodie*. Et ita Veronensis, Brix. et Corb.

Matthæi capite XX, c. 28. Post hæc verba versus 28: *Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam redemptionem pro multis*, hæc sequuntur in ms. Colbertino, ut et in aliis exemplari-

Matthæi capite XX. Codex Vercellensis post ver. 28 hæc addit: *Vos autem quæritis de pusillo crescere, et de majore minores esse. Intrantes autem, et rogati ad cœnam, n ... recumbe ... in locis e ... nentio-*

bus veteris interpretationis, quæ quidem desideran- A tur in Vulgata hodierna Evangelii juxta Matthæum : *Vos autem quæritis de pusillo crescere, et de majori minor* (l. *minores*) *esse. Intrantes autem, et rogati ad cœnam, nolite recumbere in locis eminentioribus, ne forte clarior te superveniat ; et accedens qui ad cœnam vocavit te, dicat tibi : Adhuc deorsum accede : et confundaris. Si autem recubueris in loco inferiori, et superpenerit humilior te, dicet tibi qui te ad cœnam vocavit : Accede adhuc superius. Et erit tibi utilius.* Juvencus autem, cum, ad conscribendam versibus historiam Evangelicam, codicem Matthæi secundum veterem interpretationem haberet, hunc secutus codicem, quidquid in veteri interpretatione legebatur, carminibus Latinis sic reddidit :

Hominis natus sic cuncta ministrat,
Obsequio solus ; proprio pia munera gestans,
Pro multisque animam pretioso sanguine ponit.
Ad vos ex minimis opibus transcendere vultis,
Et sic e summis lapsi, comprenditis imos.
Si vos quisque vocat cœnæ convivia ponens,
Cornibus in summis devitet ponere membra,
Quisque sapit : veniet forsan si nobilis alter,
Turpiter eximio cogetur cedere cornu,
Quem tumor inflati cordis per summa locarat.
Sin contentus erit mediocria prendere cœnæ,
Inferiorque dehinc si mox conviva subibit,
Ad potiora pudens transibit strata thororum.

Hæc profecto Juvenci carmina manifesto esse argumento debent, poetam in conscribenda evangelica historia usum fuisse codice Latino, plane nostro simili, quique veterem interpretationem repræsentaret.

Marci cap. III, 5. Observanda in his Marci Evangelii verbis antiqua Latina Itala interpretatio : *Et circumspiciens eos cum indignatione super emortua illorum corda, dixit homini : Extende manum tuam. Et extendit, et restituta est manus ei, sicut et altera* pro quibus in Vulgata legimus : *Et circumspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorum, dicit homini.... et restituta est manus illi :* quæ magis conciunt cum Græco, ubi sic habetur : Καὶ περιβλεψάμενος αὐτοὺς μετ' ὀργῆς, συλλυπούμενος ἐπὶ τῇ πωρώσει τῆς καρδίας αὐτῶν, λέγει τῷ ἀνθρώπῳ..... καὶ ἀποκατεστάθη ἡ χεὶρ αὐτοῦ ὡς ἡ ἄλλη.

Marci cap. X, 17. *Quidam adgeniculans, dicebat* : quæ his redduntur verbis in Vulgata nostra, *Procurrens quidam, genu flexo ante eum, rogabat eum.*

Marci cap. X, 38. Vin' et aliud e Novo Testamento exemplum, quo planum fiat, Irenæi interpretem, Scripturæ versiculos ex Latino codice veteris Interpretationis descripsisse? Irenæus lib. I, cap. 21, n. 2, ita ex Evangelio Marci laudat eumdem v. 38 : Δύνασθέ τε βάπτισμα βαπτισθῆναι, ὃ ἐγὼ μέλλω βαπτίζεσθαι. Ille vero his verbis transfert, *Potestis baptisma* (al. *baptismum*) *baptizari, quod ego habeo baptizari?* quæ pariter ab antiquiori versione prodiisse Colbertinus codex indicat, *Potestis baptismum baptizari, quem ego baptizari habeo.*

Marci cap. XII, 24 ubi Vulgata habet, *Vidua una pau-* A *rib..., ne forte clarior te su..., veniat ; ... cede ... s qui ad cœnam vocavit te, dicat tibi : Adhuc deorsum .. cede : et confunda..... tem in loco in ... riori recubu .. ris, et supervenerit humilior te, dicet tibi, qui te ad cœnam vocavit : Accede adhuc superius. Et erit hoc tibi utilius.* Veron. *Vos autem quæritis de pusillo crescere, et de minore majores esse. Intrantes autem, et rogati ad cœnam, nolite recumbere in locis eminentioribus, ne forte clarior te superveniat ; et accedens, qui ad cœnam vocavit te, dicat tibi : Adhuc deorsum accede : et confundaris. Si autem in loco inferiori recubueris, et supervenerit humilior te, dicet tibi qui ad cœnam vocavit te : Accede adhuc sursum. Et erit hoc tibi utilius.* Paria habent Codices Corbeien., San-Germanen. et alius Monasterii Sancti Andreæ secus Avenionem. Exstat B quoque idem assumentum in 2 Latinis codd. bibliothecæ Bodleianæ, et in quibusdam veteribus libris Versionis Saxonicæ apud Var. Lect. Millii : item apud S. Hilarium hic, num. 12, et apud S. Leonem Magnum in epist. ad Pulcheriam Augustam.

Marci cap. III, 5. Codex Vercellensis, *Et circumspiciens eos cum iracundia, dolens super cæcitatem* C *cordis eorum, ait homini : Extende manum tuam. Et extendit ; et restituta est manus ejus, sicut et alia.* Veron. *Et circumspiciens eos cum ira, indi .... in cæcitate cordis eorum, ait homini : Extende manum tuam. Et extendit ; et restituta est manus ejus, sicut alia.* Brix. *Et circumspiciens eos cum ira, contristatus (est) in cæcitatem cordis eorum, dixit homini : Extende manum tuam. Et extendit ; et restituta est manus ejus.* Vindob ... *cum indignatione, contristatus est super emortua corda eorum... restituta est manus ejus statim.* Corb. quoque habet, *et restituta est manus ejus statim.* Gat. *et restituta est manus illius sanitati, sicut altera.*

Marci cap. X, 17. Codex Vercellensis, *unus genibus prostratus rogabat eum, dicens.* Veron. *quidam adge-* D *niculans, rogans eum, et dicens.* Vide variantes lectiones Græci textus apud Millium.

Marci cap. X, 38. Codex Vercell. *potestis ... baptismum, quod ego baptizor, baptizari.* Et ita Veron. Vindobonensis autem et Brix. *potestis .... baptizare baptismum, quo ego baptizor.*

Marci cap. XII, 24. Codex Vercellensis, *una vidua*

per misit duo minuta, ferebat vetus versio, ... *misit æra duo.*

Marci cap. XIII, 15. *Qui in superioribus, non descendat:* quæ ita in Vulgata nostra exprimuntur, *et qui super tectum, ne descendat.*

Ut plus inesset ponderis huic rudi *Judicio meo*, atque innotesceret Italæ versionis genus sacerrimi codicis Vercellarum, in medium protuli hos universos Evangeliorum locos, quos Sapientissimus domnus Petrus Sabatier in Præf. generali allegavit ex Patribus primitivis, atque ex codicibus mss. venerandæ antiquitatis, ad exprimendam imaginem antiquæ Latinæ Italæ translationis. Nihil ab eo præstari poterat in hoc genere doctius atque lucidius; quoniam ipse omnia, quæ affert, loca variantia, non leviter attingit, multo minus temere, aut ex præjudicatis notionibus; sed inspectis collatisque Græcis exemplaribus, explorata etiam Latinorum indole, in consilium insuper adhibitis operibus SS. Patrum antiquiorum, singulis denique summa cum diligentia pensitatis, quæ in hujusmodi inquisitione lucis quidpiam fœnerari posse videbantur. Cum enim in Palæstra hac multum esset versatus, et explorate subinde ipsi constaret de luculentis testimoniis a se prolatis, nil mirum, si in iisdem allegandis numquam cespitaverit vir maximus. Sed quoniam ex multis labeculis, quibus Itala in codicibus modo respersa est, ita veterem quasi formam aliquibus videtur amisisse, vix jam ut ipsa cognosci queat; et simulacrum dumtaxat aliquod in superioribus locis adumbratum, nobisque relictum putant: ego excellentem ejusdem Italæ pulchritudinem iterum in Patribus quæram; atque nativam effigiem, post tantum virum, in primigenio Græco textu curiosius contemplabor, ut nullam a me patiar diligentiæ partem desiderari ad Vercellensis evangeliarii codicis illustrationem. En ergo sylvam aliarum parallelarum lectionum, quas ego collegi ex PP. et Comment. quasque hic libens in medium affero.

Joan. cap. XIX, 31 Vercellen. et Veron. *cœna pura.* Sic vocem παρασκευή reddit vetus interpres, et optime quidem: nam *parasceven*, inquit Augustinus in tract. 120 in Joann. *cœnam puram Judæi, Latine usitatius apud nos, vocant.* Hujus nominis mentio est etiam apud Tertullianum, lib. v adversus Marcionem cap. 4.

Luc. cap. I, 23. Vercellen. . . . *sa au. . . , ut vidit. . . ta est.* Supple lacunam ex Veron. et Brixian. *Ipsa autem, ut vidit eum, mota est* (Brixian. *turbata est*). Græcus habet, Ἥδε ἰδοῦσα διεταράχθη, hoc est, *illa autem videns, turbata est.*

Luc. cap. IX, 4. Vercellen. *et inde exite*, conformiter Græco, καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε, id est, *et inde exite*, Veron. *et inde proficiscimini*, ut codex Corb.

Luc. cap. XXIV, v. 43. In Vercellen., Veronen., Corbeien. et Brixian. deest, *sumens reliquias, dedit eis:* nec habetur in textu græco.

Matth. cap. VI, 14. Verba, *delicta vestra*, desunt in Vercellen., Veron., Brixian. et textu Græco.

A *misit minuta duo.* Vindob. *una vidua misit æra duo.* Veron. *una vidua misit æra (minuta) duo.*

Marci cap. XIII, 15, Codex Vercellensis, *qui super tectum fuerit, non descendat.* Corb. *qui in superioribus, non descendant.* Veron. et Brix.....

Matth. cap. VI, 18. In Vercellen., Veron. et San-Germanen. additur, *in palam*, ut in Græco textu.

Matth. cap. X, 25. Vercellen., Corbeien. et Brixian. *Beelzebul.* Græci quoque codices legunt, Βεελζεβοὺλ, quod Chaldaice est, *Deus sordium.*

Matth. cap. XXI, v. 31. Vercellen., Veronen. et Corbeien. *Dicunt ei: novissimus.* Et ita veteres nonnulli codices Græci et Latini hoc loco ferebant, prout Cantabrig. Græco-Lat. Copht. Armen. Leichest. B et Paris. 6, apud Millium. At nostra ætate libri Græci, et Latini typis vulgati legunt, *primus.* Oritur id ex transpositione versiculorum 29 et 30, in hunc modum: *Pater accedens ad primum, dixit:* (29) *Fili, vade hodie, operare in vinea mea. At ille respondens, ait: Eo, Domine; et non ivit.* (30) *Accedens autem ad alterum, dixit similiter. Ille autem respondens, ait: nolo. Postea pœnitentia motus, abiit. Quis ex duobus fecit voluntatem Patris? Dicunt ei: Novissimus.* Hæc certe orationis distributio hanc responsionem postulat; codices quidam apud Hieronym. Vers. Arab. ac Sax. Hilar. Aug. Cod. Const. quo usus est Erasmus, etc Vulgatæ ordinem servant, et tamen ferunt, *novissimus*, non, *primus:* idque ex eo oritur, quod animadvertentes aliqui, in explicatione parabolæ, C publicanos et meretrices quæ hominum genera nomine alterius filii innuuntur, præferri cæteris, quos major natu filius indicat, veluti Pharisæis, censuerint mendum esse in textu, legendumque, *novissimus*, scilicet alter filius, non, *primus*, nempe major natu. At minime dicitur esse natu major is quem primo loco adit Pater, neque natu minor ille, quem secundo convenit. Contra potius parabolæ ordo postulat, ut pater prius vocaverit natu minorem, flagitiosorum hominum figuram, deinde vero majorem, quo Pharisæi significabantur. Ita Cl. Calmet in Comment. ad hunc locum.

Matth. cap. XXII, v. 13. Vercellen. . . *te illum. . . bus, et ma. . . bus, et mitti. . .* Supple lacunam ex Veron., *tollite illum pedibus, et manibus, et mittite,* D etc. Corbeien. *tollite eum, ligatis pedibus, et manibus, et mittite*, etc. Brixian. *alligate ei pedes, et manus, et tollite eum, et mittite*, etc. S. Irenæus *tollite eum a pedibus, et manibus, et mittite*, etc. Et ita Lucifer Calaritanus in lib. II pro S. Athanasio, omissa tamen præpositione *a*. Concinnerat ei S. Ambrosius in Apol. David cap. IV, pag. 699. At neque Vulgata, neque versiones Cophtica, Syriaca, Arabica, atque Æthiopica, neque Sanctus Augustinus legunt hæc verba, *capite illum.* Codex Cantabrigensis tamen, *pedibus, et manibus capite eum.*

Matth. cap. XXIII, 25. Vercel., *plena sunt rapina et intemperantia.* Græci codices multi apud Millium cum Vulgata consentiunt: at typis vulgati legunt,

Γέμουσιν ἐξ ἁρπαγῆς, καὶ ἀκρασίας : id est, *pleni estis (f. sunt) rapina et intemperantia*, ut Veron.

Joan. cap. VII, 25. Vercellen., *quidam Hierosolymitæ*. Veronen. *quidam ex Hierosolymitanis*. Brixian. .... ex *Jerosolymitis*, et ita textus Græcus, ἐκ τῶν Ἱεροσολυμιτῶν.

Joan. cap. VII, 35. Vercellen. et Veronen. *numquid in dispersionem Græcorum iturus est* (Veron. *incipiet ire*) *et docere Græcos*. Textus Græcus habet, Εἰς τὴν διασπορὰν τῶν Ἑλλήνων μέλλει πορεύεσθαι, καὶ διδάσκειν τοὺς Ἕλληνας : *Numquid in dispersionem Græcorum iturus est, et docturus Græcos*, id est Ethnicos Gentesve per totum orbem dispersas et diffusas. Sic enim plerique interpretantur *dispersionem* : sunt tamen qui putant, ipsos Judæos intelligendos esse, qui extra Judæam degebant et censebantur dispersi ; quoniam et regiones, ubi sic dispersi degebant, dicebantur *dispersiones*. Ita διασπορὰ Πόντου *dispersio Ponti*, appellabatur regio Ponti, in qua erant Judæi. Vox illa διασπορὰ *dispersio*, in pluribus Scripturæ locis usurpatur pro significando exilio Judæorum in diversis orbis regionibus, a quo Deus revocaturus erat eos aliquando, ut prædicitur Psal. CXLVI, v. 2 : τὰς διασπορὰς τοῦ Ἰσραὴλ ἐπισυνάξει *dispersiones Israelis congregabit*. Itaque (aiunt) dispersiones illæ Gentium, quæ Græcorum nomine interdum significantur, erant diversæ orbis regiones, per quas sparsi erant Judæi, ut loquitur Tobias cap. XIII, 3, quia Deus διέσπειρεν ἡμᾶς ἐν αὐτοῖς. Ergo ex istorum sententia, dicebant Judæi : An ibit ad Judæos dispersos inter Gentes, *et docturus Gentes* Ἕλληνας, eos nempe qui inter Gentiles habitant ?

Joan cap. X, 26. Vercellen. Veronen. et Brixian. post *meis*, addunt, *sicut dixi vobis*, juxta textum Græcum : Οὐ γάρ ἐστε ἐκ τῶν προβάτων τῶν ἐμῶν, καθὼς εἶπον ὑμῖν.

Joan. cap. XII, 20. Vercellen. *Erant quidam Græci*. Et ita Veronen. et Corbeien. Gentiles isti, Ἕλληνες erant Proselyti, non ex Judæis, sed ex Gentibus nati. Omnes fere populos de non Israelitica Gente, Ἕλληνας *Græcos* appellabant Judæi ; Ἑλληνιστὰς, *Hellenistas* vero, Judæos, qui Græca Biblia in Synagogis legebant. Vide tamen quæ diximus paulo sup. cap. VII, v. 35.

Joan. cap. XIV, 10. Vercellen. *Sed Pater qui in me manet, ipse loquitur, et opera, quæ ego facio, ipse facit*. Veron. *Pater autem in me manens, ipse loquitur. et opera, quæ ego facio, ipse facit*. Corbeien. *Pater autem, qui in me manet, ipse loquitur, et opera, quæ facio, ipse facit*. Brixian. *Sed Pater, qui in me manet, ipse facit hæc opera*. Sanctus Ambrosius in lib. III de Fide, cap. 2, pag. 513 : *Pater autem, qui in me manet, ipse facit opera, et opera quæ ego facio, ipse facit*. Item in lib. IV, cap. 6, pag. 533 : *Pater meus, qui in me manet, ipse loquitur, et opera quæ ego facio, ipse facit*, et ita in lib. V, pag. 575, omisso tamen, *meus*. Paria habet in lib. de Incarn. Domin. Sacram. cap. 8, pag. 722.

Joan. cap. XIV, 30. Vercellen. *et in me nihil habet invenire*. Brixian. *et in me non inveniet quicquam*. Versiones Syr. Goth. Æth. Armen. et SS. Greg. Nyssen. Athan. Basil. aliique Græci Patres, et Codd. legunt, Καὶ ἐν ἐμοὶ οὐχ εὑρήσει οὐδέν. Et quidam Latini Patres, nempe S. Ambrosius lib. II de Fuga Sæculi cap. 4, et S. Gregorius Magnus Homilia 39, in Evangelia habent, *et in me non inveniet quidquam*. Verum idem S. Ambrosius in libro de Tobia, tom. I, pag. 601, *et in me suum non invenit nihil* : quam lectionem etiam explicat in laudato lib. de Fuga Sæculi, cap. 4, n. 24. S. Augustinus quoque in lib. II de Nuptiis et concupiscentia, tom. X, part. 1, pag. 307, *et in me nihil invenit*.

Luc. cap. III, 13. Vercellen. *Nihil plus exegeritis, quam quod constitutum est vobis*. Veronen. *Nihil amplius exigatis, quam quod constitutum est vobis*. Gat. et Brixian. *quam constitutum est vobis, exigatis*. Græcus fert, Μηδὲν πλέον παρὰ τὸ διατεταγμένον ὑμῖν πράσσετε, Latine reddendus, *Nihil amplius, quam quod constitutum est vobis, exigatis*. Græcum enim πράσσω, frequenter usurpatur pro *exigere* : πράσσετε id est *exigatis*. Hanc enim significationem habet verbum Græcum, a quo πράκτορες, *exactores*. Græci dicunt, inquit Agellius, lib. XV, c. 14, *εἰσεπράξατό με ἀργύριον, exegit me pecuniam* : sed et ipse Vulgatus Interpres πράκτορα, reddidit *exactorem*, Luc. cap. XII, versiculo 58. Similiter cap XIX, 23, illud σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτὸ, interpretatur *cum usuris utique exegissem illam*.

Luc. cap. V, 14. Vercellen. cum S. Ambrosio. *Ut sit in testimonium hoc vobis*. Veron. *Ut sit in testimonium... vobis*. Corbeien. *Ut sit in testimonia hoc vobis*. Multi Græci codices legunt : *Ut sit testimonium hoc vobis*, Ἵνα ᾖ μαρτύριον τοῦτο ὑμῖν. et ita Marcion apud S. Epiphanium et Tertullian.

Luc. cap. IX, 54. Vercellen. Veronen. et Brixian. in fine addunt, *sicut* (Brixian. *sicut et*) *Helias fecit*, ut textus Græcus, Ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε, id est, *quemadmodum et Elias fecit*. Consentiunt Versiones Arabica, Persica, Syriaca, Æthiopica et Gothica. Veretur Grotius, ne hæc ablata sint a librariis, quod ea Marcionitis favere crederent : qua de re vide Tertullian. lib. IV, pag. 540, contra Marcionem.

Marc. cap. II, 14. Vercellen. Veronen. et Corbeien. *vidit Jacobum Alphæi*, et ita Græci libri plerique. Cantabrig. vero Græco-Lat. et Leicest. et Paris. 6, et alii Codd. teste Victore Antiocheno, *vidit Jacobum filium Alphæi*. Brix. Gat. et Mm. *Levin Alphæi*. Orig. lib. I, contra Celsum negat, hunc *Levin* esse Apostolum. Alii legunt, *vidit Matthæum publicanum* ; pro eo quod in Vulgata, et in plerisque Codicibus, tam mss. quam impressis Græcis legitur. *Levi publicanum*. Fallitur cum Orig. Grotius, qui putat *Levi* fortasse ipsum fuisse mancipem portoriorum ; Matthæum vero illius vicarium : et convivium, de quo S. Matthæus, non in Matthæi domo, sed in Levi fuisse instructum.

Marc. cap. XIV, 61. in Vercellen. ante *benedicti*,

deest, *Dei*, et ita in S. Hilario, lib. VI de Trinitate tom. II, pag. 170, itemque in Textu Græco.

Matth. cap. VIII, 31. In Vercellen., Veron. et Brixian. deest *hinc*, et ita in Textu Græco.

Matth. cap. XIII, 50. In Vercellen. post verbum, *dentium*, additur, et *dixit*. In Brixian. vero, *ait illis Jesus*, conformiter plerisque Græcis Exemplaribus.

Matth. cap. XVI, 18. Vercellen. et Corbeien. *Et portæ inferni* (Corbeien. *inferorum*) *non vincent eam*. Textus Græcus habet, καὶ πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσιν αὐτῆς : *Et portæ inferi non prævalebunt ei*.

Matth. cap. XVI, 20. In Vercellen., Veronen. et Corbeien. omittitur, *Jesus* : nec legitur in codicibus bene multis, cum Græcis, tum Latinis, relatis a Mill. in Var. Lect. ipsumque nomen abundare in Vulgata, quamplures arbitrantur.

Matth. cap. XVIII, 19. Vercellen., Veron., Corbeien., San-Germanen. et Brixian., *iterum amen dico vobis*, et ita Græci codices multi ac mss. Latini fere triginta quatuor, et plures editiones apud Millium.

Matth. cap. V eodem, Vercellen. et Corbeien. *si duobus convenerit*. Veronen., San-Germanen. et Brix. *si duobus ex vobis convenerit* ; et ita S. Cyprianus p. 41, et in lib. III Testimon. n. 3, et S. Ambrosius in lib. de Institut. Virgin. cap. 2, pag. 252.

Matth. cap. XIX, 1. Vercellen. et Veronen. *cum locutus esset Jesus*. Corbeien. quoque, *cum locutus esset Jesus*, et ita S. Hilar.

Matth. cap. eodem, 10. Vercellen., Veronen. et S. Germanen., *causa viri*, et ita S. Ambrosius in lib. de Virginitate cap. 6, pag. 220, et in lib. de Exhortatione Virginitatis cap. 3, pag. 282.

Matth. cap. XXVI, 11. Vercellen. *non... per habebi...* Supple lacunam ex Veron. Corbeien. et Brixian. qui habent, *non semper habebitis*. et ita duo Græca Exemplaria, nec non aliq. Suecorum reginæ mss. bibl. et Sixtina editio.

Matth. cap. XXVI, 61. Vercellen., Corbeien. et Brixian. *ædificare*, et ita Græcus textus, et plerique mss. S. Augustini in lib. II de consensu Evangelist.

Joan. cap. I, 50. Vercellen., Veron. et Brixian. *majora horum*, et ita Græc. μείζω τούτων, nempe, *majora his*.

Matth. cap. I, 16. Vercellen. et San-Germanen. *cui desponsata Virgo Maria, genuit Jesum*. Veron. *cui desponsata erat Virgo Maria. Virgo autem Maria genuit Jesum*. S. Gaudentius in Serm. 8, pag. 95, *cui desponsata Virgo Maria, quæ genuit Jesum*. Codex Veronensis in tertia tessaradecade *Mariam Virginem* in censu generationum ponit, cum Sancto Hilario : ergo nulla deest generatio.

Matth. cap. III, 11. Vercellen., *qui autem venit*. Veron. San-Germanen. et Brixian., *qui autem post me venit*, et ita S. Cyprianus in lib. I, Testimon. adversus Judæos ad Quirinum, cap. 12, pag. 345, S. Hilarius in Tract. in psalm. CXVIII, tom. I, pag. 290, et S. Ambrosius in Apologia David altera, cap. 8, pag. 722.

Matth. cap. VI, 19 et 20. Vercellen., Veron., Corbeien., Brix. et San-Germanen. *exterminat*, et ita S. Cyprian. in lib. de Oper. et Eleemos. pag. 305, et in lib. III ad Quir. S. Ambros. in lib. II de Spir. Sanct. p. 653, et S. Augustin. in lib. II de Serm. Dom. in monte, tom. III, part. II, pag. 217.

Matth. cap. VIII, 18. Post verbum *jussit*, in Vercellen. et Veronen. adduntur verba, *discipulos suos*, et ita in versione Coptica, in S. Hilario, et in S. Hieronymo. In Cod. San Germanen. vero, *discipulis suis*.

Matth. cap. X, 29. Vercellen., Veronen., Corbeien. et Brixian., *sine voluntate Patris vestri*, et ita versio Arabica, S. Irenæus in lib. II contra Hæreses, tom. I, pag. 154, Tertullianus non semel, Novatianus de Trinitate, cap. 8, S. Cyprianus in Epist. 55, juxta Pamelium, (19. Oxon.) S. Hilarius in lib. IV de Trinitate tom. II, pag. 76, aliique.

Matth. cap. XIII, 15, Vercellen. *aures et oculos eorum grava*. Veron. *et aures eorum obstrue, et oculos eorum grava*. S. Irenæus, *et aures eorum obtura, et oculos eorum excæca*.

Matth. cap. XIII, 47. Vercellen. *retiæ missæ in mari, quæ ex omni genere piscium c.....* Supple lacunam ex Veron. et Brixian. qui habent, *retiæ missæ in mari, quæ ex omni genere piscium collegit*. San-Germanen. *retiæ missæ in mare, quæ ex omni genere piscium collexit*. S. Ambrosius in lib. de Virginitate cap. 19, pag. 243, *reti misso in mare*, etc. et in lib. V Hexæm. cap. 6, pag. 85, *reti misso in mare, quod ex omni genere piscium congregavit*.

Matth. cap. XIII, 48. Vercellen. *cum aut..... ess.....ta, eduxerunt eam ad litus ; et sedentes eleg... runt optimos pi..... su.....* Veron. *cum autem esset impleta, eduxerunt eam ad litus, et sedentes elegerunt optimos pisces in vasis suis*. San-Germanen., *cum autem esset impleta, duxerunt eam ad litus ; et sedentes optimos elegerunt in vasis suis*. Brixian., *cum autem impleta esset, eduxerunt eam ad litus, et sedentes elegerunt bonos in vasis suis*. S. Ambrosius in lib. V Hexaem. cap. 6, pag. 85, *cum autem esset impletum, duxerunt id ad littus, et sedentes elegerunt optimos in vasis suis*.

Matth. cap. XV, 26. Vercellen. Veronen., et Corbeien., *non licet accipere*, et ita S. Ambrosius in Enarrat. in Psalm. XLIII, pag. 907, Brixian. quoque habet, *accipere*. Pers. item Vers. et S. Hilarius legunt, *non licet*, etc. E Græcis S. Basilius Seleucus habet ἐξεστι, pro, ἔστι.

Joann. cap. III, 16. Vercellen. *vos aqua baptizabo in pœnitentiam*. Veron. *vos aqua baptizo in pœnitentiam*. Gat. *in pœnitentia*. Tertullianus pag. 228, *vos sola pœnitentia tingo*.

Joann. Cap. V, 44. Vercellen. *et gloriam ab unico non quæritis ?* Veronen., *et honorem ejus, qui est solus, non quæritis ?* S. Hilarius, *et honorem ejus, qui solus est Deus, non requiritis*.

Luc. cap. X, 22. Vercellen., *et nemo novit quis est Pater, nisi Filius*, etc. Veron., *et nemo novit Patrem,*

nisi Filius, et que..... vit Fili..... nisi Pater, etc. Sanctus Irenæus in lib. II contra Hæreses tom. I, pag. 122, *nemo cognoscit Patrem, nisi Filius, neque Filium, nisi, Pater*, etc.

Matth. cap. III, 9. Vercellen., *et nolite existimare*. Veronen. et Brixian. *et nolite præferre vos*. Codex quoque regio-Gallicanus S. Hilarii tract. in Psalm. LXV, relatus ab editoribus S. Mauri tom. I, pag. 201, habet, *præferre*, etc.

Matth. cap. V, 11. Vercellen., *cum vos maledicent, et persequentur, et dicent omne..... justitiam*. Veron., *cum vos maledi..... quent..... cent omne malum adversum vos propter justitiam*. San-Germanen., *maledicent, et persequentur, et dicent omne malum adversum vos propter justitiam*, et ita S. Ambrosius in lib. I de Offic. Ministr. cap. 16, pag. 17, et in lib. II, cap. 3, pag. 73. Hilarius quoque diaconus, sub Ambrosii nomine vulgatus, in comment. in epist. S. Pauli ad Rom. pag. 52, *cum vos persequentur, et dicent omne malum adversum vos propter justitiam*. Item Brixian., *persequentur*.

Matth. cap. X, 10. Vercellen. *neque virgas;* et ita legunt Steph. codd. 10. Bodl. 4, Vesul. 1, Hunt. 1, Usser. 2, Laud. 2, aliique quamplurimi vetustissimi, de quibus late Millius. Huic lectioni consentit etiam Lucas cap. IX, 3.

Matth. cap. X, 42. Vercellen., *peribit merces ejus*. Veron. *peribit merces sua*. Vulgata Italica initio legebat, *peribit merces vestra*, inquit Millius in Proleg. pag. 42, cum S. Cypriano. Hodierna lectio, Marci esse videtur, huc jam olim translata.

Matth. cap. XIII, 13. Vercellen. *ut videntes non videant, et audientes non audiant*. Veron. et San-Germanen. *ut videntes non videant, et audientes audiant, et non intelligant*. Corbeien., *ut videntes non videant, et audientes non audiant, neque intelligant*. S. Irenæus, *ut videntes non videant, et audientes non audiant, intelligentes non intelligant*.

Matth. cap. XVI, 22. Vercellen. *propitius tibi, Domine, non erit istud.*, et ita S. Hilarius in lib. VI de Trinitate tom. II, pag. 162. Veron. *absit a te, propitius esto, Domine, non erit istut*. Brixian. *propitius esto tibi, Domine*, etc., et ita S. Hilarius, loco laudato, in quodam codice Vaticano ; itemque in Comment. in hunc Matthæi locum.

Matth. cap. XVII, 20. Vercellen., *genus Dæmonii*. Veronen., *genus Dæmoniorum*. S. Ambrosius quoque in epist. 42 prim. class., pag. 969, et in epist. 63, pag. 1026, addit, *Dæmoniorum*.

Matth. cap. XXV, 41. Vercellen., *quod paravit Pater meus*. Veron. et Corbeien., *quem paravit Pater meus*. S. Irenæus in lib. III, contra hæreses tom. I, pag. 221, et in lib. IV, pag. 273, *quem præparavit Pater meus*, et ita lectio antiquæ versionis Italicæ, quam edidit Cl. P. dominus Martianæus.

Matth. cap. XXV, 29, Vercellen., Veronen. et Corbeien., *quod habet, auferetur*, et ita S. Hilarius in Commentar. in Matthæum, cap. 27.

Joann. cap. II, 3. Vercellen. *et vinum non habebant, quoniam consummatum erat vinum nuptiarum;* et ita S. Gaudentius in Sermon. VIII, p. 88 et p. 97, consule Cl. Galeardi Editionem. Veronen. *et vinum non habebant, quoniam finitum erat vinum nuptiarum*. Corbeien., *et vinum non habebant, quoniam consummatum est vinum nuptiarum*.

Joann. cap. III, 36. Vercellen. *qui in dicto inobaudiens est Filio*, S. Cyprianus in lib. II adversus Judæos cap. 27, pag. 361, *qui dicto non audiens est in Filium*. Quidam ms. cod. ejusdem operis S. Cypriani in loco citato habet, *qui in dicto inobediens est Filio*. Veronen. Corbeien. et Brixian. *qui autem non credit Filio*. S. Augustinus in Enchirid. de Fide, Spe, et Charitate, tom. VI, pag. 209, *qui autem non credit in Filium*.

Joan. cap. VI, 38. Vercellen. .... *qui me misit, Patris*. Veronen., *Nec enim descendi de cœlo, ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem Patris, qui me misit*. Ambrosiaster in epist. ad Roman. cap. 14, pag. 104 : *Non enim descendi de cœlo, ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem ejus, qui misit me Patris*.

Joan. cap. XII, 35. Vercellensis, Veronensis, et Corbeiensis, *Adhuc modicum tempus*. Brixian. *Adhuc modicum temporis*. Textus Græcus quoque addit χρόνον, id est *tempus* ; quæ vox in Vulgata aliisque codicibus nonnullis desideratur.

Joan. cap. XIV, 7. Vercellen., *Si me cognovistis, et Patrem meum cognovistis*. Veron. et Corbeien. *si cognovistis me, et Patrem meum cognovistis*. S. Augustinus in Joan. Evangel. cap. 14, Tract. 71, et 72, tom. III, par. 2, pag. 683, *si cognovistis me, et Patrem meum utique cognovistis*. Erasm. et Gall. mss. itemque S. Irenæus in lib. IV, contra hæreses habent, *si cognovistis me*. Et ita S. Hilarius in lib. VII de Trinitate, tom. II, pag. 202.

Joan. cap. XIV, 10. Vercellen., Veronen. et Brixian., *non credis?* et ita S. Hilarius in lib. VII de Trinitate, tom. II, pag. 202, et quidam mss. cod., S. Ambros. in lib. I Exposit. Evangel. sec. Luc. p. 1267. S. Augustinus vero in Sermon. ad Catechumenos, tom. IV, pag. 559, *annon agnoscis?*

Joan. cap. XVI, 14. Vercellen. *honorificavit;* et ita S. Hilarius in lib. III de Trinitate, tom. II, p. 47, Brixian., *clarificat*.

Joan. cap. XX, 22. Veron., *hoc*, et ita S. Ambrosius in exposit., Psalm. CXVIII, pag. 1092.

Joan. cap. XX, 23. Vercellen., *si cujus remiseritis peccata, remissa erunt illi, si cujus tenueritis, tenebuntur*. Veron. *et quorum detinueritis, detenta erunt*, et ita S. Ambrosius in lib. de Exhortatione Virgin. cap. 5, et lib. I de Pœnit. cap. 2, pag. 391, Gat. ... *remittentur eis, et quorum detinueritis, detenta sunt*. Brixian. *si cui remiseritis peccata, remittuntur ei, si cujus detinueritis, detinebuntur*. S. Cyprianus in Epistola 73, pag. 202, *si cujus ..... remittentur illi, et si cujus tenueritis, tenebuntur*.

Luc. cap. I, 50. Vercellen., *in sæculorum sæcula*. Veron., *in sæcula sæculorum*. Corbeien. et Brixian.,

in progeniem et progeniem, Gat. *in progenie et progenies*. Duo Biblia Lat. reginæ Suecorum mss. *in progenies et progenies*.

Luc. cap. II, 33. Vercell., Veronen., Corbeien. et Brixian. post verbum *erat*, habent *Joseph*, pro, *Pater ejus*, τὸ *Joseph* irrepsit ex margine, ut conjicit Millius in Proleg. pag. 44.

Luc. cap. II, 34. Vercellen., *contradicitur*, et ita quidam mss. codices et editiones S. Hieronymi in Epist. 120 ad Hedibiam.

Luc. cap. IV, 1. Vercel. et Veron. *ab Jordanen.* Brix. *ab Jordane*, et ita S. Ambros. in lib. I de Spir. Sanct. cap. 9, pag. 618.

Luc. cap. V, 20. Vercel., Veron. et Corb. *remissa sunt.* Brix. *dimissa sunt*, et ita S. Ambr. lib. III de Fide, cap. 2, pag. 499.

Luc. cap. IX, 22. Vercellen., *et post tertium diem*, et ita Tertullianus pag. 435, Veron., *et post dies tres.*

Marc. cap. VIII, 38. Vercellen., Veron. et Brixian., *confundet eum;* et ita S. Ambrosius in lib. III de Fide, cap. 13, tom. II, pag. 516, et S. Augustinus in Speculo de Evangelio, secundum Marcum, tom. III, part. 1, pag. 764.

Marc. cap. XIV, 56. Vercellen., *non erant æqualia testimonia eorum.* Græcus, καὶ ἴσαι αἱ μαρτυρίαι οὐκ ἦσαν, qui ad verbum sonat, *et æqualia testimonia non erant.*

Luc. cap. II, 22. Vercellen., *et cum expleti essent.* S. Irenæus in lib. VII contra Hæreses tom. I, pag. 187, *cum impleti essent.* S. Ambrosius in lib. II de Abraham tom. I, pag. 335, *cum dies quadraginta complerentur.*

Matth. cap. V, 4. Vercellen., *hæreditate possidebunt terram.* Brixian. *hæreditabunt terram*, et ita Sanctus Irenæus in lib. III contra Hæreses, pag. 210, et S. Cyprianus in lib. III Testimon. cap. 5, p. 373.

Matth. cap. V, 7. Vercellen. . . . . *rebitur Deus.* Suppletur lacuna ex Veronen. et San-Germanen., qui habent, *ipsis miserebitur Deus*, et ita Sanctus Ambrosius in lib. de Offic. Ministr. cap. 16, p. 17.

Matth. cap. X, 23. Vercel., Veron. et Corbeien. post illa verba, *fugite in aliam*, habent *quod si in aliam* (Vercellen. *in alteram*) *persequentur vos, fugite in aliam* (Corbeien. *in alteram*). Nonnulli Græci codices manu exarati, de quibus Millius in Var. Lect. similiter post illa verba *fugite in aliam*, hæc addunt, *quod si persecuti vos fuerint in altera, fugite in aliam.* S. Ambrosius quoque in libro de Fuga Sæcul. cap. 4, pag. 425, *quod si in aliam persequentur vos, fugite in aliam*, et ita versio Saxonica.

Matth. cap. XXI, 37. Vercellen., Veron. et Corbeien., *Filium suum unicum*, et ita S. Irenæus, S. Ambrosius et Lucifer Calaritanus. Brixian. pariter habet, *filium suum unigenitum.*

Matth. cap. XXII, 37. Vercellen. et Veronen. *misit illo*, et ita Lucifer Calaritanus in lib. II, pro S. Athanasio. Item S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses tom. I, pag. 277, et S. Ambrosius in lib. V, de Fide cap. 7, pag. 567, *misit eis.*

Matth. cap. XXIV, 36. Vercellen. et Brixian. habent, *neque Angeli cœlorum, neque Filius.* Veron. et Corbeien. *neque angeli cœlorum* (Corbeien. *sed nec*, etc.) *nec Filius:* ex S. Marco qui, cap. XIII, 32, addit, *neque Filius.* Hæc verba apud Matthæum inde translata leguntur in codice quoque Cantabrigensi, Chrysost. Paris. cod. 6, aliisque nonnullis relatis in Var. Lect. a Millio. SS. Hilarius, Ambrosius, Augustinus, Theophylactus eadem verba hoc loco interpretantur: hinc tamen non jure collegeris, illos eadem in suis libris habuisse. Illa quippe ex Marco mutuabantur, ut Arianis responderent. Animadvertit S. Hieronymus, hæc non fuisse in libris Origenis et Pierii. Habentur tamen in Veteri Vulgata Martianæi. Locus hic magnarum litium seges fuit Catholicos inter et Arianos; cum hi ex eo falso colligerent, Deum non esse Jesum, cum aliquid esset, quod illius notitiam fugeret. Huic objectioni occurrens S Ambrosius lib. V de Fide, cap. 8, ait: *Veteres Græci codices* (Marci) *non habent:* « *Quod nec Filius scit;* » *sed non mirum est, si et hoc falsarunt, qui Scripturas interpolavere divinas.* Cæterum codices omnes Græci et Latini, qui nostra ætate supersunt, manu exarati et typis editi, uno consensu hæc apud Marcum legunt, et multi etiam apud Matthæum. Agnoscunt præterea cæteri Patres.

Joan. cap. III, 6. Vercellen. addit, *quia de carne natum est.* Veron. *quoniam de carne natum est.* Tertullianus in libro de Carne Christi cap. 18, Ambrosius lib. III, cap. 11 de Spiritu Sancto, et codex Evangeliorum vetustissimus in Bibl. Bodl. similiter addunt, *quia de carne natum est.*

Joan. cap. III, 6. In Vercellen. additur, *quia Deus spiritus est, et ex Deo natus est.* In Corbeien. *quia Deus Spiritus est.* S. Ambrosius in lib. III de Spiritu Sancto, tom. II, p. 677, habet, *quoniam Deus spiritus est.*

Joan. cap. VI, 57. Vercellen. in fine versus addit, *si acceperit homo corpus filii hominis, quemadmodum panem vitæ, habebit vitam in eo.* Vetus codex Græco-Latinus Cantabrigensis, octavus Henrici Stephani, Victorinus Africanus similiter, aliique PP. legunt, *quemadmodum in me est Pater, et ego in Patre. Amen, amen dico vobis: Nisi acceperitis corpus filii hominis, sicut panem vitæ, et nisi biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem, et bibit meum sanguinem, habet vitam æternam.*

Marc. cap. VI, 11. Vercellen. addit, *Amen dico vobis: remissius erit Sodomis, et Gomoris in die Judicii, quam civitati illi.* Brixian. *Amen dico vobis: tolerabilius erit Sodomis aut Gomoris in die Judicii, quam illi civitati*, et ita in versiculi hujus fine addit Textus Græcus, *Amen dico vobis: tolerabilius erit terræ Sodomorum et Gomorrhæorum in die Judicii, quam illi Civitati.* Quæ tamen ex Matthæi cap. X, 15, desumpta

sunt, nec in optimis codicibus Græcis quampluribus A leguntur.

Marc. cap. xv, 3. Vercellen. addit in fine versiculi, *Ipse autem nihil respondebat*, et ita ingens librorum Græcorum numerus hoc loco, Αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο, hoc est, *Ipse autem nihil respondit:* item Complut., Vechel., Arm., Æthiop., aliique plures libri. Addidisse videntur Librarii.

Luc. cap. xxiv, 13. Vercellen. *cui nomen Ammaus.* Veron. *nomine Cleophas, et Ammaus.* Corbeien. *nomine Ammaus et Cleophas.* Vide S. Ambrosium in Comment. in Evangelium Sancti Lucæ heic, qui tam insignis variantis Lectionis meminit, ac nostris codicibus alios faventes libros affert.

Matth. cap. viii, 20. In Vercellen., Veronen. et Corbeien. post verbum *nidos*, additur, *ubi requiescant.* Et ita in Ambrosii Hexaem. lib. vi, cap. 8, pag. 131. B

Matth. cap. xvi, 13. Vercellen., Veron., Corbeien., San-Germanen. et Brixian. *Quem me*, et ita S. Hilarius Tract. in psalm. cxix, tom. i, pag. 419, et S. Ambrosius in lib. de Incarn. Dom. Sacram. cap. 4, pag. 709.

Matth. cap. xxii, 4. Vercellen., Veronen. et Brixian. *et saginata occisa sunt*, et ita Lucifer Calaritanus in lib. ii, pro S. Athanasio. San-Germanen. *et saginata mea occisa*, etc.

Matth. cap. xxii, 45. In Vercellen., Veronen., et Brixian., additur, *in spiritu.* Et ita habent S. Cyprian. pag. 202, ac S. Ambros. lib. v de Fide cap. 8, et lib. iii de Spir. Sanc. cap. 15, pag. 687. C

Matth. cap. xxiv, 7, Vercellen. et Veronen. *per loca omnia.* S. Cyprianus, *per singula loca.*

Matth. cap. xxvi, 70. In Vercellen. post verbum, *dicis*, additur, *nec novi;* in Veron. *neque intelligo;* in S. Cypriano pag. 636, *neque novi te.*

Matth. cap. xxvii, 28. Vercellen. *et induerunt eum tunicam purpuream, et clamydem coccineam circumdederunt ei.* Veronen., *et induerunt tunicam purpuream, et clamydem coccineam circumdederunt ei.* S. Ambrosius in exposit. Evang. secund. Luc. lib. x, tom. i, pag. 1526, *clamydem autem coccineam induitur a militibus, et purpuream tunicam.*

Joan. cap. xi, 39. Vercellen., *soror Lazari;* omissis verbis illis, *qui mortuus fuerat.* In Veronen. quoque deest, *soror ejus, qui mortuus fuerat.* Et ita in S. D Ambros. enarr. in Psalm. xxxvii, pag. 841.

Luc. cap. vi, 21. Vercellen., *Beati, qui esuritis nunc, et sititis*, etc. Veron., *Beati qui nunc esuriunt et sitiunt; quia ipsi saturabuntur.* Corbeien., *Beati qui nunc esuriunt, et sitiunt; quia saturabuntur*, et ita S. Ambrosius in lib. ii de Offic. Ministr. cap. iv, pag. 74, et in lib. i de Cain et Abel, cap. 5, pag. 192.

Luc. cap. x, 7. Vercellen. *quæ ab illis apponuntur.* S. Augustinus in lib. de Opere Monachorum, tom. vi, pag. 480, *quæ ab ipsis sunt.*

Marc. cap. i, 10. In Vercellen. post verbum, *descendentem*, additur, *in eum;* in Corbeien. *super illum;* in Brixian., *super eum.* Et ita in aliquibus mss. Div. Bibl. S. Hieronymi.

Marc. cap. ii, 17. Vercellen et mm. *sed peccatores in pœnitentiam.* Græci codices multi addunt hoc loco, *ad pœnitentiam.* Plures vero non. Vide Millium hic. Assumentum est quod ex Matthæi cap. ix, 13 desumptum est.

Luc. cap. ix, 56. Post *animas*, additur *hominum*, in Vercellen., Veron. et Brixian., et ita in S. Cypriano pag. 211, et in S. Ambrosio, lib. i de Pœnitentia, cap. 16.

Matth. cap. v, 32. In Vercellensi, et Veronensi desunt verba: *et qui dimissam duxerit, adulterat.* Animadvertit Sanctus Augustinus apud Millium, verba, *et qui dimissam duxerit, adulterat*, in quibusdam Latinis codicibus non legi. Desiderantur etiam in veteri codice Cantabrigensi Græco Latino.

Matth. cap. vi, 10. Deest in Vercellen. et Veron. *sicut*, et ita in Tertul. pag. 131, et in S. Augustin. lib iv, contra duas Epist. Pelag. tom. x, part. 1, pag. 483.

Matth. cap. xxiii, v. 14. In Vercellen. et Corbeiensi desideratur versus 14, in Brixian. vero v. 13, postponitur v. 14. Antiqui codices hoc loco dissident. S. Chrysostomus, Euthymius, Theophylactus, auctor operis imperfecti in Matthæum, Græci codices typis vulgati et manu exarati plerique, loco movent v. 13 et post 14 transferunt. Alii præponunt, omittunt penitus alii, ut Cantabrig. cod., Græco-Lat., Colb. 2, Sax., codd. mss. Arab. et quidam antiqui codd. Lat. apud Martian. et Brug. heic. Non legunt ipsum Origenes, et Sanctus Hieronymus, et apud canonem Eusebii tribuitur cap. xi, v. 52 Lucæ; quamobrem fit conjecturæ locus, illum e Luca in Matthæum fuisse translatum.

Matth. cap. xxvi, v. 64. In Vercellen. Veron. Corbeien. et Brixian. deest vox, *Dei*, et ita in S. Hilarii lib. i de Trinitate, tom. ii, pag. 20, et in Sancti Ambrosii lib. ii de Fide cap. 12, pag. 490.

Matth. cap. xxvii, v. 9, in Vercellen. et Veronen. deest, *Hieremiam.* Lucas Brug., Jansen., Maldon., Baron. aiunt nullius prophetæ nomen ab evangelista heic positum fuisse, suffectumque librarii arbitrio *Hieremiam*, relictum deinde antiquitatis obsequio. Sunt tamen Græci codices, atque Syriaci, Arabici, et Persici apud Var. Lect. Millii, item S. Aug. lib. iii de Consensu Evangel. cap. 7, et quidam Lat. codd. in quibus minime legitur, sive ii descripti fuerint ex vetustioribus, a quibus illud aberat, sive erasum ab iis fuerit hoc nomen, quippe a loco alienum.

Joann. cap. viii, v. 1. In codice Vercel. et Brix. desunt duodecim priores versus hujus capitis. Habentur in Corb. Gat. et Mm. In Veronensi autem duæ paginæ, quibus continebantur, fuerunt abrasæ; limbi adhuc apparent in codice. Porro in codicibus Græcis, latinisque quampluribus ipsa S. Hieronymi ætate desiderabantur, ut ipse testatur lib. ii contra Pelag. cap. 6, per hæc verba: *In Evangelio secundum Joannem in multis et Græcis, et Latinis codicibus*

non invenitur de adultera muliere, etc., eosque versiculos non legunt Græci Patres plerique. Ex interpretibus in Catena Græca collectis, tribus nempe et viginti, nemo hos explicavit. Omisere Origenes, S. Chrysostomus, Nonnus, cæterique. Asserit Maldonatus inter Græca exemplaria, quæ ipse consuluit, nullum fuisse, in quo hæc narratio legeretur, præter unum dumtaxat, Leontii commentaria continens; imo Leontius ipse in commentariis, prorsus illam præterit, Græcusque textus hujusmodi commentariis additus, obelis hoc loco notatur, ut intelligas, apocryphum esse narrationem. Codices alios laudat Millius, hac narratione carentes. Illam Armeni e bibliis suis penitus delevere. Syriaca versio in Polyglottis parisiensibus ac Londinensibus, ac vetus versio Gothica Ulphilæ non ferunt.

Vetusti quidam Græci codices illam hoc loco non habent; sed alii ad calcem capitis XXI Lucæ, ut Cod. Leicestr. apud Millium et Paris. 6, apud Kuster.; alii ad calcem Evangelii, ut codd. Reg. 1879 et 1883; in nonnullis a reliquo textu peculiaribus notis distinguitur; apud alios codices in ora libri legitur, vel minoribus litteris describitur. Euthymius, initio sæculi XII florens, illam in commentariis interpretatur; at in libris optimæ notæ desiderari vel obelo distingui asserit; quapropter, inquit, adscripta videntur, vel addita. S. Chrysostomus, quem patroni hujus narrationis recitant, in Latina quidem versione Homiliæ LX in Joannem mulieris adulteræ meminit, minime tamen in Græco, ubi illud habet duntaxat, quod Pharisæi a Jesu quæsivere, liceret ne uxorem quatibet ex causa repudiare.

Narrat Eusebius Hist. Eccl. lib. III, cap. 39 seu ultimo, Papiam Joannis evangelistæ discipulum sententias orationesque quamplures ex apostolorum ore collegisse, quæ in Evangeliorum libris non legebantur; inter cæteras vero *et illam historiam de muliere, multorum flagitiorum accusata apud Dominum. Quæ historia*, inquit Eusebius, *in Evangelio secundum Hebræos continetur*. Hæc Eusebii verba eruditis quibusdam scrupulum injecere, præsensne de adultera narratio ex Joanne primum, an ex Papia ingenii nullius homine, an denique habeatur ex Hebræorum evangelio, quo uti constat, incerta quamplura et apocrypha continebantur. Pugnat pariter in illius sinceritatem ingens variarum lectionum numerus, quæ in duodecim prioribus capitis hujus versiculis, quam in cæteris Evangelii hujus locis frequentiores inveniuntur, ut videre fas est apud Sixtum Sen. lib. I Grot., Bez., Hammond., Joan. Cleric., Cajetan. His adde græcarum et orientalium Ecclesiarum consensum, quarum multis in libris desideratur, teste Selden. Uxor. Hebr. lib. III, cap. 11. Ista sunt, quæ in hujus Historiæ sinceritatem objiciuntur ab Hæreticis nostræ ætatis.

His respondemus, codices codicibus, Græcis Græcos, Latinos et Orientales, Latinis et Orientalibus opponendo. E libris Græcis septem et decem, quos habebat Theodorus Beza manu exaratos, unus duntaxat narrationem hanc non ferebat. Præsto illi erat Cantabrigensis codex celeberrimus ac vetustissimus apud quem olim hæc legebatur. Libri omnes, quibus usus est Robertus Stephanus, non pauciores quam sexdecim, editi omnes, innumerique manu exarati; plerique eorum, quos vidit Millius, illam exhibebant. Latinos codices, in quibus ea desideratur, solos Vercel. et Brix. novimus. Quod ad Syriacos, Arabicos, Copticos attinet, plures fortasse sunt qui eam ferunt, quam qui omisere.

Græci Patres Joannem interpretati, locum hunc præteriere, sive quod perspicuus magis esset, quam explicatione indigeret, sive quod ipsorum in libris non haberetur. Tatianus, qui anno circiter 160 Jesu Christi floruit, 60 post Joannis evangelistæ obitum, et Ammonius anno ferme 220 Jesu Christi, et 120 post Joannem scribens, narrationem agnovere canonicam et in Evangelica concordia ab utroque concinnata, ex qua desumpsit Eusebius tabulas suis canonibus inserendas, recitavere. Illam omnino excipit S. Hieronymus lib. II contra Pelagianos, quippe quam contra ipsos Pelagianos torquet. Non semel in libris suis ea utitur S. Augustinus, nempe hic, Tract. 32 et lib. II de Adult. conjug. cap. 6 et 7, et libro de vera et falsa Pœniten. cap. 13, et epist. olim 54, nunc 153, et lib. de Consensu Evangelistarum, cap. 10 et alibi. Vetus Apostolicarum Constitutionum auctor lib. II, cap. 24, ejusdem meminit, itemque Synopsis Sancto Athanasio adscripta, uti et S. Ambrosius lib. III de Spiritu Sancto, cap. item et lib. VII, epist. 58, et lib. IX, epist. 76, cæterique Latini Patres pro opportunitate. Concilium denique Tridentinum sess. 4 de Script. Canon. cum omnes singulasque res in exemplaribus Vulgatæ contentas, Canonicas esse pronuntiaverit, locum hunc cum cæteris in Canonem excepit, eumdemque uti authenticum, Critici plerique eruditissimi, etiam Heterodoxi, ut Calvin., Gomar., Selden., Uxor., Hebr., lib. cap. 11, Millius in Not. in N. T. aliique amplectuntur, inquit Calmet ad hunc locum.

Unde autem fit, ut Libri veteres Vercel. et Brix. aliique, præsertim Græci, hunc locum non ferant? S. Augustinus lib. II de Conjug. adult. cap. 7, factum esse ait, *ut nonnulli modicæ fidei, vel potius inimici veræ fidei, credo, metuentes peccandi impunitatem dari mulieribus suis, illud, quod de adulteræ indulgentia Dominus fecit, auferrent de codicibus suis; quasi permissionem peccandi tribuerit, qui dixit: jam deinceps noli peccare*. Alii censuere ex Evangelio secundum Hebræos in Joannis Evangelium migrasse, sive a Papia in ora libri descriptum, deinde in textum irrepsisse. Hisce conjecturis locum fecere verba Eusebii quæ recitavimus. At non satis liquet utrum de muliere hac adultera eo loco agat Eusebius, illud duntaxat scribens, narratam a Papia *historiam de muliere, multorum flagitiorum accusata apud Dominum, quæ historia in Evangelio secundum Hebræos contineretur*. Non meminit Eusebius mulieris de adulterio duntaxat delatæ; quam narrationem ir

Evangelio secundum Hebræos recitatam fuisse nullo argumento discimus.

Grotius, qui eam primitus a Joanne descriptam negat, ait, traditam discipulis viva voce ab apostolis; at in Evangeliis omissam, quod facile inde calumnia arripi posset traducendi Christianos apud magistratus, quasi evertentes publica judicia, quibus stare videtur reipublicæ salus. Contra defendit Millius Prolog. 25, 252, 253 et 892, narratam a scriptore Evangelii secundum Hebræos ex eorum fide, qui ab apostolis didicerant; variisque adjunctis ornatam, uti plerumque in his rebus usu venit; descriptam deinde a Joanne in Evangelio ex accuratissima veritate, quippe cujus rei testis ipse fuerat, spreto vel ignorato prorsus Evangelio secundum Hebræos. Deinde, cum sciolus aliquis eam narrationem Joannis Evangelio ex Evangelio secundum Hebræos additam putaverit, adjecto veru notasse, veluti dubiam, ab alio demum audaciore expunctam. Ita sensim in Græcis codicibus desiderari incœpisse; cumque nonnisi uti apocryphus locus haberetur, effusa passim licentia corruptam, et minori obsequio studioque, quam reliquas Evangelii partes fuisse descriptam. Hinc vero ortas tam multas varias lectiones, quæ hoc loco inveniuntur. Ita Calmet.

Joan. cap. xii, 47, deest primo loco, *non* in Vercellen. Veron. et Brixian. et ita in S. Ambrosio.

Joan. cap. xiii, 32, desunt verba *si Deus clarificatus est in eo*, in Vercellen. Veron. et Corbeien. et ita in S. Ambrosii lib. iv de Fide, cap. 10, pag. 545, et in libro v, pag. 571, num. 113.

Joan. cap. xiv, 13, in Vercellen. Gat. Mm. et Brixian. deest, *Patrem*. Veron. habet, *ab eo petieritis*, et ita S. Ambrosius in lib. v de Fide, cap. 5, p. 563.

Joan. cap. xvii, 18, Vercellen. Veron. Brixian. habent primo et secundo loco, *in hunc mundum*, et ita S. Ambrosius.

Luc. cap. iii, 25, in Vercellen. et Veronen. desideratur, *qui fuit Mathatiæ, qui fuit Amos*. Divus Irenæus contra Hæreses cap. 33, pag. 333, et cod. Veron. non agnoscunt in Genealogia Domini secundum Lucam, nisi septuaginta duas generationes. Nunc septuaginta et sex numerantur. Ita aliquæ ex his generationibus addititiæ tunc temporis putabantur. Adeatur S. Ambros. lib. iii Exposit. Evangelii secundum Lucam, numero 15 pagina 1518, itemque num. 16 editionis Maurinæ, qui pariter Veron. codici favere videtur.

Luc. cap. iv, 4, verba, *in montem excelsum*, desunt in Veron. atque in Græcis quibusdam exemplaribus, itemque in duobus reginæ Suecorum mss. relatis in div. Bibl. S. Hieronymi. Desunt quoque in Vercellen. Verum pro illis habet, *Hierusalem, et statuit eum supra pinnam templi*.

Luc. cap. vii, 31, verba *ait autem Dominus*, desunt in Vercellen., Veron., Corbeien., Gat. et Mm., et ita in Græcis nonnullis exemplaribus et in quibusdam mss. div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. cap. xxiv, 36, in Vercellen. et Veronen. deest *Dicit eis: pax vobis; ego sum, nolite timere*. Porro ea verba, *Ego sum, nolite timere*, in Græco quoquo desiderantur. At ea legunt versiones Coptica, Syriaca, Persica, Arabica, Æthiopica, Armena, etc. et SS. Ambrosius et Augustinus.

Matth. cap. vii, v. 13, Vercellen. et Veronen. *quam lata et spatiosa est via*. S. Hieronymus in epistola 148, in uno ms. *quam lata et spatiosa via est*. In edit. vero Veron. tom. i, pag. 1093, *quam spatiosa via*. S. Ambros. in exposit. Evang. sec. Luc. lib. iv, pag. 1544, *lata et spatiosa*, relate ad viam. Unus ms. S. Augustini de Serm. Domin. *quam lata porta*.

Matth. cap. viii, 25, verba *discipuli ejus* desunt in Vercellen. et Corbeien., et ita in nonnullis reginæ Suecorum mss. Latinis Bibliorum Sacr.

Matth. c. x, 19, in Vercellen. et Veronen. omittuntur verba *quomodo, aut*., et ita in S. Cypriani epistola 56 ad Thibaritanos, de exhortatione Martyrii pag. 129.

Matth. cap. xi, 2, Vercellen. *mittens di... pul. s suos*, supple lacunam ex Veronen. et Brixian. *mittens discipulos suos*. Codex Cantabrigensis Græco-Latinus habet, *mittens per discipulos suos*. Consentiunt versiones Gothica, Armena, Persica, Syriaca. Missorum a Joanne discipulorum numerum non tradunt Juvencus, Ambrosius, Hilarius, de quibus Mill. Proleg. 387.

Matth. cap. xvi, 21, in Vercellen. et Corbeien. deest, *scribis*, et ita in S. Irenæo.

Matth. cap. xxiii, 4, in Vercellen. et Veron. desunt verba, *et importabilia*, et ita in vers. Syr. Pers. Arab. Æthiop. atque in SS. Iren. et Ambros.

Joan. cap. i, v. 27, in Vercellen. deest, *qui* secundo loco, et ita in S. Cypriani operibus. In Veron desunt verba, *qui ante me factus est*, et ita in vers. Æthiop. Copt. et aliis codd.

Joan. cap. v, 36, in Vercellen. omittitur, *quæ ego facio*, et ita in exemplari Vat. S. Hilarii lib. vi de Trinitate. In Veron. deest tantum, *ego*, et ita in S. Hilario, tom. ii, pag. 152.

Joann. c. xi, 37, deest in Vercellen., Veron. et Brixian., *nati*, et ita in plerisque melioris notæ exemplaribus Græcis, nec non in quibusdam mss. div. Bibliothec. S. Hieronymi.

Joann. cap. xviii, 21, deest, secundo loco, *unum*, in Vercellen. et Veron. itemque in S. Hilarii mss. lib. viii de Trinitate, tom. ii, pag. 217.

Luc. cap. ix, 23, Vercellen. *Abneget semetipsum et sequatur me*, omissis illis verbis *et tollat crucem suam quotidie*. Veronen. *Abneget semetipsum, et sublata cruce sua sequatur me*. Vetusti codices multi apud Mill. Var. Lect. non habent *quotidie*. Aliqui etiam totam hanc pericopam, *tollat crucem suam quotidie*, omittunt. At ferunt versiones Syriaca, Gothica, Vulgata et Latina quædam exemplaria.

Luc. cap. xii, 27, in Vercellen., Veronen. et Vindobonen. post *lilia*, additur, *agri*, et ita legunt

etiam quædam editiones S. Augustini in Speculo de Evangelio secundum Lucam.

Luc. cap. XII, 31, ante *regnum*, deest *primum*, in Vercellen., Veronen., Corbeien., Mm., Gat. et Brixian., et ita in aliis antiquis Bibl. Item in textu Græc. et in S. Augustini Speculo de Evangelio secundum Lucam tom. III, part. 1, pag. 771.

Luc. cap. XII, 31, desunt verba, *et justitiam ejus*, in Vercellens., Veronens., Gat., Vindob. et Brixian., et ita in antiquis Corbeien. Bibl. in Græc. et in S. Augustini loco laudato.

Luc. cap. XII, 35, Vercellen., *et sint lumbi*, etc. Veron., Corbeien., Vindob. et Brixian. *sint autem lumbi*, etc. S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses tom. I, pag. 278; *sint igitur lumbi*, etc.

Luc. cap. XXIV, 32, Omissis verbis illis, *loqueretur in via, et*, habet Vercellen., *cum adaperiebat nobis Scripturas*, Veron., *cum aperiret nobis Scripturas*, et ita S. Ambros. in lib. de Instit. Virg. cap. 11, pag. 266, et in Enarr. in psal. XXXVIII, p. 849.

Luc. cap. XXIV, 46. Desunt verba, *et sic oportebat*, in Vercellen., Veronen., Gat., et Mm., et ita in S. Iren. lib. III contra Hæreses tom. I, pag. 206.

Marc. cap. XIV, 62, in Vercellen. et Brixian. post, *virtutis*, deest, *Dei*, et ita in Græco textu, in antiquis Corbeiensibus bibliis, in pluribus mss. divinæ Bibliothecæ S. Hieronymi et in S. Augustini lib. III de Consensu Evangelistarum tom. III, part. 2, pag. 114.

Matth. cap. XXI, 31, Vercellen..... *cedunt*, supple lacunam ex Brixiano, qui habet, *præcedunt*, et ita S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses tom. I, pag. 257, et S. Zeno Veronensis in lib. II tract. 14, de Juda, juxta fidem aliquorum codd. et editionum.

Matth. cap. XXVI, 28, Vercellen., *effunditur*, et ita Græcus textus.

Titulus Evangelii S. Lucæ, in Vercellen., et Corbeien. *Evangelium secundum Lucanum*, Veronensis habet, *Evangelium secundum Lucan.*, Gat. *Evangelium cata Lucam*, Brixianus *Evang. sec. Lucan.* In libro quoque Quatuor Evangeliorum, cujus varias lectiones dedit Calmet ad calcem commentarii in Apocalypsim, dicitur *Lucanus*.

Joan. cap. XIV, 19, Vercellens., Veronens., et Brixian., *videbitis me*, et ita Græcus θεωρεῖτε, *videbitis*, si verbum illud supponatur in futuro secundo, (quod simile habet præsenti, *quia ego vivo*, ζῶ) vivam, resurgam a morte. *Et vos vivetis*, non interficient vos inimici nostri.

Luc. cap. XV, 13, Vercellen., *vivens*, et ita S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses, tom. I, p. 280.

Matth. cap. VII, 2, Vercellen., Veronen. et San-Germanen., *judicabitur de vobis*, et ita Tertull. pag. 556.

Matth. cap. VII, 12, Vercellen., Veronen. et San-Germanen. addunt, *bona*, et ita S. Cyprianus p. 424, S. Augustinus de Civitate Dei lib. XIV, cap. 8, p. 356, omittit, *bona*; subdit tamen, *propter consuetudinem locutionis nonnulli interpretes addiderunt* bona; *et ita interpretati sunt*: quæcumque vultis ut faciant vobis homines bona, etc., *sed in Græco Evangelio, unde in Latinum translatum est, non legitur*, bona.

Joan. cap. I, 3, Vercellen., Veronen., Corbeien., et Brixian. cum hac interpunctione legunt, *et sine illo factum est nihil. Quod factum est*, etc., et ita Sanctus Irenæus in lib. III contra Hæreses in aliquibus mss., Tertullian. in lib. adversus Hermogenem, S. Cyprianus in lib. II Testimon. adversus Judæos ad Quirinum cap. 3, pag. 352, S. Hilarius in lib. I de Trinitate, tom. II, pag. 7, et lib. II, pag. 37, et S. Ambrosius in lib. III de Fide, tom. II, pag. 504.

Joann. cap. I, 26, Vercellens., Veronens., et Brixian., *stat*, et ita S. Cyprianus in lib. II adversus Judæos, cap. 19, pag. 359. S. Ambrosius in libro de Cain et Abel pag. 198, et in epist. 33 prim. class. pag. 921.

Matth. cap. IX, 2, Vercellen., Veronen., San-Germanen. et Brixian., *constans esto*, et ita S. Hilarius, et Orosius. S. Cyprianus vero pag. 644, habet *bono animo esto*.

Joan. cap. I, 27, Vercellen., Veronen., et Brixian., *venit*, et ita S. Ambrosius in lib. V de Fide, cap. 19, pag. 593, et in lib. de Patriarch. Benedic. cap. 4, pag. 519, S. Cyprianus habet, *veniens*.

Joan. cap. VI, 5, Vercellen., *ait Philippo*, Veronen., *ait Philippus*, Brixian. *dicit.*, etc., S. Augustinus in Sermon. 2 de Tentatione Abrahæ tom. V, part. 1, pag. 65, *ait enim Philippo*.

Joan. cap. I, 14, Vercellen., Veronen., Corbeien. et Brixian., *gratia et veritate*, et ita S. Hilarius in lib. I de Trinitate, num. 10, Græcus quoque textus et S. Irenæus in lib. I contra Hæreses, tom. I, pag. 42, habent, *veritate*.

Joan. cap. II, 19, Vercellen. *solvite hoc templum, et in triduo resuscitabo illud*, Veronen. *solvite hoc templum, et in triduo illud suscitabo*, Brixian., *destruite hoc templum*, etc. S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses, tom. I, pag. 300, *solvite hoc templum, et in tribus diebus suscitabo illud*. S. Cyprianus in lib. de Montibus Sina et Sion adversus Judæos pag. 494, *destruite*, etc.

Joan. cap. X, V, 36, Vercellen. *quoniam blasphemat*; Veronen. et Mm., *quia blasphemat*. S. Cyprianus habet, *quoniam*, etc. In uno ms. ejusdem Sancti Cypriani legitur, *blasphemat*; in altero, *blasphemavit*.

Joan. cap. X, 38, Vercellen. *quoniam in me est Pater*, etc. Veronen. et Corbeien., *quia in me est Pater, et ego in eo*; Brixian. vero, *quia in me est Pater, et ego in eum*. S. Cyprianus, *quoniam in me est Pater, et ego in illo*.

Joan. cap. XI, 11, Vercellen., *suscito*, Veronen., Corbeien. et Brixian., *suscitem*, Gat., *exsuscitem*, et ita duo mss. divin. Bibliothec. S. Hieronymi. Nota tamen, quod unus habet, *suscitem*, expuncta præpositione, *ex*, secundis curis.

Luc. cap. I, 70, Vercellen. *per os Sanctorum P... h..... rum su.....* supple lacunam ex Brixian., *per os Sanctorum Prophetarum suorum*, Veronen. *per os*

Sanctorum suorum Prophetarum. Corbeien. *per os sanctorum prophetarum.* Tertullianus pag. 187 et 188 *per os Prophetarum.*

Luc. cap. II, 14, Vercellen. *in exc. . sis*, supple lacunam ex Gat. et Brixian. qui habent, *in excelsis*, et ita S. Irenæus in lib. III contra Hæreses, tom. I, pag. 186, et S. Hieronymus in lib. I commentariorum in Isaiam cap. 2, tom. IV, pag. 34.

Luc. cap. II, 14, Vercellen. *super terram*, et ita unus ms. S. Hieronymi lib. I Commentariorum in Isaiam cap. 2.

EPISTOLA

BLANCHINI AD JOSEPH, S. R. I. COMITEM DE THUN ET HOHESTEIN, EPISCOPUM GURCENSEM.

Josepho S. R. I. comiti de Thunn et Hohestein episcopo Gurcensi optimo Joseph Blanchinus Veronensis, presbyter congregationis Oratorii Romani felicitatem.

Solent nonnulli, Præsul sapientissime, interdum quasdam Sanctorum Patrum nimis urgere sententias, aiuntque, statim ac Gentibus Evangelii lumen illuxit, et Græci pariter ac Latini, Barbarique ab apostolis in Christi doctrina sunt instituti, innumeras pene Divinarum Scripturarum exortas esse versiones, quarum ductu, ad omnium populorum haustus, salutares aquæ decurrerent eloquiorum Dei. Quamvis autem apostolicæ prædicationis semina, cœlestibus illis laticibus irrorata, instar grani sinapis, aluerint in unitatem fidei, sapientiæ et scientiæ mysteriorum ejus, cum primum in Gentibus jacta sunt ab illis Dominici agri satoribus, quibus in mandatis erat, ut, euntes in mundum universum prædicarent Evangelium omni creaturæ, jamque sub Neronis imperio divinum Legis præconium ultimas fere mundi regiones pervasisset, ut Paulus ad Romanos (*cap.* I, v. 8) scribens est gratulatus; innumeras tamen, immo nationum pene universarum vernaculas jam tum exstitisse versiones, mihi persuadere, vix ac ne vix quidem possum. Neque sanctorum Patrum mentem arbitror assecutos omnes scriptores illos, qui, ad præconceptæ opinionis defensionem, nonnulla eorumdem testimonia in medium protulere, quæ nihil faciunt ad rem, vel quæ opus habent aliqua non hyperbolica interpretatione. Volo hic, vir eruditissime, præcipuos afferre locos, in quibus ipsi magnam vim positam putant, sed tamen qui meo judicio nihil concludunt.

Eusebius Pamphilus in Oratione de Laudibus Constantini, Edit. Mogunt. MDCLXXII, pag. 662, lit. C. D.

Τὸ δὲ ἐπαγγείλασθαι, καὶ λόγῳ μὲν εἰπεῖν, ἔργῳ δὲ ποιῆσαι αὐτοὺς ἁλιέας ἀνθρώπων καὶ τοσαύτην αὐτοῖς ἀρετήν τε καὶ δύναμιν παρασχεῖν, ὡς καὶ γραφὰς συντάξαι, καὶ βίβλους παραδοῦναι, καὶ πάντας εἰς τοσοῦτο κρατῦναι, ὡς καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης παντοίᾳ γλώσσῃ Βαρβάρων τε καὶ Ἑλλήνων μεταβαλλομένας, παρὰ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι μελετᾶσθαι, καὶ πιστεύεσθαι θεῖα εἶναι λόγια τὰ ἐν αὐταῖς καταβεβλημένα, ὅσον εἰς ἀπόδειξιν ἐναργῆ τῆς αὐτοῦ θειότητος.

A *Quod vero pollicitus est illis* (Christus Apostolis) *se facturum ipsos piscatores hominum; nec id verbis solummodo dixit, sed re ipsa cumulate præstitit; tantamque eis vim ac potentiam indidit, ut libros conscriberent atque ederent; utque horum librorum tanta esset auctoritas, ut omnium tam Græcorum quam Barbarorum linguis conversi, a cunctis ubique gentibus studiose ediscerentur; et ea quæ in illis continentur, Divina esse crederentur oracula, quantum id valet ad Divinitatem ejus perspicue declarandam.*

Idem Eusebius in fragmento, a Joanne Grabio Græce et Latine allato in ipsius Notis ad Spicilegium Patrum, sæc. II, pag. 252.

Οὗ καὶ καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης ἐκλάμπει τὸ ὄνομα, B καὶ ὁ λόγος τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχὰς καταυγάζει, διὰ τῆς αὐτοῦ παραδοθείσης τοῦ εὐαγγελίου γραφῆς παντοίᾳ γλώττῃ ἑλληνικῇ τε καὶ βαρβάρῳ μεταβληθείσης, εἰς ἔξακουστόν τι πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας κηρυττομένης.

Loquitur Eusebius hic de Joanne filio Zebedæi, *cujus et nomen* (ait) *per universum orbem celebratur, et doctrina hominum animos collustrat, tradita ipsis Evangelii Scriptura, quæ in omnem linguam, Græcam pariter et Barbaram translata est, et ut omnes Gentes exaudiant, quotidie prædicatur.*

S. Joannes Chrysostomus Hom. LXXX, al. LXXXI in Matthæum, juxta Edit. Montfaucon. Tom. VII, pag. 767, Lit. B.

Ὅτι δὲ πόρνη γυνὴ ἔλαιον ἔξέχεεν ἐν οἰκίᾳ λεπροῦ C τινος, δώδεκα ἀνδρῶν παρόντων, τοῦτο πάντες ᾄδουσι κατὰ τὴν οἰκουμένην, καὶ χρόνος τοσοῦτος δεδῆλθε, καὶ ἡ μνήμη τοῦ γενομένου οὐκ ἐμαράνθη· ἀλλὰ καὶ Πέρσαι, καὶ Ἰνδοί, καὶ Σκῦθαι, καὶ Θρᾷκες, καὶ Σαυρομάται, καὶ τὸ τῶν Μαύρων γένος, καὶ οἱ τὰς Βρετανικὰς νήσους οἰκοῦντες, τὸ ἐν Ἰουδαίᾳ γενόμενον λάθρα ἐν οἰκίᾳ παρὰ γυναικὸς πεπορνευμένης περιφέρουσι.

Quod autem meretrix oleum effuderit in domo leprosi, duodecim viris præsentibus, id per orbem cantant omnes, ac post tantum temporis rei gestæ memoria non minuitur: sed Persæ, Indi, Scythæ, Thraces, Sauromathæ, Mauri, qui Britannicas insulas incolunt, quod in Judæa in domo quadam, nec palam a meretrice factum est prædicant.

D S. Joannes Chrysostomus Homilia II apud alios I in S. Joannem Evangelistam, juxta edit. Montfaucon, Tom. VIII, pag. 10, lit. B.

Ἆρ' οὐκ εἰκότως πάντα ἐσβέσθη ἐκεῖνα, καὶ ἠφανίσθη τέλεον; εἰκότως, καὶ κατὰ λόγον· ἀλλ' οὐ τὰ τοῦ ἰδιώτου καὶ ἀγραμμάτου οὕτως· ἀλλὰ καὶ Σύροι, καὶ Ἰνδοί, καὶ Πέρσαι, καὶ Αἰθίοπες, καὶ μύρια ἕτερα ἔθνη, εἰς τὴν αὐτῶν μεταβαλόντες γλῶτταν τὰ παρὰ τούτου δόγματα εἰσαχθέντα, ἔμαθον ἄνθρωποι βάρβαροι φιλοσοφεῖν.

Postquam locutus fuit idem Sanctus Joannes Chrysostomus de Pythagoricis et Platonicis disciplinis, hæc subdit: *Annon jure illa exstincta penitus deletaque sunt? Certe jure ac merito, ut ratio postulabat. At non sic illa, quæ ad rudem illum et illitteratum perti-*

nent : verum Syri, Ægyptii, Indi, Persæ, Æthiopes, innumeratæque aliæ Gentes, dogmata ab illo inducta in linguam suam transferentes, barbari licet essent, philosophari didicerunt.

Sanctus Hieronymus in Commentar. in psalmum LXXXVI : *Dominus narrabit in Scripturis populorum : in Scripturis Sanctis. Quæ scriptura populis omnibus legitur, hoc est, ut omnes intelligant.*

Idem Præf. in quatuor Evangelia ad Damasum : *Prætermitto* (inquit) *eos codices, quos a Luciano, et Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio, quibus utique nec in toto Veteri Instrumento post* LXX *interpretes emendare quid licuit, nec in Novo profuit emendasse : cum multarum Gentium linguis Scriptura ante translata, doceat, falsa esse, quæ addita sunt.*

Sanctus Augustinus lib. II de Doctrina Christiana, cap. 5, ait : *Ex quo factum est, ut etiam Scriptura Divina, qua tantis morbis humanarum voluntatum subvenitur, ab una lingua profecta, qua opportune potuit per orbem terrarum disseminari, per varias interpretum linguas longe lateque innotesceret Gentibus ad salutem.*

B. Theodoretus Sermone V de Natura Hominis pag. 555, Lit. C. D., Lut. Paris. MDCXLII.

Τίνες τῆς Στοϊκῆς αἱρέσεως προστατεύουσι, τίνες τοῦ Σταγειρίτου τὴν διδασκαλίαν κρατύνουσι, τίνες κατὰ τοὺς Πλάτωνος πολιτεύονται νόμους, τίνες τὴν ὑπ' ἐκείνου ξυγγραφεῖσαν πολιτείαν ἠσπάσαντο; ἀλλὰ τούτων μὲν τῶν δογμάτων οὐδένα διδάσκαλον ἡμῖν ἐπιδείξαι δυνήσεσθε· ἡμεῖς δὲ, τῶν ἀποστολικῶν καὶ προφητικῶν δογμάτων τὸ κράτος ἐναργῶς ἐπιδείκνυμεν· πᾶσα γὰρ ἡ ὑφήλιος τῶνδε τῶν λόγων ἀνάπλεως· καὶ ἡ Ἑβραίων φωνὴ οὐ μόνον εἰς τὴν Ἑλλήνων μετεβλήθη, ἀλλὰ καὶ εἰς τὴν Ῥωμαίων καὶ Αἰγυπτίων καὶ Περσῶν καὶ Ἰνδῶν καὶ Ἀρμενίων καὶ Σκυθῶν καὶ Σαυροματῶν, καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, εἰς πάσας τὰς γλώττας, αἷς ἅπαντα τὰ ἔθνη κεχρημένα διατελεῖ.

Quinam hodie sectæ Stoicæ præsident, quinam Stagiritæ doctrinam tuentur, ubi sunt qui ad leges Platonis civitates gubernent, qui conscriptam ab eo reipublicæ formam amplexi sint? At nullam profecto dogmatum istorum doctorem nobis ostendere poteritis. Nos autem vobis APOSTOLICÆ PROPHETICÆQUE DOCTRINÆ *vim et robur manifeste ostendimus. Universa enim, quæ sub sole est terra his sermonibus referta est. Et Hebraica lingua,* (καὶ ἡ ἑβραίων φωνὴ), *non in Græcorum modo linguam versa est, sed etiam in Romanorum, et Ægyptiorum, Persarumque, et Indorum, et Armenorum, et Scytharum ac Sarmatorum, atque ut semel dicam, in linguas omnes, quibus ad hanc diem Nationes utuntur.*

S. Anastasius Sinaita in libro, qui inscribitur, ὁδηγὸς, *Viæ dux*, cap. XXII.

Οὐκοῦν πίστις ἀπερίεργός ἐστιν ὁ χριστιανισμός, καὶ θέον, ἐν ἁπλότητι καὶ εὐθύτητι καρδίας δέχεσθαι, καὶ ἀκούειν πᾶσαν γραφήν, καὶ μάλιστα τὰς διδασκαλικάς· αἱ μὲν γὰρ εὐαγγελικαὶ, καὶ ἀποστολικαὶ οἴδαμεν ὅτι ἐνθέντοί εἰσι. . . . . ὅτι διαδοθέντος καὶ γραφέντος τοῦ εὐαγγελίου ἐν τοῖς γράμμασι τῶν ἑβδομήκοντα δύο γλωσσῶν, καὶ ἐθνῶν, ἀδύνατόν ἐστι ῥαδιουργίαν, ἢ μείωσιν, ἢ προσθήκην ὑπομεῖναι, αὐτῶ. Κἂν γὰρ μιᾶς, ἢ καὶ δευτέρας γλώττης ἐπεχείρησέ τις νοθεῦσαι τὰ βιβλία, ἠλέγχετο εὐθὺς ὑπο τῶν ἄλλων ἑβδομήκοντα γλωσσῶν ἡ ῥαδιουργία αὕτη.

Igitur fides Christianorum est incuriosa, in simplicitate, et rectitudine cordis totam Divinam Scripturam recipere consueta, maxime vero doctrinam a Patribus traditam. Dicta enim Evangelica et apostolica scimus universim depravari non posse.... eo quod Evangelium septuaginta duarum linguarum et Gentium litteris consignatum sit. Quare fieri nequit, ut vel detractione, vel additione a sceleratis corrumpatur. Nam licet quis unius vel alterius linguæ libros falsare conaretur; improbitas tamen ista detegeretur, et redargueretur ab aliis septuaginta linguis.

Venerabilis Beda lib. I Hist. Anglorum, cap. 1 : Britannia *in præsenti juxta numerum librorum, quibus Lex Divina scripta est, quinque Gentium linguis unam eamdemque summæ veritatis, ac veræ sublimitatis scientiam scrutatur, et confitetur : Anglorum videlicet, Britonum, Scotorum, Pictonum et Latinorum, quæ meditatione Scripturarum cæteris omnibus est facta communis.* Nullo ii artificio (*conversam scilicet fuisse Sacram Scripturam*) ex Bedæ verbis citatis me colligere posse fateor, inquit Henricus Warthon pag. 466 Auctarii de Sacris Script. vernaculis.

En, præsul doctissime, præcipua testimonia, quæ perperam intellecta, vel nimium vexata, a nonnullis neotericis afferuntur, ad asserendam illam versionum numerositatem in Gentibus, quæ nec suffragio nititur antiquorum, nec manuscriptorum codicum inspectione. Quoniam vero triplicis generis sunt dicta Patrum, quæ recitavi, ad primum revoco cum Cl. Patre Le Long bina ex S. Joanne Chrysostomo, tertium ex Theodoreto, quartum ex Venerabili Beda, quæ ne versionis quidem popularis mentionem ullam faciunt. Ad secundum, alia duo ex S. Hieronymo, et tertium ex Augustino. Multas quidem inde versiones nonnulli colligunt. Esto illis temporibus exstiterint plurimæ sive Græcæ, sive Latinæ, tum etiam Syriaca, etc. verum multo minore numero, quam quot ex his locis volunt inferri. Ad postremum denique testimonia desumpta ex Eusebio Cæsareensi, et Anastasio Sinaita : sed non inde conficitur, quod velle videntur illi scriptores, quodque ratio credere non sinit, nullam fingi posse nationem Christianis imbutam doctrinis, in cujus idioma textus sacer non fuerit translatus. Auctor præfationis Bibliorum Polyglottorum Parisiensium, autumat exstitisse vel a temporibus S. Hieronymi Arabicam aliquam versionem librorum quorumdam Sacræ Scripturæ, in primis libri Job. Scribit enim : *Hinc maximam mutuatur commendationem, quod sancti Hieronymi sæculo quidam e Sacris Litteris hac lingua* (Arabica) *scripti reperirentur, quorum auxilio librum Job in septingentis ferme, et octingentis versibus, ut ex præfixa huic libro præfatione manifestum est, restituit.* En S. Hieronymi

verba : *Hæc autem* (nostra) *translatio nullum de veteribus sequitur interpretem ; sed ex ipso Hebraico, Arabicoque, et interdum Syro, nunc verba, nunc sensus, nunc simul utrumque resonabit.* Sed scite Waltonus prolegom. 14, § 17 : *Non loquitur*, inquit, *hic Sanctus illo loco de versione aliqua Arabica, licet ejus verba primo aspectu tale quid innuere videntur : loquitur enim, ut verba ejus penitius intuenti liquet, de translatione sua Latina, quam ex Hebræo traduxerat, et hoc tantum innuit, in libro Job Hebraico vocabula multa Arabica occurrere.*

Æthiopicam quoque Bibliorum versionem (ab hodierna diversam), temporibus apostolorum adornatam fuisse plerique scriptores asseruerunt. Eos inter Petrus Victor Cajetanus, *Paradig. de lingua Æthiopica*, pag. 160, ubi ait : *Primum quidem de illius antiquitate non est quod dubitemus ; quando, jam inde usque a Christi temporibus, et apostolorum, erat sacer prophetiarum contextus isto idiomate Æthiopico in manibus Eunuchi illius regiæ Candacis conscriptus.* Ad hoc vero stabiliendum, Victor Palmæ auctoritatem mille et quingentorum annorum, postquam hæc gesta finguntur, in medium affert : quod quanti valeat, æqui bonique lectoris judicium esto. Adeantur Jo. Millius in Proleg. pag. 121, et Renaudotius cap. 11, *de perpetuo Ecclesiæ consensu*, etc. pag. 92.

Armena pariter Bibliorum versio jactatur concinnata sub Ecclesiæ nascentis exordio, ex Græca, vel ex Syra interpretatione. « Illud neutiquam est prætereundum (ait Jo. Millius pag. 152 Proleg. in Novum Test. Græcum), quod nos per litteras monui, in Armenica, cæteraque omni litteratura orientali longe versatissimus Ludovicus Pickius doctor Sorbonicus : *Versio*, inquit, *Armenica est antiquissima, et ex genio suo ita ἑλληνίζει, ut de verbo ad verbum Græca referat; unde ex ipsa jus est restituendi originale Græcum, unde profluxit.* » Sed res nota est (inquit Gregorius Scholiastes Syrus apud Waltonum, proleg. 13, § 15) quod, etiam si codices ex Græco transtulerint Armeni, tamen cum Syriaco postea contulerunt suum exemplar, et illud singulis in locis concordare fecerunt. » Sive autem ex Græco, sive ex Syriaco exemplari ipsa profluxerit, procul dubio non est tantæ antiquitatis, ut aliqui putant. Sixtus Senensis lib. VI Bibliothecæ Sanctæ annotat. 152, scribit, *S. Joannem Chrysostomum Novum Testamentum, et Psalmos Davidicos in linguam Armenicam transtulisse.* Et tamen e veteribus id refert nemo, ante Georgium Alexandriæ Patriarcham (qui claruit an. 620), in Vita ejusdem sanctissimi doctoris. Chrysostomus, cum in Cucusum Armeniæ oppidum exsularet (inquit laudatus Georgius) *invenit, largiente Deo, quosdam ex iis Græce scientes; quos Novum Testamentum, et Psalterium in vernaculam ipsorum linguam convertere effecit, ut notitiam Sacræ Scripturæ obtinerent.* Porro scriptor iste, juxta Photium, præter historiæ fidem narrasse quædam visus est. Et constat ex Palladii dialogo de vita Chrysostomi, *Georgium sua, ut plurimum, fabulis intertextis, descripsisse.* « Quænam igitur (inquit doctissimus Le Long cap. 2 Bibl. Sacræ pag. 137) hujusmodi auctori, qui ducentis et amplius annis post Chrysostomi obitum res ab ipso gestas absque ullo veterum monumento descripsit, fides est habenda ? »

Quoniam vero alii volunt, Biblia Veteris et Novi Testamenti ex Græco idiomate in Armenum a Moyse Grammatico, Davide philosopho, et Mampræo Armenis circa tempora Arcadii imperatoris fuisse translata, audiamus sententiæ hujus auctores, quos idem Le Long allegat : *Hac eadem tempestate* (scilicet Arcadii imperatoris) *floruit etiam in Armenia celeber quidam Heremita, dictus Mesrobus, vir plane eruditissimus, et ingenio perspicax, qui cum Armenarum, tum Iberarum quoque litterarum characteres accuratissime primus expressit, ac posteris singulare hoc beneficium, quo tot transactis sæculis eorum majores expertes fuerant, dereliquit. Is igitur, et Isaac* Armenorum *Patriarcha plures in Armenia erudierunt discipulos ; quos et Athenas ad Græcam linguam, aliasque facultates adipiscendas miserunt. Inter eos autem maxime omnium profecerunt tres, videlicet* Moyses *cognominatus Grammaticus,* David *philosophus, et* Mampræus, *qui postea plerosque libros, ac præsertim Bibliorum Veteris et Novi Testamenti ex Græco idiomate in Armenum transferendo, suam ipsorum linguam mirum in modum locupletarunt.* Hæc ex historico Carmine Niersesis Ghel de regibus Armeniæ num. 490, apud Clementem Galanum, part. histor. Conciliationis Eccl. Armenæ cum Romana, cap. 7, n. 12.

Rem aliter narrat Vitæ B. Mesropæ scriptor, qui in titulo ejusdem Vitæ vocatur Coriun. Legitur circa initium : *Mesropam apud se statuisse viginti duos libros Veteris Testamenti transferre in Armenicum sermonem, cui discipuli sui Joannes, et Joseph in eo auxilium dabant.... Illis temporibus regnabat Theodosius junior.* Narrat postea, quod *cogitaverint ambo beati*, Isaac Armenorum patriarcha, et Mesropa, *suæ narrationis scripturam extendere, et augere interpretationes et scripta, secundum efficientiam Dei ; propterea miserunt duos ex discipulis in urbem Edesiæ Eznac, et Joseph, ut ex Syrorum lingua Sanctas Scripturas interpretantes in linguam Armenicam, litteras commendarent suæ regioni : illi autem euntes, perfecerunt jussa*, etc. Hæc exscripta sunt ex codice Armeno bibliothecæ regiæ, qui *Sanctologium* inscribitur, juxta versionem Oskan Vartabied, i. e. episcopi Armeni, anno 1669, factam.

Eadem pene refert Moses Chorenensis, lib. III, cap. 53, pag. 430, Hist. Armenæ, Amstelodami anno 1695, editæ ex versione Schroteri : *Miesropus, disposito Armeno alphabeto juxta illubricitatem syllabarum, quæ est in Græco, ulterius manum admovit ad interpretationem, consulto initium faciens a Proverbiis, complevit illos, et viginti duos revelatos* libros, *et Novum Testamentum, transfundere in Haicanum* (i. e. *veterem Armenum*) *sermonem ipse, et discipuli ejus Joannes Ekelensis, et Josephus Balnensis.* His omnino accensendus est (pergit Schroterus) ipse Moses Chorenensis Mesropi quoque discipulus nulli secun-

dus, qui citato loco, modestiæ ergo, nomen suum reticuit; sed ad Isaacum Bagratidem scribens, se excusat (ibidem cap. 65, p. 446), *quod prolixiorem Haicanæ gentis historiam ei exhibere non potuerit; quia senex, et valetudinarius, et minime otiosus ab interpretationibus, et sanctioribus verbis.* Id quod ineunte sæculo v, mortuo Chrysostomo, circa annum 410, evenit. Hanc sententiam confirmat Theodoretus, qui versionem Armenam, suo tempore adornatam asseruit; utpote qui anno Christi 423 ordinatus est episcopus, et proinde versio illa adhuc superstes attigit nunc ætatem 1300 annorum: ita Schroterus. Nullus est sane Theodoreti locus, si hæc dicuntur de iis, quæ scripsit sermone 5, pag. 555, *Curationis Græcarum affectionum*, ubi agatur de Sacræ Scripturæ versionibus, sed de dogmatibus christianæ religionis.

Punica item jactatur versio, jam usu recepta temporibus S. Augustini apud nonnullas Africæ nationes: ejusque antiquitatem plurimi satis assertam volunt ex quodam ejusdem S. Hipponensis episcopi loco circa finem expositionis in psalmum CXVIII, ubi ait: *Omnes octonos versus in Hebraicis codicibus ab ea, quæ illis proponitur, littera incipere, ab eis, qui illas noverunt litteras, nobis indicatum est, quod nostri vel Latine, vel Punice, quos* ABECEDARIOS *vocant, psalmos facere consueverunt.* Verum ibi non loquitur S. Doctor de Psalmis Davidicis, sed de Canticis, seu Cantilenis Abecedariis. Psalmum ejusmodi contra Donatistas a se conscriptum memorat ipse Sanctus lib. II Retract. cap. 20. Præterea, *si tempore illius versio Punica Afris usitata fuisset, mentionem ejus facere ille non intermisisset; cum in libris de Doctrina Christiana ex professo doceat, quæ præsidia sibi comparare debeat, qui Sacrarum Litterarum intelligentiam consequi velit.* Ita Gretserus lib. II Defensionis Controvers. Bellarmini, cap. 15, p. 814.

Explosis ergo tot omnium linguis nunquam enatis versionibus tempore apostolorum, videamus, præsul doctissime, an in eumdem impingant lapidem, qui Ecclesiæ nascentis exordio innumeras putant Latinas extitisse utriusque Fœderis translationes, usui futuras Ecclesiæ Gentium in imperio Romano dominaturæ. Quamvis autem, ut inquit Plinius lib. III, sect. VI, *Italia, numine deum electa, sparsa congregaret imperia, ritusque molliret; et tot populorum discordias, ferasque linguas, sermonis commercio contraheret;* mihi tamen pro certo est, non adeo ingentem fuisse Sacrarum Scripturarum Latine versarum, quæ Ecclesiis inserviebant, numerositatem. Fuere nonnulli, qui, ut de conferenda edendaque antiqua Latina Itala Vindobonensis codicis translatione omnis tuus conatus irritus crederetur, quasdam SS. Hieronymi, et Augustini prælulere sententias, ex quibus de multis primis codicibus, tui similibus, conjectura fieri posset: siquidem Maximum in Præf. in IV Evangelia scribere ad Damasum Papam, *si Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus? tot enim sunt exemplaria pene, quot codices.* Sanctum pariter allegabant Augustinum, qui lib. II de Doctrina Christiana cap. 11, *Latinorum interpretum infinitam varietatem memorat.* Et paulo infra, num. 16, inquit: *Qui Scripturas ex Hebræa lingua in Græcam verterunt, numerari possunt; Latini autem interpretes nullo modo. Ut enim cuique primis fidei temporibus in manus venit codex Græcus, et aliquantulum facultatis sibi utriusque, linguæ habere videbatur, ausus est interpretari.* Varias quidem olim fuisse Latinas Sacrorum Bibliorum interpretationes ego quoque aio, atque defendo in epistola ad doctissimum virum Antonium Franciscum Gorium. Vehementius tamen non sunt urgenda allata SS. Hieronymi et Augustini testimonia, neque existimandum, varios, qui tunc temporis exstabant Sacræ Scripturæ codices, fuisse omnes a variis diversisque interpretibus exaratos. Diversitas illa, de qua PP. locuti sunt, orta videtur, ut plurimum, ex antiquariis, librariisque, qui inter describendum unam eamdemque versionem, suo singuli arbitratu quædam addere, aut detrahere, vel mutare sunt ausi. Si quando enim ignotum verbum, aut obscura locutio codicum latinorum exscriptoribus occurrebat, ipsi Græcum in Novo Fœdere adibant exemplar, quamvis utramque linguam parum callerent, nec idoneum haberent ingenium. A textibus originalibus diligenter collatis haurienda, ac repetenda erat genuina vitiatæ locutionis, verbique obscuri sententia, ut Patres docuere. Audiatur Divus Augustinus, qui in lib. II de Doctrina Christiana, cap. 11, has Latinis hominibus regulas tradit: *Contra ignota signa propria magnum remedium est*, inquit, *linguarum cognitio. Et Latinæ quidem linguæ homines, quos nunc instruendos suscepimus, duabus aliis ad Scripturarum Divinarum cognitionem, opus habent, Hebræa scilicet, et Græca, ut ad exemplaria præcedentia recurratur, si quam dubitationem attulerit Latinorum interpretum infinita varietas.... propter diversitates* namque, *ut dictum est, interpretum, illarum linguarum est cognitio necessaria.* Et cap. 14 ejusdem libri, ait: *Namque aut ignotum verbum facit hærere lectorem, aut ignota locutio. Quæ, si ex alienis linguis veniunt, aut quærenda sunt ab earum linguarum hominibus, aut eædem linguæ, si et otium est, et ingenium, ediscendæ, aut plurium interpretum consulenda collatio est*, etc. *Plurimum hic quoque juvat interpretum numerositas, collatis codicibus inspecta, atque discussa.* Item, ubi supra, cap. 13: *Sed quoniam, et quæ sit ipsa sententia, quam plures interpretes pro sua quisque facultate, atque judicio conantur eloqui, non apparet, nisi in ea lingua inspiciatur, quam interpretantur, et plerumque a sensu auctoris devius aberrat interpres, si non sit doctissimus; aut linguarum illarum, ex quibus in Latinam Scriptura pervenit, petenda cognitio est; aut habendæ interpretationes eorum, qui se verbis nimis obstrinxerunt; non quia sufficiunt, sed ut ex eis veritas, vel error detegatur aliorum, qui non magis verba, quam sententias interpretando sequi maluerunt.* Itaque recurrendum erat ad textum primigenium, quando interpretationes (seu exemplaria) inter se dissidebant: sed

quamplures, qui, utriusque linguæ fere prorsus ignari, nulloque habito interpretum, seu exemplarium delectu, difficiliora et obscuriora Italæ versionis loca ausi sunt corrigere, expungere, vel assumentis augere : et quæ lectori moram afferre poterant in Evangeliis, ea, facta veluti quadam Harmonia, alterius Evangelistæ stylo, verbisque illustrare. Hinc variæ, discrepantesque unius ac ejusdem antiqui interpretis sunt exortæ lectiones; quæ SS. Hieronymo et Augustino in causa fuere, ut quererentur utrique de tanta Latinorum interpretum numerositate. Quamvis enim, inquit doctissimus Sabatier in Præf. Generali (*De Bibliorum Sacrorum Latinis versionibus antiquis*, § 2), textus primigenii discrepent inter se aliquando lectiones, variisque dissideant verbis, atque etiam sententiis, unum tamen eumdemque primigenium esse textum constat : quidni igitur pariter unam eamdemque primum fuisse Scripturarum interpretationem dixerimus, quamvis variæ in codicibus occurrant discrepantiæ, quæ varias interpretationes, a variis elaboratas interpretibus, significare videantur? Nimirum variæ illæ forsitan discrepantiæ, aut ab oscitantium negligentia librariorum, aut ab audacium temeritate eruditulorum sunt profectæ; quorum alii somniculose describendo hanc interpretationem, verba et sententias vitiarunt; alii vero, quæ minus intellexere, aut mendosa putarunt, aut arbitratu suo mutaverunt. Certe, si id inter exscribendum primigenium Scripturæ textum, cujus vel litterulam mutare nefas esse debuerat, contigit; quanto magis contingere potuit in exscribenda interpretatione, cujus, cum non tanta esset auctoritas, quanta textus primigenii, minori adhuc cura, minorique religione est descripta a librariis, et eruditulis, qui mutare, addere, detrahere, glossulas inserere, religioni non habuerunt?

Præterea variarum potest esse alia lectionum origo, eaque purior atque utilior. Sicut enim librarii, et erudituli, oscitantia, et temeritate primigeniam translationem nonnunquam vitiarunt; ita eruditi, si quando primum dormitasse agnoverunt interpretem, quod nemini non contingit, cum errare, et falli humanum, et a nemine alienum sit, quæ minus recte versa erant, castigarunt, et verbis, sententiisve obscuris lucem dedere. Hinc factum est, ut quæ variæ videntur esse a variis elaboratæ scriptoribus Scripturarum interpretationes, aliud forsitan nihil sint, quam varia ejusdem interpretationis exempla, pro librariorum negligentia, ignorantia, ac temeritate, sed et eruditorum castigatione discrepantia. Hinc forsan Hieronymus, *tot exemplaria pene, quot codices*, scripsit; quæ tamen paulo inflatius scripta sunt : hinc cum idem Hieronymus novam adornasset Novi Testamenti interpretationem, idque a pluribus reprehenderetur, sanctus Doctor malevolis, qui se, suamque rodebant et carpebant versionem, iis respondit verbis, quibus non tam a se novam Scripturæ interpretationem elaboratam, quam veterem emendatam, et a maculis, vitiisque, quibus laborabat, expurgatam fuisse significavit. Hinc demum Augustino, qui nihil inepte, nihil nisi recte scribit, scribere forsitan licuit, *Latinos interpretes numerari non posse*. Ita laudatus Cl. Sabatier, cujus conjecturam ego vehementius urgebo. Varias exstitisse SS. Hieronymi et Augustini ætate versiones ego quoque non semel asserui in tomo I *Vindiciarum Canonicarum Scripturarum*, atque in hoc *Evangeliario Quadruplici*, nisus auctoritate SS. PP., et præsertim Hilarii, Hieronymi, et Augustini, qui libro II de Doctrina Christiana cap. 14, dum varias pro iisdem emendandis regulas tradit, maximum habendum esse codicum ab eodem interprete derivatorum delectum docet: *Nam*, inquit, *codicibus emendandis primitus debet invigilare solertia eorum, qui Scripturas Divinas nosse desiderant, ut emendatis non emendati cedant, ex* UNO *dumtaxat* INTERPRETATIONIS *genere venientes*. Et in eodem libro, cap. 15, num. 22, *In ipsis* INTERPRETATIONIBUS, Itala *cæteris præferatur; nam est verborum tenacior, cum perspicuitate sententiæ*. At, ubi S. Hieronymus *arbiter sedit*, B. Damasi jussu, *ut* (*post exemplaria Scripturarum* Novi Testamenti *toto orbe diffusa, quæ inter se variabant*) *quæ essent illa, quæ cum Græca consentiebant veritate, decerneret; ne multum*, inquit, *a lectionis Latinæ consuetudine discreparent, ita calamo temperavimus, ut his tantum, quæ sensum videbantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur, ut fuerant*. Itaque illa *exemplaria*, quæ dicit *tot pene fuisse, quot codices*, ex uno dumtaxat interpretationis genere veniebant; quandoquidem tot exemplaribus Italæ mire corruptis, quibus mederi volebat, minime consuluisset, si ea varii elaborassent interpretes. Præterea discrepantes lectiones Evangeliorum, quas ipse Hieronymus, præsertim in commentario in Matthæum, recitat, non diversos interpretes arguunt, sed exemplaria diversa ejusdem interpretis. Demum, cum usque ad hanc diem insigniores bibliothecæ singulari diligentia pervolutæ servaverint quamplura fragmenta illius antiquissimæ interpretationis, quam tanto in pretio habuit Augustinus, cuique cæteras esse posthabendas pronuntiavit, cur aliarum omnium fortuna adeo dispar fuit, atque dissimilis? Privatis, dicet aliquis, usibus inserviebant. At non omnes. Italæ quidem apud Latinos excellebat auctoritas; sed tamen aliæ quædam fuerunt versiones, quibus Italam posthabuere nonnulli Patres. Quoniam vero paucæ erant, primum neglectæ sunt in forulis tabulariorum, deinde interitum passæ. Si pene innumeræ credi volunt, quei fieri potuit, ut omnes deperditæ dicantur, et sint. Non levis est hæc difficultas, nec facilis ad expediendum est nodus illis, qui volunt nimis urgere SS. Hieronymi et Augustini sententias, quas recitavi. Hujusmodi tamen nodus nullo negotio solvetur, si tot Latinos interpretes minime exstitisse credamus. Sed de hoc alibi. Ne autem amplius alicui ea cogitatio veniat in mentem (post tot litteratissimos homines, qui de Vindob. cod., ejusque Itala versione mihi scripserunt) ipsum exemplar incertæ versionis esse, et frustra me illud edendum, te collatore, sus-

cepisse; omnibus industriæ meæ ratio comperta sit ex consequenti locorum parallelorum prolatione: quæ loca, qui attentius perpenderit, cum tuos labores merita cumulabit gloria, tum meæ editioni, quam mereri possit, laudem tituli non invidebit. Multa quidem et maxima debeo Cl. V. Nicolao Forlosiæ Aug. bibliothecæ custodi primario, qui incomparabili diligentia Latinos non solum codices sacros ex Vindobonensi thesauro collegit, collectosque in indicem ordine suo distribuit, atque ad me misit; sed evangeliarium etiam, de quo loquimur, explicuit, atque descripsit; critico insuper et historico adjecto judicio. Utinam totus ille codex, cujus ego variantes lectiones evulgo, a te, sapientissime præsul, aliquando in lucem edatur. Opus sane incomparabile, et immortalitate dignum; sed hominum dumtaxat, qui multum progressionis fecerint in lectione Latinorum Patrum primitivorum, imo ætatem consumpserint, manibus contrectandum. En indolis Vindobonensis codicis testimonia clariora.

Marc. cap. VIII, 10. Vindobonen., Veronen. et et Corbeien. *Magedam.* Vulgata S. Marci hic narrat, Christum per mare Tiberiadis navigasse *Dalmanutham*. S. Matthæus vero cap. XV, 39, et plura Latina S. Marci mss. habent venisse *Magedan*. Syriacus quoque, ac Arabicus, et Græca quædam vetustissima exemplaria legunt, *Magedan*.

Luc. cap. XII, 35. Desunt verba, *in manibus vestris*, in Vindobonen., Vercellen., Gat. et Brixian. et ita in Græco textu, in antiquis Corbeiensibus Bibliis, et in quibusdam aliis Latinis mss. in S. Irenæi lib. IV contra hæreses tom. I, pag. 278; in S. Cypriani lib. de Unitate Ecclesiæ Catholicæ, pag. 260 et 266.

Marc. cap. VIII, 15. Vindobonensis pro, *Herodis*, habet, *Herodianorum*. Græci codices nonnulli, videndi apud Millium hic pro, *fermento Herodis*, ferunt, καὶ τῆς ζύμης Ἡρωδιανῶν, hoc est, *fermentum Herodianorum;* neque spernendum.

Luc., cap. X, 15. Vindobonen. et Veronen. *quid usque in cœlum*, Brixian. *quæ usque in cœlum*. In Græco codice hodierno Matthæus et Lucas non differunt: igitur vulgatus interpres in Græca Matthæi versione legebat, μὴ ἕως οὐρανοῦ, *numquid usque in cœlum*, quomodo se in quodam exemplari legisse testatur Beza.

Luc. cap. XII, 8. Vindobonen., Corbeien. et Mm. *confitebitur in illo*, et ita, juxta Græc. S. Augustinus in Speculo de Evangelio secundum Lucam tom. III, part. I, pag. 770, et in Sermone 71, de verbis Evangelii Matth. 12, tom. V, part. I, p. 401.

Luc. cap. XII, 43. Vindobonen. et Veronen. *Dominus ejus*. Quidam mss. libri Div. Bibl. S. Hieronymi, juxta Græcum, habent, *Dominus suus*.

Luc. cap. XII, 45. Vindobonen., Veronen., Corbeien., Gat. et Mm. pro, *servos*, habent, *pueros*, et ita, propius Græco verbo, habent quidam mss. codd. Div. Biblioth. S. Hieronymi.

Luc. cap. XII, 53. Vindobon. et Veron. *socrus in sponsam*, etc. Cant. Græc. διαμερισθήσονται hic. cod. A Græc. ἐπὶ τὴν νύμφην; quod proprie sponsam significat.

Luc. cap. XVIII, 7. Vindobonen., Vercellen., Veronen. *patientiam habens*. In hodierno codice Græco est, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς, *et patientiam habens*. Olim legebat interpres Latinus, μακροθυμήσει, *patientiam habebit in illis*.

Luc. cap. XX, 35. Vindobonen. et Corbeien. *neque ducunt uxores*, Brixian. *neque uxores ducunt*. Quidam etiam mss. div. Bibl. S. Hieron. habent juxta Græcum, *neque ducunt uxores*.

Marc. cap. II, 19. Vindobonen., Vercellen. et Brixian. *Filii sponsi*. Græcus textus, τοῦ νυμφῶνος. Et ita habetur Matth. cap. IX, v. 15, et Luc. cap. V, v. 34.

B Marc. cap. VII, 3. Vindobonen. et Corbeien. habent, *nisi pugillo laverint*. Græcus pro, *nisi crebro laverint manus*, fert, Ἐὰν μὴ πυγμῇ νίψωνται τὰς χεῖρας, οὐκ ἐσθίουσι, id est, *nisi pugillum laverint*.

Marc. cap. X, 40. In Vindobonen., Vercellen., Corbeien. et Veronen. deest, τὸ *vobis*. Et ita, illud *vobis*, abest a Syro, et a codicibus Græcis.

Luc. cap. XII, 38. Vindobon. *Si venerit vespertina hora vigilia*, Veron., Corbeien. et Mm. *si venerit vespertina vigilia*. Vetusti codices nonnulli apud Millium hic ferunt, Ἑσπερινῇ φυλακῇ, hoc est, *vespertina vigilia*, pro, *secunda vigilia*. Et ita legebat Marcion, teste Epiphanio.

Luc. cap. XI, 13. Vindobonen., Veronen. et Corbeien., *bonum datum*. et ita cod. Cantabrigien. S. C Ambrosius in lib. I de Spir. Sanct. cap. 5, pag. 614, et nonnulli codices Evangelii secundum Lucam, ut refert idem S. Ambrosius in dicto loco, et Mm. *Spiritum bonum datum*. Brixian. *Spiritum Sanctum*, et ita versio Persica. Didymus, et versio Syriaca, *Spiritum sanctitatis*. Æthiopica vero habet, *bonum datum Spiritus Sancti*.

Luc. cap. XI, 50. Vindobonen. et Veronen. *usque ad generationem istam*. et ita Lucifer Calaritanus. Vercellen. *usque in gente hac*.

Luc. cap. XVIII, 14. Vindobonen., Veronen., Brixian., Corbeien. et Gat. *magis, quam ille Pharisæus*; et ita versio Syr. et S. Cyprianus in lib. de Orat. Domin. pag. 265: S. Ambros. quoque in lib. I de Cain et Abel, cap. IX, pag. 199, *magis, quam Pharisæus*. Mm. *magis ab illo*. D

Marc. cap. VI, 3. Vindobonen., Vercellen., Veronen., Gat. et Mm. *Nonne hic* (Gat., Mm., et Vindobonen. *iste*) *est fabri filius*? Græci codices nonnulli habent, οὐχ οὗτός ἐστι τοῦ τέκτονος. Ita codd. aliqui veteres, teste Erasmo, Colb. 8, Paris. 6, Arab. Æthiop., etc. quæ verba reddi possunt Latine, *Nonne hic est filius fabri*, vel artificis? Græca enim vox generica est, et quodlibet artificum genus significat. Certat Origenes lib. VI contra Celsum, nullo Evangeliorum loco doceri, artem ullam exercuisse Jesum, quamquam Josephus faber fuit; dicens, Οὐδαμοῦ τῶν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις φερομένων Εὐαγγελίων τέκτων αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἀναγέγραπται. Plerique tamen codices

manu exarati, omnesque typis vulgati, Patres, et interpretes, uno assensu, Jesum fuisse fabrum docent. Matthæus cap. XIII, 55, fert: *Nonne hic est fabri filius?*

Luc. cap. XII, 59. Vindobon., Gat., Mm. et Brixian. *novissimum quadrantem reddas*, Veronen. *donec etiam reddas novissimum quadrantem*, Corbeien. *novissimum quadrantem*. S. Irenæus in lib. I contra Hæreses tom. I, pag. 104, *donec reddas novissimum quadrantem*.

Luc. cap. XIII, 8. Vindobonen. *permitte..... mittam cophinum stercoris*, Vercellen. et Brixian..... *et mittam cophinum stercoris*, Veronen. et Corbeien. *remitte..... et mittam cophinum stercoris*, et ita S. Paulinus, S. Ambrosius in lib. II, de Pœnit. cap. 1, pag. 415, et in lib. I de Jacob, et Vita Beata, cap. 1, pag. 443, necnon S. Augustinus.

Luc. cap. XVII, 9. Vindobonen. et Veronen. *quæ sibi imperata sunt*, Vercellen. et Brixian. *quæ præcepta sunt ei*, Corbeien. *sibi*. et ita quidam mss. div. Bibl. S. Hieronymi, S. Ambros. in Exposit. in psalm. CXVIII, tom. I, pag. 1179, habet, *quod imperatum est ei*.

Luc. cap. XVII, 18. Vindobonen. *non est in illis, qui rediret, et gratias ageret Deo*, Vercellen. *ex his non est inventus*, etc. Veronen. *ex illis non est, qui rediret, et gratias ageret Deo*, Corbeien. *ex illis non erat, qui rediret, et gratias ageret Deo*. S. Ambros. in lib. I de Cain et Abel cap. 9, pag. 199, *non fuit ex illis, qui rediret, et gratias ageret Deo*.

Luc. cap. XIX, 8. Vindobonen. *si quid alicui fraude abstuli*, Corbeien. et Brixian. *fraudavi*. Sanctus Irenæus habet, *et si cujus quid fraudavi*. Sanctus Ambrosius in lib. II de Cain et Abel cap. 4, pag. 214, *si cui aliquid fraude abstuli*; et ita Chrysologus.

Luc. cap. XXII, 31, Vindob. *expetivit, ut vos ventilet*, Corbeien. et Brixian., *expetivit, ut vos ventilet*, etc. Veron..... *ivit, ut..... let*. S. Hilarius in lib. X de Trinitate. tom. II, pag. 348, *expetivit, ut vos cerneret;* ejusdem vero S. Hilarii codex Colbertinus, et alii non deterioris notæ, *ventilet;* et ita S. Ambros. in lib. III de Interpell. Job cap. 5, pag. 659, nec non Ambrosiaster in Epist. ad Roman. pag. 77, S. Cypr. in lib. de Orat. Domin. pag. 271, *expetivit, ut vos vexaret*, etc.

Luc. cap. XIII, 27. Vindobonen. *nescio unde sitis*, Veronen., *nescio unde estis*. et ita S. Ambrosius in lib. I de Cain et Abel cap. 5, pag. 192.

Luc. cap. XIV, 12. Vindobonen. et Corbeien. *neque vicinos, neque divites;* Vercellen, *neque fratres tuos, sed nec vicinos, nec divites; ne forte et ipsi te invitent;* Veronen. *neque fratres, neque cognatos, neque vicinos, neque divites; ne forte et ipsi te reinvitent*, Brixian. *ne forte et ipsi reinvitent te*. S. Cyprianus in lib. III Testimoniorum ad Quirinum cap. 2, pag. 372, *neque fratres, neque vicinos, neque divites; ne forte et illi reinvitent te*.

Marc. cap. VIII, 39. Vindobonen. *quod sunt quidam circumstantes*, Veronen. *quod sunt quidam de circumstantibus mecum*, Corbeien. *sunt quidam hic circumstantium me*. S. Ambros. in lib. III de Fide tom. II, cap. 12, pag. 514, *quod sunt quidam circumstantium*.

Luc. cap. XI, 2. Vindobonen. et Brixian. *Fiat voluntas* (Vindobon. *volumptas*) *tua, sicut in cœlo, et in terra*, Vercellen. *Fiat voluntas tua*, Veronen. *Fiat voluntas tua in cœlo, et in terra*. Græci quamplures tum editi, tum manu exarati, legunt, *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra*. Vulgata, plurimique codices optimæ notæ hæc verba omittunt, quemadmodum Origen. lib. de Prece, qua de re videndus Mill., Var., Lect., hic, et S. Augustinus. Postremus in Enchiridion ad Laurent. cap. 116, advertit, Oratione Dominica apud Lucam quinque dumtaxat petitiones contineri; septem vero apud Matthæum.

Luc. cap. XI, 2. In Vindobonen. post, *Pater*, additur, *sancte, qui in cœlis es*, in Vercellen. et Corbeien. *sancte, qui es in cœlis*, in Veronen. et Brixian. *noster, qui es in cœlis* (in Gat. *noster*), et ita in Sancto Ambrosio. In Mm. *sancte*. Verba illa, *noster, qui es in cœlis*, jam ante Origenis tempora irrepsisse, apparet ex ejusdem libro, περὶ Εὐχῆς pag. 57.

Luc. cap. XII, 11. In Vindobonen., Vercellen., Veronen., et Corbeien. additur, *et Hierico*. et ita in Colb. 2, apud Mill. τὴν ἱερικώ.

Luc. cap. X, 20. Vindobon., *vobis subjecti sunt*, Veronen., *spiritus maligni vobis subjecti sunt*, Brixian., *Dæmonia vobis subdita sunt*. Ambrosiaster in Epist. ad Corinthios I, cap. 12, pag. 154. *Dæmonia vobis subjecta sunt*.

Luc. cap. XIII, 25. Vindobonen., Veronen. et Brixian. *Domine, Domine*. Geminatum, *Domine*, est Matthæi.

Luc. cap. XXI, 17. Vindobonen., Gat. et Brixian. *omnibus hominibus*. et ita S. Ambrosius, seu Berengaudus in Expositione in Apocalypsin, de Visione IV, tom. II, pag. 537.

Luc. cap. X, 41. In Vindobonen., Vercellen., Veronen. et Corbeien. desunt verba, *sollicita es, et turbaris erga plurima*. et ita S. Ambrosius in Enarr. in psal. I, pag. 757, in Exposit. psal. CXVIII, pag. 1107, et in lib. I. Exposit. Evang. sec. Luc. p. 1268.

Luc. cap. X, 42. Hic versus deest in Vindobonen., Vercellen. et Veronen. atque in S. Ambrosio.

Luc. cap. XIII, 35. Vindobonen. omittit, *deserta*. Porro Græci codices multi non ferunt, *deserta*, ἔρημος; neque S. Cyprianus, neque libri veteres Latini, neque versio Coptica, et Armena. Qua de re vide Grot. Brug. Mill. Additum videtur ex v. 33, capitis XXIII Evangelii Sancti Matthæi.

Luc. cap. XVI, 21. In Vindobon., Vercellen., Veronen., Gat., Mm. et Brixian. desunt verba illa, *et nemo illi dabat*. et ita in quibusdam mss. div. Bibl. S. Hieron. et in Præfat. S. Gaudent. episcop. Brixian. ad Benivol. ut animadvertit Cl. Paulus Galeardus pag. 10, num. 2, quem consule: codices

quoque Græci non pauci apud Millium, et Erasmum non habent, *et nemo illi dabat*, itemque Latinorum quamplurimi. Addita hæc putantur ex capitis xv, versiculo 16, præsentis Evangelii, ubi de Prodigo filio sermo est, saturari cupiente porcorum siliquis, *et nemo illi dabat*.

Luc. cap. xvii, 29. In Vindobonen. et Corbeien. deest, *ignem de cælo*. et ita in S. Iren. Ibid. Vercellen. *et perdidit omnes*, et ita idem S. Irenæus.

Luc. cap. xx, 36. Vindobonen. et Corbeien. *[nam sunt similes angelis Dei, quia*, etc. S. Hieron. in lib. contra Joan. Jerosol. tom. ii, pag. 429, *sed erunt sicut angeli Dei, quod*, etc.

Luc. cap. xxi, 15. In Vindobonen. Vercellen. et Corbeien. desunt verba illa, *et contradicere omnes*. Et ita in S. Cypr. lib. ad Fortunatum, de Exhortatione Martyrii cap. 10, pag. 333.

Luc. cap. xii, 7. Desunt verba, *sed et*, in Vindobonen. et ita in S. Augustini lib. 22 de Civitate Dei, tom. vii, pag. 681.

Luc. cap. xii, 42. Verbum, *putas*, omittitur in Vindobonen., Veronen., Corbeien. et Brixian. et ita in S. Ambrosii lib. i de Pœnit. cap. 9, p. 401.

Luc. cap. xvii, 10. Deest, *omnia*, in Vindobonen., Vercellen. et Veronen. et ita in S. Cypr. lib. iii, Testim. ad Quir. cap. 51, pag. 382.

Luc. cap. xix, 26. Verba, *et abundabit*, desunt in Vindobonen., Vercellen., Corbeien. et Brixian. necnon in Græco textu, et in reginæ Suecorum vetustiori ms. Evang. Latino.

Luc. cap. xix, 8. Deest, *Domine*, in Vindobonen., et ita in S. Iren. lib. iv contra Hæreses, tom. i, pag. 242, et in S. Cypr. lib. de Oper. et Eleem. pag. 33.

Luc. cap. xxii, 11. In Vindobonen., Veronen. et Corbeien. deest, *domus;* et ita in S. Ambrosio.

Marc. cap. v, 1. Post *fretum*, deest, *maris*, in Vindobonen. Veronen. et Brixian. et ita in Cod. Cantabrig. Græco-Lat.

Marc. cap. v, 11. Deest, *magnus*, in Vindobonen. et Veronen. ut in Verss. Goth., Copt. et Pers.

Marc. cap. xii, 30. In Vindobonen. deest, *mandatum*. et ita in aliquibus mss. S. Cypr. de Oratione Dominica.

Luc. cap. xii, 50. Vindobonen., Veronen., Corb., Gat. et Brixian. *baptisma*. et ita S. Cypr. p. 640.

Marc. cap. xiii, 19. Vindobonen. et Gat., *tribulationes tales*, et ita duo reginæ Suecorum mss. div. Biblioth. S. Hieronymi.

Luc. cap. xxii, 12. Vindobonen., Veronen., Corbeien. et Brixian., *vobis ostendet*. et ita S. Ambros.

Luc. cap. xix, 12. Vindobonen., Veronen. [et Brixian. *homo quidam..... dives*. et ita Lucifer Calarit.

Luc. cap. xxi, 15. Vindobonen. et Brixian. *non possint*. et ita quidam codex ms. S. Cypr. in lib. ad Fortunatum de Exhortatione Martyrii.

Marc. cap. 7, Vindobonen., Corbeien., Gat. et Brixian. *Dei summi*. et ita quidam mss. div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. cap. xi, 31. Vindobonen. et Gat., *plus Salomone hic*, Brixian. *plusquam Salomone hjc*. In quibusdam codicibus div. Bibl. S. Hieronymi habetur, *plus Salomone hic*.

Luc. cap. xii, 58. Vindobonen. et Corbeien. *ad magistratum*. et ita S. Ambrosius in lib. de Tobia cap. 9, pag. 601. Brixian. *ad Judicem*.

Luc. cap. xiii, 34. Vindobonen.... *gallina pullos sub alas suas*, Vercellen., *quemadmodum gallina..... sub alas suas*, Veronen. *gallina*, Brixian. *gallina pullos suos*. S. Irenæus in lib. iv contra Hæreses tom. i, pag. 281..... *gallina pullos suos sub alas*.

Luc. cap. xviii, 30. Vindobonen., Veronen. et Corb., *recipiat septies*. et ita S. Cypr. et S. Ambros.

Luc. cap. xix, 9. Vindobonen. *filius est*. Sanctus Cypr. habet, *quoniam et hic filius est Abrahæ*.

Luc. cap. xix, 22. Vindobonen., Vercellen., Veronen. et Corbeien. *tollo..... meto*. et ita S. Ambros. in lib. de Tobia cap. 19, pag. 613.

Luc. cap. xix, 23. Vindobonen., Vercellen., Veronen. et Brixian. *et ego*. et ita S. Ambros. in lib. de Fide Orthodoxa contra Arianos, tom. ii, pag. 357, et in lib. de Tobia cap. 19, pag. 613.

Luc. cap. xxi, 10. Vindobon., *nam surget*. Brixian., *exsurget*. S. Cypr. in lib. ad Fortunatum, de Exhortatione Martyrii cap. 11, pag. 334. *exsurget enim gens super gentem, et regnum super regnum*.

Luc. cap. xxii, 3. Vindobonen., Veronen., Gat., Mm. et Brixian., *Scarioth*. et ita quidam mss. lib. div. Bibl. S. Hier.

Luc. cap. xxii, 2. Vindobonen., Veronen., et Brixian. pro *Jesum*, habent, *eum*. et ita habetur in quibusdam mss. Latinis bibl. reginæ Suecorum.

Marc. cap. xii, 29. Vindobonen., *Deus vester*, Vercellen., Veronen. et Corbeien., *Deus noster*. et ita S. Hilarius in lib. ix de Trinitate tom. ii, pag. 276. et unus reginæ Suecorum ms. lib. divinæ Bibliothecæ S. Hieronymi.

Marc. cap. xii, 32. Vindobonen., *bene dixisti, Magister, in veritate, quod unus sit Deus, nec est alius præter illum*. et ita S. Hilarius in lib. xi de Trinitate tom. ii, pag. 276.

Marc. cap. xiii, 32. Vindobonen. et Vercellen., *et hora*, et ita S. Hilarius in lib. i de Trinitate tom. ii, pag. 19.

Sed jam satis multa profudi, ut ostenderem in Evangeliario Vindobonensi antiquam Latinam Italam contineri. Subtexam nunc integram ejusdem codicis descriptionem, a Cl. Forlosia concinnatam, una cum litteris, quas tu mecum ab illo acceptas communicasti. Eas edo in lucem, ut memorem me tuorum officiorum omni tempore futurum isthæc editio polliceatur. Hominem ex ipsis agnovi tui studiosissimum, atque amantissimum mei.

Descriptio ejusdem codicis Vindobonensis facta a Cl. Viro Nicolao Forlosia Aug. bibliothecæ custode primario.

Codex iste ms. theologicus, latinus est, membranaceus, purpureus, litteris quadratis ex argento, in-folio. *Constat in præsentia foliis centum quadraginta et duobus. Ejus amplitudo est instar ejus, quod curavimus pro characterum specimine, exemplaris. Membranæ rubro infectæ sunt colore, non tamen ex æquo omnes, sed pro cujusque duritie, aut tenuitate: earum pleræque adeo sunt subtiles, ut eas non agninas pelles, sed vesicarum esse putes membranas. Folia ex utraque scripta sunt parte: quælibet pagina quatuordecim continet lineas: linea vero litteras ad viginti præter propter. Forma litterarum quadrata: eæque omnes ex argento liquefacto, exceptis iis, quibus Dei, Domini, aut Jesus nomen scriptum est, quæ sunt ex auro: prout membrana tenacior, aut paratior, ita vividius colorem, aut litterarum splendorem servat. Præter hosce quatuordecim versus, in summa pagina (quadratis etiam, ut dicitur, litteris, sed minoribus) a parte sinistra scriptum est*, secundum, *a dextera autem, e regione Evangelistarum, nomen* Lucanum, *aut* Marcum, *circa quod lineolæ aliquot inscribuntur. Quod autem Lucæ nomen ad Latini patronimici formam in* Lucanum *perperam verterit, id calligrapho condonandum. In quaterniones digestum fuisse codicem apparet ex hujusmodi notis* Q. XLIII, etc. *quæ notæ ad finem cujusque quaternionis in ima pagina visuntur.*

Est autem codex Neapoli huc asportatus; ac pertinuit ad bibliothecam Patrum Augustinianorum S. Joannis de Carbonaria. *Monasterio ea relicta fuerat a cardinali Seripando, qui in concilio Tridentino sanctæ Romanæ Ecclesiæ legati munus obivit. Is multos maximi pretii codices ex legato acquisiverat a Jano Parrhasio. In fronte paginæ primæ, Seripandi, vel Parrhasii manu (quæ in aliis etiam apparet) olim scriptum legitur*, annorum circiter mille; *adeo ut ea ratione quinti, vel sexti sæculi habitus jam tum fuerit.*

Initio cujusque paginæ majoris formæ littera, eaque exterius, picta est; quamvis ex intermediis dictionis esse contigerit. Sic etiam initiales litteræ cujusque versiculi grandiores.

In fine membrorum, aut periodorum nulla distinctionum signa, præter aliquantulum spatii majoris, ac ne id quidem semper. Litteræ omnes æque inter se distant, nulla habita unius dictionis ab altera distinctione, nisi raro. Ad finem periodi, aut versiculi, nullum appositum est punctum, sed tantum post interrogationem unicum appingitur, neque id semper: quæ res ad antiquitatem facere videntur. Ubi Divina nomina scripta ex auro sunt, ad latus postremæ litteræ punctum ex auro adscriptum, ornatus gratia. Dolendum, quod initio, fine, et intermediis quoque foliis sit quoque codex mutilus.

Continet autem, quod ejus superest, Evangelia duo, quæ sanctorum Lucæ et Marci dicuntur: et quidem juxta eam editionem, quæ Antiqua Italica *a Patribus fuit appellata: atque id ad eum, qui sequitur modum.*

A folio primo ad fol. septuagesimum quintum, Evangelium secundum Lucam, *quem semper in* Lucanum *versum legimus. Hoc autem incipit in codice ab illis verbis capitis decimi, vers. septimi*, sin autem ad vos revertetur, etc. *Quod initium, forte quod esset deletum, mendose ab imperito deinde suppletum est ad hunc modum*, Sinautemavos, etc. *Desinit ad capitis vigesimi tertii, versum decimum in ea verba*, constanter accusantes eum.

A folio septuagesimo sexto ad ultimum sequitur, Evangelium secundum Marcum, *a verbis capitis secundi, vers. septimi decimi*, Sani medicum, sed qui male habet, etc. *In nostra Vulgata habetur*, sani medico. *Desinit in ea capitis decimi quarti, vers. trigesimi sexti verba*, Abba Pater, possibilia omnia tibi sunt.

Ad educendam litterarum formam unum atque alterum adhibui delineatorem; at cum id ex mea sententia minime præstarent, eo quod comptiori semper forma eas redderent, ipse improbæ huic operæ manum admovere non refugi, et pellucida charta ita excepi, ut exemplum ipsum propius attigisse videar. Crassiores etenim litterarum ductus sunt, sed id accidisse opinor ob soluti argenti crassitudinem, quæ non patitur duci, quemadmodum scriptoris vult manus aut mens.

Exhibet exemplar codicis manuscripti paginam alteram folii centesimi ex Evangelio secundum Marcum *cap.* VII, *vers.* 4.

Quod, si hoc pacto Cl. Viro Blanchinio satis fuerit factum, erit id mihi tam gratum, quam quod gratissimum.

Celsi. S. R. I. principi Josepho Comiti Thunio Sanctæ Gurcensis Ecclesiæ episcopo, Nicolaus Forlosia obsequentissimo ex animo S. P.

Benigne tu quidem, ut soles, celsiss. princeps, quod Evangelici codicis descriptionem non ingratam Cl. viro Blanchinio fuisse, significes: apprime namque id gratum, et quas par est, habeo gratias; sed nolim gratiæ id apponi mihi, quod merito tuis paruerim jussis, et illi fuerim commode obsecutus. Jam, nec minori certe animi alacritate studebo, in perquirendis, uti mandas, Latinis, si qui sunt, Sacræ Scripturæ codicibus, quicumque decem prioribus Christianæ religionis sæculis scripti, in Aug. hac bibliotheca servantur. Unam solummodo mihi veniam petere, necesse est: ne scilicet, tam propere id a me præstari posse putet Blanchinius. Ille etenim amœno Italiæ cœlo assuetus, frigoris regionis hujus ignarus, et quod potissimum est, bibliothecæ nostræ inscius, vix intelliget, tam esse per hiemem adeuntibus ingratam, et inhospitam, quam æstate jucundam. Cum primum igitur id fieri poterit, id me curaturum recipio, ac si quid ad ejus rem, quod faciat, reperero, erit mihi vobis, obtemperasse tam gratum quam quod gratissimum. Sic te, Celsiss. princeps, pro Ecclesiæ tuæ incremento Deus opti-

mus servet, ac optata tua secundet. Vale. Vindobonæ, a. d. x. cal. Aprilis, 1746.

Celsiss. S. R. I. principi Josepho Thunio Gurcen. episcopo Nicolaus Forlosia S. D. obsequentissime.

Simul ac acris hiems præcipitare, et ver appetere cœpit, nihil mihi fuit prius, quam ut mandatis tuis, Celsiss. princeps, parerem. Latinos itaque sacrorum librorum codices, qui in Aug. hac bibliotheca servantur, perlustravi, quosque ad Cl. Blanchinii optata facere reperi, eos adnotavi, et huic epistolæ pro indicio adscriptos, ad te mitto. Quod si quid ex ejus usu fuerit, erit mihi gratissimum; ut, si quæ loca cum Clementina editione collata voluerit, id per otium præstare non defugiam. Ejus igitur explorare sit labor, ac tui jubere. Sic te Deus pro Ecclesiæ tuæ bono, et meo præsidio servet incolumem. Vale. Vindobonæ, a. d. ix. kal. maii, 1746.

Ex Aug. bibliotheca Cæsarea Vindobonensi sacrorum Bibliorum codices juxta ordinem V. C. Gentilotii.

L. Quinquagesimus codex Theol. Latinus est, membranaceus, antiquissimus, sub finem sæculi viii aut initium ix, litteris rotundis scriptus sumptibus Radonis Abbatis S. Vedasti Atrebatensis ab A. Chr. 795, usque ad A. 815. Ilic vero descriptus a Lambecio lib. ii Commentarior. a pag. 402, ex quo excerpta retulit Jacobus Le Long, Bibl. Sacr. Tom. i, pag. 536, continet Biblia Sacra utriusque Testamenti. Codicem *totum ruinosum* falso appellari, ait Gentilotius, nec adeo id verum esse negat: *nam fugientes alicubi litteras, si oculos intendas, plerumque assequare.*

{LXIV. Membranaceus anni 1341. / XCIV. Membranaceus sæc. xiv).} continent Biblia Veteris et Novi Testamenti.

XCV. Membranaceus sæc. x. codex mutilus continet prophetas.

CL. Membranaceus sæc. x, continet quatuor Evangelia.

CCLIX. Membran. sæc. x, continet Acta Apostolorum, Epistolam Jacobi, et Ep. Petri primam.

CCLXXX. Membr. sæc. xi, mutilus continet Salomonis Proverbia, et librum Sapientiæ.

CCCXLIII. Membran. sæc. xi, continet quatuor Evangelia.

CCCLXXXI et CDLVIII. Membranacei sæc. xiv, ambo continent Biblia utriusque Testamenti.

CDLXXXV. Membran. sæc. xii, continet Psalterium Davidicum cum Canticis Isaiæ, et cæteris.

DXC. Membran. sæc. xii continet aliquot Veteris Test. libros, et quatuor Evangelia.

DCLXXXVII. Membr. A. 1247, continet Vetus et Nov. Test.

DCCLIX. Membr. sæc. xiii, continet Vet. et Nov. Test.

DCCLXXVI. Membran. sæc. xiv, continet Nov. Testam.

Hohendorff. Membr. sæc. xii, continet Vet. et Nov. Test.

{Neap. Membr. sæc. xi). / Neap. Membr. sæc. xiv).} continent Vetus et Nov. Test.

Codices posteriorum sæculorum, qui sunt bene multi, nulli hic adnotantur.

Celsiss. S. R. I. principi Josepho Thunio Gurcensi episcopo, Nicolaus Forlosia obsequentissime S. D.

Mea tibi, Celsiss. princeps, parendi studia, et genium in hujusmodi, quos Cl. Blanchinius expetit, laboribus, nisi satis probata hactenus vobis esse confiderem, ea facile suaderent postremæ ad te, quas dedi, litteræ. In iis etenim non frustra innui, si quæ manuscriptorum loca conferri cum Vulgata editione oporteret, me id præstiturum. Ea sane ratione, qua possum, me tibi obtuli. Talem autem inceptare laborem, diutiusque perdurare, in quo incubare oculos, propius admovendi, et figendi causa, opus sit, mihi fere μύωπι, non licet, per pectoris, quam patior, imbecillitatem. Sacros itaque codices conferendi onus suscipienti, fallere necesse esset, quam exsolvere nequeo, fidem. At si forte heic reperiantur tuæ diœceseos ecclesiastici duo, quorum diligentiæ id committere possis, eis me libenter, in captandis fugientibus litteris præsto futurum promitto. Pluribus, excusandi mei gratia, abstineo, ne de tua erga me benevolentia, aut de ea, qua apud Blanchinium vales, ad ipsi persuadendum auctoritate, diffidere videar. Equidem te etiam rogo, ut illi persuadeas id, quod maxime ex animi mei sententia optarem, præstare non posse, et dividiæ esse. Sic te, Celsiss. princeps, D. O. M. diu incolumem servet. Vale. Vindobonæ, a. d. vi, non. Junii, 1746.

Hæc sunt, quæ ex optimo, et longo rerum usu exercitatissimo bibliothecario mecum, humanissime princeps, communicasti, ut intelligerem, me tanti viri amicitias tuo munere fuisse aucupatum. Audivi a maximis viris, quique id facillime nosse poterant, in Vindobonensi thesauro codd. mss. nullum aliud exemplum superesse illius versionis Italicæ, quæ propagata, quasique per manus tradita fuit, et summo studio retenta in plerisque Latinis ecclesiis, usque ad tempora S. Gregorii Magni. Sacerrimus ille codex in pluteis latitabat. Tu vero in eo conferendo primus omnium navasti operam; ut ego collatos locos in hocce Evangeliarium Quadruplex inferens, cum Christiana rep. communicarem. Velim tamen ex te audiat Cl. Forlosia, quantum ego mihi conscius sim, et profitear me sibi quoque debere; quamque beatum me futurum putem, si mihi referendæ gratiæ potestas detur. Litteras tuas valde expecto, vir sapientissime; nec mihi quidquam gratius accidere poterit, quam si me tibi aliquid tua causa facere jubeas. Novi te, mei esse amantissimum. Nunc vero et alii ex scriptis istis intelligent, quanta inter nos voluntatum, ac studiorum conjunctio sit. Vive diu, præsul humanissime; vive, et consenesce in

studiis tuis. Contempsisti adhuc juvenis ea omnia, quæ vulgo etiam a senibus maximi fiunt. Deum, et Ecclesiam tuam unice cogitas. Alia omnia contemnis, quoniam fluxa, et caduca sunt. Nostri omnes te salutant. Saluta mihi tu isthic D. Forlosiam. Ad eum scribere nunc non licet per occupationes : scribam autem propediem. Vale, et de Sacris Litteris optime mereri, quando id vel uni tibi maxime licet, ne desistas. His quantum studii, diligentiæque adhibueris, tantum te Gurcensi Ecclesiæ, publicæque utilitati, cui semper consulere studuisti, elargitum esse cognovero. Ex Ædibus Vallicellanis, nonis Apr. 1747.

EPISTOLA

BLANCHINI AD MUSELLIUM.

Clarissimo et benemerentissimo viro Joanni Francisco Musellio sanctæ Veronensis Ecclesiæ canonico archipresbytero Joseph Blanchinus Veronensis presbyter congregationis Oratorii S. Philippi Nerii de urbe salutem et vitam.

Annus jam agitur XV, ex quo, pro singulari tuo de Sacris Litteris benemerendi studio, auctor mihi fuisti, ut codicem illum purpureum celeberrimæ bibliothecæ DD. canonicorum amplissimi capituli Veronensis, cujus jam ego pars ima fui, tu vero, archipresbyter præstantissime, summum es caput, et decus, typis ederem, atque illustrarem; quoniam exhibet antiquam Latinam Italam translationem, jam inde ab apostolorum temporibus usu receptam, cæterisque prælatam (ob verborum tenacitatem, cum perspicuitate sententiæ) fere usque ad ætatem Sancti Gregorii Magni. Quare, cum tua voluntas maximæ legis vim, pro summa tua non modo auctoritate, verum etiam sapientia, obtinere apud me debeat; scias velim, me ita animatum, ita paratum esse tibi hac in re, ut in omnibus aliis libenter obsequi, ut non detrectem editionem suscipere, agere, et præstare, quoquo modo possum. Nosti observantiam meam, postquam etiam Verona discessi, ut in hanc Congregationem Sancti Philippi Nerii me conferrem : semper enim tibi optemperavi, atque una fui, saltem commercio litterarum; in quibus non ego quidem tuam vocem audio, neque tu meam, sed quæ voci subest res, eam nihilominus percipio, quam cum istic canonicum agerem. Tot annorum lapsus, tantaque locorum intercapedo, obsequium erga te meum nullatenus immutarunt : immo ipsum augetur in dies, ad summumque perducitur, archipresbyter colende. Cum itaque nihil habuerim antiquius, nihilque exspectaverim magis, et observaverim diligentius, quam ut firma ad te colendum animi mei propensio aliquo publico tibi pateret officio, en tuæ libens nunc obsequor voluntati; quam ego semper tanti facere soleo, ut eadem mihi loco jussionis habeatur. Descriptionem tamen codicis Evangeliarii Veronensis, v vel VI sæculo exarati, hoc non attexam, quoniam liber penes vos est, atque id jam præstiti in parte II, versa hujus editionis. Posteritatis potius adjuvandæ studio, ut me vehementer, et sæpius es cohortatus, efficiam, ut in præcipuas ejusdem Evangeliarii lectiones incumbam, quæ abeunt a nostra editione Vulgata : sique ac ratione catholicæ Ecclesiæ juvari causa poterit, ut certe potest, magnopere spero fore, ut neque te officii tui in me cohortando, neque incomparabilis liberalitatis Joannis V, Portugalliæ et Algarbiorum regis in adjuvando pœniteat. En ergo præcipuorum locorum Florilegium, quod ex SS. Patrum Antehieronymianorum operibus diligenter excerptum, nunc ad te mitto. Antequam vero ordiar texere eorumdem collationem, scire te volo, fuisse nonnullos, qui, in Veronensi codice Joannis capite I, versu 13, ubi legitur : *Qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est*, vetustæ hujus lectionis ignoratione, sunt arbitrati, codicem nostrum ab hæreticis fuisse corruptum. Lubricam mihi fateor hanc esse defensionem. Nam eos ego quanti faciam, norunt, quicumque me norunt. Res tamen ipsa subigit me, ut dicam eos reprehendendi sacerrimi codicis, paulo quam par erat, cupidiores fuisse. Si enim, *natus est*, ipsi nusquam forte alibi legerant, non statim confugiendum eis erat ad illud ut dicerent, in omnibus Patribus scriptum, *nati sunt*. Quod si volunt, ut ego alicujus veteris scriptoris proferam testimonium, a quo illius lectionis mentio fiat, jure quidem id postulant. Nam Veronensi codici ego quidem plurimum tribuo, non tantum tamen, ut satis sit, αὐτὸς ἔφα. Patres illius lectionis testes habeo locupletes, Irenæum, Tertullianum, Jo. Chrysostomum, Augustinum, Vigilium Tapsensem, et Joannem Damascenum. Libet singulorum verba proferre. S. Irenæus, lib. III contra Hæreses luculenter demonstrans, unum et eumdem esse Jesum Christum, Unigenitum Dei Filium, verum Deum, ac verum hominem, capite XVI (*Pag.* 204, *col.* 2, *num.* 2, *lit. o*), ita inquit : « Potuerat dicere Matthæus, *Jesu vero generatio sic erat* : sed prævidens Spiritus Sanctus depravatores, et præmuniens contra fraudulentiam eorum, per Matthæum ait : *Christi autem generatio sic erat;* et quoniam hic est *Emmanuel* : ne forte tantum eum hominem putaremus, (*non enim ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex voluntate Dei, Verbum caro factum est*); neque alium quidem Jesum, alterum autem Christum suspicaremur fuisse, sed unum et eumdem sciremus esse. » Et cap. XIX (*P.* 212, *col.* 2, *num.* 2, *lit. m*), ejusdem libri, ut probet ex Scripturis, eumdem Jesum Christum verum esse Dei Filium ex Deo Patre genitum, et verum hominem filium ex Virgine natum, Esaiæ (*cap.* LIII, 8), ac (*cap.* XVII, 9) Jeremiæ geminos profert locos, et ait : « Propter hoc *generationem ejus quis enarrabit*? quoniam *homo est, et quis agnoscet eum*? Cognoscit autem illum is, cui Pater, qui est in cœlis, revelavit : ut intelligat, quoniam is, qui *non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri natus est* filius hominis, hic est

« Christus Filius Dei vivi. » Item cap. XXI (*Pag.* 217, *col.* 1, *n.* 5), ostensurus, Spiritum Dei per apostolos annuntiasse, ex Virgine natum esse Emmanuel, insignem Esaiæ recitat prophetiam, pravamque, et hæreticam adversariorum interpretationem confutat, dicens : « Propter hoc enim, et de fructu ventris « ejus regem promisit, quod erat proprium Virginis « prægnantis ; et non de fructu lumborum ejus, nec « de fructu renum ejus, quod est proprium viri ge- « nerantis, et mulieris ex viro conceptionem facien- « tis. Circumscripsit igitur genitalia viri in promis- « sione Scriptura : immo vero nec commemoratur ; « quoniam non ex voluntate viri erat, qui nasceba- « tur. » Dein veram ejusdem prophetæ sententiam explicat, et confirmat aliis tum Danielis, tum Esaiæ prophetiis, atque ita concludit (*P.* 217, *c.* 2, *n.* 7) : « Propter hoc autem et Daniel prævidens ejus adven- « tum, lapidem sine manibus abscissum advenisse « in hunc mundum (hoc est enim, quod *sine manibus*) significabat (*cap.* XXVIII, *Dan.* II, 34) ; quod, « non operantibus humanis manibus, hoc est, viro- « rum illorum, qui solent lapides cædere, in hunc « mundum ejus adventus erat ; id est, non operante « in eum Joseph, sed sola Maria cooperante disposi- « tioni. Hic enim lapis a terra ex virtute et arte con- « stat Dei. Propter hoc autem et Esaias ait : *Sic di- « cit Dominus : Ecce ego mitto in fundamenta Sion « lapidem pretiosum, electum, summum, angularem, « honorificum ;* uti non ex voluntate viri, sed ex vo- « luntate Dei, adventum ejus, qui secundum homi- « nem est, intelligamus. » Demum lib. V, cap. 1, luculenter ostendit, Valentinum, ac Ebionem, qui Incarnationem Filii Dei ex Maria Virgine, Spiritu Sancto operante factam respuebant, manere in veteri Adæ damnatione, atque ita concludit : « Non enim « effugit aliquando Adam manus Dei, ad quas Pater « loquens, dicit : *Faciamus hominem ad imaginem, « et similitudinem nostram.* Et propter hoc in fine « non ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, « sed ex placito Patris manus ejus vivum perfece- « runt hominem, uti fiat Adam secundum imaginem « et similitudinem Dei. » Vide ergo, vir Cl., an ii, qui putant lectionem Veronensis Evangeliarii nullo veteri testimonio fultam esse, veritati litent. Sed placet alia quoque testimonia proponere, ac in primis insignem quemdam Tertulliani locum, in quo tamen, qui se veterum scriptorum quasi medicos esse gloriantur, latentia ulcera (inoptimis quibusque codicibus non apparentia) deprehendunt. Legitur itaque ad hunc modum in libro de Carne Christi cap. 19, ubi disserit adversus Valentinianos : « Quid est ergo : Non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est ? Hoc quidem capitulo ego potius utar, quum adulteratores ejus obduxero. Sic enim scriptum esse contendunt : *Non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, nec ex viri, sed ex Deo natus est* ? .....Intelligimus ergo ex concubitu nativitatem Domini negatam, quod sapit voluntas viri, et carnis, non ex vulvæ participatione. Et quid utique tam exageranter inculcavit *non ex sanguine, nec ex carnis voluntate, aut viri natum ;* nisi quia ex ea erat caro quam ex concubitu natam nemo dubitaret ? etc. » Paria habet idem Tertullianus in eodem libro de Carne Christi cap. 24, ubi locum, de quo scribo, adversus Ebionem affert : « Ideo » inquit « etiam Marcionem prospiciens (Spiritus Sanctus) : Ego sum, inquit, Deus, et alius absque me non est. Et cum alias idipsum eodem modo dicit, nescio quas illas Valentinianorum æonum genealogias pulsat. Et, non ex sanguine, neque ex carnis, et viri voluntate, sed ex Deo natus est. » Sanctus quoque Joannes Chrysostomus ad eamdem lectionem nostri Evangeliarii Veronensis (in aliquo proinde Græco exemplari a se repertam, lectamque) videtur respexisse, cum inquit : Διὰ τοῦτο διπλῆ γέγονεν ἡ γέννησις, καὶ ἰσοκυΐα ἡμῖν, καὶ ὑπερβαίνουσα τὴν ἡμετέραν· τὸ μὲν ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι, ἡμῖν συνέβαινε· τὸ δὲ μὴ ἐ αἵματος, μηδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς ἢ σαρκὸς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος Ἁγίου, τὴν ὑπερβαίνουσαν ἡμᾶς καὶ τὴν μέλλουσαν προαναφανεῖ γέννησιν, ἣν ἡμῖν ἔμελλεν ἐκ Πνεύματος χαρίζεσθαι. *Ideoque duplex* (Christi) *generatio fuit ; et quæ similis nostræ esset, et quæ nostram exsuperaret. Etenim ex muliere nasci nobis competit ; nasci autem non ex sanguine, non ex voluntate viri, et carnis, sed ex Spiritu Sancto, generationem nos exsuperantem, et futuram prænuntiat, quæ ex spiritu nobis concedenda erat.* Et ut hæc leviora sint, quoniam non manifesta, locum certe, quem subjiciam, conciliare aliquam huic epistolæ gratiam, ac pondus controversæ lectioni, vel apud fastidiosos æstimatores, potest. Itaque S. Augustinus in libro Confessionum VII, cap. 9, ait : « Et primo volens ostendere mihi, quam resistas superbis, humilibus autem des gratiam, et quanta misericordia tua demonstrata sit hominibus via humilitatis, quod Verbum tuum caro factum est, et habitavit inter homines ; procurasti mihi per quemdam hominem, immanissimo typho turgidum, quosdam Platonicorum libros ex Græca lingua in Latinam versos ; et ibi legi, non quidem his verbis, sed hoc idem omnino multis, et multiplicibus suaderi rationibus, quod *in principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum : omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in eo, vita est, et vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderunt.* Et quia hominis anima, quamvis testimonium perhibeat de lumine, non est tamen ipsa lumen, sed Verbum Dei, Deus, est lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Et quia in hoc mundo erat, et mundus per ipsum factus est, et mundus eum non cognovit, Quia vero in sua propria venit, et sui eum non receperunt, quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine ejus, non ibi legi. Item ibi legi, quia Deus Verbum, non ex carne, non ex sanguine, non ex voluntate viri, neque ex voluntate carnis, sed ex Deo natus est : sed quia Verbum caro factum est,

et habitavit in nobis, non ibi legi. » Auctor quoque Dialogorum de SS. Trinitate, qui Vigilius Tapsensis creditur (ut ostendi in *Enarratione Pseudo-Athanasiana in Symbolum*, quam Veronæ edidi), ad probandum nomen æterni Patris esse in Filio, ac Spiritu Sancto, alterum eorum, qui colloquuntur, videlicet Orthodoxum, ita dicentem in palæstram inducit : « Sed ex Deo natum esse (Christum) Joannes testatur : *In sua venit, et sui eum non receperunt : quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, credentibus in nomine ejus, qui non ex sanguine, neque ex volunte carnis, neque ex voluntate viri, sed ex Deo natus est.* Huic tandem accedit etiam S. Joannes Damascenus, qui tom. I, lib. III, de Fide Orthodoxa, cap. 7, pag. 204, edit. Parisiensis P. Michaelis Lequien ord. FF. Prædicat. 1712 ait : Καὶ ὁ Λόγος σὰρξ ἀτρέπτως ἐγένετο, ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ Μαρίας τῆς ἁγίας ἀειπαρθένου, καὶ Θεοτόκου· καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων χρηματίζει, ὁ μόνος Φιλάνθρωπος, οὐκ ἐκ θελήματος, ἢ ἐπιθυμίας, ἢ συναφείας ἀνδρὸς, ἢ γεννήσεως ἐνηδόνου, ἐν τῇ ἀχράντῳ μήτρᾳ τῆς Παρθένου συλληφθείς, ἀλλ' ἐκ Πνεύματος ἁγίου, καὶ τῆς πρώτης τοῦ Ἀδὰμ γενέσεως, quæ Græca verba laudatus doctissimus editor Latine ita reddidit : « Quocirca Verbum caro « absque ulla mutatione de Spiritu Sancto, et Sancta « Maria semper Virgine, Deique Genitrice factum « est : deique et hominum mediator existit solus ille « in homines benignissimus, non ex voluntate, aut « concupiscentia, aut congressu viri, aut generatione « cum voluptate conjuncta, in intemerato Virginis « utero conceptus, sed de Spiritu Sancto, ac prima « illa Adami productione. »

Matth. cap. v, 1, deest, *Jesus*, in Veron. et Brixian. et ita in textu Græco, necnon in plerisque Latinis mss. vetustioribus Vaticanæ Bibliothecæ.

Matth. cap. IX, 28, in Veron. deest. *vobis*, et ita in Græco exemplari, ac in nonnullis vetustioribus libris Evangeliorum.

Matth. cap. XXI, 4, in Veronen. Corbeien. et Brixian. deest, *totum*. et ita in Græcis melioris notæ, et in Latinis reginæ Suecorum mss. libris.

Joan. cap. I, 12, Veronen., *credentibus*, juxta textum Græcum, τοῖς πιστεύουσιν.

Joan. cap. VI, 58, Veronen. *vivo per Patrem; et ipse vivit per me.* Græcus, διὰ τὸν πατέρα, *per Patrem.*

Joan. cap. XV, 6, Veronen. et Corbeien., *et aruit*, propius Græco textui.

Luc. cap. II, 34, Veronen., *Hic positus est in casum.* et ita textus Græcus εἰς πτῶσιν, id est, *in casum. Casus* autem ibi ponitur pro *exitio*, quia is, qui cecidit, facile ab hoste opprimitur, et censetur perditus : ita, *resurrectio*, pro, *salute*; quod, qui erectus steterit, salvus videatur.

Luc. cap. IV, 8, Veronen., *Vade post me, Satanas; scriptum est enim : Dominum Deum tuum adorabis.* Græcus legit, Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· γέγραπται γὰρ, etc. hoc est, *recede a me, Satanas; scriptum est enim*, etc. quæ verba ex Matthæi cap. IV, 10, desumpta sunt. Porro magno numero codices hanc additionem non habent.

Luc. cap. VI, 35, Veronen., *super gratos, et malos.* Hæc lectio referri videtur ad codices, quibus usus est Tertullianus in lib. IV contra Marc. cap. 17, in quibus post versum 36, hoc assumentum habebatur, *qui pluit super bonos, et malos, et solem suum oriri facit super justos, et injustos;* quomodo et habebat Græcum exemplar, quod adhibuit auctor homiliarum Clementinarum Homil. 3, § 57.

Luc. cap. X, 15, Veronen., *usque in infernum.* In Græco fonte eadem verba occurrunt, ἕως ᾅδου καταβιβασθήσῃ, *usque in infernum.*

Luc. cap. XII, 55, Veronen., *et ita fiet.* Gat., Mm., Vindobonen. et Brixian., *et ita fit.* Τὸ *ita*, addunt etiam nonnulli codd. Græci, et versio Æthiop.

Marc. cap. I, 11, Veron., *in quo bene placuit mihi*, Brixian. *qui mihi bene complacuisti.* Græci codices impressi, et manu exarati quamplures, cum Matthæo consentientes, habent, *in quo complacui.* Vulgatæ favent Lucas, et major librorum numerus.

Marc. cap. VI, 33, Veronen., *et convenerunt illuc.* Græcus quoque textus addit, *et convenerunt ad illum.*

Matth. cap. XII, 31. Veronen., *qui autem in Spiritum Sanctum blasphemaverit, non remittetur illi peccatum*, Corbeien. *qui autem in Spiritum Dei blasphemaverit, non remittetur ei*, Brixian. *Spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus.* S. Athan. in lib. de Trinit. Tom. I, pag. 981, *qui autem blasphemaverit in Spiritu Sancto non remittetur ei*, et in fragm. secundum Matthæum Tom. I, Part. II, pag. 1169, *blasphemia autem in Spiritum non remittetur illis.*

Luc. cap. XII, 38, Veronen., *et si venerit vespertina vigilia, et ita invenerit, beati sunt; quoniam jubebit illos discumbere, et ministrabit illis*, Corbeien. *si venerit vespertina vigilia, et ita invenerit, beati sunt; quia jubebit illos discumbere, et transiet, et ministrabit eis : si secunda, et si tertia, beati sunt*, Mm., *et si venerit vespertina vigilia, et ita invenerit, beati sunt servi illi; quia jubebit illos discumbere, et transiens ministrabit illis : et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia, et ita invenerit, beati*, etc. Vindobon., *et si venerit vespertina hora vigilia, et ita invenerit, beati sunt... quia jubebit illos discumbere, et transiet, et ministrabit illis : et si secunda, et si tertia, beati sunt.* Etiam in codice Catholico, quo hic usus est Marcion, ante versum 38, ita legebatur, καὶ ἐὰν ἔλθῃ ἐν τῇ ἑσπερινῇ φυλακῇ καὶ εὕρῃ οὕτω, μακάριοί εἰσιν ὅτι ἀνακλινεῖ αὐτοὺς, καὶ ἐλθὼν πᾶν διακονήσει αὐτοῖς. Atque hoc assumentum non esse, putat Millius, sed genuinam D. Lucæ lectionem p. 33, in Proleg. eam namque firmant lectionem exemplar Vulgatæ (ante Hieronymum) Irenæi interpretis, Ambros. in Com. in Luc. lib. VII, cap. 2, et Methodius Orat. 5, *de Convivio Virginum.* Verum, cum initialia versiculi hujus eadem sint, quæ versus proxime subsequentis; atque item postrema ejus verba, sint eadem ipsa, quæ versus immediate præcedentis; errore admodum facili factum esse videtur,

ut ista e corpore textus jam olim exciderint, tam in Græcis, quam in Latinis exemplaribus manuscriptis, in quibus totus versus 38, Vulgatæ editionis ab Antiquario prætermissus est. Hæc Millius.

Matth. cap. I, 25, Veronen. Corbeien. et Brixian. *et non cognovit eam.* et ita S. Ambros. in lib. de Instit. Virg. cap. 5, pag. 257 et 258, nec non in Exposit. Evangelii secund. Luc. pag. 1284, et S. Gregor. Magn. in lib. VIII, cap. 7, Beati Job. pag. 286.

Matth. cap. III, 3, Veron., *semitas Dei nostri* et ita S. Irenæus in lib. III, contra Hereses.

Matth. cap. IV, 13, Veron. et Brixian. *in Capharnaum maritimam.* et ita Itala versio, teste Millio in Proleg. Novi Testamenti pag. 51.

Matth. cap. XXVII, 6, Veron., *in loculum.* et ita S. Ambrosius in psalm. LXI, num. 13.

Joan. cap. XII, 1, Veronen., *erat Lazarus, qui fuit mortuus.* Brixian. *erat Lazarus, qui fuerat mortuus.* Græcus, λάζαρος ὁ τεθνηκώς, *Lazarus, qui fuerat mortuus.*

Luc. cap. II, 2, Veronen., Vercellen., Corbeien. et Gat. secundis curis, *professio.* Millius in Proleg. pag. 52, ait, *profiteri*, non, *describi*, vertit Latinus interpres ex Græco, ἀπογράφεσθαι : *et professio*, ἀπογραφή ver. 2, voces haud vulgati jam usus, sed revera censuales, ut ab eruditis notatum, et quasi technicæ. Et quidem elegantius, inquit Boysius, *ut profiterentur*, quam, *ut describerentur*, hoc præsertim in loco, ubi, τὸ ἀπογράφεσθαι, non ad censum agentes, sed ad eos, qui censentur, refertur. Sic, ἀπογραφή, eos, qui censentur, respiciens, est proprie, *professio.*

Luc. cap. V, 14, Veron., *offers munus.* Tertullianus pag. 420, *offer munus.* S. Augustinus in lib. VI contra Faustum, Tom. VIII, pag. 206, *offer munus tuum.*

Matth. cap. V, 11, Veron. et Brixian. *eritis.* et ita Tertull. pag. 144 et 494, S. Cyprian. in Epist. 26, pag. 84, et Hilar. Diac. in commentariis in Paulum, sub Ambrosii nomine vulgatis, Epist. 5, ad Roman. pag. 52.

Matth. cap. V. 23, Veronen. et Vercell. *offeres.* et ita plerique mss. libri S. Augustini in Enchirid. de Fide, Spe, et Charitate, et in lib. XXI de Civitate Dei.

Matth. cap. VIII, 12, Veron. Vercellen. et San-Germanen., *ibunt.* et ita S. Irenæus in lib. IV, contra Hæreses tom. I, pag. 281. S. Cyprianus vero in lib. I adversus Judæos ad Quirinum cap. 23, pag. 348, habet, *exibunt.*

Matth. cap. XII, 7, Veron. Corbeien. et Brix. *quam sacrificium*, et ita aliqui mss. libri S. Irenæi lib. IV, contra Hæreses.

Matth. cap. XV, 26, Veron. et Vercellen. *et dare canibus*, et ita S. Hilar. in comment. in hunc Matth. locum, et Tertul. adversus Marcionem in lib. IV, cap. 7.

Matth. cap. XV, 32, Veronen. et Vercell., *et non habent escam*, et ita S. Ambrosius.

Matth. cap. XVI, 19, Veronen., Corbeien. et Brixian., *et quæcumque... erunt ligata... et quæcumque... erunt soluta*, etc. et ita S. Ambrosius in lib. I, de Pœnitent. cap. 7, pag. 399. Tertull. in lib. de Pudic. cap. 21, legit, *soluta.* S. Cyprian. *et quæ... erunt ligata... et quæcumque... erunt soluta*, etc. Pacianus quoque contra Tractatus Novatianorum in epist. 2, habet, *soluta erunt.*

Matth. cap. XVI, 24, Veronen. et San-Germanen. *abneget se sibi.* S. Irenæus in lib. III, contra Hæreses tom. I, pag. 210, *neget se.* S. Hilarius in commentar. in hunc Matthæi locum, juxta tres mss. codd., *abneget seipsum sibi*, et ita S. Ambrosius in Epist. LXIII, prim. class. pag. 1040. In lib. autem II, de Pœnitent. cap. X, pag. 437, habet, *abneget semetipsum sibi.*

Matth. cap. XXI, 9, Vercellen. *Fili David.* et ita S. Irenæus.

Matth. cap. XXII, 10, Vercellen. et Veronen. *quotquot invenerunt.* et ita S. Irenæus, et Lucifer Calaritanus in lib. II, pro S. Athanasio. Cod. Corb. *quoscumque invenerunt.*

Matth. cap. XXII, 30, Veronen., *In resurrectione autem neque nubunt, neque uxores ducunt.* Sanctus Cyprianus quoque pag. 209, habet, *autem.* S. Ambros. in lib. I, de Virgin. cap. 8, pag. 159, *in resurrectione autem neque nubent, neque uxores ducent.* S. Zeno Veronensis in lib. I Tract. 5 de Continentia, pag. 49, *neque nubunt.* Græcus textus, *non nubunt.*

Joan. cap. XIII, 18, Veron. et Brixian., *super me.* et ita S. Ambrosius in Enarr. in psal. XL, p. 876.

Joan. cap. XVI, 9, Veron. et Corbeien., *non credunt.* Quidam mss. libri in div. Bibliothec. S. Hieronymi habent, *non credent.*

Joan. cap. XVI, 12, in Veronen. post verbum, *potestis*, additur, *ea*, in Vercellensi autem, *illa.* Et ita in S. Ambrosii lib. III, de Spir. Sanc. cap. 14, pag. 687.

Luc. cap. I, 39, Veron., Corb. et Brix., *Judææ*, et ita S. Ambrosius in lib. III, Exposit. Evang. secund. Luc. p. 1315.

Luc. cap. II, 37, Veronen. et Vercellen., annorum LXXXIV; S. Ambrosius in libro unico de Viduis cap. 4, p. 191, *octoginta et quatuor annorum*, et in Epist. class. I, p. 968, *annorum octoginta quatuor.*

Luc. cap. III, 1, Veron. et Vercell., *Judææ*, et ita vetus interpres, teste Millio in Proleg., p. 52.

Luc. cap. V, 10. Veron. Vercellen. et Corbeien. *vivificans*, et ita S. Ambrosius in lib. VI, Hexaem. cap. 8, p. 133.

Luc. cap. VII, 42, Veron., Vercellen., Corbeien., Gat., Mm. et Brixian., *a vento moveri?* Unus Vaticanus, et duo reginæ Suecorum mss. codices in div. Bibl. S. Hieronymi, *vento moveri?*

Luc. cap. XVI, 6, Veron. et Corbeien, *accipe litteras tuas*, et ita S. Gaudentius in Serm. XVIII, p. 202.

Marc. cap. III, 27, Veron., Mm. et Brixian., *alligaverit*, et ita S. Ambrosius in Exposit. Evang. scc. Luc. lib. II, p. 1507.

Marc. cap. III, 35, post, *soror*, deest, *mea*, in Veron. et Brixian. et ita in Græcis plerisque exemplaribus, et in uno reginæ Suecorum ms. libro, relato in div. Bibl. S. Hieronymi.

Marc. cap. X, 17, Veron. *præcurrens*, et ita S. Augustinus in Speculo de Evangelio secundum Marcum, Tom. III, Part. I, p. 765.

Matth. cap. XXIV, 31, Veron. huic versiculo addit, *Cum cœperint autem hæc fieri, respicite, et levate capita vestra, quoniam adpropiat redemptio vestra.* Sanctus Lucas capite XXI, versiculo 28, et vetus Matthæi codex Cantabrigiensis Græco-Lat. apud Mil. hic addunt similiter, *Illis autem fieri incipientibus, respicite, et levate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra.*

Matth. cap. XXVI, 27, Veron., *accipite, et bibite ex hoc*, et ita S. Ambrosius in lib. IV de Sacrament. cap. 5, p. 371.

Matth. cap. XXVI, 53, Veron. et Brixian. XII *millia*, S. Augustinus in lib. de Spiritu et Littera, cap. I, tom. X, pag. 85, *Legas* (inquit) *etiam duodecim millia legiones angelorum pro Christo, ne pateretur, pugnare potuisse, nec tamen factum.* Item cap. 35, pag. 121, ait: *Hinc ex Evangelio, et ex Lege quædam posuimus in sermonis hujus exordio, sicuti de cameli transitu per foramen acus, et de duodecim millibus legionum angelorum, qui potuerunt, si vellet, pugnare pro Christo..... quæ omnia facta non sunt.* Vide tom. X, Edit. Maurin. p. 85 et 121.

Luc. cap. I, 3, Veronen. *Placuit et mihi, et Spiritui Sancto.* Et ita vetusti quidam Græci libri, Ἔδοξε κἀμοὶ καὶ τῷ Πνεύματι ἁγίῳ, hoc est, *visum et mihi, et Spiritui Sancto.* Hæc forte a Marcionitis expuncta, qui partem Evangelii Lucæ admittentes, partem repudiabant. Contra ipsos agit S. Iren. in lib. III, cap. 14.

Luc. cap. I, 34, Veron., *Ecce ancilla Domini, contingat mihi secundum verbum tuum.* Hunc ordinem pariter servant versio Syriaca, Arabica, Persica, et Æthiopica, nec non S. Ambrosius in Exposit. Evang. secund. Luc. Cod. corb. versu 38, habet, *contingat mihi.* Et ita S. Ambr. in Epist. class. 1, pag. 967.

Luc. cap. X, 1, Veron. et Brix., *Designavit autem et alios septuaginta.* Græca quoque exemplaria quamplura, Syriaca versio, Coptica, Arabica, S. Irenæus, S. Ambrosius, Tertullianus, aliique multi, legunt dumtaxat, *septuaginta*, non, *septuaginta duos.* Iidem illi tamen, qui in libris suis habuere, *septuaginta*, fatentur discipulos fuisse duos et septuaginta; ut videre est apud Var. Lect. Mil. hic, et Maldonat. et Grotium, et Seldenum in lib. II de Synedriis cap. 9, art. 8.

Luc. cap. XI, 4, Veron. et Corbeien. addunt, *sed libera nos a malo.* Vindob. et Brixian. *sed eripe* (Brixian.) *erue nos a malo.* Græci quoque quamplures libri tum editi, tum manu exarati legunt, *sed libera nos a malo.* Vulgata tamen, plurimique codices optimæ notæ hæc verba omittunt: qua de re videndus Mil. Var. Lect. hic, et S. Augustinus.

Luc. cap. XII, 9, Veron. *Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in cœlis.* Forte hoc assumentum exstabat etiam in codicibus Ambrosianis; nam S. Ambrosius, exponens hunc locum Matthæi, cap. X, 33, ait: *Atque ita scriptum est, non solum in eo libro, qui secundum Matthæum scribitur, Evangelii Domini Jesu, sed etiam in eo lectum est, quem secundum Lucam reperimus; ut scies, non otiose id posuisse utrumque.*

Matth. cap. X, 29, Veronen. addit, *qui est in cœlis*, et ita S. Irenæus in lib. V contra Hæreses, cap. 22, Cod. Corbeien., *qui in cœlis est.*

Joan. cap. XII, 25, in Veron. post, *animam suam*, primo loco additur, *in hoc mundo.* In S. Cypriano autem p. 199, 337, 516 et 518, *in hoc sæculo.*

Luc. cap. VII, 11, in Veron. post verbum, *ejus*, additur, *multi.* τὸ *multi*, irrepsisse videtur ex v. 12. Vide Millium in proleg. pag. 44, col. 1.

Marc. cap. IX, 40, in Veron. Gat. et Brixian. post, *aquæ*, additur, *frigidæ.* Et ita in aliquibus editionibus S. August. Specul. de Evang. sec. Marc.

Matth. cap. XI, 8, Veron. et Brixian. *mollibus vestimentis indutum?* et ita S. Ambrosius in lib. V Hexaem. cap. 23, p. 109.

Matth. cap. XV, 32, in Veron. et Corbeien. ante, in Brix. vero post vocem, *turbæ*, additur, *huic.* In S. Ambr. l. V Hexaem. c. 25, p. 114, legitur, *hujus.*

Matth. cap. XVIII, 20, Veron. et Vercellen., *ibi et ego.* Et ita S. Ambros. in lib. de Mysteriis cap. 5, pag. 332, et Victor. Vitens. Histor. Vand. Edit. Ruin. p. 56, cod. Corb. habet, *ibi ego.* Et ita S. Ambros. in lib. II, de Cain et Abel cap. 2, p. 208, et in Epist. 63 prim. class. p. 1023, cod. San-Germ., *ibi sum et ego.*

Matth. cap. XX, 23, in Veron., Vercellen. et Corbeien. additur, *Jesus.* Et ita in S. Ambros. lib. V de Fide cap. 5, p. 562.

Matth. cap. V, 48, in Veron. et San-Germanen. post, *ergo*, additur, *et*, sicut in S. Ambros. lib. III de Offic. Ministr. cap. 2, p. 110.

Matth. cap. VII, 15, Veron. et San-German. post, *attendite*, addunt, *vobis.* Et ita Tertull. pag. 203, 217 et 218; S. Ambros. in lib. II de Spir. San. cap. 10, p. 655, et in lib. VI Hexaem. cap. 6, p. 127, et cap. 8, p. 132.

Matth. cap. VIII, 20, Veronen. Vercellen. et San-German. *caput suum.* Et ita S. Ambrosius Hexaem. lib. VI, cap. 8, pag. 131.

Matth. cap. IX, 15, in Veronen. Vercellen. et San-Germanen. post, *jejunabunt*, additur, *in illis diebus.* Et ita in S. Ambr. Ep. 32 prim. class., pag. 915.

Matth. cap. XXI, 37, Veron. *forsitan verebuntur.* Et ita S. Ambrosius in lib. II de Pœnitent. cap. V, p. 424. S. Irenæus, *forte verebuntur.* Corbeien. *verebuntur utique.* Brixian. *reverebuntur*, ut quidam cod. Claromont. in loco laudato S. Irenæi.

Joan. cap. III, 36, Veron. secundo loco habet, *vitam æternam.* Et ita multæ edit. S. Augustini.

Joan. cap. XVI, 33. Veron., Corbeien. et Brixian., *in hoc autem mundo.* S. Cyprianus in lib. de Bono Patientiæ p. 316, *in mundo autem.*

Luc. cap. VII, 44, in Veron. et Brixian. post, *lacrymis*, additur, *suis*, et ita in S. Ambrosii Epist. 42 class. 1, p. 919.

Luc. cap. XXII, 6, in Veron. et Vindob. additur, *eis*, in Corbeien. et Brix. *illis*. Additamentum est ex Matth. cap. XII, 38.

Luc. cap. XIII, 10, Veron. *in una synagogarum*. Verba, *in una synagogarum* explicationem marginalem putat Millius : sed id mihi minus arridet, cum in omnibus Græcis codicibus reperiatur. Brixian. *in quadam synagoga*.

Luc. cap. XIV, 23, in Veron., Corbeien. et Brixian. ante *sæpes*, additur, *circa*. et ita in S. Ambros. Enarr. in psal. XL, pag. 877.

Luc. cap. XVI, 9, post, *tabernacula*, additur, *sua*, in Veron. et ita in S. Ambrosii lib. III de Offic. Ministr. cap. 22, pag. 140, et in lib. I de Abraham cap. 5, pag. 295.

Luc. cap. VIII, 13, Veron. et Corb. addunt, *Domine*, et ita S. Ambros. in lib. I de Cain et Abel cap. 9, p. 199.

Marc. cap. I, 24. Veron. Corbeien., Mm. et Brixian., *scio te*, etc., et ita S. Ambrosius in Epist. class. 1, pag. 880.

Matth. cap. I, 25, in Veron. et in San-Germanen. desunt verba, *suum primogenitum*, ut in S. Ambros. et S. Gregor. Magno.

Joan. cap. VII, 53, in Veron. et Brix. desideratur, ut in quam plurimis mss. codicibus.

Matth. cap. IV, 4, Veron. et San-Germanen. *verbo Dei*, et ita S. Ambrosius in lib. III de Virgin. cap. 4, pag. 174, et in Epist. 63 prim. class., pag. 1026, nec non in lib. I de Cain et Abel cap. 5, p. 191.

Matth. cap. VI, 33, in Veron. deest, *primum*. et ita in S. Ambros. I de Cain et Abel cap. 4, p. 188.

Matth. cap. VIII, 29, omittitur in Veron. et San-Germanen., *huic*, et ita in S. Ambrosii Expositione psalmi CXVIII, pag. 1036, et in Expositione Evangel. secund. Luc. pag. 1283.

Joan. cap. XXI, 7, deest, *Petro*, in Veronen. et ita in duobus mss. lib. div. Bibl. S. Hieronymi.

Joan. cap. XXI, 15, verba, *plus his*, omittuntur in Veron. Vercellen. et Corbeien. et ita in Sancti Ambrosii Apol. David cap. 9, pag. 192.

Joan. cap. XXI, 15, Veronen. et Vercellen. *utique, Domine*, et ita S. Ambrosius in loco citato.

Joan. cap. XXI, 16, Veron. *oviculas meas*, et ita S. Ambrosius in Prologo lib. V de Fide p. 551. In lib. vero II de Spir. S. cap. 13, pag. 662, habet, *agniculos meos*.

Luc. cap. XXIV, 45, desunt verba illa, *tertia die*, in codice Veron. et in Sancto Iren.

Marc. cap. I, 2, verba, *ante te*, omittuntur in Veron. et Vercellen. et ita in quibusdam Græcis exemplaribus, in versionibus Syriaca, Coptica, Persica, et Æthiopica, in S. Irenæo, in Origene, nec non in aliquibus mss. Lat. div. Bibl. S. Hieronymi.

Marc. cap. X, 6, in Veron. et Corbeien. deest. *creaturæ*, et ita in Syr. et Pers. Ibidem in Ver., Corb. et Brix. ante *Deus*, deest, *eos*, et ita in Syr. et Pers.

Matth. cap. VI, 13, Veron. Vercellen. et Corbeien. omittunt, *Amen*, et ita vetus liber Cantabrigiensis, aliique quamplures Græci, et Latini, codd. duo mss. in div. Bibl. S. Hieron., Tertullianus, S. Cyprianus, S Augustin. et versio Syriaca : eaque vox addita videtur ab altera, quam a Matthæi manu, postquam in liturgicis precibus in fine Dominicæ Orationis usurpari cœpit.

Matth. cap. VI, 34. In Veron. et Vercellen. deest, *ergo*, et ita in S. Cypr. pag. 221, et in S. Augustin. lib. II, de Serm. Dom. in monte tom. II, part. II, p. 222.

Matth. cap. VII, 27, in Veron. et San-Germ. deest, *et*, primo, secundo, et tertio loco, et ita in S. Cypr.

Matth. cap. IX, 13, in Veron. deest, *enim*, et ita in S. Ambrosii lib. I de Pœnitent. cap. 12, pag. 405, et in Exposit. psalmi CXVIII, pag. 1101.

Matth. cap. IX, 18, in Veronen. et Vercellen. deest, *Domine*, et ita in aliquibus reginæ Suecorum mss. libris relatis in divina Biblioth. S. Hieronymi.

Matth. cap. XI, 10, in Veron. Vercellen. et San-Germanen. deest, *enim*, et ita in Sancto Ambrosio.

Matth. cap. XIII, 37, omittitur, *illis*, in Veron. Vercellen. et Corbeien. et ita in Græcis melioris notæ, et in Latinis mss. regio Vaticanis divinæ Bibliothecæ S. Hieronymi.

Matth. cap. XVI, 11, in Ver. et Vercel. deest, *vobis*, et ita in S. Ambros. lib. I de Pœnit. c. 15, p. 411.

Matth. cap. XIX, 29, in Veron. Vercellen. et Corbeien. deest, *aut uxorem*, et ita in S. Ambrosii de Offic. Minist. lib. II, cap. 2, pag. 71, et in Exposit. in psalm. CXVIII, pag. 1059.

Matth. cap. XX, 4, in Ver. deest, *meam*, et ita in duobus reginæ Suec. mss. divin. Bib. S. Hieronymi.

Matth. cap. XXI, 12, Veron., *in templum*, omisso, *Dei*, et ita ubique Novum Testam., et Origenes.

Matth. cap. XXII, 2, in Ver. Corb. et Brix. deest, *factum*, et ita in S. Iren. l. IV cont. Hær. tom. I, p. 279.

Matth. cap. XXII, 21, Veron. Vercellen. et Corbeien., *reddite, quæ*, omisso, *ergo*, et ita Tertull. pag. 94, 97, 338, 339, 499, 522, et S. Ambrosius in Epist. class. prim., pag. 872, nec non in lib. de Benedict. Patriarch. cap. 8, pag. 521.

Matth. cap. XXII, 30. Veron. et Brixian. *Angeli*, omisso, *Dei*, et ita S. Zeno Veronensis.

Matth. cap. XXIV, 21, deest, *tunc*, in Veron. et ita in S. Iren. lib. IV contra Hæreses tom. I, p. 274.

Joan. cap. I, 21, in Veron. ante, *Helias*, deest, *quid ergo?* et ita in Coptica versione.

Joan. cap. VI, 39, in Ver. et Brix. deest, *Patris*, et ita in S. Amb. lib. II de Fide Resur. p. 1157.

Joan. cap. VII, 37, in Veron. deest, *ad me*, et ita in S. Cypriani lib. I, adversus Judæos ad Quirinum cap. 22, pag. 348.

Joan. cap. X, 29, in Veronen. et Vercellen. deest, *meus*, et ita in S. Ambrosii Tract. de Trinitate pag. 328, in lib. V de Fide cap. 11, pag. 576, et in lib. I de Spiritu Sancto cap. 2, in fin. p. 607, nec non in lib. III, cap. 16, pag. 689.

Joan. cap. x, 37, deest, *mei*, in Veronen. et Vercellen. et ita in S. Cypriano.

Joan. cap. xi, 45, Omittitur *Jesus*, in Veronen., Gat. et Mm. et ita in nonnullis Græcis cod. nec non in quibusdam Lat. mss. divin. Bibliothec. S. Hieron.

Joan. cap. xii, 40, Veron., Gat. et Mm. *et intelligant corde*, omisso, *non*. Et ita S. Ambros. in lib. iii de Spiritu Sancto cap. 22, pag. 699, *et corde intelligant*, omisso pariter, *non*.

Joan. cap. xiii, 26, deest, *ego*, in Veron. et ita in S. Ambrosii Sermon. 27, pag. 429.

Joan. cap. xiv, 28, deest, *utique*, in Ver., Vercellen. et Corb. et ita in S. Cypriano, p. 161, 345, et 463.

Joan. cap. xvii, 18, deest, *tu*, in Veronen. et Vercellen. et ita in Ambrosiastro in Epist. prim. ad Corinth. cap. 11, pag. 147, et in Ep. ad Cor. II cap. 11, pag. 147, et in Epist. ad Corinthios. II, capite 3, p. 175.

Joan. cap. xx, 17, deest, *meum*, primo loco in Veron. et ita in S. Iren. contra Hær. tom. i, p. 331.

Luc. cap. ii, 21, deest, *puer*, in Veron. et Brixian. et ita in Græcis melioris notæ codicibus, et in uno reginæ Suecor. ms. relato in div. Bibl. S. Hieron. in altero autem secundis curis additus est.

Luc. cap. v, 7, deest, *pene*, in Veron., Vercellen., Corbeien., Gat. et Brixian., et ita in nonnullis reginæ Suecorum mss.

Luc. cap. xxxi, 38, Veron., *commotam*, *supereffluentem*, et ita S. Ambrosius in lib. de Offic. Minist. cap. 31, pag. 43, omisso, *et*, ante, *supereffluentem*, quæ conjunctio abest etiam a Vercel. et Corb.

Marc. cap. ii, 5, post, *peccata*, deest, *tua*, in Veron. et ita in duobus reginæ Suecorum mss. divin. Bibl. S. Hieronymi.

Marc. cap. ii, 23, deest in Veronen., Vindob., et Brixian., *Dominus*, et ita in quibusdam mss. relatis in divina Biblioth. sancti Hieronymi; Vercellen., Corb., Gat. et Mm. habent pro, *Dominus*, *eum*.

Marc. cap. x, 6, Veronen. et Corbeien., *Ab initio enim* (Corbeien. *autem*) *masculum, et feminam fecit Deus*. Syrus, Persa, et Vetus Cantab. dumtaxat ferunt, Ἀπὸ δὲ ἀρχῆς κτίσεως, id est, *ab initio masculum et feminam fecit Deus*, non autem, κτίσεως.

Marc. cap. xiii, 6, in Veronen. et Gat. deest, *quia*, et ita in S. Cypr. lib. ad Fortun. de Exhortat. Martyr. cap. 11, pag. 334.

Matth. cap. xxii, 30, Veron., Corbeien. et Brixian., *sunt*, et ita Græcus textus, et duo reginæ Suecorum mss. divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Matth. cap. xxiv, 15, Veron., *stans* et ita Italica, Græco addicta, teste Millio in Proleg. p. 51.

Joan. cap. i, 13, Veron., *sed ex Deo natus est*. Et ita S. Irenæus in libris contra Hæreses, Tertul., S. Jo. Chrys., Vigil. Tapsensis, et alii.

Joan. cap. i, 13, Veron. *sanguine*, et ita omnes mss. cod. S. Hilarii lib. i de Trinitate num. 10.

Joan. cap. i, 34, Veron. *quoniam ipse est Dei filius electus*, Vercellen., *quoniam hic est electus filius Dei*; Corbeien. *quia hic est electus Dei*. S. Ambrosius in Exposit. Evang. secund. Luc. lib. v, tom. i, pag. 1377, *quoniam hic est electus Dei*.

Luc. cap. xi, 4, Veronen. et Corbeien., *debita nostra*, et ita S. Ambrosius.

Matth. cap. iii, 17, Veron. *de cælo*; et ita S. Hilarius in tract. in psalm. cxxxviii, tom. i, pag. 565.

Matth. cap. vi, 17, Veronen. et Vercellen. *vos autem, cum jejunatis, unguite caput vestrum, et faciem vestram lavate*, et ita S. Ambros. in lib. de Elia et Jejun. cap. 10, pag. 546; cod. San-Germ., *vos autem, cum jejunatis, ungite capita vestra, et faciem vestram lavate*.

Matth. cap. vi, 18, Veronen. et Vercellen., *ne pareatis hominibus jejunantes, sed Patri vestro..... et Pater vester... reddet vobis*. S. Ambros. in lib. de Elia et Jejunio, cap. 10, pag. 546, *ne pareatis hominibus, quia jejunatis, sed Patri vestro..... et Pater vester..... reddet vobis*. San-Germanen, *ut non videamini hominibus jejunantes, sed Patri vestro..... et Pater vester..... reddet vobis*.

Matth. cap. vi, 23, Veron. *et tunc jurabo*, et ita S. Hilar. in lib. 9 de Trinit. n. 65.

Matth. cap. vi, 33, Veron. et San-Germanen., *præstabuntur vobis*. Vercellen., *et omnia hæc præsta sunt vobis*. S. Ambros. in lib. i de Cain et Abel cap. iv, pag. 488, *præsto sunt vobis*.

Matth. cap. vii, 27, Veronen. Vercellen. et San-Germanen. *et facta est ruina ejus magna*, et ita S. Cyprian., Brixian. vero, *et facta ruina ejus magna*.

Matth. cap. x, 22, Veronen. et San-Germanen., *omnibus hominibus*, et ita vetusta Corbeiensis Biblia, et S. Augustinus in Speculo de Evangelio secundum Matth. tom. iii, part. 1, pag. 758.

Matth. cap. xi, 12, Veron., *regnum cœlorum cogitur, et cogentes diripiunt illud*, et ita S. Ambrosius in lib. i de Cain et Abel cap. 4, pag. 188, item in Enarratione in ps. xliii, pag. 902, et in Epist. 63, prim. class., pag. 1046. Vercellen..... *m cogitur et cogentes deripiunt illud*; San-Germanen., *deripiunt illud*.

Matth. Cap. xi, 58, Veron. *acceperit..... et secutus fuerit me*. Corbeien. *acceperit*,.. *et subsecutus me fuerit*, S. Hieronymus in Epist. cxlv, ad Exuperantium, tom. i, pag. 1073, habet, *tulerit..... et secutus me fuerit*.

Matth. cap. xii, 1, Veronen., Corbeien. et Brixian., *Sabbathis*; S. Ambrosius in Exposit. Evangel. secund. Luc. lib. v, tom. i, pag. 1363, *Sabbatha*.

Matth. cap. v, 25, Veron., Vercellen. et San-Germanen., *in triticum*; S. Irenæus, *inter frumentum*; S. Ambrosius in lib. iii Hexaem. cap. 10, pag 49. *inter triticum*.

Matth. cap. xvii, 12, Veronen., Vercellen. et Corbeien. *quanta voluerunt*, et ita vetus Italica, teste Millio in Prolegom. pag. 55.

Matth. cap xviii, 3, Veronen. et Vercellen. *sicut pueri*; Corbeien. *sicut infans hic est*. S. Ambros. in Enarrat. in Psalm. xxxvi, pag. 800, *sicut puer iste*.

Matth. cap. xix, 12, Veronen., Vercellen. et Cor-

beien. habent, *spadones*, primo, secundo, et tertio loco, et ita S. Ambrosius in lib. de Virginitate cap. VI, p. 220, et in lib. de Viduis cap. XIII, Tertullian. pag. 147, 158, 342, 525, 534, 543, *sunt spadones, qui seipsos castraverunt*, etc, et ita S. Ambrosius in Epist. 72, 2 class., pag. 1075.

Matth. cap. XIX, 17, Veronen., *si vis in vitam æternam venire*, etc.; et ita S. Ambrosius in lib. de officiis Ministrorum cap. XI, pag. 11, Vercellen., *in vitam venire*, conformiter S. Cypriano pag. 395. San Germanen., *ad vitam venire*, et ita Hilarius diaconus, qui et Ambrosiaster dicitur, in Epistol. ad Roman. cap. 7, pag. 66.

Matth. cap. XX, 30, Veronen. *miserere nobis*; et ita S. Ambrosius in lib. V de Fide cap. 8, p. 569,

Matth. cap. XXI, 24, Veronen. et Vercellen. *unum* B *verbum, quod*, et ita S. Ambrosius in lib. de Benedict. Patriarch. cap. VIII, pag. 524.

Matth. cap. XXI, 32, Veronen. et San Germanen. *in regno Dei*, et ita S. Zeno in aliquibus editionibus. Vercellen... *Regno Dei*. Corbeien., *in regno cælorum* et ita S. Irenæus.

Matth. cap. XXI, 34, Veronen., Vercell. et Corbeien. *ad colonos*, et ita Lucifer Calaritanus in lib II pro S. Athanasio.

Matth. cap. XXI, 39, Veronen. et Vercellen. *coloni*, et ita S. Irenæus in lib. IV contra hæreses, tom. I, p. 277, et Lucifer Calaritanus in l. II pro S. Athanasio.

Matth. Cap. XXI, 39, Veronen. et Vercellen, *occiderunt et ejecerunt extra vineam*, et ita Lucifer Calaritanus ex Marco.

Matth. cap XXI, 43, Veronen. et Corbeien. *fructum*, et ita aliqui mss. codices S. Irenæi.

Matth. cap. XXII, 12, Veronen. et Corbeien. *venisti*; et ita S. Irenæus, et Victor Vitensis in Histor. Vand. pag. 79, Edit. Ruin.

Matth. cap. XXIII, 6, Veron. *primum recubitum*, S. Cyprian. in lib. III Testimon. adversus Judæos cap. 5, pag. 374, *primum recumbendi locum*.

Matth. cap. XXIII, 38, Veron. *relinquitur*, et ita S. Irenæus in lib. IV contra hæreses tom I, p. 281.

Matth. cap. XXIV, 16, Veronen. et Vercellen. *in montibus*, S. Irenæus in lib. V contra hæreses, tom. I, p. 322, et S. Cyprianus in lib. de Exhortatione Martyrii num. 11, *in montes*.

Matth. cap XXIV, 46, Veronen. et Corbein. *quem veniens*, etc.; et ita S. Hilarius in lib. IX de Trinitate tom. II, pag. 310.

Matth. cap. XXV, 33, Veronen. *ad dextris suis ædos autem ad sinistris*, Corbeien., *ad dexteram suam, hædos autem ad sinistram*. Sanctus Cyprianus, *ad dexteram, hædos vero ad sinistram*.

Matth. cap. XXV, 40, Veronen. *uni horum fratruum meum minimorum*. Vercellen. *uni horum fratruum meorum minimorum*. S. Ambrosius, in lib. V de Fide cap 14, pag. 582, in Epist. I, prim. class. pag. 753 et pag. 961, in Epist. 70, secund. class. pag. 1065, necnon in lib. I de Abraham cap. 5, pag. 295, *uni horum minimorum*. Corbeien, *uni ex minimis istis*, et ita S. Hilarius in Tract. in Ps. CXXXII, t. I, p. 515.

Matth. cap. XXVI, 29, Veronen. *creatura vitis*, et ita S. Cyprianus in Epist. 63 ad Cæcilianum. Vercellen. . . . . *tura*. . . . .

Matth. cap. XXVI, 41, Veronen. *ut non veniatis*, S. Cyp. in lib. de Oratione Dominica p. 270, *ne veniatis*.

Matth. cap. XXVI, 52, Veronen. *accipiunt*, et ita Lucifer Calaritanus in lib. de non parcendo in Deum delinquentibus.

Matth. cap. XXVI, 64, Veronen. *cum nubibus*, etc. Vercellen. *cum. . . . . bibus;* et ita S. Ambrosius in lib. de Joseph Patriarcha cap. 12, pag. 506.

Matth. cap. XXVI, 73, Veron. et Vercell. *loquela tua similis est*. Lectionem hanc genuinam existimo; submotam vero fuisse a Notariis ex Vulgata, cum interpretamentum, δῆλόν σε ποιεῖ, magis probarent. Et forte e margine Marci, migravit in Evangelicum ipsius contextum. Quamobrem verba tam insignia ex hoc Matth. loco in Marcum invecta crediderim; cum in isto ea non legant Cantab. et versio Copt. nec agnoscat Eusebius in lib. III Dem. Evang.

Matth. cap. XXVI, 75, Veronen. et Corbeien., *amarissime*, et ita S. Pacianus contra tractatus Novatianorum in Epist. III.

Matth. cap. XXVII, 4, Veronen. et Vercellen. *peccavi, quod tradiderim*, etc., et ita S. Ambrosius in lib. II de Pœnit., cap. 4, pag. 422.

Matth. cap XXVII, 39, Veron. et Vercellen. *transeuntes*. S. Ambrosius in Enarr. in Psalm. XLIII, pag. 911, *qui transibant*.

C Matth. cap. XXVII, 46, Veron. *lama zaptani?* et ita vetustior reginæ codex in div. Biblioth. S. Hieronymi. Vercellen. *lema zahthani?* San-Germanen., *zabacthani?*

Matth. cap. XXVIII, 7, Veronen., Vercellen. et Corbeien., *dixi*, et ita S. Augustinus; Brixian. *dixit*.

Joan. cap. I, 4, Veronen. *in eo*, et ita sanctus Hilarius in lib. I de Trinitate, tom II, pag. 7, et lib. II, tom II, pag. 37; Vercellen., Gat. et Mm., *in illo*, et ita S. Cyprianus in lib. II Testim. adversus Judæos ad Quirinum cap. 3, pag. 352.

Joan. cap. I, 8, Veronen. et Vercellen., *lumen;* et ita S. Iren. in lib. III contra hæreses tom. I, p. 189.

Joan. cap. I, 16, Veronen., *quoniam de plenitudine*, etc.; et ita S. Ambrosius in lib. IV de Fide cap. D 11, pag. 548. Duo mss. et aliquæ editiones ejusdem S. Ambrosii in Exposit. Psal. CXVIII, *unde*, etc. Vercellen., *quia de plenitudine*, etc.

Joan. cap. I, 18, Veron. Gat. et Mm. *nisi unigenitus*, etc.; et ita S. Irenæus, in lib. IV contra hæreses, tom. I, pag. 255, S. Ambrosius, in lib. III de Fide cap. 3, pag. 501, in lib. de Spir. Sanct. cap. I, pag. 605; in Epist. 22 prim. class., pag. 875, et in Sermon. 12, pag. 406, Vercellen. *nisi unicus*.

Joan. cap I, 26, Veronen. *ego quidem baptizo vos*, Vercellen. *ego baptizo vos*, Gat. *baptizo vos*. S. Cyprian. in lib. II Testimon. adversus Judæos cap. 19 p. 359, *ego quidem baptizo;* sed alius ejusdem S. Cypriani ms. Codex addit, *vos*.

Joan. cap. I, 32, Veronen., *descendentem de caelo, et manentem*, etc.; et ita Vercellen. et S. Ambrosius in lib. III de Spir. Sanct. cap. I, pag 665. In lib. autem de Myster. cap. 4, p. 331, habet, *descendentem de caelo..... et manentem*, etc. S. Hieron. quoque in Comm. in Is. lib. IV, cap. 11, pag. 156, *et manentem.*

Joan. cap III, 18, Veron. et Vercell. tertio loco habent, *non credidit;* et ita S. August. in Joan. Evang. cap. III, Tractat. 13, tom. III, part. 2, pag. 389. Sic etiam legitur in antiquis Corbeiæ Bibliis, juxta Græcum, πεπίστευκεν.

Joan. cap. III, 20, Veronen., *ne arguantur;* S. Irenæus, *ne traducantur.*

Joan. cap. IV, 13, Veronen., Vercellen., Gat., Mm. et Brixian., *biberit;* et ita S. Cyprianus pag. 228.

Joan. cap. V, 4, Veron., Vercel., Gat. et Mm., B *in natatoria*, Corbeien. *in natatoriam*, et ita S. Ambrosius in lib. de Mysteriis cap. 4, pag. 330.

Ibidem Veronen. et Vercellen., *tenebatur*, et ita S. Ambrosius in loco citato. Gat. et Mm., *teneretur.*

Joan. cap. V, 43, Veronen. Vercellen., Corbeien., Gat. et Mm. *accepistis*, et ita S. Ambrosius in lib. I de Spiritu Sancto, cap. 13, pag. 628.

Joan. cap. VI, 69, in Veronen. additur, *dixit;* in S. Cypriano, *dicens.*

Joan. cap. VI, 70, Veronen. *quoniam tu es filius Dei;* Corbeiensis, et sanctus Cyprianus, *quoniam tu es filius Dei vivi.*

Joan. cap. VII, 15, Veronen. et Vercellen. *litteras novit*, etc., et ita S. Amb. in l. II de Fide c. 9, pag. 485.

Joan. cap. VII, 23, Veronen. et Vercellen., *mihi* C *irascimini*, etc., et ita S. Ambrosius in exposit. Psalm. CXVIII, pag. 1092.

Joan. cap. VII, 39, Veronen. et Corbeien, *honorificatus*, et ita S. Ambrosius in lib. de Incarn. Domin. Sacram. cap. VI, pag. 714.

Joan. cap. X, 38, in Veronen. et Brixian., *vel operibus*, etc., et ita S. Ambrosius in lib. de Mysteriis cap. 2, p. 327; et in Exposit. Ps. CXVIII, p. 1118.

Joan. cap. XII, 13, Veronen., Vercellen. et Corbeien., *flores palmarum.* S. Ambrosius in lib. IX Exposit. Evang. secund. Luc. tom. I, pag. 1497, *medullas palmarum;* et ita auctor Quæst. Vet. et Nov. Testament. quæst. 82, in Append. 3 t. S. Aug. nov. edit.

Joan. cap. XII, 27, Veronen. et Vercellen., *turbatur*, et ita S. Amb. in lib. II, de Fide cap. 5, pag. 477. D

Joan. cap. XII, 40, Veronen., *sanabo eos*, et ita S. Ambrosius.

Joan. cap. XII, 41, Veronen. et Corbeien. *majestatem ejus*, et ita S. Ambrosius.

Joan. cap. XVI, 13, Veron. *quae audit,* S. Ambrosius in lib. V, de Fide cap. 11, pag. 575, *quaecumque audit;* at in lib. II, de Spir. San. cap. 11, p. 656, habet, *quae.*

Joan. cap. XV, 5, Veronen et Vercellen. *adferet* Corbeien. Mm. et Brixian., *adfert*, et ita S. Hieronymus : Servatus autem Lupus legit, *adferet.*

Luc. cap. I, 17, Veronen., Vercellen. et Corbeien., *incredibiles*, et ita duo reginæ Suecorum A Mss. codices relati in div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. cap. I, 55, Veronen., *Abrahae*; et ita S. Irenæus.

Luc. cap. II, 28, Veronen, *in manibus*, Brixian. *in manus suas*, et ita S. Irenæus in lib. I contra hæreses tom. I, pag. 40.

Luc. cap. II, 32, Veron., *ad revelationem oculorum.* Quidam mss. codices S. Irenæi, *in revelatione oculorum.*

Luc. cap. IV, 7, Veronen. et Vercellen. *si procidens adoraveris ante me*; Brixian. *si procidens adoraveris me*, et ita S. Ambrosius in Enarr. in Psalm. XXXVI, tom. I, pag. 797, et in lib. I de Cain et Abel cap. 5, num. 17, et alibi, nec non aliqui mss. libri in div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. cap. VI, 35, Veronen. *amate*, et ita sanctus Ambrosius in lib. de Tobia cap. 16, pag. 609.

Luc. cap. VII, 47, Veronen. *remissa sunt..... quia*, et ita S. Ambrosius in lib. de Isaac et Anna. In lib. vero II, de Pœnit. cap. 8, pag. 431, *dimissa sunt*, etc.; sed in Epist. 41 class. I, p. 953, *remissa sunt*, etc. Codex Brixian. *dimittuntur..... quia.*

Luc. cap. XVI, 7, Veronen. *ait et illi*, Vercellen. *dixit autem et huic*; S. Gaudentius, *et ait illi.*

Luc. cap. XVIII, 14, Veronen. et Brixian. *dico itaque*, Gat. et Mm. *amen dico*, et ita quidam mss. codices S. Cypriani.

Luc. cap. XXIV, 49, Veronen. et Corbeien. *promissa;* et ita S. Ambros., in lib. II de Spirit. Sanct. cap. 2, pag. 638.

Marc. cap. XII, 31, Veronen., *secundum simile illi*, Vindob., *simile huic.* S. Cyprianus in lib. de Oratione Dominica pag. 271, *et secundum simile huic.*

En, Muselli doctissime, a me excerptarum ex Veronensi Evangeliario præcipuarum lectionum, quæ cum SS. Patribus concordant, insigne spicilegium. Vale, Veronensis Ecclesiæ præsidium, et decus. Deus Optimus Maximus votis diu obsecundet meis; efficiatque, ut patriæ serus intersis, quæ te, post incomparabilem præsulem Joannem Bragadinum, de restituta Ecclesiastica disciplina, et de sacris litteris optime meritum, veluti patrem colit et veneratur. Amorem mihi tuum, cujus equidem memoria valde recreor, cupio conserves, et, si par pari referre vis, amorem non vulgarem. Munus hoc erit omnium munerum præstantissimum; quod ego, quoniam mei erga te animi ipse mihi conscius sum, quasi debitum exspecto. Si quid est, in quo amplissimo atque illustrissimo capitulo tuo opera mea usui possit esse, id, si ipse intelligere potuero, mea sponte suscipiam : sin secus, a te admonitus efficiam; ut quisque DD. canonicorum, esse eorum apud me plurimi voluntatem, intelligat. Doctissimum, atque Cl. virum comitem Ottolinum Ottolinium, cujus sapientiam atque ingenium Roma etiam mirata est, saluta meis verbis plurimum. Audio nobilissimum Antonium Musellium ex fratre nepotem tuum, quod in antiquis moribus, atque in Ecclesiastica disciplina te dignum se præstet. Quanti nunc tuam laudem facit, quæ Deo etiam maxime curæ est, tantum in dies magis magisque enitatur. In omnibus cupio similem esse tui. Iterum vale.

EUSEBII VERCELLENSIS
EVANGELIUM
CUM VARIIS VERSIONIS ITALICÆ EXEMPLARIBUS COLLATUM.

Pars prima.

INCIPIT EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM.

CODEX VERCELLENSIS.

CAPUT PRIMUM.

1. Liber generatio . . . . . Christi filii Da. . . . . lii Abr. 2. . . . . Abraham. . . . it Isaac. . . . . uit Jacob. . . . . autem genuit . . . . et fratres. . . . 3. . . . Judas autem . . . . it Phares, et Zara de Thamar. Phares . . . em genuit Esrom. Esrom. . . . . genuit A. . . .

4. tem. . . . it A. . . . . it N. . . . as. . . . autem genuit Sal- 5. mon. Salmon autem genuit Booz. Booz autem genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse a . . . . . Da. . . . . em Re . . . . . .

CODEX VERONENSIS.

CAPUT PRIMUM. . . . . .

CODEX CORBEIENSIS.

[a] I. Deus fecit Adam. Adam genuit Seth : Seth genuit Enos : Enos genuit Cainan : Cainan genuit Maleleel : Maleleel genuit Jered : Jared genuit Enoch : Enoch genuit Mathusalem : Mathusala genuit Lamech : Lamech genuit Noe . Noe genuit Sem : Sem genuit Arphaxad : Arphaxad genuit Sala : Sala genuit Eber : Eber genuit Phaleg : Phaleg genuit Ragau : Ragau genuit Seruch : Seruch genuit Nachor : Nachor genuit Thara : Thara genuit Abraham.

Liber generationis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac, Isaac genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam, et fratres ejus. Judas autem genuit Phares. [1] et Zara ex Thamar. Phares autem genuit Esrom. Esrom autem genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naasson. Naasson autem genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz de Rachab. Booz genuit Obed ex Ruth. Obed autem genuit Jesse. Jesse genuit David [2] regem. David autem rex genuit Salomonem ex ea quæ fuit Uriæ. Salomon autem genuit Roboam. Ro-

CODEX BRIXIANUS.

Liber generationis Jesu Christi filii David. Filii Abraham. Abraham genuit Isaac [b] (AA [c]) Isaach autem. genuit Jacob. Jacob autem genuit Judam. et fratres ejus. Judas autem. genuit Phares et Zara ex Thamar. Phares autem. genuit Ezrom. Ezrom autem. genuit Aram. Aram autem genuit Aminadab. Aminadab autem. genuit Naasson. Naasson autem. genuit Salmon. Salmon autem genuit Booz. de Rachab. Booz autem genuit Obet[h] ex Ruth. Obet[h] [d] autem genuit Jessae. Jessae autem genuit David Regem. David autem Rex. genuit Salo [e] monem, ex ea quae fuit Uriae. Salomon autem genuit Roboam. Ro-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] genuit Phares, Phares autem

[2] David. David genuit Salomonem

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Integram istam seriem priorum Patriarcharum, consonam Hebraicae veritati, exhibet ms. Codex S. Germanensis; modo quo illam edidimus ante sacrum contextum Evangelii secundum Matthæum : quæ series addita videtur ab Antiquis, ut generationum ordo texeretur ab Adam usque ad Christum, id est, a primo Adam, terreno homine, ad secundum et coelestem hominem, de quo Apostolus ad Corinthios scribebat.

[b] In fine videtur abrasa *h*. scriptum enim erat manifeste *Isaach*, ut et in sequentibus locis; unde pariter cum appareat abrasa, eam restituimus.

[c] Ubi occurrit nota (AA), litteræ eousque aureæ sunt.

[d] Et hic abrasa fuit aspirata, quæ etiamnum manifeste apparet in Codice, unde eam restituimus, quod et alibi faciemus appositis uncinis.

[e] In codice rarissime littera interciditur in fine lineæ, ut sequenti continuetur. Cum Antiquarius vacuam potius membranam in fine lineæ relinquere soleat, ne litteram dimidiet.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . genuit Sadoc.
8. . . . Asa au- Sadoc autem
. . . genu. . . Josaphat. genuit Achim.
Josaphat. . . ge- Achim autem
. . . . . Joram genuit Eliud.
autem genu . . . Oziam. 15. Eliud autem
9. Ozias aut. . . genuit genuit Eleazar.
Joatham. . . atham Eleazar autem
autem genuit Achaz. genuit (*a*) Matthan. †
Achaz au. . . m genu- Matthan autem
10. it Ezechiam. Eze- genuit Jacob.
. . . as autem genu- 16. Jacob autem genu-
it Manassen. it Joseph ; cui de-
Manasses autem sponsata Virgo
genuit Amon. Maria genuit
Amon autem genuit Jesum, qui dicitur
11. Josiam. Josias autem Christus.
genuit Jechoniam 17. Omnes ergo gene-
et fratres ejus rationes ab Abra-
in trans . . . . . ham usque ad
tione B. . . . . David, genera-
12. Et post . . . mi- tiones xiii.
gra. . . . bilo- Et a David usque
nis Je. . . . ge- ad transmi-
nuit Sala. . . . . grationem
Salathiel autem Babylonis,
genuit Zoroba- generationes
13. bel. Zorobabel sunt quat-
autem genuit tuor-
Abiud. Abiud decim.
autem genuit Et a transmigra-
Eliachim. tione Babylonis
Eliachim autem usque ad Christum
genuit Azor. generationes
14. Azor autem sunt quattuor-

CODEX VERONENSIS.

. . . . . au . . . .
. . . . . Ach . . . .
. . . . . 15. genuit Elium.
. . . . . Elium autem
. . . . . genuit Eleazar.
. . . . . Eleazar autem
. . . . . genuit (*a*) Matthan. †
. . . . . 16. Matthas autem
. . . . . genuit Jacob.
. . . . . Jacob autem
. . . . . genuit Joseph,
. . . . . cui de-
. . . . . sponsata erat
. . . . . Virgo Maria.
. . . . . Virgo autem
. . . . . Maria genuit
. . . . . Jesum . . . .
. . . . . 17. Ergo gene-
. . . . . rationes ab
. . . . . Abraham usque
. . . . Babylonis. ad David
Et post transmi- generationes
12. grationem Babylo- sunt xiii.
nis Jeconias ge- Et a David usque
nuit Salathiel. ad transmi-
Salathiel autem. grationem
genuit Jeroba- Babylonis
13. bel. Jerobabel generationes
autem genuit sunt
Abiud. Abiud xiii
autem genuit Et a transmigra
Eliachim. tione Babylonis
Eliachim autem usque ad Christum
14. genuit A. . . generationes
. . . . . sunt xiii.

CODEX CORBEIENSIS.

boam autem genuit [1] Abiam. Abias autem genuit Asa. Asa autem genuit Josaphat [a]. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatham autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezechiam. Ezechias autem genuit Manassen. Manasses autem genuit [2] Amos. Amos autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiud. Abiud autem genuit Eliachim. Eliachim autem genuit Azor. Azor autem genuit Saddoc. Saddoc autem genuit Achim. Achim autem genuit [3] Eliud. Eliud autem genuit Eliazar. Eliazar autem genuit Matthan. Matthan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph [4] virum Mariæ, de qua natus est Jesus qui vocatur Christus. Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David generationes xiii. Et a David usque ad transmigrationem Babylonis generationes xiii. Et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes xiii.

CODEX BRIXIANUS.

boam autem genuit Abiam. Abia autem genuit Asa. Asa autem genuit Josaphat. Josaphat autem genuit Joram. Joram autem genuit Oziam. Ozias autem genuit Joatham. Joatha [b] autem genuit Achaz. Achaz autem genuit Ezec [c] iam. Ezec[h]ias autem genuit Manassem. Manasses autem genuit Ammon. Ammon autem genuit Josiam. Josias autem genuit Jechoniam et fratres ejus. in transmigratione Babylonis. Et post transmigratione Babylonis. Jechonias genuit Salathiel. Salathiel autem genuit Zorobabel. Zorobabel autem genuit Abiuth. Abiuth autem genuit Eliac[h]im. Eliac[h]im autem [d] genuit Azor. Azor autem genuit Saddoc[h]. Saddoc[h] autem genuit Achim. Achim autem genuit Eliuth, Eliuth autem genuit Eliazar. Eliazar autem genuit (*a*) Matthan †. Matthan autem genuit Jacob. Jacob autem genuit Joseph. virum Mariae, de qua natus est Jesus, qui dicitur Christus.

Omnes ergo generationes ab Abraham usque ad David. generationes quattuordecim. Et a David usque ad transmigrationem Babylonis. generationes quattuordecim. Et a transmigratione Babylonis usque ad Christum generationes quattuordecim.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Abiud. Abiud genuit Asaph. Asaph genuit Josaphat
[2] *Lege* Amon.
[3] Achim genuit Eliam : Elium autem genuit Eleazarum. Eleazar [e]
[4] Joseph, cui disponsata Virga Maria genuit Jesum, qui, etc. [f]

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Eamdem retinet lectionem ms. Cantabrigiensis Luc. iii, ubi ex Matthæo, et ex Regum volumine seriem generationum falsarius aliquis descripsit : Τοῦ Ἰωσαφὰδ, τοῦ Ἀσὰφ, τοῦ Ἀβιούδ. Pro *Amon*, idem ms. codex legit *Amos*, ut duo nostri mss. Latini.

[b] Apparet manifeste abrasa littera A, quam in fine vocis Joatha restituimus.

[c] Abrasa est aspirata *h*. uti et in sequenti.

(*a*) Ita et textus Græcus, Ματθάν.

[d] Uncini semper indicant abrasam aspiratam *h*. cujus adhuc apparent in codice vestigia.

[e] Ita prima manus posuerat in ms. San-Germ., quod emendator aliquis mutavit hoc modo : *Achim autem genuit Eliachin : Eliachin autem*, etc. De inemendatis sic inemendata scripsitans :

[f] Insignem hanc variantem lectionem non obliteravit emendator ; licet aliam vulgatam supplev erit in margine codicis.

CODEX VERCELLENSIS.

decim.
18. Christi autem generatio sic erat.
Cum desponsata esset mater
ejus Maria Joseph, priusquam
convenirent
inventa est
in utero habens de Spiritu Sancto.
19. Joseph autem
vir ejus cum
esset homo justus, et nollet
eam traducere, voluit eam
occulte. . . . .
tere.
20. Haec cogitante eo, Angelus
Domini apparuit
ei in somnis dicens : Joseph fili D. . . . . d noli timere accipere
Mariam conjugem tuam ; quod
enim in ea nascetur de . . . .
Sancto . . . .
21. et au . . . . .
um . . . . . .
nom . . . . . .
Jesum . . . . . .
sal . . . . . .

p . . . . . .
a pe . . . .
22. Hoc . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
per (*a*) Eseiam † Prophetam dicentem :
23. Ecce . . . go
in u . . . ro concipiet . . . pari-
et fili . . . et
vocab. . . . nt
nomen ejus
Emmanuel,
quod est in
. . . rpraeta-
. . . . . Novis-
. . . . s.
24. . . . autem
. . . . omno
. . . . prae-
. . . . . nge-
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
25. vit nomen ejus
Jesum.

CAPUT II.

1. Cum ergo natus
esset Jesus in Bethlem civitate
(*c*) Judaeae † in die-

CODEX VERONENSIS.

Omnes itaque generationes ab Abraham
usque in adventum
Jesu-Christi
generationes sunt XLII.
Christi autem generatio sic erat.
18. Cum esset
desponsata Mater
ejus Maria Joseph . . . . in utero
habens de
Spiritu Sancto.
Joseph autem
Vir ejus cum
esset homo jus-
19. tus, et nollet
eam traducere, voluit tacite
illam dimittere.
20. Hæc eo cogitante, ecce Angelus
Domini apparet . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
Mariam conjugem tuam ; quod
enim ex ea nascetur, de Spiritu
Sancto est.
21. Pariet autem
filium, et vocabis
nomen ejus
Jesum.
Ipse enim
salvum faciet
populum suum
a peccatis
eorum
. . . . . .
. . . . . .
. . . . est
a Domino
per (*a*) Eseiam †
22. Prophetam
dicentem :
Ecce Virgo
in utero con-
23. cipiet, et pariet filium,
vocabunt
nomen ejus
Emmanuel,
quod est interpretatum, Nobiscum Deus.
. . . . . .
24. a somno,
fecit sicut praecepit ei Angelus Domini :
et accepit conjugem suam
et non (*b*) cognovit †
25. eam, donec
peperit Filium,
et vocavit
nomen ejus Jesum.

CAPUT II.

Cum ergo natus
1. esset Jesus in Bethlehem civitatem (*c*)
Judeae, † in die-

CODEX CORBEIENSIS.

Christi autem generatio sic erat. Quum esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem vir ejus quum esset [1] justus, et nollet eam traducere, voluit [2] occulte dimittere eam. Haec autem eo cogitante, ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei dicens : Joseph fili David noli timere accipere Mariam conjugem tuam ; quod enim [3] in ea natum est [a], de Spiritu sancto est. Pariet autem filium, et [4] vocabis nomen ejus Jesum : ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est, ut adimpleretur quod dictum est a Domino per [5] Profetam dicentem : Ecce virgo in utero concipiet et pariet filium et [6] vocabit nomen ejus Emmanuel ; quod est interpretatum, Nobiscum Deus. Exurgens autem Joseph a somno fecit sicut præceperat ei Angelus Domini : et accepit conjugem suam, et non cognovit eam, donec peperit filium [7] suum primogenitum [b], et vocavit nomen ejus Jesum. Quum ergo natus esset Jesus in Bethleem [8] Judae, in die-

CODEX BRIXIANUS.

Christi autem generatio sic. erat cum esset disponsata mater ejus Maria a Joseph. antequam convenirent. inventa est in utero habens de Spiritu Sancto. Joseph autem vir ejus cum esset homo justus, et nollet eam traducere, voluit occulte dimittere illam. Haec autem eo cogitante ecce Angelus Domini in somnis apparuit ei dicens. Joseph fili David ne timueris accipere Mariam conjugem tuam. quod enim ex ea nascetur de Spiritu Sancto est. Pariet autem filium et vocabis nomen ejus Jesum. Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum. Hoc autem totum factum est. ut adimpleretur quod dictum est a Domino per (*a*) Esaiam † Prophetam. Ecce Virgo in utero habebit et pariet filium et vocabunt nomen ejus Emmanuel quod est interpretatum Nobiscum Deus Exsurgens autem Joseph de somno fecit sicut praecepit ei Angelus Domini. et accepit conjugem suam et non (*b*) cognovit † eam. donec peperit filium suum primogenitum. et vocavit nomen ejus Jesum.

Cum ergo natus esset Jesus in Bethleem (*c*) Judeae

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] homo justus
[2] tacite illam dimittere
[3] ex ea nascetur
[4] vocabit
[5] Esaiam Prophetam.
[6] vocabunt.
[7] filium, et vocavit.
[8] civitate Judaeae.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Cyprianus, *ex illa natum fuerit*. Lib. 1 adv. Judæos. sect. 7.

[b] Monet Hieronymus lib. 1 Comment. in Matthæum hic quosdam graviter errasse : *Ex hoc loco*, inquit, *quidam perversissime suspicantur et alios filios habuisse Mariam, dicentes : primogenitum non dici, nisi qui habeat et fratres.* Forte occasionem hujus erroris tollere voluit exscriptor Codicis, omittendo has voces, *suum primogenitum*.

[c] Littera *e* apparet adhuc integra in Codice; quamvis ab aliquo abrasa.

(*a*) addunt *Eseiam* ; et ita codex Cantabrigiensis, Ἡσαίου. — (*b*) Ita et cod. Cant. ἔγνω. — (*c*) Ita et textus Græcus, τῆς Ἰουδαίας.

CODEX VERCELLENSIS.

bus Herodis Regis : ecce Magi ab Oriente venerunt Hieroso-
2. lyma, dicentes : Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in Orientem, et venimus adorare eum.
3. Audiens autem Herodes Rex turbatus est, et omnis Hierosoly-
4. ma cum ipso. Et . . . . gavit omnes principes Sacerdotum et scribas populi, et interrogabit ab eis ubi Christus
5. nascitur? Ad illi dixerunt in Bethlem Judaeae : sic enim scriptum est per Esaiam Prophetam dicentem :
6. Et tu Bethleem Judaeae; non es minima inter principes Juda. Ex te enim exiet Rex, qui regat populum meum Istrahel.
7. Tunc Herodes occulte vocavit Magos, et diligenter exquisivit ab eis tempus. . . . pariuit eis stella :
8. et misit illos in Bethlem, dicens : Ite, interrogate diligenter de puero : et cum inveneritis, nuntiate mihi, ut et (*b*) ego veniam, et adorem eum †.
9. Qui cum audissent regem, abierunt, et ecce stella, quam viderant in orientem, antecedebat. . . . . ve-
. . . . . pra. . . . . er.
10. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudi-

CODEX VERONENSIS.

bus Herodis regis. . . . . Oriente venerunt (*a*) in Hierosolyma, † dicentes :
2. Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Vidimus enim stellam illius in Orientem, et venimus adorare eum.
3. Audiens autem Rex Herodis, turbatus est, et omnes Hierosolyma cum illo.
4. Et congrega. . . . . Sacerdotum et Scribas populi, et interrogavit ab eis ubi Christus nasceretur.
5. Ad illi dixerunt ei, in Bethleem civitatem Judaea : sic enim
6. dictum est per Prophetam : Et tu Bethleem Judaea, non es minima inter prin-
ci. . . . . exiet Princeps, qui regat populum meum Istrahel.
7 Tunc Herodes occulte vocavit ad se Magos, et diligenter exquisibit ab eis tempus, quando apparuit eis stella :
8. et misit illos in Bethleem, dicens : Ite, et interrogate diligenter de puero : et cum inveneritis, renuntiate mihi, ut et (*b*) ego veniam, et adorem eum †.
9. Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella, quam viderant in Orente, antecedebat eos, usque dum venit, (*c*) et stetit supra
puerum †.
10. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio

CODEX CORBEIENSIS.

bus Herodis regis : ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolymam, dicentes : Ubi est qui natus est Rex Judaeorum? Vidimus enim stellam ejus in oriente, et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, et omnis Hierosolyma cum illo. Et [1] congregans omnes principes sacerdotum et scribas populi, et interrogavit ab eis ubi [2] Christus nasceretur? At illi dixerunt in Bethleem Judae; sic enim scriptum est per Prophetam : Et tu Bethleem [3] terra Judaeorum, [a] numquid minima es in principibus Juda ? Ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes [4] clam vocatis Magis diligenter didicit ab eis tempus stellae quae apparuit eis : et mittens illos in Bethleem, dixit : Ite, et interrogate diligenter de puero : et quum inveneritis, renuntiate mihi, ut et ego [5] veniens adorem eum. Qui quum audissent regem abierunt, et ecce stella, quam viderant in Oriente, antecedebat eos, usquedum [6] veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio

CODEX BRIXIANUS.

† in diebus Herodis Regis Ecce Magi ab Oriente venerunt Hierosolyma dicentes. Ubi est qui natus est Rex Judaeorum Vidimus enim stellam ejus in orientem [b] et venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est. et omnis Hierosolyma cum illo. Et congregavit omnes principes Sacerdotum et Scribas populi. et requisivit ab eis ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei in Bethleem Judeae sic enim scriptum est per Prophetam. Et tu Bethleem Jude [c] ae non es minima inter principes Juda. ex te enim exiet Princeps qui regat populum meum Sd [d] rael.

Tunc Herodes occulte vocans Magos. diligenter exquisivit ab eis tempus quando apparuit eis stella et misit eos in Bethleem dicens. euntes requirite diligenter de puero et cum inveneritis renuntiate mihi. ut et ego veniens adorem eum. qui cum audissent regem abierunt et ecce stella quam viderant in Oriente [e] m antecedebat eos usque dum venit et stetit supra ubi erat puer. Videntes autem stellam gavisi sunt gaudio

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] congregavit omnes etc.
[2] Nascitur Christus?
[3] Bethleem Judaeae non es minima inter principes Juda... exiet princeps qui regat.
[4] Occulte vocavit Magos et diligenter exquisivit.... quando apparuit eis stella. Et misit eos.
[5] Veniam, et
[6] Venit et stetit [f] supra puerum.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Eodem modo legit secundus codex Græcus Roberti Stephani ; et ita cum interrogatione, *numquid*, etc., legendum putat Grotius in suis Annotationibus ad hunc locum Matthæi. Latini autem Patres, Hilarius, Ambrosius et Leo Magnus legunt ut codex ms. San-Germanensis : *Non es minima*, etc.

[b] Litt. *m* apparet, quamvis abrasa.

[c] Et hic pariter *e* littera manifesta est, quamvis paruniper derasa.

[d] Manifeste rasa est littera *d*, cujus apparent vestigia.

[e] *m*. littera abrasa, vestigiis tamen apparentibus.

[f] Ita legit Versio Latina in ms. Cantabrigiensi.

(*a*) Ita et textus Græcus, εἰς Ἰεροσόλυμα. (*b*) Ita passim Latine solet reddere Antiquus Interpres, cum Græcus textus orationem nectit aoristis, ut hic : Ὅπως κἀγὼ ἐλθὼν προσκυνήσω αὐτόν. — (*c*) Ita et cod. Cant, Lat. et textus Græcus, ἐπάνω τοῦ παιδίου.

CODEX VERCELLENSIS.

o magno valde.
11. Et intrantes (a) in domum, † viderunt puerum cum Mariam matre ejus, et procedentes adoraverunt eum : et apertis thensauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus,
12. et murra. Et admoniti in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in . . . . am regionem.
13. Qui cum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quaerat puerum istum perdere.
14. Surgens autem Joseph a somno, accepit puerum, et matrem ejus, et abiit in Aegyp-
15. tum, et erat ibi usque ad mortem Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : Ex Aegypto vocavi filium me-
16. um. Tunc Herodes, ut vidit quoniam delusus est a Magis, iratus est valde ; et misit, et occidit omnes pueros, qui erant in Bethlem, et in omnibus regionibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis.
17. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem :
18. Vox in Rhama audita est, fletus, et ululatus multus : Ra-

CODEX VERONENSIS.

magno valde.
11. Et intrantes (a) in domum †, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum : et apertis thensauris suis optulerunt ei munera, aurum, tus,
12. et murram. Et admoniti. . . . . ad Herodem, per aliam viam regressi sunt in suam regionem.
13. Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in somnes Josepb, dicens : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque. . . . . est enim ut Herodes quærat puerum istum perdere.
14. Surgens autem Joseph, accepit puerum, et matrem ejus nocte, et abiit in Aegyptum, et erat ibi usque ad consummationem Herodis : ut impleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem : Ex Aegypto vocavi filium meum.
16. Tunc Herodes, ut vidit quoniam delusus est a Magis, iratus est valde ; et misit, et occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem, et omnibus finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod
17. exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem :
Vox in Rama audita
18. est, ploratus, et ululatus multus : Ra-

CODEX CORBEIENSIS.

magno valde. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre ejus, et procidentes adoraverunt eum : et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus, et murram. Et [1] responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Qui quum recessissent, ecce angelus Domini apparuit in somnis Joseph, dicens: Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et fuge in Aegyptum, et esto ibi usque dum dicam tibi. Futurum est enim ut Herodes quaerat puerum [2] ad perdendum eum. Qui consurgens, accepit puerum et matrem ejus nocte, et [3] secessit in Aegyptum, et erat ibi usque ad [4] obitum Herodis: ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem: Ex Aegypto vocavi filium meum. Tunc Herodes [5] videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde, et mittens occidit omnes pueros, qui erant in Bethleem [6], et in omnibus finibus ejus, a bimatu et infra, secundum tempus quod exquisierat a Magis. Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem : Vox in Rama audita est, ploratus et ululatus [7] : Ra

CODEX BRIXIANUS.

magno valde et intrantes (a) in domum viderunt puerum cum Maria matre ejus. et procidentes adoraverunt eum. et apertis thensauris suis optulerunt ei munera aurum t [a] hus et murram et admoniti per somnium ne redirent ad Herodem per aliam viam reversi sunt in regionem suam. Recedentibus autem illis. ecce Angelus Domini apparuit Joseph in somnis dicens. Surge et accipe puerum et matrem ejus et fuge in Aegyptum et esto ibi usque dum dicam tibi. futurum est enim ut Herodes quaerat puerum perdere eum. Ille autem surgens accepit puerum et matrem ejus nocte. et abiit in Aegyptum. et erat ibi usque ad obitum Herodis. ut adimpleretur quod dictum est a Domino per Prophetam dicentem. ex Aegypto vocabi filium meum.

Tunc Herodes videns quod delusus esset a Magis. iratus est vehementer.

Et mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem et in omnibus finibus ejus a bimatu et infra. secundum tempus quod exquisierat a Magis.

Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem. Vox in Rama audita est. ploratus et ululatus multus. Ra-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Admoniti
[2] istum perdere. Surgens autem Joseph
[3] abiit
[4] consummationem
[5] Ut vidit... est
[6] Judaeae, et omnibus regionibus
[7] multus

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Abrasa aspirata et apparente.

(a) Ita et textus Græcus, εἰς τὴν οἰκίαν.

CODEX VERCELLENSIS.

chel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt.
19. Defuncto autem Herode, ecce Angelus Domini apparuit in somnis Joseph in. . . . .
20. gypt. . . . . ns : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et vade in terram Istrahel : defuncti sunt enim, qui quaerebat animam pue-
21. ri . . . Et surgens accepit puerum, et matrem ejus, et venit in terram Istrahel.
22. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judea pro Herode patre suo, timuit illo ire ; et admonitus in somnis, se-
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
23. vit in civitate, quae vocatur Nazareth; ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam :
Quoniam (*b*) Nazoreus † vocabitur.

CAPUT III.

1. In illis autem diebus venit Johannes Baptista praedicans in deserto Judeae,
2. et dicens : Paenitentiam agite : adpropinquavit enim regnum Cae-
3. lorum. Hic est enim de quo dictum est per
. . . . . phetam dicentem : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas ejus. Omnis vallis implebitur, et omnis mons et collis humiliabitur ; et erunt omnia prava in directa, et aspera in vias planas ; et vide-

CODEX VERONENSIS.

chel plorans filios suos
. . . . . consolari, quia non sunt.
19. Defuncto autem Herode, ecce apparuit Angelus Domini in somnis Joseph in
20. Aegypto, dicens : Surge, et accipe puerum, et matrem ejus, et vade in terram Istrahel : defuncti sunt enim, qui quaerebant animam . . . . . .
21. . . . Et surgens accepit puerum, et matrem ejus, et venit in terram Istrahel.
22. Audiens autem quod Arcelaus regnaret in Judaea pro Herode patre suo, timuit illo ire :
et admonitus
in somnis, secessit in partes
23. Gallileae. Et
venit, et habitavit (*a*) in civitatem †
quae vocatur
Nazareth; ut
adimpleretur quod dictum est per Prophetam : quoniam (*b*) Nazoreus † vocabitur.

CAPUT III.

1. In illis (*c*)
diebus † venit Johannes Baptista prae-
2. dicans in deserto Judeae,
et dicens : Paenitentiam agite : adpropinquavit enim regnum Caelorum.
3. Hic est enim, de quo dictum est per Eseiam Prophetam : (*d*) Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas Dei nostri.
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX CORBEIENSIS.

chel plorans filios suos, et noluit consolari, quia non sunt.

II. Defuncto autem Herode, ecce [1] apparuit Angelus Domini in somnis Joseph in Aegypto, dicens : Surge et accipe puerum, et matrem ejus, et vade in terram Israel : defuncti sunt enim, qui quaerebant animam pueri[2]. Qui surgens accepit puerum, et matrem ejus, et venit in terram Israel. Audiens autem quod Archelaus regnaret in Judaea pro Herode patre suo, timuit[3] illo ire : et admonitus in somnis secessit in partes Galilaeae[4]. Et veniens habitavit in civitate, quae vocatur Nazareth : ut adimpleretur quod dictum est per [5] Prophetam : Quoniam Nazaraeus vocabitur. In diebus illis venit Johannes Baptista praedicans in deserto Judaeae, et dicens : Paenitentiam agite : appropinquavit enim regnum Caelorum. Hic est enim,[6] qui dictus est per Esaiam Prophetam dicentem : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini : rectas facite semitas ejus.

CODEX BRIXIANUS.

chel plorans filios suos et noluit consolari quia non sunt. Defuncto autem Herode ecce apparuit Angelus Domini in somnis Joseph in Aegypto dicens surgens accipe puerum et matrem ejus. et vade in terram Israhel. defuncti sunt enim qui quaerebant animam pueri. Qui surgens accepit puerum et matrem ejus. et venit in terram Is [a] drahel. Audiens autem. quod Archelaus regnaret in Judaea pro Herode patre suo timuit illuc ire. Admonitus autem in somnis. secessit in partes Galileae. Et veniens habitabit (*a*) in civitatem † quae vocatur Nazareth. ut adimpleretur quod dictum est per Prophetam. quoniam Nazareus vocabitur. In illis autem diebus venit Johannes Baptista. praedicans in deserto Judae et dicens paenitentiam agite. adpropinquavit enim regnum Caelorum. Hic est enim de quo dictum est per Esaiam Prophetam dicentem. Vox clamantis in deserto parate viam Domini rectas facite semitas ejus.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Ecce Angelus Domini apparuit Joseph in somnis
[2] perdere. Et surgens
[3] illuc
[4] Et venit, et
[5] Prophetas [b].
[6] de quo dictum est

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Abrasa *d*, cujus remanent vestigia.

[b] S. Hieronymus veram lectionem hujus loci asserit Codici ms. San-Germanensi : ait enim lib. 1 Comment. : *Nunc autem pluraliter Prophetas vocans, ostendit se non verba de Scripturis sumsisse, sed sensum.* Lectionem tamen ms. Corbeiensis, quam edidimus in sacro contextu, reperit Lucas Brugensis in antiquis codicibus. Vide ejusdem variantes lectiones novi Testamenti.

(*a*) Ita et textus Græcus εἰς πόλιν. — (*b*) Textus Græcus Ναζωραῖος. — (*c*) Deest *autem*, et ita in Cod. Cantabrig. Latino. — (*d*) Secundis curis additur, *dicentem*.

CODEX VERCELLENSIS.

bit omnis
caro salu-
. . . rem Dei.
4. Ipse autem Jo-
hannes. . . .
hat . . . . .
suum de pilis
camellorum,
et zona pelli-
cia circa lum-
bos ejus : esca
autem ejus
erat locusta,
et mel silves-
trae.
5. Tunc egredie-
bantur ad eum
omnis Hiero-
solyma, et om-
nis Judea, et
omnis confi-
nis region . .
6. Jordanis ; et
baptizaban . .
ab illo in Jor-
danen, co . . . .
ten . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
7. saeorum, et
Sadduceorum,
venientes ad
baptismum su-
um, dixit illis : Pro-
genies vipera-
rum, quis de-
monstravit vo-
bis fugere ab i-
8. ra ventura? fa-
cite ergo fruc-
tos dignos phe-
9. nitentiae. Et no-
lite existima-
re, dicentes in-
ter vos : Patrem
habemus Abra-
ham. Dico enim
vobis, quoniam
potens est Deus ex
lapidibus istis
sus . . . . e fi-
li . . . . .
10. Jam. . . . .
ris ad radices
arborum posi-
ta est. Omnis er-
go arbor, quae
non facit fruc-
tum bonum, ex-
cidetur, et in ig-
nem mittetur.
11. Ego quidem bap-
tizo vos in aqua
in paenitentiam :
qui autem ve-
nit, fortior me
est, cujus non
sum dignus cal-
ciamenta por-
tare : ipse vos bap-
tizabit in Spiritu
Sancto, et igni :
12. habens venti-
labrum in ma-
nu sua : et mun-
davit aream
. . . am : et congre-
gavit triticum

CODEX VERONENSIS.

4. Ipse autem Jo-
hannes habuit
vestitum. . .
. . . . . .
camellorum,
et zona pelli-
cia circa lum-
bos ejus : esca
autem ejus
erat lucustae,
et mel silve-
strae.
5. Tunc exie-
bant ad eum
ex Hiero-
solymis om-
nis Judaea, et
omnes qui
morabantur
circa Jordanem ;
et baptizaban-
tur. . , .
6. danen, con-
fitentes peccata
sua.
7. Videns autem
multos Phari-
saeorum, et
Sadducaeorum
venientis ad
Baptismum suum,
dixit eis : Pro-
genies viperа-
rum, quis de-
monstravit vo-
bis fugere ab
8. ira (*a*) futura? †
facite ergo fru-
9. ctum dignum
peanitentiae ;
et nolite
praeferre
vos, dicentes :
Patrem habe-
mus Abra-
ham. Dico
enim vobis,
quoniam po-
tens est Deus
ex lapidibus istis
suscitare fi-
lios Abrahae.
10. Jam enim
securis ad radices
arborum posi-
ta est. Omnis er-
go arbor non
faciens fru-
ctum bonum, ex-
cidetur, et in
ignem mittetur.
11. Ego quidem ba-
ptizo vos in aquam
in paenitentiam :
qui autem post
me venit,
fortior me
est, cujus non
sum dignus cal-
ciamenta por-
tare : ipse vos
baptizavit
in Spiritu. . . .
12. qui habet venti-
labrum in ma-
nu sua : et
permunda-
vit aream
suam : et congre-
gavit triticum

CODEX CORBEIENSIS.

Ipse autem Johannes [1] habebat vestimentum de pilis camelorum, et zonam pelliciam circa lumbos suos : esca autem ejus erat locustae, et mel sylvestre. Tunc [2] exibat ad eum Hierosolyma, et omnis Judaea, et omnis regio circa Jordanem ; et baptizabantur in Jordane ab eo, confitentes peccata sua. Videns autem [3] multos Pharisaeorum, et Sadducaeorum, venientes ad baptismum suum, dixit eis : Progenies viperarum, quis demonstravit vobis fugere a futura ira? Facite ergo fructum dignum poenitentiae. [4] Et ne velitis dicere intra vos : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quoniam potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Jam enim securis ad [5] radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur. Ego quidem vos baptizo in aqua in paenitentiam : qui autem post me [6] venturus est, fortior me est, cujus non sum dignus calciamenta portare : ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, et igni. [7] Cujus ventilabrum in manu sua : et permundabit aream suam : et congregabit triticum

CODEX BRIXIANUS.

Ipse autem Johannes habuit vestimentum de pilis camelorum et Zonam pelliciam circa lumbos ejus. esca autem ejus erat lucusta et mel silvestr[a]ae. Tunc exiebant ad eum Hierosolyma [b] et omnis Judaea. et omnis regio Jordanis. et baptizabantur ab illo in Jordane confitentes peccata sua. Videns autem multos Pharisaeorum et Sadducaeorum venientes ad baptismum suum dixit eis. Progenies viperarum quis demonstravit vobis fugere ab ira ventura. facite ergo fructum dignum paenitentiae et nolite praeferre vos dicentes quia Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis quia potens est Deus ex lapidibus istis suscitare filios Abrahae. Jam enim securis ad radices arborum posita est. Omnis ergo arbor. quæ non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in paenitentiam. qui autem post me venit fortior me est. cujus non sum dignus calciamenta portare. ipse vos baptizabit in Spiritu sancto et igni : habens ventilabrum in manu sua. et purgabit aream suam. et congregavit trit [c] icum

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Habuit vestimentum suum
[2] Exiebant ad eum ex Hierosolymis, et omnes qui morabantur circa Iordanem, confitentes peccata sua ; et baptizabantur ab illo in
[3] Johannes
[4] Et nolite praeferre vos, dicentes
[5] Radices
[6] Venit
[7] Habens ventilabrum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Abrasa est littera *a*.
[b] Abrasa *m*.
[c] Abrasa altera litterat.

(†) Hinc, usque ad verba illa, καταβαίνον ὡσεί, etc., vers. 16, in cod. Cant. recentiori manu desc[r]

CODEX VERCELLENSIS.

in horreo, paleas autem comburet igni inextinguibili.
13. Tunc venit Jesus a Galilaea in Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur
14. ab eo ; et prohibebat eum Johannis, dicens : Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me ?
15. Respondens autem Jesus, dixit illi : sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. Et cum baptizaretur, lumen ingens circumfulsit de aqua ; itaut timerent omnes qui ad-
16. venerant. Et baptizato Jesu, confestim ascendit de aqua, et ecce aperti sunt ei caeli : et vidit Spiritum Dei descendentem (*a*) de Caelo † sicut columbam venientem in
17. ipsum. Et ecce vox de caelis dicens (*b*) ad eum : † Tu es Filius meus dilectus, in quo . . ene com . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CAPUT IV.

1. Tunc Jesus ductus est in deserto ab Spiritu, ut temptaretur a diabulo.
2. Et cum jejunasset XL. diebus, et XL. noctibus,
3. postea esuriit. Et accessit ad eum temptator, et dixit illi : Si filius Dei es, dic ut lapides isti fiant
4. panes. Ad ille respondens dixit : Scriptum . . . Non in . . lo pane, vibet homo, sed in omni
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERONENSIS.

in horreo suo, paleas autem comburet igni inextinguibili:
13. Tunc venit Jesus a Galilæa ad Johannen, ut baptizaretur
14. ab eo in Jordanen . . . . eum Johannes, dicens : Ego a te debeo
15. baptizari, et tu venisti ad me? Respondens autem Jesus, dixit ei : sine modo : sic enim oportet nos implere omnem justitiam.
16. Tunc dimisit eum. Et baptizato Jesu, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei caeli : et vidit spiritum Dei descendentem (*a*) de Caelo † sicut columbam venientem in ipsum. Et ecce vox de caelo dicens (*b*) ad eum : † Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui.

CAPUT IV.

1. Tunc Jesus ductus est in Desertum ab Spiritu, ut temptaretur a Diabulo.
2. Et cum jejunasset XL. diebus, et XL. noctibus, postea esuriit.
3. Et accessit ad eum temptator, et dixit illi : Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.
4. Cui respondens, dixit Jesus : Scriptum est : Non in pane tantum vivet homo, . . . verbo (*c*) Dei. †
5. Tunc adsum-

CODEX CORBEIENSIS.

in horreum suum, paleas autem comburet igni inexstinguibili. Tunc venit Jesus a Galilaea in Jordanem ad Johannem, ut baptizaretur ab eo. [1] Johannes autem prohibebat eum, dicens : Ego a te debeo baptizari, et tu venis ad me? Respondens autem Jesus, dixit ei : Sine modo : sic enim decet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. [2] Baptizatus autem Jesus, confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei coeli : et vidit Spiritum Dei descendentem [3] sicut columbam, et venientem super se. Et ecce vox de coelis [4] dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo [5] mihi complacui.

III. Tunc Jesus ductus est in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et quum jejunasset quadraginta diebus, et quadraginta noctibus, postea esuriit. Et [6] accedens tentator dixit ei : Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant. [7] Qui respondens dixit : Scriptum est : Non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo, quod procedit de ore Dei. Tunc assumsit

CODEX BRIXIANUS.

suum in horreum paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc venit Jesus a Galilea ad Jordanem ad Johannem. ut baptizaretur ab eo. Johannes autem prohibebat eum dicens Ego opus habeo a te baptizari et tu venis ad me. Respondens autem Jesus dixit ei Sine modo. sic enim oportet nos implere omnem justitiam. Tunc dimisit eum. Et baptizatus Jesus. confestim ascendit de aqua. Et ecce aperti sunt ei caeli. et vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam et venientem super eum. Et ecce vox de caelis dicens hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui ipsum audite. Tunc Jesus ductus est in Deserto ab Spiritu ut temtaretur a Diabolo.

Et cum jejunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus. postea esuriit.

Et accedens ad eum temtator dixit. Si filius Dei es. dic ut lapides isti panes fiant. Cui respondens Jesus dixit. Scriptum est. Non in pane solo vivet homo sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc adsum-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Et prohibebat eum Johannes, dicens
[2] Et cum baptizaretur Jesus, lumen magnum fulgebat de aqua; ita ut timerent omnes qui congregati erant. Et baptizato Jesu, confestim, etc. [a]
[3] De cœlo... venientem in ipsum
[4] Ad eum dicens
[5] In quo bene placui, ipsum audite [b]
[6] Accessit ad eum tentator, et dixit
[7] Cui respondens Jesus dixit... in pane tantum... in omni verbo Dei.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Unde sumserit Interpres Latinus hujusmodi verba vix nobis conjicere licet : quia in Græcis, quæ prima sunt, non habentur. Codex ms. San-Germanensis retinet solus additamentum isthoc, at, ni fallat nos opinio, hoc ipsum legisse videtur presbyter Juvencus. Libro enim priori Evangelicæ Historiæ sic habet :

Hæc memorans, vitreas penetrabat fluminis undas,
Surgenti manifesta Dei praesentia claret, etc.

Illa claritas, idem credi potest quod lumen magnum fulgens in aqua, dum Jesus baptizaretur, juxta codicem nostrum ms.

[b] Hilarius, lib. IX de Trinit., num. 20: *Hic est Filius meus dilectus in quo bene placui, hunc audite.* Ita eum legisse fidem facit ms. Colbertinus. Cyprianus autem, *in quo bene sensi, ipsum audite.*

(*a*) Addunt de *coelo ;* et ita cod. Cant., ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. (*b*) Addunt ad *eum*, cum cod. Cant. πρὸς αὐτόν.
(*c*) Deest, *quod procedit de ore*, ita et in cod. Cant. Gr. et Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

5. in sanctam civitatem, et statuit eum supra pinnam templi, et ait illi: 6. Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia angelis suis mandavit, ut custodiant te, et in manibus tollant te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 7. Ait illi iterum Jesus: Scriptum est: Non temptabis Dominum Deum tuum. 8. Iterum adsumpsit eum Diabolus in montem excelsum valde: et ostendit ei omnia regna Mundi, et gloriam eorum, 9. et dixit illi: Haec omnia tibi dabo, si procidens adoraveris me. 10. Tunc ait illi Jesus: vade retro Satanas: Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies. 11. Tunc... liquit eum.... et. . . . . et ministrabant ei. 12. Cum audisset autem Jesus quod Johannes traditus est, secessit in 13. Galilaeam: et relicta civitate Nazareth, venit, et habitavit in Capharnaum maritima, in finibus Zabul... 14. et Nepthalim: ut impleretur quod dictu... rat per Es.... Prophetam: 13. Terra Za.... . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

lucem (*a*) viderunt † magnam : et (*b*) qui sedebant † in umbra mortis, lux orta est illis.
17. Exinde coepit Jesus praedicare, et dicere : Penitentiam agite : adpropinquavit enim regnum Caelorum.
18. Cum transiret autem Jesus secus mare Gali . . ae, vidit du . . . . . dream fratrem ejus mittentes retiam in mare, erant enim piscatores.
19. Et ait illis Jesus : Venite post me, et faciam vos fieri piscatores homi-
20. num. Ad illi continuo, relictis retiis suis, secuti sunt eum.
21. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebaedei, et Johannem fratrem ejus in navi cum Zeba . . . eo patre suo, reficientes retias suas : et vocavit
22. illos. Ad illi, relicta nave, et patre, secuti sunt eum.
23. Et circuibat Jesus totam Galilaeam, docens in Synagogis eorum, et praedicans Evangelium Regni : et curans omnem languorem, et omnem infirmitatem in plebe.
24. Et abiit opinio ejus in totam Syriam, e . . . ptulerunt . . . . . nes . . . . . tes variis languoribus, tormentis adpraehensos, et qui Demonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et (*d*) omnes † curavit :
25. et sequebantur

CODEX VERONENSIS.

lucem (*a*) viderunt † magnam : (*b*) qui sedebant † in regione umbrae mortis, lux orta est eis.
17. Exinde coepit Jesus praedicare, et dicere : Paenitentiam agite, adpropinquavit enim regnum caelorum.
18. Cum transiret autem (*c*) secundum mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui dicitur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes retiam in mari, erant enim piscatores,
et ait illis :
19. Venite post me, et faciam vos fieri piscatores homi-
20. num. Ad illi continuo relictis retiis suis, secuti sunt eum.
21. Et praecedens inde, vidit alios duos fratres Jacobum Zebedaei, et Johannen fratrem ejus, in navicula cum Zebedaeo patre ipsorum, reficientes retia sua : et vocavit eos.
Illi autem,
22. relictis retiis suis, et patre suo, secuti sunt eum.
23. Et circumibat Jesus totam Galilaeam, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni : et sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in . . . . . .
24. . . . . opinio ejus in totam Syriam, et optulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, et tormentis conpraehensos, et qui daemonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et
25. (*d*) omnes † curavit : et sequebantur

CODEX CORBEIENSIS.

lucem vidit [1] magnam : et sedentibus in regione et umbra mortis, lux orta est eis. Exinde coepit Jesus praedicare, et dicere : Poenitentiam agite : appropinquavit enim regnum Coelorum.

[2] Ambulans autem juxta mare Galilaeae, vidit duos fratres, Simonem, qui vocatur Petrus, et Andream fratrem ejus, mittentes retia in mare, erant enim piscatores, et ait illis : Venite post me, et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus [3] secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Jacobum Zebedaei, et Johannem fratrem ejus, in navi cum Zebedaeo patre eorum, reficientes retia sua : et vocavit eos. Illi autem statim relictis [4] retibus et patre, secuti sunt eum. Et circuibat Jesus totam Galilaeam, docens in Synagogis eorum, et praedicans Evangelium Regni : et [5] sanans omnem languorem, et omnem infirmitatem in populo. Et abiit [6] opinio ejus in totam Syriam, et obtulerunt ei omnes male habentes, variis languoribus, et tormentis comprehensos, et qui Demonia habebant, et lunaticos, et paralyticos, et [7] curavit eos : et secutae sunt

CODEX BRIXIANUS.

lucem vidit magnam. et (*b*) qui sedebant. † in regione et umbra mortis. lux orta est illis. Exinde coepit Jesus praedicare et dicere paenitentiam agite adpropinquavit enim regnum Caelorum. Cum autem transiret (*c*) juxta mare [a] Galileae vidit duos fratres. Simonem qui vocatur Petrus. et Andream fratrem ejus mittentes retia [b] in mare. erant enim piscatores. et ait illis. Venite post me. et faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum.

Et procedens inde vidit alios duos fratres Jacobum Zebedei et Johannem fratrem ejus in navi. cum Zebedeo patre eorum componentes retia sua et vocavit eos. Illi autem statim relicta navicula et patre suo : secuti sunt eum. Et circuibat Jesus totam Galileam. docens in synagogis eorum. et praedicans evangelium regni. et sanans omnem languorem et omnem infirmitatem in populo.

Et abiit opinio ejus in totam Syriam. et optulerunt ei omnes male habentes variis languoribus et tormentis coupr [c] ehensos et qui daemonia habebant. et lunaticos. et paralyticos. et curavit eos. et secutae sunt

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] viderunt magnam. Qui sedebat in regione umbrae mortis
[2] Cum transiret autem
[3] suis
[4] retiis suis et patre suo
[5] curans
[6] fama
[7] omnes curavit. Et sequebantur

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Extrita est *m* finalis, quæ adhuc apparet.
[b] Hic pariter extrita est *m* finalis.
[c] Extrita est *a* apparente vestigio.

(*a*) Ita et cod. Cant. εἶδον.— (*b*) Ita et cod. Cant. (*καὶ*) *οἱ καθήμενοι.* — (*c*) Deest *Jesus* etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et cod. Cant. *πάντας.*

CODEX VERCELLENSIS.

eum turbae multae a Galilaea, et a Decapoli, et ab Hierosolymis, et a Judaea, trans Jordanen.

CAPUT V.

1. Videns autem Jesus turbam, ascendit, in montem, et cum sedisset, ... esserunt ad e ... . s,
2. et aperuit os suum, et docebat eos, dicens:
3. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum.
4. Beati mites: quoniam ipsi hereditate possidebunt terram.
5. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
6. Beati, qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi satu-
rabuntur.
7. Beati .... sen-
c . . . . .
. . . . . .
rebitur Deus.
8. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.
9. Beati paci ....
quoniam filii Dei vocabuntur.
10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11. Beati estis cum vos (*b*) maledicent, et persequentur, et dicent † omne
. . . . .
. . . . .
. . . . .
12. (*c*) justitiam: † gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est (*d*) in caelo. † Sic enim persecuti sunt prophetas, qui

CODEX VERONENSIS.

eum turbae multae. . . . . a Decapoli, et ab Hierosolymis, et a Judaea, et trans Jordanen.

CAPUT V.

1. Videns autem turbam multam, ascendit in montem, et cum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus,
2. Et aperuit os suum, et docebat eos, dicens:
3. Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum caelorum.
4. (*a*) Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur.
5. Beati mites: quoniam ipsi possidebunt terram. †
6. Beati, qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi satu-
rabuntur.
7. Beati misericordes, quia ipsis miserebitur Deus.
8. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt.
9. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur.
10. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum caelorum.
11. Beati eritis cum vos maledi-
. . . . . (*b*)
quent. . . . .
. . . . . .
cent † omne malum adversum vos (*c*) propter
12. justitiam: † gaudete, et exultate, quoniam merces vestra copiosa est (*d*) in caelo. † Sic enim persecuti sunt
et prophetas eos, qui

CODEX CORBEIENSIS.

eum turbae multae de Galilaea, et [1] Decapoli, et de Hierosolymis, et de Judaea, et de trans Jordanem.

IIII. Videns autem Jesus turbas, ascendit in montem, et quum sedisset, accesserunt ad eum discipuli ejus, et [2] aperiens os suum docebat eos, dicens: Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum coelorum. Beati [3] mites: quoniam ipsi possidebunt terram. Beati, qui lugent: quoniam ipsi consolabuntur. Beati, qui esuriunt et sitiunt justitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes; quoniam [4] ipsi misericordiam consequentur. Beati [5] mundi corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filii Dei vocabuntur. Beati, qui persecutionem patiuntur propter justitiam: quoniam ipsorum est regnum coelorum. Beati estis quum [6] maledixerint vobis, et persequuti vos fuerint, et dixerint omne malum adversum vos mentientes, propter me: gaudete, et exsultate, quoniam merces vestra copiosa est in coelis. Sic enim persequuti sunt prophetas, qui [7] fue-

CODEX BRIXIANUS.

eum turbae multae. a Galilea et Decapoli. et ab Hierosolymis. et a Judaea. et de trans Jordanen. Videns autem turbas ascendit in montem. et cum sedisset. accesserunt ad eum discipuli ejus. et aperiens os suum docebat eos dicens. Beati pauperes spiritu. quoniam ipsorum est regnum caelorum. (*a*) Beati qui lugunt quoniam ipsi consolabuntur. Beati mansueti quoniam ipsi hereditabunt terram. † Beati qui esuriunt et sitiunt justitiam quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes quoniam ipsi miseri [b] cordiam consequentur. Beati mundi corde quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici quoniam ipsi filii Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam quoniam ipsorum est regnum caelorum.

Beati eritis. cum exprobraverint vos. et persequentur. et dixerint omne malum adversum vos mentientes propter me. gaudete et exultate. quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Sic enim persecuti sunt prophetas.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Decapoli, et ab Hier... et a Judaea, et trans Jordanem
[2] aperuit
[3] mansueti
[4] ipsis miserebitur Deus [a]
[5] mundo
[6] vos odio habuerint homines, maledicent et persequentur, et dicent omne malum adversum vos propter justitiam
[7] erant ante vos. Nolite gaudere cum benedixerint vos omnes homines; sic enim faciebant Pseudoprophetis patres eorum. Vos, etc. [c]

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Concordant Hilarius et Leo Magnus, qui legunt, *quoniam ipsis miserebitur Deus*; sic quoque Juvencus presbyter in sua Hist. Evangel.

[b] . . . Extritæ sunt illæ tres litteræ, *cor*.

[c] Assumentum istud ms. cod. San-German. huc translatum fuit e Lucæ capite sexto, versu 26; consule locum.

(*a*) Quartus et quintus versus in cod. Cant. Gr. et Lat. et in textu Græco transponuntur, ut in codd. Veron. et Brixiano.— (*b*) Ista. . . . *quent*, ... *cent*, ita supplendo sunt, *maledicent*, *persequentur*, *dicent*, juxta cod. Cantabrigiensem, qui legit, διώξουσιν. . . . . ἀνειδίσουσιν. Cod. Brixianus, *persequentur*.—(*c*) Ita et cod. Cant. ἕνεκεν δικαιοσύνης. qui pariter omittit *mentientes*. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἐν τῷ οὐρανῷ

CODEX VERCELLENSIS.

erant ante vos.
13. Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, quo sallietur? ad nihilum valet (*a*), nisi ut mittatur foras : et conculcetur ab hominibus.
14. Vos estis lux hujus mundi. Non potest civitas abscondi supra montem
15. sita. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modium, sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo
16. sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et magnificent patrem vestrum, qui est in caelis.
17. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas : non veni solvere, sed adimple-
18. re. Amen dico vobis, donec transeat caelum et terra, jota unum, vel unus apex non praeteribit a lege, donec omnia
19. fiant. Qui enim solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum :
20. Dico autem vobis, nisi abundaberit justitia vestra plus quam Scribarum, et Phariseorum, non intrabitis in regno caelorum.
21. Audistis quia dictum est ab antiquis : Non occides : qui autem occiderit, reus erit judicio.
22. Ego autem dico vobis : quod omnes, qui irascitur fratri

CODEX VERONENSIS.

fuerant ante vos,
patres eorum.
13. Vos estis sal. . . .
evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet (*a*), nisi ut mittatur foris : et conculcetur ab hominibus.
14. Vos estis lux hujus mundi. Non potest civitas supra montem posita abscondi. Neque accendunt
15. lucernam, et ponunt eam sub modio, sed supra candelabrum, ut lu-
16. ceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona, et magnificent patrem vestrum, qui est in caelis.
17. Nolite putare quia veni solvere legem, aut prophetas : non veni solvere, sed adimplere.
18. Amen dico vobis, donec transeat caelum et terra, jota unum, vel unus apex non praeteribit a lege, donec omnia fiant.
19. Qui enim solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno caelorum :
20. Dico autem vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum, et Pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum.
21. Audistis quia dictum est antiquis : Non occides, qui autem occiderit, reus erit judicio.
22. Ego autem dico vobis : quod omnis qui irascitur fratri

CODEX CORBEIENSIS.

funt ante vos. Vos estis sal terrae. Quod si sal evanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet ultra [1], nisi ut mittatur foras : et conculcetur ab hominibus. Vos estis lux [2] mundi. Non potest civitas abscondi supra montem posita. Neque accendunt lucernam, et ponunt eam sub modio; sed super candelabrum, ut luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant vestra bona opera, et [3] glorificent patrem vestrum, qui in coelis est. Nolite putare quoniam veni solvere legem, aut prophetas : non veni solvere, sed adimplere. Amen dico vobis, donec transeat coelum et terra, jota unum, aut unus apex non praeteribit a lege, donec [4] omnia fiant. Qui ergo solverit unum de mandatis istis minimis, et docuerit sic homines, minimus vocabitur in regno coelorum : qui autem fecerit et docuerit, [5] hic magnus vocabitur in regno coelorum. Dico enim vobis, quia nisi abundaverit justitia vestra plus quam Scribarum, et Phariseorum, non intrabitis in regnum coelorum. Audistis quia dictum est [6] antiquis : Non occides : qui autem occiderit, reus erit judicio. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui irascitur fratri

CODEX BRIXIANUS.

qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ Si autem sal fatuum fuerit in quo salietur. ad nihilum valebit ultra nisi ut mittatur foras et conculcetur ab hominibus.

Vos estis lux mundi Non potest civitas abscondi supra montem constituta. Neque accendunt lucernam et ponunt eam sub modio. sed super candelabrum. ut luceat omnibus qui in domo sunt.

Sic luceat lux vestra coram hominibus. ut videant opera vestra bona. et glorificent patrem vestrum qui in caelis est. Nolite putare. quoniam veni solvere legem aut prophetas. non veni solvere sed adimplere. Amen dico vobis. donec transeat caelum et terra. jota unum vel unus apex. non praeteribit a lege. donec omnia fiant. Qui enim solverit unum de mandatis istis minimis et docuerit sic homines minimus vocabitur in regno caelorum. qui autem fecerit. et ita docuerit. hic magnus vocabitur. in regno caelorum. Dico enim vobis. quia nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum et Pharisaeorum non intrabitis in regno caelorum. Audistis quia dictum est antiquis. Non occides qui autem occiderit. reus erit judicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui irascitur fratri

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] valet, nisi
[2] hujus
[3] magnificent
[4] haec
[5] sic, magnus
[6] est : Non

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *valet*, deest *ultra* : et ita in Cant., Gr. et Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

suo sine causa, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha : reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatue : reus erit gehennae ig- 23. nis. Si ergo offeres munus tuum ad altare, et ibi rememoratus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum 24. te : relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliare fratri tuo : et tunc veniens offers munus tuum. 25. Esto consentiens adversario tuo cito dum es cum illo in via : ne forte tradat te advet- sarius judici, et judex tradat te ministro : et in carcerem mittaris.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. 27. tem. Audistis quia dictum est (*a*) : Non moe- 28. caveris. E. o autem d. . . . . vobis : qu . . . . . n. . . . . is, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moe- catus est eam in corde suo. 29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et proice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum eat in gehennam. 30. . . . dextera man. . . . tua sca. . . d . . . át te, ... eam, et pro- . . . . s te : . . dit. . . . . ut pereat unum membrorum

CODEX VERONENSIS.

suo sine causa, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo, racha : reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatuae : reus erit gehennae ignis. 23. Si ergo offeres munus tuum ad altare, et ibi rememoratus fueris quia frater tuus habet ali- 24. quid adversum te : relinque ibi munus tuum ante altare, et vade, prius reconciliare fratri tuo : et tunc veniens offers munus tuum. 25. Esto consentiens adversario tuo cito cum es cum illo in via : ne forte tradat te adversarius judici, et judex tradat te ministro : et in carcerem mittaris.

26. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas usque ad nobissimum quadrantem. 27. Audistis quia dictum est (*a*) : Non moecha- 28. beris. Ego autem dico vobis : quoniam omnes, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo. 29. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et proice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum tuorum, quam quod corpus tuum totum eat in gehennam. 30. Et si dextera manus tua scandalizat te, absido eam, et proice abs te : expedit enim tibi ut pereat unum membrorum

CODEX CORBEIENSIS.

suo [a] sine causa, reus erit judicio. Qui autem dixerit fratri suo : racha : reus erit concilio. Qui autem [1] dixerit fratri suo, fatue : reus erit gehennae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid adversum te : relinque ibi munus tuum ante altare, et vade prius reconciliari fratri tuo : et tunc veniens [2] offer munus tuum. Esto consentiens adversario tuo cito dum es in via cum eo : ne forte tradat te adversarius judici, et judex tradat te ministro : et in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde, donec reddas novissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis : non moechaberis. Ego autem dico vobis : quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam moechatus est eam in corde suo. Quod si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, et projice abs te : expedit enim [3] ut pereat unum membrorum tuorum, quam totum corpus tuum [4] mittatur in gehennam. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscide eam, et projice abs te ; expedit [5] tibi ut pereat unum membrorum

CODEX BRIXIANUS.

suo sine causa reus erit judicio. Qui autem dixerit, fratri suo rac [b] a. reus erit concilio. Qui autem dixerit fatue. reus erit gehennae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare. et ibi recordatus fueris. quia frater tuus habet aliquid adversum te. relinque ibi munus tuum ante altare [c] et vade prius reconciliare fratri tuo. et tunc veniens offers [d] munus tuum. Esto consentiens adversario tuo cito. dum es in via cum illo. ne forte tradat te adversarius judici [e] et judex tradat te ministro. et in carcerem mittaris. Amen dico tibi non exies inde donec reddas nobissimum quadrantem.

Audistis quia dictum est (*a*) Non moecaveris. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam jam moecatus est eam in corde suo.

Quod si oculus tuus dexter scandalizat te erue eum et proice abs te. expedit enim tibi. ut pereat unum membrorum tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Et si dextera manus tua. scandalizat te. abscide eam et proice abs te. expedit enim tibi ut pereat unum membrorum

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] dixerit. fatue
[2] offeres
[3] tibi
[4] eat
[5] enim

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Eodem modo legunt omnes Latini Patres antiquiores, Cyprian. Testimon. lib. III, num. 8, p. 64; Hilarius, in Comment. in Matthæum; Augustinus de Sermone Domini in monte lib. I, cap. 9; Hieronymus denique lib. II adversus Pelagian. et lib. I Comment. in Matthæum, ubi docet duo hæc verba, *sine causa*, radenda esse et obliteranda in textu Evangelico.

[b] Hic apparet manifeste abrasa aspirata *h*.

[c] expuncta est *m* finalis, quae apparet.

[d] Extrita est *s* finalis.

[e] Extrita est altera *i*.

(*a*) Post *dictum est*, deest *antiquis*. Et ita in cod. Cant. et Gothico.

CODEX VERCELLENSIS.

tuorum, quam totum corpus tuum (*a*) eat † in gehennam.
31. Dictum est autem : quicumque dimiserit uxorem suam, det illi repudi-
32. um. Ego autem dico vobis, (*b*) Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam moeca-
33. ri. (*c*) Iterum audistis quia dictum est ab an- . . . . : Non . . . . . abis : reddes autem Domino juramen-
34. ta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, nequae per caelum, quia trhonus
35. Dei est : neque per terram, quia scabellum est pedum ejus : nequae per Hierosolymam, quia civitas est ma . . . re-
36. gis : neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.
37. Sit autem sermo vester, est, est : non, non : quod autem amplius est, a malo est.
38. Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, (*d*) dentem pro
39. dentem. Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillam, praeve illi et sinis-
40. . . . am : Et qui . . . . lt te . . . . dicio . . . . . d . . . . . , ... remitte ei et
41. palleum : et qui te angeariaverit mille passus, vade cum illo (*e*) adhuc † alia duo.
42. Omni petenti te, tribue : et volenti mutuari a te, ne averteris te.
43. Audistis quia

CODEX VERONENSIS.

tuorum, quam totum corpus tuum (*a*) eat † in gehennam.
31. Dictum est autem : quicumque dimiserit uxorem suam, det illi repu-
32. dium. Ego autem dico vobis, (*b*) Quicumque dimiserit uxorem suam, excepta causa fornicationis, facit eam moechari (*c*).
33. Iterum audistis quia dictum est antiquis : Non perjurabis : reddes autem Domino juramen-
34. ta tua. Ego autem dico vobis, non non jurare omnino, neque per caelum, quia.
35. thronus Dei est : neque per terram, quia scabillum est pedum ejus : neque per
36. Hierosolymam, quia civitas est magni regis : neque per caput tuum juraberis, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum.
37. Sit autem sermo vester, est, est : et non, non : quod autem abundantius est, a malo est.
38. Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, (*d*) dentem pro
39. dentem. Ego autem dico vobis, non resistere malo; Sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, praebe illi et sinistram : Et ei,
40. qui vult tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere desiderat, dimitte ei et pallium :
41. Et quicumque te angariaverit mille passus, vade cum illo (*e*) adhuc † alia duo.
42. Omni petenti te, da ei : et volenti mutuari a te, ne averteris te.
43. Audistis quia

CODEX CORBEIENSIS.

tuorum, quam [1] totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem : quiquumque dimiserit uxorem suam, det illi [2] libellum repudii. Ego autem dico vobis : Quia omnis, qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis caussa, facit eam moechari : et qui dimissam duxerit, [3] adulterat. Iterum audistis quia dictum est antiquis : Non [4] perjurabis : reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis, non jurare omnino, neque per coelum, quia thronus Dei est : neque per terram, quia scabellum est pedum ejus : neque per Hierosolymam, quia civitas est magni regis : neque per caput tuum juraveris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum. Sit autem sermo vester, est, est : [5] non, non : quod autem his abundantius est, a malo est. Audistis quia dictum est : Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo; sed si quis te percusserit in [6] dextera maxilla tua, praebe illi et alteram : Et ei, qui vult tecum judicio contendere, et tunicam tuam tollere, dimitte ei et pallium : et quiquumque te angariaverit mille passus, vade cum illo [7] alia duo. Qui petit a te, da ei : et volenti a te mutuari, ne [8] avertaris. Audistis quia

CODEX BRIXIANUS.

tuorum quam totum corpus tuum mittatur in gehennam. Dictum est autem. Quicumque dimiserit. uxorem suam. det ei libellum repudii. Ego autem dico vobis Quia omnis qui dimiserit uxorem suam. excepta fornicationis causa. facit eam moechari. et qui dimissam duxerit moechatur. Iterum audistis quia dictum est antiquis Non perjurabis. reddes autem Domino juramenta tua. Ego autem dico vobis non jurare omnino. neque per caelum quia tronus est Dei, neque per terram. quia scabellum est pedum ejus. neque per Hierosolymam quia civitas est magni regis. neque per caput tuum juraberis. quia non potes unum capillum album facere aut nigrum.

Sit autem sermo vester est. est. non. non. quod autem abundantius est horum. a malo est. Audistis quia dictum est. Oculum pro oculo. et dentem pro dente. Ego autem dico vobis. non resistere malo. sed si quis te percusserit in dexteram maxillam praebe illi et alteram. Et ei qui voluerit tecum judicio contendere. et tunicam tuam tollere remitte ei et palleum. et quicumque te angariaverit mille passus vade cum illo duo. Omni petenti te da. et volenti mutuari a te ne avertaris. Audistis quia

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] quod
[2] repudium
[3] moechatur
[4] jurabis : sed reddes Domino
[5] et
[6] in maxillam tuam dexteram, praebe illi et sinistram
[7] adhuc alia duo. Omni qui
[8] avertas te ab eo

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἀπέλθῃ.—(*b*) Post *vobis*, deest *quia*, ut in cod. Cant.—(*c*) Deest, et *qui dimissam duxerit, adulterat*. Et ita in cod. Cant.—(*d*) Ante *dentem*, deest *et*, ut in cod. Cant.—(*e*) Ita et cod. Cant. Lat. et Gr. ἔτι.

CODEX VERCELLENSIS.

dictum est : Diliges proximum tuum, et odies inimicum
44. tuum. Ego autem dico vobis : Diligite. . . nim. . . cos vestros,
b. . . . acite
h. . . . odiunt
vo. . . : et o. . .
(*a*) pro cal. . . .
antibus, et persequentibus vos : †
45. ut sitis filii patris vestri qui est in caelis : qui solem suum oriri jubet super bonos et malos : et pluet super justos et injustos.
46. Si enim diligitis eos qui vos diligunt, quam mercedem habebitis ? nonne et publicani hoc faciunt ?
47. Et si salutatis fratres vestros tantum, quid amplius facitis ? nonne et thnici hoc faciunt ?
48. Estote ergo vos perfecti, sicut Pater vester caelestis perfectus est.

CAPUT VI.

1. Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis aput Patrem vestrum, qui est in cae-
2. lis. Cum ergo facis elemosymam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis, et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, habent mercedem suam.
3. Te autem facientem elemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dex-
4. tera tua : ut sit elemosyna tua in absconso, et pater tuus

CODEX VERONENSIS.

dictum est : Diliges proximum tuum, et odies inimicum tuum.
44. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, bene facite hiis qui odiunt vos : et orate (*a*) pro calumniantibus, et persequentibus vos : †
45. ut sitis filii patris vestri, qui in caelis est : qui solem suum oriri jubet super malos et bonos : et pluit super justos et injustos.
46. Si enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam mercedem habebitis ? nonne et publi-
47. cani hoc faciunt ? Et si salutatis fratres vestros tantum, quid amplius facitis ? nonne et Ethnici hoc fa-
48. ciunt ? Estote ergo et vos perfecti, sicut Pater vester, (*b*) qui in caelis est † perfectus est.

CAPUT VI.

1. Adtendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, et videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis aput Patrem vestrum, qui in caelis
2. est. Cum ergo facies elemosynam noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis, et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, (*c*) perceperunt † merce-
3. dem suam. Te autem facientem elemosynam, nesciat sinistra tua, quod facit dextera tua : ut sit
4. elemosyna tua in absconso, et pater tuus,

CODEX CORBEIENSIS.

dictum est; Diliges proximum tuum, et odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos : et orate pro persequentibus [1], et calumniantibus vobis : ut sitis filii patris vestri qui in caelis est : qui solem suum oriri [2] facit super bonos et malos : et pluit super justos et injustos. Si enim [3] diligatis eos qui vos diligunt, quam mercedem habetis ? nonne et publicani hoc faciunt ? Et si salutaveritis fratres vestros tantum, quid amplius [4] facietis ? nonne et ethnici hoc faciunt ? Estote ergo [5] vos perfecti sicut et Pater vester caelestis perfectus est. Attendite [6] ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, [7] et videamini ab eis : alioquin mercedem non habebitis apud Patrem vestrum, qui in coelis est. Quum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritae faciunt in synagogis, [8] et in vicis, ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis, [9] receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat [10] sinistra tua quid faciat dextera tua : ut sit eleemosyna tua in [11] abscondito, et pater tuus

CODEX BRIXIANUS.

dictum est. Diliges proximum tuum et odies inimicum tuum. Ego autem dico vobis Diligitei nimicosvestros. benedicite maledicentibus vos. benefacite his qui vos odiunt. et orate (*a*) pro calumniantibus vobis et persequentibus vos † ut sitis filii patris vestri qui in caelis est. qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluet super justos et injustos.

Si enim diligatis eos qui vos diligunt. quam mercedem habebitis. nonne et publicani hoc faciunt. Et si salutatis amicos vestros tantum. quid amplius facitis. nonne et gentiles hoc faciunt. Estote ergo vos perfecti sicut Pater vester caelestis perfectus est.

Adtendite ne [a] elemosynam vestram faciatis coram hominibus. ut videamini ab eis. alioquin. mercedem non habebitis. aput Patrem vestrum qui in caelis est.

Cum ergo facis elemosynam noli tuba canere ante te. sicut hypocritae faciunt in synagogis et in plateis ut honorificentur ab hominibus. Amen dico vobis. (*b*) perceperunt † mercedem suam. Te autem faciente elemosynam. nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua, ut sit [b] elemosyna tua in absconso, et pater tuus

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] eis qui vos persecuntur, et calumniantur vobis
[2] jubet
[3] diligitis
[4] facitis? Nonne et gentes haec
[5] et... sicut Pater vester qui in coelis est, perfectus est
[6] autem
[7] ut
[8] et in plateis et in vicis
[9] perceperunt
[10] manus tua sinistra
[11] absconso...

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Extrita est *a*.

[b] Extrita est *a*.

(*a*) Juxta ordinem textus græci, ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων (ὑμᾶς) καὶ διωκόντων ὑμᾶς. — (*b*) Ita et Cant. Lat. juxta textum Græcum, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. — (*c*) Ita et Cant. Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

us, qui videt
in absconso,
reddet tibi in
palam.
5. Cum autem ora-
tis, non eritis
sic. . . . ypocri-
tæ, qu. . . mant
stare in syna-
gogis et in an-
gulis platearum
stantes orare,
ut videantur
ab hominibus:
amen dico vo-
bis, habent mer-
cedem suam.
6. Tu autem cum
oras, intra in
cubiculum tu-
um, et cluso
ostio, ora patrem
tuum in abscon-
so; et pater tuus
qui videt in abs-
conso, reddet
tibi in palam.
7. Orantes autem,
nolite multum
loq. . , sicut eth-
ni. . . Pu . . nt enim
quod. . . multi-
loquio suo au-
diantur.
8. Nolite ergo simi-
liare illis. Scit
enim pater ves-
ter, quid opus
sit vobis, ante
quam petatis
9. ab eo. Sic autem
orabitis illum:
Pater noster,
qui es in caelis:
sanctificetur
nomen tuum.
10. Adveniat reg-
num tuum. Fi-
at voluntas tua
in caelo, et in ter-
11. ram. Panem nos-
trum cottidia-
num. . . nobis
12. hodie. Et remit-
te nobis debi-
ta nostra, sicut et. . . .
13... debitoribus nostris.
Et ne nos inducas
in temptatio-
nem. Sed libe-
ra nos a malo (*a*).
14. Si enim dimise-
ritis homini-
bus peccata eo-
rum: dimittet
vobis Pater ves-
ter qui est in
15. caelis. Sin autem
non remiserit . . .
hominibus:
nec Pater ves-
ter remittet

CODEX VERONENSIS.

qui videt te
in absconso,
reddet tibi in
pala.
5. Et cum ora-
tis, non eritis
sicut hypocritæ,
qui amant
stare in syna-
gogis et an-
gulis platearum
stantes orare,
ut videantur
ab hominibus:
amen dico vo-
bis, perceperunt mer-
cedem suam.
6. Tu autem cum
oras, intra in
cubiculum tuum,
et cluso ostio,
ora patrem
tuum in abscon-
so; et pater tuus
qui videt te
in absconso, reddet
tibi in pala.
7. Orantes autem,
nolite multum
loqui, sicut eth-
nici. Putant enim
quod in multi-
loquium suum
exaudiuntur.
8. Nolite ergo simi-
lare eis. Scit
enim pater ve-
ster, quid vobis
opus sit, ante-
quam petatis
9. ab eo. Sic ergo
orabitis.
Pater noster,
qui es in caelis:
sanctificetur
nomen tuum.
10. Adveniat re-
gnum tuum. Fiat
voluntas tua
in caelo, et in
11. terra. Panem no-
strum cottidia-
num da nobis
12. hodie. Et dimit-
te nobis debita
nostra, sicut et nos
remittimus debitori-
13. bus nostris. Et ne nos
inducas in temptatio-
nem. Sed libe-
ra nos a malo (*a*).
14. Si enim dimise-
ritis homini-
bus peccata eo-
rum: dimittet
vobis et Pater ves-
ter qui est in
15. caelis. Si autem
non remiseritis
hominibus
peccata: nec Pater ve-
ster remittet

CODEX CORBEIENSIS.

qui videt in [1] abscondito, reddet tibi [2]. Et quum oratis, non eritis sicut hypocritæ, qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare, ut videantur ab hominibus: amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem quum orabis, intra in cubiculum tuum, et clauso ostio, ora patrem tuum in absconso; et pater tuus qui videt in absconso, reddet tibi.

V. Orantes autem, nolite multum loqui, sicut ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo [3] exaudiantur. Nolite ergo [4] assimilari eis. Scit enim pater vester, quid vobis opus sit, antequam petatis [5] eum. Sic ergo orabitis [6]: Pater noster, qui es in cœlis: sanctificetur nomen tuum. Veniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra. Panem nostrum [a] cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne inducas nos in tentationem. Sed libera nos a malo. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum: dimittet [7] et vobis Pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater vester dimittet

CODEX BRIXIANUS.

qui videt in absconso. reddet tibi in manifesto. Et cum oratis. non eritis sicut hipocritae qui amant in synagogis et in angulis platearum stantes orare. ut videantur ab hominibus. amen dico vobis quia perceperunt mercedem suam.

[c] Tu autem cum oras intra in cubiculum tuum et claudens ostium tuum ora patrem tuum in absconso. et pater tuus qui videt in absconso reddet tibi in manifesto. Orantes autem. nolite multum loqui sicut ethnici. Putant enim quod in multiloquio suo exaudiuntur. Nolite ergo similare eis. Scit enim pater vester quid opus sit vobis antequam petatis eum.

Sic ergo vos orabitis. Pater noster qui es in caelis. sanctificetur nomen tuum. Adveniat regnum tuum. Fiat voluntas tua sicut in caelo et in terram Panem nostrum cotidianum da nobis hodie. Et demitte nobis debita nostra. sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in temptationem. Sed libera nos a malo (*a*). quoniam tuum est regnum. et virtus. et gloria in saecula. Amen. Si enim dimiseritis hominibus peccata eorum. dimittet vobis et Pater vester qui in caelis est. Si autem non dimiseritis hominibus peccata eorum, nec pater dimittet

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] absconso
[2] in palam. Orantes autem nolite multum loqui [b]
[3] in multiloquio exaudiantur
[4] similare eis
[5] ab eo
[6] eum
[7] dimittit vobis et Pater vester qui in coelis est.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Vulgatam hanc lectionem apud Cyprian., Ambros., Augustin. et alios; mutavit Hieronymus in *supersubstantialem*; sed verbum *quotidianum*, semper retinuit Ecclesia in Oratione Dominica.

[b] Cyprianus, *reddet tibi palam*. Propius ad Græcum ἐν τῷ φανερῷ accedit ms. noster San-Germanensis. De hac voce, *palam*, consule Augustinum lib. II de Serm. Domini in monte; et Th. Mareschalli observationes in Versionem Gothicam.

[c] Deficit in Codice hæc pericope.

(*a*) Deest *Amen*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

vobis peccata vestra.
16. Cum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, (*q*) habent mercedem suam.
17. Vos . . . tem, cum jejunatis, unguite caput vestrum, et faciem vestram
18. labate, ne pareatis hominibus jejunantes, sed patri vestro, qui est in absconso : et Pater vester, qui videt in absconso, reddet vobis in palam.
19. Nolite thensau- . . . re vobis thensauros in terra : ubi erugo, et tinea exterminat : et ubi fures effodiunt, et furan-
20. tur. (*b*) Thensaurizate autem vobis thensauros in caelis : ubi neque erugo, neque tinea exterminat; et ubi fures non effodiunt, et
21. furantur. Ubi enim est thensaurum tuum, ibi (*c*) erit † et cor tuum.
22. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si oculus tuus simplex est : totum corpus tuum lucidum est.
23. Si autem oculus tuus nequam est ; totum corpus tuum tenebrosum est. Tenebrae tuae quantae sunt ?
24. Nemo potest duobus dominis servire : aut enim unum odiet, et alterum amabit : aut unum patietur, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire

CODEX VERONENSIS.

vobis peccata vestra.
16. Cum autem jejunatis, nolite fierit sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, ut appareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, (*a*) habent mercedem suam.
17. Vos autem, cum jejunatis, unguite caput vestrum, et faciem vestram
18. lavate, ne pareatis hominibus jejunantes, sed patri vestro, qui est in absconso : et Pater vester, qui videt in absconso, reddet vobis in palam.
19. Nolite vobis thensaurizare thensauros in terra : ubi erugo, et tinea exterminat : et ubi fures effodiunt, et furantur (*b*)
20. Thensaurizate autem vobis thensauros in caelo : ubi neque erugo, neque tinea exterminat ; et ubi fures non effodiunt, et
21. furantur. Ubi enim fuerit thensaurus tuus, ibi (*c*) erit † et cor tuum.
22. Lucerna corporis tui est oculus tuus.
23. Si enim oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequa fuerit : totum corpus tuum tenebrosum est. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt : ipse tenebrae quantae sunt?
24. Nemo potest duobus dominis servire : aut unum odiet, et alterum amavit : aut unum pati erum, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire,

CODEX CORBEIENSIS.

vobis peccata vestra. Quum autem jejunatis, nolite fieri sicut hypocritae tristes. Exterminant enim facies suas, ut pareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. [1] Tu autem, quum jejunas, unge caput tuum, et faciem tuum lava, ne videaris hominibus jejunans, sed patri tuo, qui est in absconso : et Pater [2] tuus, qui videt in absconso, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra : ubi aerugo, et tinea [3] exterminat : et ubi fures effodiunt, et furantur. Thesaurizate autem vobis [4] thesaurum in coelo : ubi neque aerugo, neque tinea exterminat; et ubi fures non effodiunt, [5] nec furantur. Ubi enim [6] est thesaurus tuus, ibi [7] est et cor tuum. Lucerna corporis tui est oculus tuus. Si [8] fuerit oculus tuus simplex : totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequa fuerit : totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen, quod in te est, tenebrae sunt : ipsae tenebrae quantae [9] erunt ? Nemo potest duobus dominis servire : aut enim unum [10] odio habet, et alterum diligit : aut [11] unum sustinebit, et alterum contemnet. Non potestis Deo servire

CODEX BRIXIANUS.

vobis peccata vestra. Cum autem jejunatis nolite fieri sicut hypocritae tristes Exterminant enim facies suas ut pareant hominibus jejunantes. Amen dico vobis. (*a*) perceperunt mercedem suam. Tu autem jejunans ungue caput tuum. et faciem tuam lava. ut non videaris homiuibus jejunans sed patri tuo qui est in absconso.

Et Pater tuus qui videt in absconso. reddet tibi. Nolite thensaurizare vobis thensauros super terram ubi tinea et erugo exterminant et ubi fures effodiunt et furantur (*b*).

Thensaurizate autem vobis thensauros in caelo. ubi neque tinea neque erugo exterminant. et ubi fures non effodiunt effurantur. Ubi enim fuerit thensaurus vester. illic (*c*) erit † et cor vestrum.

Lucerna corporis est oculus. Si ergo fuerit oculus tuus simplex. totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus nequam fuerit. totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est. tenebrae sunt. ipse tenebrae quantae sunt.

Nemo potest duobus dominis servire. aut enim unum odiet. et alterum diliget. aut uno obediet. et alterum contemnit. Non potestis Deo servire

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Vos autem cum jejunatis, ungite capita vestra, et faciem vestram lavate, ut non videamini hominibus jejunantes, sed Patri vestro, qui, etc.
[2] vester... vobis in palam
[3] exterminant
[4] thesauros
[5] et
[6] fuerit
[7] erit
[8] Si ergo oculus tuus simplex fuerit
[9] sunt
[10] odiet... diliget
[11] aut enim unum patietur

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *habent*, deest *quia*. Et ita in cod. Cant. — (*b*) Hinc usque ad vers. 27 cap. VIII omnia desunt in cod. Cant. Gr. teste Millio in append.— (*c*) Ita textus Græcus, ἔσται

CODEX VERCELLENSIS.

et Mamonae.
25. Ideo dico vobis, ne cogitetis in corde vestro quid manducetis, neque corpori vestro quid induatis. Nonne anima plus est quam esca : et corpus quam vestimentum ?
26. Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horreis : et pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis ?
27. Qui enim potest adicere ad istaturam suam cubitum
28. unum ? Et de vestimento sol. . . citi estis ? Considerate lilia agri quomodo crescunt : non l . . borant, n. . . . eunt . . . tem
29. dico . . vobis, quia nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unus ex istis.
30. Quod si faenum agri, quod hodie est, et cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit : quanto magis vos modicae fidei ?
31. Nolite ergo sol- . . citi esse, dic . . . . : Quid . . . . . ocabimus, aut quid bebimus, aut quo operie-
32. mur ? hec c . . . gente . . . . . irunt . . . . . pater vester, quod horum omnium indigetis.
33. Quaerite ergo primum regnum Dei, et justitiam ejus : et omnia haec praesta sunt vobis.
34. Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollici . . . erit s . . . . .

CODEX VERONENSIS.

et Mamonae.
25. Ideo dico vobis, ne cogitetis in corde vestro quid manducetis, neque corpori quid induatis. Nonne anima plus est quam esca : et corpus plus est quam vestimentum ?
26. Respicite volatilia caeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congraegant in horreis : et pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis plures estis illis ?
27. Quis autem potest vestrum adicere ad staturam suam cubitum unum ?
28. Et de vestimento solliciti estis ? Considerate lilia agri quomodo crescunt : non laborant, neque neunt.
29. Dico autem vobis, quoniam nec Solomon in omni gloria sua ita coopertus est, sicut unum ex istis.
30. Si enim faenum agri, quod hodie est, et cras in ignem mittitur, Deus sic vestit : quanto magis vos modicae fidei ?
31. Nolite ergo solliciti esse, dicentes : Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut (*a*) quid † operiemur ?
32. hæc enim gentes inquirunt. Scit autem pater vester, quoniam horum omnium indi-
33. getis. Quaerite ergo regnum Dei, et justitiam ejus : et haec omnia praestabuntur
34. vobis. Nolite solliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies sollicitus erit sibi ipse.

CODEX CORBEIENSIS.

et Mammonæ. Ideo dico vobis, ne [1] soliciti sitis animae vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid induamini. Nonne anima [2] plus est quam esca : et corpus [3] quam vestimentum? Respicite volatilia coeli, quoniam non serunt, neque metunt, neque congregant in horrea : et pater vester coelestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis [4] ? Quis autem vestrum cogitans potest adjicere ad staturam suam cubitum unum ? Et de vestimento quid soliciti estis? Considerate lilia agri quomodo crescunt : non laborant, neque nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut nuum ex istis. Si autem foenum agri, quod hodie est, et cras in [5] clibanum mittitur, Deus sic vestit : quanto magis vos [6] minimae fidei ? Nolite ergo soliciti esse, dicentes : Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut [7] quo operiemur? haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester, quia his omnibus indigetis. Quærite autem primum regnum Dei, et justitiam ejus et omnia haec [8] adjicientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinum. Crastinus enim dies [9] solicitus erit sibi ipsi.

CODEX BRIXIANUS.

et Mammonæ.
Ideo dico vobis. ne cogitetis animae vestrae quid manducetis. aut quid bibatis. neque corpori vestro quid induamini. Non ne anima plus est quam esca. et corpus quam vestimentum. Respicite volatilia caeli quoniam non serunt neque metunt. neque congregant in horrea. et pater vester caelestis pascit illa. Nonne vos magis plures estis illis. Quis autem ex vobis cogitans potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Et de vestimentum quid solliciti estis. Considerate lilia agri quomodo crescunt non laborant. neque neunt. Dico autem vobis. quia nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut unum ex istis. Si autem foenum agri quod hodie est. et cras in clibanum mittitur Deus sic vestit. quanto magis vos modic [a] e fidei. Nolite ergo solliciti esse dicentes Quid manducavimus aut quid bibemus, aut (*a*) quid † operiemur. Haec enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester caelestis. quia horum omnium indigetis. Quaerite ergo primum regnum Dei et justitiam ejus. et hæc omnia adicientur vobis. Nolite ergo cogitare in crastinum. Crastinus enim dies de se ipse

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] cogitetis in corde vestro quid manducetis, aut quid bibatis
[2] vestra
[3] plus est quam indumentum?
[4] multo
[5] in ignem mittetur
[6] modicae
[7] quid operiemur? Omnia enim haec gentes quaerunt. Scit autem.... horum omnium indigetis.
[8] praestabuntur vobis. Ne ergo cogitaveritis de crastino.
[9] ipse pro se cogitabit [b].

BLANCHINI NOTÆ.

[a] deest *a*.
[b] Cyprian. *Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi.*

Sic infra concordat saepius cum ms. Codice San-Germanensi nostro.

(*a*) Ita et textus Græcus, τί (περιβαλώμεθα).

CODEX VERCELLENSIS.

Suffic . . . . .
malitia sua.
CAPUT VII.
1. Nolite judicare, ut non judicetur de vo-
2. bis. In quo enim judicio judicaveritis, judicabitur de vobis : et in qua mensura mensi fueritis, metietur vobis.
3. Quid autem vidis festucam in oculo fratris tui : et trabem, quæ in oculo tuo est, non consideras ?
4. Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine eiciam festucam de oculo tuo : et . . . ecce trabis
5. est in oculo tuo ? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui.
6. Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras
ante porcos : ne forte conculcen. . . s pedibus suis, et conversi. . . dirum. . . .
7. Petite, et. . . . tur vo. . . . .
rite, et invenietis : pulsate, et aperietur
8. vo. . . s. Omnis enim qui petit, accipit : et qui quaerit, invenit : et pulsanti aperietur.
9. Aut quis ex vobis homo est a quo petit filius ejus panem, numquid lapidem porriget ei ?
10. Aut si. . . em petit, numquid serpentem
11. porrigit ei ? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona da- . . . . . filiis . . . . is : quanto magis pater vester, qui est in caelis, dabit bona petentibus se.
12. Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines (*a*) bona, ita † et vos

CODEX VERONENSIS.

Sufficit diei malitia sua.
CAPUT VII.
1. Nolite judicare, ut non judicemini.
2. In quo enim judicio judicaberitis, judicabitur de vobis : et in qua mensura mensi fueritis, metietur de vobis.
3. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui : et trabem in oculo tuo non vides ?
4. Aut quomodo dicis fratri tuo : Sine eiciam festucam de oculo tuo : et ecce trabis est in oculo tuo ?
5. Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis festucam de oculo fratris tui.
6. Nolite dare sanctum canibus, neque miseritis margaritas vestras
ante porcos : ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi dirumpant vos.
7. Petite, et dabitur vobis : quaerite, et invenietis : pulsate, et aperietur
8. vobis. Omnis enim qui petit, accipit : et qui quaerit, invenit : et pulsanti
9. aperietur. Aut quis ex vobis homo a quo petet filius ejus panem, numquid lapidem porrigit ei ?
10. Aut si piscem petit, numquid serpentem
11. porrigit ei ? Si ergo vos cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris : quanto magis pater vester, qui in caelis est, dabit bona petentibus se.
12. Omnia ergo quaecumque vultis ut faciant vobis homines (*a*) bona, ita † et vos

CODEX CORBEIENSIS.

Sufficit diei malitia sua.

VI. Nolite judicare, ut non judicemini. In [1] quoquumque enim judicio judicaveritis, [2] judicabimini : et *in qua* mensura mensi fueritis, [3] remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui : et trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo : Sine ejiciam festucam de oculo tuo : et ecce trabis est in oculo tuo? Hypocrita, ejice primum trabem de oculo tuo, et tunc videbis ejicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus, neque [4] mittatis margaritas vestras ante porcos : ne forte conculcent eas pedibus suis, et conversi [5] dirumpant vos. Petite, et dabitur vobis : quærite, et invenietis : pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit : et qui quaerit, invenit : et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo [6] quem si petierit filius suus panem, numquid lapidem porriget ei ? Aut si piscem petit, numquid serpentem [7] porrigit ei ? Si ergo vos quum sitis mali, nostis bona [8] dare filiis vestris : quanto magis pater vester, qui in coelis est, dabit bona petentibus se. Omnia ergo quaecumque vultis [9] ut faciant vobis homines, [10] et vos

CODEX BRIXIANUS.

cogitavit. Sufficit enim diei malitia sua. Nolite judicare ut non judicemini. In quo enim judicio judicaveritis, judicabimini et in qua mensura mensi fueritis. remetietur vobis. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. et in tuo oculo trabem non vides. Aut quomodo dicis fratri tuo Sine eiciam festucam de oculo tuo. et ecce trabis in oculo tuo. Ypocrita eice primum trabem de oculo tuo et tunc videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus neque miseritis margaritas vestras ante porcos. ne quando conculcent eas pedibus suis. et conversi dirumpant vos. Petite et dabitur vobis quaerite et invenietis. pulsate. et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit et qui quaerit inveniet. et pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo. quem si petierit filius ejus panem. numquid lapidem porrigit ei. Aut si piscem petit. numquid serpentem porrigit ei. Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris. quanto magis pater vester qui in caelis est dabit bona petentibus se.

Omnia ergo. quacumque vultis ut faciant vobis homines (*a*). sic † et vos

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] quo
[2] judicabitur de vobis :
[3] eadem
[4] miseritis
[5] corrumpant
[6] a quo petit filius ejus panem
[7] porriget
[8] bona data
[9] bona
[10] ita

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addunt *bona* : et ita Cyprianus de Orat. Domin. Ibidem additur, *ita*, juxta textum Græcum οὕτω.

CODEX VERCELLENSIS.

facite illis. Haec est enim lex, et Prophetae.
13. Intrate per angustam portam : (*a*) quam † lata, et spatiosa est via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per il . . . . .
14. angus . . . . . ta est via, quae ducit ad vitam : et pauci sunt, qui inveniunt eam !
15. Adtendite a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium, ab intus autem sunt lupi rapa-
16. ces : a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribo-
17. lis ficus ? Sic omnis arbor bona bonos fruc-
. us facit : mala
. utem arbor
. ructus malos facit.
18. Non potest arbor bona malos fructus facere : neque arbor mala bonos fructus
19. facere : Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mittetur.
20. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis
21. eos. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine; intrabit in regnum caelorum : sed qui facit voluntat . . . .
Patri . . . .
in caelis est, ipse intravit in regno caelo-
22. rum. Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, non ne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejeci-
23. mus ? Et tunc dicam illis : Quia non novi vos : discedite a me operarii. . . iquitatis

CODEX VERONENSIS.

facite illis. Haec est enim lex, et Prophetae.
13. Intrate per angustam portam : (*a*) quam † lata, et spatiosa est via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant
14. per eam. Quam angusta porta, et arcta est via, quae ducit ad vitam : et pauci sunt, qui inveniunt eam !
15. Attendite vobis a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestitu ovium, intus autem sunt lupi rapa-
16. ces : a fructibus eorum cognoscetis eos. Num colligunt de spinis uvas, aut de tribolis ficus?
17. Sic omnis arbor bona bonos fructos facit : mala autem arbor malos fructos
18. facit. Non potest arbor bona malos fructos facere, neque arbor mala bonos fructos
19. facere : Omnis ergo arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem mit-
20. tetur. Itaque ex fructibus eorum cognoscetis eos.
21. Non omnis, qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum : sed his, qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse intrabit in regnum caelorum.
22. Multi mihi dicent in illa die : Domine, Domine, non ne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in tuo nomine
23. virtutes multas fecimus? et tunc jurabo illis : Quia non nobi vos : discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.

CODEX CORBEIENSIS.

facite illis. Haec est enim lex, et Prophetae. Intrateper angustam portam : quia lata porta, et spatiosa [1] via, quae ducit ad perditionem, et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta [2] porta, et arcta via, quae ducit ad vitam : et pauci sunt, qui inveniunt eam! Attendite [3] a falsis prophetis, qui veniunt ad vos in [4] vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces : a fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis uvas, aut de tribulis ficus? Sic omnis [5] arbor bona fructus bonos facit : mala autem arbor [6] fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere : neque arbor mala fructus bonos facere : Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur, et in ignem [7] mittitur. Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, [8] intrabit in regnum coelorum : sed [9] qui facit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, [10] ipse intrabit in regnum coelorum. Multi dicent mihi in illa die : Domine, Domine, non ne in nomine tuo prophetavimus, et in nomine tuo daemonia ejecimus, et in tuo nomine virtutes multas fecimus? Et tunc [11] confitebor illis : Quia numquam novi vos : discedite a me qui operamini iniquitatem.

CODEX BRIXIANUS.

facite illis. Haec est enim lex et Prophetae. Intrate per angustam portam. quia lata porta. et spatiosa via quae ducit ad perditionem et multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta et arta via quae ducit ad vitam et pauci sunt qui inveniunt eam.

Adtendite autem a falsis prophetis. qui veniunt ad vos in vestitu ovium. intrinsecus autem sunt lupi rapaces. a fructibus eorum cognoscetis eos.

Numquid colligunt de spinis uvas aut de tribolis ficus. Sic omnis arbor bona fructus bonos facit. mala autem arbor fructus malos facit. Non potest arbor bona fructus malos facere neque arbor mala fructus bonos facere.

Omnis enim arbor. quae non facit fructum bonum excidetur et in ignem mittetur Igitur a fructibus eorum conoscetis eos.

Non omnis qui dicit mihi Domine Domine intravit in regno caelorum. sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in caelis est. Multi mihi dicunt in illa die Domine. Domine. nonne in tuo nomine prophetavimus. et in tuo nomine daemonia ejecimus. et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Et tunc confitebor illis Quia non novi vos discedite a me qui operamini iniquitatem

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] est via
[2] est porta
[3] vobis
[4] vestitu ovium, intus
[5] bona arbor bonos, etc.
[6] malos fructus
[7] mittetur. Itaque
[8] introibit
[9] hi qui faciunt
[10] ipsi intrabunt
[11] dicam illis : quia non novi vos

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Vulgata Latina vertit, *quia*, sumens ὅτι, pro ὡς Hellenistice.

CODEX VERCELLENSIS.

24. Omnis, qui audit verba mea, et facit ea, similis est viro sa- . . .enti, qui ae- . . . cavit domum suam su- 25. pra petra : descendit pluvia, advenerunt flumina, flaverunt venti, et offenderunt in domum illam, et non cecidit : fundata enim erat supra petram. 26. Et omnis, qui audit verba mea haec, et non facit ea, similis est . . iro stulto, ... edificavit domum suam supr. . . . 27. renam : et des. . . dit pluvia, . . . nerunt. . . . . mina, ... runt venti, et offenderunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina ejus magna. 28. Et factum est : cum consummasset Jesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam ejus. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut Scribae eorum, et Pharisaei.

CAPUT VIII.

1. Et descendent. . e. . . . . .nt . . . . . 2. leprosus quidam veniens, adorabat eum dicens : Domine, si vis, potes me 3. mundare. Et extendens manum Jesus, tetigit eum, dicens : Volo mundare. Et continuo mundata est lepra ejus. 4. Et ait illi Jesus : vide, nemini dixeris : sed vade, ostende te sacerdoti, et offers munus, quod praece-

CODEX VERONENSIS.

24. Omnis ergo, qui audit verba mea haec, et facit ea, similis est viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram : 25. descendit plubia, flaverunt venti, advenerunt flumina, et offenderunt in domum illam, et non cecidit : fundata enim erat super 26. petram. Et omnis, qui audit verba mea haec, et non facit ea, similis est viro stulto, qui aedificabit domum suam supra ha- 27. renam : discendit pluvia, flaverunt venti, advenerunt flumina, et offenderunt in domum illam, et cecidit, et facta est ruina ejus magna. 28. Et factum est : cum consummasset Jesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam ejus. 29. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, non sicut Scribae, et Pharisaei eorum.

CAPUT VIII.

1. Et descendente eo de monte, secutae sunt 2. eum turbae multae : et ecce leprosus quidam veniens, adorabat eum dicens : Domine, si vis potes me mun- 3. dare. Et extendens manum tetigit eum Jesus, dicens : Volo mundare. Et confestim mundata est lepra ejus. 4. Et ait illi Jesus : vide, nemini dixeris : sed vade, ostende te sacerdoti, et offers munus, quod praecepit

CODEX CORBEIENSIS.

Omnis ergo qui audit verba mea [1] haec, et facit ea, assimilabitur viro sapienti, qui aedificavit domum suam supra petram [2], et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et non cecidit : fundata enim erat super petram. Et omnis, qui audit verba mea haec, et non facit ea, similis [3] erit viro stulto, qui aedificavit domum suam super arenam [4] : et descendit pluvia, et venerunt flumina, et flaverunt venti, et irruerunt in domum illam, et cecidit, et [5] fuit ruina ejus magna.

VII. Et factum est : quum consummasset Jesus verba haec, admirabantur turbae super doctrinam ejus. Erat enim docens eos sicut potestatem habens, et non sicut Scribae eorum, [6] aut Pharisaei. [7] Cum autem descendisset de monte, secutae sunt eum turbae multae : et ecce leprosus [8] veniens, adoravit eum dicens : Domine, si vis, potes me mundare. Et extendens [9] manum, tetigit eum, dicens : Volo mundare. Et confestim mundata est lepra ejus. Et ait illi Jesus : Vide, nemini dixeris : sed vade, ostende te sacerdoti, et offer munus, quod praece-

CODEX BRIXIANUS.

Omnis ergo qui audit verba mea haec et facit ea [a] similabo eum viro sapienti. qui aedificavit domum suam supra petram. et descendit pluvia. et venerunt flumina. et flaverunt venti. et inpegerunt in domum illam. et non c [b] ecidit fundata enim erat su [c] petram. Et omnis qui audit verba mea et non facit ea. similabitur viro stulto. qui aedificavit domum suam super harenam. et descendit pluvia. et venerunt flumina. et flaverunt venti. et inpegerunt in domum illam et c [d] ecidit et facta ruina ejus magna. Et factum est. cum consummasset Jesus verba haec. admirabuntur turbae. super doctrinam ejus. Erat enim docens eos sicut potestatem habens. et non sicut Scribæ eorum. Descendente autem eo de monte. secutae sunt eum turbae multae. Et ecce leprosus quidam veniens adorabat eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extens [e] manum Jesus. tetigit eum dicens Volo mundare. Et confestim mundata est lepra ejus. Et ait illi Jesus Vide nemini dixeris. sed vade ostende te sacerdoti. et offer munus. quod praecepit

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] mea, et facit ea, similis est
[2] petram. Descendit pluvia; flaverunt venti; advenerunt flumina, et offenderunt in domum, etc.
[3] est
[4] maris : descendit pluvia; flaverunt venti; advenerunt flumina, et offenderunt in domum, etc.
[5] facta est
[6] et Pharisaei.
[7] Et descendente eo de monte
[8] quidam veniens adorabat
[9] Jesus

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Sic in Codice. Lita est *m* finalis.
[b] Extrita est *a*.
[c] Antiquario excidere tres illæ litteræ *per*.
[d] Extrita est *a*.
[e] Excidere Antiquario litteræ *den*.

CODEX VERCELLENSIS.

pit Moyses, in testimonium ill . . . . . Post . . . . . , 5. cum introisset Capharnaum, accessit ad eum quidam Centurio, rogans eum, 6. et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torque- 7. tur. Et ait illi Jesus: Ego veniens, cura- 8. bo eum. Et respondens Centurio, ait illi: Domine, non sum dignus ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verb . . . . . nabi- 9. . . . . am et ego homo sum sub potestatem constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; alio, Veni, et venit; et servo meo dico, Fac hoc, et facit. 10. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, quia in nullo tantam fidem inveni in Istrahel. 11. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, et occidente venien . . . . cumbunt cum Abraham, et Isac, et Jacob in regno cae- 12. lorum: fili autem regni ibunt in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium. 13. Et dixit Centurioni: Vade, sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer ex illa hora. 14. Et cum venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, et febricitantem: 15. et tetigit ma-

CODEX VERONENSIS.

Moyses, in testimonium illis. 5. Post haec autem, cum introisset Chafarnaum, accessit ad eum quidam Centurio, rogans eum, et dicens: 6. Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. 7. Ait illi Jesus: Ego veniam, et curabo eum. 8. Et respondens Centurio, ait illi: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanabitur 9. puer. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et alio, Veni, et venit; et servo meo dico, Fac hoc, et facit. 10. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Istrahel. 11. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isac, et Jacob in regno caelorum: 12. filii autem regni hujus ibunt in tenebras exteriores: ibi erit fletus, et stridor dentium. 13. Et dixit Jesus Centurioni: Valde, sicut credidisti fiat tibi, Et sanatus est puer ex illa hora. 14. Et cum venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, et febricitantem: 15. et tetigit manum

CODEX CORBEIENSIS.

pit Moyses, in testimonium illis. [1] Quum autem introisset Capharnaum, accessit ad eum [2] Centurio, rogans eum, et dicens: Domine, puer meus jacet in domo paralyticus, et male torquetur. Et ait illi Jesus: Ego [3] veniam, et curabo eum. Et respondens Centurio, dixit: Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbum, et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum sub [4] potestatem, habens sub me milites, et dico huic: Vade, et vadit; et alio, Veni, et venit; et servo meo [5], Fac hoc, et facit. Audiens autem Jesus miratus est, et sequentibus se dixit: Amen dico vobis, non inveni [6] tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab oriente, et occidente venient, et recumbent cum Abraham, et Isaac, et Jacob in regno coelorum: filii autem regni [7] ejicientur in tenebras exteriores: ibi erit fletus [8], et stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni: Vade, et sicut credidisti fiat tibi. Et sanatus est puer [9] in illa hora. Et quum venisset Jesus in domum Petri, vidit socrum ejus jacentem, et febriticantem: et tetigit ma-

CODEX BRIXIANUS.

Moyses in testimonium illis. Post haec autem cum introisset in Capharnaum. accessit ad eum Centurio rogans eum et dicens. Domine puer meus jacet in domo paralyticus. et male torquetur. Et ait illi Jesus. Ego veniens curabo eum. Et respondens ei Centurio ait Domine non sum dignus ut intres sub tectum meum. sed tantum dic verbo et sanabitur puer meus. Nam et ego homo sum habens sub potestatem meam milites et dico huic Vade et vadit. et alio Veni. et veniet. et servo meo. Fac hoc et facit. Audiens autem Jesus miratus est. et dixit sequentibus se. Amen dico vobis. nec in Israhel tantam fidem inveni. Dico autem vobis quia multi ab[a] oriente et occidente venient et discumbent cum Abraham et Isaac et Jacob in regno caelorum. filii autem regni hujus expellentur in tenebras exteriores. ibi erit fletus et stridor dentium. Et dixit Jesus Centurioni Vade et sicut credidisti fiat tibi Et sanatus est puer in illa hora. Et cum venisset Jesus in domum Petri vidit socrum ejus jacentem et febricitantem. et [b] tigit ma

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Post haec autem cum
[2] quidam
[3] veniens curabo
[4] sub potestate constitutus et habeo
[5] dico, Fac hoc
[6] in nullo tantam, etc.
[7] hujus ibunt in
[8] oculorum
[9] ex illa hora [c]. Et conversus Centurio in domum suam eadem hora invenit puerum sanum. Et quum, etc.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] extrita est aspirata *h*.

[b] forte excidere Antiquario priores litteræ *te*.

[c] Observat Lucas Brugensis in Notis ad varias lectiones editionibus Græcis Evangelii secundum Matthæum, in nonnullis exemplaribus Græcis hæc esse addita post versum 13 : *Et revĕrsus Centurio in domum suam in illa ipsa hora, invenit puerum sanum.* Unde certum exstat non temere fuisse scripta ab Interprete Latino ms. codicis S. Germani. Confer ista cum verbis Lucæ cap. VII, vers. 10.

CODEX VERCELLENSIS.

num ejus, et remisit eam febris, et surrexit et ministrabat eis.
16. Vespere autem facto, obtulerunt illi multos daemonia habentes : et eiciebat spiritus inmundos verbo : et omnes male haben-
17. tes curavit : ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem :
Quia ipse infirmitates nostras suscepit : et languores nostros portavit.
18. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit (*a*) discipulos suos † ire trans
19. fretum. Et accedens quidam Scriba, ait illi : Magister, sequar te, quocumque ieris.
20. Dicit ei Jesus : Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos ubi requiescant : filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet.
21. Alius autem discipulorum ait illi : Domine, permitte mihi primum ire, et sepelire patrem meum.
22. Et ait illi Jesus : Sequere me, et re . . . itte mortuos : sine mortui sepeliant mortuos su-
23. os . . . . ascendentem eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus :
24. et e . . e motus magnus factus est in mari, ita . . . . avicula operiretur a fluctibus, ipse vero dor-
25. miebat. Et accesserunt (*b*) et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, libe . . . . os,
26. perimus. Ait il-

CODEX VERONENSIS.

ejus, et remisit eam febris, et surrexit et ministrabat eis.
16. Vespere autem facto, optulerunt illi multos daemonia habentes : et eieciebat spiritus immundos verbo, et omnes male habentes
17. curavit : ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem : Quia ipse infirmitates nostras accepit : et aegrimonia nostra portavit.
18. Videns autem Jesus turbas multas circum se, jussit (*a*) discipulos suos † ire trans fretum.
19. Et accedens quidam Scriba, ait illi : Magister, sequar te, quocumque ieris.
20. Dicit ei Jesus :
Vulpes fobeas habent, et volucres caeli nidos ubi requiescant : filius autem hominis non habet ubi caput suum declinet.
21. Alius autem discipulus ait illi : Domine, permitte mihi primum ire, et sepelire patrem
22. meum. Ad ipse ait illi : Sequere me, et remitte mortuos sepelire mortuos suos.
23. Et ascendente eo in navicula, secuti sunt eum discipuli ejus :
24. et ecce motus magnus factus est in mari, ita ut navicula operiretur fluctibus, ipse vero
25. dormiebat. Et accesserunt (*b*) discipuli ejus, et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, libera nos, perimus.
26. Ait illis Jesus :

CODEX CORBEIENSIS.

num ejus, et [1] dimisit eam febris, et surrexit [2] et ministrabat eis. Vespere autem facto, obtulerunt ei [3] omnes male habentes : et ejiciebat spiritus verbo : et omnes male habentes curavit : ut adimpleretur quod dictum est per Esaiam Prophetam, dicentem : [4] Ipse infirmitates nostras accepit : et aegrotationes portavit. Videns autem Jesus [5] turbas multas circum se, jussit ire trans fretum. Et accedens unus Scriba, ait illi : Magister, sequar te, quoquumque [6] ieris. Et dicit ei Jesus : Vulpes foveas habent, et volucres caeli nidos ubi requiescant : filius autem hominis non habet ubi caput [7] reclinet. Alius autem de discipulis ejus ait illi : Domine, permitte me primum ire, et sepelire patrem meum. [8] Jesus autem ait illi : Sequere me, et dimitte mortuos sepelire mortuos suos.

VIII. Et ascendente eo in naviculam, secuti sunt eum discipuli ejus : et ecce [9] motus magnus factus est in mari, ita ut navicula [10] operiretur fluctibus, ipse vero dormiebat. Et accesserunt [11] et suscitaverunt eum, dicentes : Domine, [12] salva nos, perimus. Et [13] dicit

CODEX BRIXIANUS.

num ejus. et dimisit eam febris et surrexit. et ministrabat eis. Vespere autem facto

(*Periit hic integra pagina codicis, quam fortasse recens compactor aut non habuit, aut extritam neglexit magno posteritatis damno. Sequitur autem, ut pagina sequenti legitur.*)

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] remisit
[2] confestim
[3] daemonia habentes, et verbo ejiciebat daemonia, et curabat omnes male habentes
[4] quia ipse... et aegrimonia nostra portavit
[5] turbam multam circum se jussit discipulis suis ut irent... Et accessit ad eum quidam scriba, et ait illi
[6] vadis. Dicit illi
[7] suum
[8] Cui respondens Jesus dixit
[9] tempestas magna orta est
[10] illa a fluctibus operiretur
[11] discipuli ejus
[12] libera
[13] ait ad illos : Quid

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *discipulos*. Et ita cod. Gothicus, τοὺς μαθητάς. — (*b*) Post *accesserunt*, deest *ad eum*. Et ita in textu Græco.

CODEX VERCELLENSIS.

lis : Quid timidi estis, modicae fidei? Tunc surgens, impera . . . . . to et mari, et facta est tranquillitas mag- 27. na. Illi autem homines mirati sunt, dicentes : qualis . . . . hic, quod ventus et mare ob- . . ium . . . . 28. Et cum . . . . . set trans fretum in regionem G . . . . . soenorum, occurrerunt ei duo . . . monia habentes, de monumentis exeuntes, periculosi nimis, ita ut nemo poss . . . transire per viam illam. 29. Et exclamaverunt, dicentes : Quid nobis, et tibi, Jesu fili? . . . . nisti hoc . . . te tempus . . . . ere nos? 30. E . . at autem non longe ab ill . . . . . porcorum mul . . . . um pascentium. 31. Daemones autem rogabant eum, dicentes : Si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis : Ite. Ad illi exeuntes abierunt in porcos, et ecce impetu abiit totus grex per praeceps in mare : et mortui sunt in aquis. 33. Hi autem qui eos pascebant fugerunt : et venientes in civitatem, ... averunt omnia, et de his, qui daemonia habebant. 34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu : et viso eo rogabant, ut transiret a finibus eorum.

CAPUT IX.

1. Et ascendens in naviculam transfretavit, et venit in civitatem 2. Judeae. Et op-

CODEX VERONENSIS.

Quid timidi estis, modicae fidei? Tunc surgens, imperavit vento et mari, et facta est tranquillitas magna. 27. Illi autem homines mirati sunt, dicentes : qualis est hic, quod venti et mare obaudiunt eum? 28. Et cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo homines daemonia habentes, de monumentis exeuntes, nimis periculosi, ita ut nemo possit transire per viam illam. 29. Et clamabant, dicentes : Quid nobis, et tibi, Jesu fili Dei? Venisti ante tempus torquere nos? 30. Erat autem non longe ab eis grex porcorum multorum pascentium. 31. Daemones autem rogabant eum, dicentes : Si eicis nos, mitte nos in gregem porcorum. 32. Et ait illis Jesus : Ite. Ad illi exeuntes abierunt in porcos, et ecce impetum abiit totus grex ille per praeceps in mare : et mortui sunt 33. in aquis. Hii autem qui eos pascebant fugierunt : et venientes in civitate, nontiaverunt omnia, et de his, qui daemonia habebant. 34. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu. et viso eo rogabant eum, ut transiret a finibus eorum.

CAPUT IX.

1. Et ascendens in navicula transfretavit, et venit in civitatem. 2. Et ecce op-

CODEX CORBEIENSIS.

eis Jesus : Quid timidi estis, modicae fidei? Tunc [1] surgens, imperavit ventis et mari, et facta est tranquillitas magna. [2] Homines autem illi mirati sunt, dicentes : [3] qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei? Et quum venisset [4] trans fretum in regionem Gerasenorum, occurrerunt ei duo homines habentes [5] daemonia, de monumentis exeuntes, saevi nimis, ita ut nemo posset transire per viam illam. Et ecce clamaverunt, dicentes : Quid nobis, et tibi, [6] Fili Dei? Venisti [7] huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex porcorum multorum [8] pascens. Daemones autem rogabant eum, dicentes : Si ejicis nos hinc, mitte nos in gregem porcorum. Et ait illis [9] : Ite. At illi [10] exeuntes abierunt in porcos, et ecce impetu abiit totus grex [11] per praeceps in mare : et mortui sunt in aquis. Pastores autem fugerunt : et [12] venientes in civitatem, nuntiaverunt omnia, et de his, qui daemonia [13] habuerunt. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu : et [14] viso eo rogabant, ut transiret a finibus eorum.

IX. Et ascendens in naviculam transfretavit, et venit in civitatem [15] suam. Et ecce of-

CODEX BRIXIANUS.

et mari. et facta est tranquillitas magna. Illi autem homines mirati sunt dicentes qualis est hic, quod et venti et mare oboediunt ei. Et cum venisset trans fretum in regionem Gerasenorum. occurrerunt ei duo daemonia habentes de monumentis exeuntes. saevi nimis. ita ut nemo posset transire per viam illam. Et exclamaverunt dicentes. Quid nobis et tibi Jesu fili Dei Venisti huc ante tempus torquere nos. Erat autem non longe ab eis grex porcorum multorum pascentium. Daemones autem. rogabant eum dicentes Si eicis nos. jube nos ire in gregem porcorum. Et ait illis Ite. At illi exeuntes. abierunt in gregem porcorum. et ecce impetum fecit totus grex. per praeceps in mari. et mortui sunt in aquis. Hi autem qui eos pascebant. fugerunt. et venientes in civitatem. nuntiaverunt omnia. et de his qui daemonia habebant. Et ecce tota civitas exiit obviam Jesu. et videntes eum rogabant ut transiret a finibus eorum. Et ascendens in naviculam transfretavit. et venit in civitatem suam. Et ecce ob-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] exurgens imperavit vento
[2] Illi autem homines
[3] quis est hic, quoniam
[4] Jesus
[5] daemonia habentes... periculosi nimis
[6] Jesu
[7] venisti ante
[8] pascentium. Daemonia
[9] Jesus
[10] euntes
[11] praecipitans se
[12] euntes
[13] habebant
[14] cum vidissent eum, rogabant eum
[15] Judaeae. Et ecce obtulerunt

CODEX VERCELLENSIS.

tulerunt ei paralyticum jacentem in lecto.
Videns autem Jesus fidem illorum, . . it paralytico:
Constans esto fili, remissa sunt tibi peccata tua.
3. Quidam autem de Scribis dixerunt intra se: Hic blasfemat: quis potest remittere peccata, nisi unus Deus.
4. Videns autem Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus
5. vestris? Quid est faci . . . . us, dicere: Remissa sunt tibi peccata tua; aut dicere: Surge, et ambula?
6. Ut sciatis autem, quia filius hominis potestatem habet super terram . . . . . remittere peccata, tunc ait paralytico: Surge, tolle grabattum tuum, et vade in domum tu-
7. am. Et surgens, abiit in domum suam.
8. Videntes autem turbae timuerunt, et hono- . . . . icaverunt Dominum, qui dedit talem potestatem homini-
9. bus. Et, cum transiret in inde Jesus, vidit hominem sedentem in teloneo, Matthеum nomine.
Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus est eum.
10. Et factum est recumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores recumbebant cum Jesu, et cum discipulis ejus:
11. Et videntes Farisei, dicebant discipu-

CODEX VERONENSIS.

tulerunt ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: Constans esto fili, remissa sunt tibi peccata tua.
3. Quidam autem ex Scribis dixerunt intra se; Hic blasphemat.
4. Et cum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris?
5. Quid est facilius dicere: Dimissa sunt tibi peccata (*a*); aut dicere: Surge, et am-
6. bula? Ut sciatis autem, quoniam filius hominis habet potestatem in terram dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge. tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.
7. Et surrexit, et abiit in domum suam.
8. Hoc viso turbae timuerunt, et honorificaberunt Deum, qui tantam dedit hominibus potestatem.
9. Et, cum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem in taeloneo, Mattheum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et surgens secutus
10. est eum. Et factum est recumbente eo in domum, ecce multi publicani, et peccatores venerunt, et recumbebant cum Jesu, et cum discipulis ejus.
11. Et videntes Pharisaei, dicebant di-

CODEX CORBEIENSIS.

ferebant ei paralyticum jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum, dixit paralytico: [1] Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. [2] Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et quum vidisset Jesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est [3] facilius, dicere: [4] Dimittuntur tibi peccata tua; aut dicere: Surge, et ambula? Ut autem sciatis, quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata, tunc ait paralytico: Surge, [5] tolle lectum tuum, et vade in domum tuam. Et [6] surrexit, et abiit in domum suam. Videntes autem turbae timuerunt, et [7] glorificaverunt Deum, qui dedit potestatem [8] talem hominibus. Et, quum transiret inde Jesus, vidit hominem sedentem [9] in telonio, Matthaeum nomine. Et ait illi: Sequere me. Et [10] secutus est eum Et factum est [11] discumbente eo in domo, ecce multi publicani et peccatores [12] venientes, discumbebant cum Jesu, et discipulis ejus. Et videntes Pharisaei, dicebant, et discipu-

CODEX BRIXIANUS.

tulerunt ei paralyticum. jacentem in lecto. Et videns Jesus fidem illorum. dixit paralytico. Constans esto fili. dimittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra semetipsos. Hic blasphemat, Et videns Jesus cogitationes eorum dixit. Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris Quid est enim facilius dicere Dimittuntur tibi peccata tua. aut dicere Surge et ambula. Ut sciatis autem quoniam filius hominis habet potestatem super terram dimittendi peccata. tunc ait paralytico Surge. tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et surgens abiit in domum suam. Videntes autem turbae admirantes timuerunt. et magnificaverunt Deum. qui talem dedit potestatem hominibus.

Et cum transiret inde Jesus vidit hominem sedentem in toloneo Mattheum nomine Et ait illi. Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo. ecce multi publicani et peccatores. venientes discumbebant cum Jesu. et Discipulis ejus. Et videntes Pharisaei dicebant discipu

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Constans esto fili, remissa sunt [a].
[2] Quidam autem de... se: Blasphemat.
[3] enim
[4] Remissa sunt
[5] et
[6] surgens abiit
[7] honorificaverunt
[8] tantam
[9] ad teloneum,
[10] surgens
[11] recumbente
[12] venerunt, et recumbebant cum Jesu, et cum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Eamdem invenies lectionem apud sanctum Leonem Magnum, Serm. 60 de Passione Domini 11, sed et apud Hilarium Commentar. in Matth.

(*a*) Post *peccata*, omittit *tua*, et ita cod. Cant. Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

lis ejus : Q . . . . . cum publicanis et peccatores recumbebant cum Jesu, et cum discipulis ejus. Et videntes Farisaei, dicebant discipulis ejus : Quare cum publicanis et peccatoribus m. . . . ucat ? 12. Et Jesus.... spondens, dix. . . . s : Non est opus sanis medicus, sed male haben- 13. tibus. Euntes autem discite quid est : Misericordiam volo, et non sacrifi. . . . . Non. . . . . ni vocare. . . . tos sed peccatores. 14. Tunc accesserunt ad eum discipuli Johannis, dicentes : Quare nos, et Pharisaei, jejunamus frequenter : discipuli autem tui non jejunant ? 15. Et ait illis Jesus : Numquid possunt fil. . . si (*a*) jejuna. . e † quandiu cum ill. . . . st spo. . . sus ? V . . nient autem dies cum aufe. . . . . ab eis. . . . . unt : et jejunabunt (*b*) in illis diebus. † 16. Ne. . . . . m co. . mittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus : tollit enim plenitudinem ejus, et pejor fit 17. scissura. Ne- . . . . . mittunt . . . num novum in utres veteres, alioquin r . . . . untur utres, et vinum peribit. Sed vi- . . um novum in utres novos mittunt, et ambo servantur. 18. Hæc. . . . . n te ad illos, ec-

CODEX VERONENSIS.

scipulis ejus : Quare Magister vester cum publicanis et peccatoribus manducat ? 12. At Jesus audiens, ait : Non est opus sanis medicus, sed male habentibus. 13. Euntes autem discite quid sit : Misericordiam volo, et non sacrificium. Non veni vocare justos, sed peccatores. 14. Et tunc accesserunt ad eum discipuli Johannes, dicentes : Quare nos, et Pharisaei, jejunamus frequenter : discipuli autem tui non jejunant ? 15. Et ait illis Jesus : Numquid possunt fili sponsi (*a*) jejunare † quandiu cum illis est sponsus ? Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus : et tunc jejunabunt (*b*) in illis diebus. † 16. Nemo autem committit scissuram panni rudis in vestimentum vetus : tollit enim fortitudinem ejus a vestimento, et pejor fit scis- 17. sura. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin rumpentur utres, et vinum effundetur, et utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo servabantur. 18. Haec illo loquente ad eos, ecce

CODEX CORBEIENSIS.

lis ejus : Quare [1] cum publicanis et peccatoribus manducat Magister vester? At Jesus audiens, ait : Non est opus [2] valentibus medicus, sed male habentibus. Euntes autem discite quid [3] est : Misericordiam volo, et non sacrificium. Non enim veni vocare justos, sed peccatores [4]. Tunc accesserunt ad eum discipuli Joannis, dicentes : Quare nos, et Pharisaei jejunamus frequenter : discipuli autem tui non jejunant ? et ait illis Jesus : Numquid possunt filii sponsi jejunare quamdiu cum illis est sponsus ? Venient autem dies quum auferetur ab eis sponsus : et tunc jejunabunt [5].

X. Nemo autem immittit commissuram panni rudis in vestimentum vetus : tollit enim [6] plenitudinem ejus a vestimento, et pejor scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres, alioquin [7] rumpentur utres, et vinum effundetur et utres peribunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt, et ambo conservantur. Haec illo loquente ad eos, ec-

CODEX BRIXIANUS.

lis ejus. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat Magister vester. Jesus autem audiens ait illis. Non opus habent sani medicum sed male habentes. Euntes autem discite quid est Misericordiam volo et non sacrificium Non enim veni vocare justos. sed peccatores. Tunc accesserunt ad eum discipuli Johannis dicentes Quare nos et Pharisaei jejunamus frequenter. discipuli autem tui non jejunant. Et ait illis Jesus Numquid possunt filii sponsi (*a*) jejunare. † quamdiu cum eis est sponsus. Venient autem dies. quando auferetur ab eis sponsus. et tunc jejunabunt. Nemo autem committit commissuram panni rudis. in vestimento veteri. tollit enim plenitudinem ejus a vestimento et pejor scissura fit. Neque mittunt vinum novum in utres veteres alioquin rumpentur utres. et vinum effundetur et utres pereunt. Sed vinum novum in utres novos mittunt et ambo conservantur. Haec illo loquente ad eos. ec-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Magister vester cum
[2] sanis
[3] sit : Misericordiam volo, quam sacrificium,
[4] ad pœnitentiam [a].
[5] in illis diebus.
[6] fortitudinem
[7] rumpit vinum, utres et

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Consentiunt Græca exemplaria, ubi additur εἰς μετάνοιαν, id est *in pœnitentiam*. Sed curiosius observandum est variantes lectiones codicum nostrorum mss. inveniri apud S. Hilarium, et apud S. Augustinum : Hilarius enim in caput x Matthæi legit primum, *Misericordiam volo, quam sacrificium*, ut ms. codex san-Germanensis; et postea, *Misericordiam volo, non sacrificium*, juxta exemplar Corbeiense. Quod similiter apud Augustinum reperies lib. II de Consensu Evangelist. num. 61. In textu quidem Evangelico, *Misericordiam volo, et non sacrificium* ; et deinde in recitata Prophetica sententia, *Misericordiam volo, quam sacrificium*.

(*a*) Ita et cod. Cant. νηστεύειν. — (*b*) Addunt *in illis diebus* et ita cod. Cant. ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ac Vers. Saxonica ex Marco, aut Luca.

CODEX VERCELLENSIS.

ce princeps
unus accessit,
et adorabat
eum, di . . . ns (*a*):
filia me . . . o-
do defu . . . a
est: sed . . . ni,
inpone ma-
num s . . . r
eam, et vi . . et.
19. Et surgens
Jesus, se . . uebatur eum, cum
discipulis su-
20. is. Et ecce
mulier, quæ
sanguinis
praefluvium
habebat xii.
annis, acces-
. . it retro, et
. . . . . vesti
. . . . ntum.
21. ejus. Dicebat
enim intra se:
Si tetigero
vestimentum
ejus, salva ero.
22. Ad ille conversus, videns eam,
di . . . t: Constans
es . . o filia, fides
tua te salvam
fecit. Et salva
facta est mulier ex illa ho-
23. ra. Et cum
venisset Jesus
in domum
principis, videns tubicinis et turbam
tum. . ltuantem, dicebat.
24. Recedite: non
est en. . . . o. .
tua puel. ., sed
dormit. Et deridebant eum.
25. Sed cum ejecta esset turba (*b*),
venit, † et tenuit manum
ejus. Et surre-
26. xit puella. Et
exiit fama
haec in universam terram illam.
27. Et transeunte
inde Jesu, secuti sunt eum
duo caeci, clamantes: Miserere nobis,
28. fili David. Et (*c*)
venit in domum, † et accesserunt ad eum (*d*)
duo † caeci. Quibus ait Jesus: Creditis quod possum hoc facere vobis? Dicunt
ei; utique, Domine.
29. Tunc tetigit
oculos eorum,
dicens: Secundum fidem
vestram fi-
30. at vobis. et statim aperti sunt

CODEX VERONENSIS.

princeps unus
accessit nomine Jairus, et adorabat eum,
dicens (*a*): filia mea
modo defuncta
est: sed veni,
impone manum super eam, et vivet.
19. Et surgens
Jesus, sequebatur eum
cum discipulis suis.
20. Et ecce mulier,
quae sanguinis
fluxum habebat
xii. annis,
accessit
retro, et tetigit
vestimentum
ejus.
21. Dicebat enim intra se: Si tetigero
tantum vestimentum ejus, salva ero.
22. Ad ille
conversus,
videns eam,
dixit: Constans
esto, filia, fides
tua te salvam
fecit. Et salva
facta est mulier
ex illa hora.
23. Et cum venisset Jesus
in domum principis, videns tibicines et turbam
tumultuantem,
dicebat.
24. Recedite:
non est enim
puella mortua,
sed dormit.
Et deridebant
25. eum. Et cum
ejecta esset
turba, (*b*)
venit, †
et tenuit manum ejus. Et
surrexit puella.
26. Et exit fama
haec in universam terram
illam.
27. Et transeunte
inde Jesu, secuti sunt eum
duo caeci, clamantes, et dicentes:
Miserere nostri,
fili David.
28. Et (*c*) venit in
domum, † et
accesserunt ad
' am (*d*) duo †
caeci. Et dixit
illis Jesus: Creditis quod possum haec facere? Dicunt ei:
Utique, Domine.
29. Tunc tetigit
oculos eorum,
dicens: Secundum fidem vestram contingat
30. vobis.
Et aperti sunt oculi

CODEX CORBEIENSIS.

ce [1] princeps unus accessit, et adorabat eum, dicens: Domine, filia mea modo defuncta est: sed veni, impone manum tuam super eam, et vivet. Et surgens Jesus, sequebatur eum, [2] et discipuli ejus. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum [3] patiebatur duodecim annis, accessit retro, et tetigit [4] fimbriam vestimenti ejus. Dicebat enim intra se: Si tetigero tantum vestimentum ejus, salva ero. At Jesus conversus, et videns eam, dixit: [5] Confide filia, fides tua te salvam fecit. Et salva facta est mulier ex illa hora. Et quum venisset Jesus in [6] domum cujusdam principis, et vidisset tibicines et turbam tumultuantem, dicebat. Recedite: non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et quum ejecta esset turba, [7] et tenuit manum ejus. Et surrexit puella. Et exiit fama haec in universam terram illam: Et transeunte inde Jesu, secuti sunt eum duo caeci, clamantes, et dicentes: Miserere nostri, fili David. [8] Quum autem venisset domum, accesserunt ad eum caeci. Et dicit eis Jesus: Creditis quia possum hoc facere vobis? Dicunt ei: Utique, Domine. Tunc tetigit oculos eorum, dicens: Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt

CODEX BRIXIANUS.

ce princeps unus. veniens adorabat eum dicens. Domine filia mea modo defuncta est. sed veni impone manum tuam super eam et vivet.

Et surgens Jesus. secutus est eum cum discipulis suis. Et ecce mulier quae sanguinis fluxum patiebatur. duodecim annis accedens retro tetigit fimbriam vestimenti ejus. Dicebat enim intra se Si tetigero tantummodo vestimentum ejus salva ero. Jesus autem conversus et videns eam dixit. Constans esto filia fides tua te salvam fecit Et salva facta est mulier ex illa hora. Et veniens Jesus in domum principis videns tubicines, et turbam tumultuantem. dicebat eis. Discedite. non est enim mortua puella. sed dormit. Et inridebant eum. Cum autem ejecta esset turba. intravit et tenuit manum ejus. Et surrexit puella. Et exivit fama haec in universam terram illam. Et transeunte inde Jesu secuti sunt eum duo caeci. clamantes et dicentes. Miserere nobis fili David. Veniente autem eo in domum. accesserunt ad eum caeci illi. Et ait illis Jesus Creditis quia possum hoc facere vobis. Dicunt ei Utique Domine. Tunc Jesus tetigit oculos eorum dicens. Secundum fidem vestram fiat vobis. Et aperti sunt oculi

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] quidam princeps
[2] cum discipulis suis.
[3] habebat
[4] vestimentum ejus.
[5] Constans esto
[6] domum principis.
[7] accedens tenuit
[8] et venit in domum, et accesserunt ad eum caeci deprecantes. Et dixit illis:

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *dicens*, deest *Domine*, ut in textu Græco. —(*b*) Juxta cod. Cant. ἔλθων. — (*c*) Ita et cod. Cant. καὶ ἔρχεται εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ προσῆλθον. — (*d*) Addunt, *duo*. Et ita et cod. Cant. δύο.

CODEX VERCELLENSIS.

oculi eorum : et comminatus est illis Jesus, dicens : Videte ne quis sciat.
31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt in totam terram illam.
32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei h. .- minem mutum et surdum, daemonium habentem.
33. Et ejecto daemonio, locutus est mutus, et miratae sunt turbae, dicentes : Quia numquam sic apparuit in Istrahel.
35. Et circumibat Jesus civitates omnes et castella, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni, et curans omnem infirmitatem : et multi secuti sunt eum.
36. Videns autem turbas, misertus est quod essent vexati, et... cẽntes sicut oves non habentes pastorem.
37. Tunc dixit discipulis suis : Messis quidem multa, operari autem pau-
38. ci. Petite itaque Dominum messis, ut m... tat operar.. os suos ad messem su-

CAPUT X.

1. am. Et convocatis XII. discip... s suis, dedit eis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, et curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem.
2. Duodecim autem Apostolorum haec sunt nomina. Primus, Simon, qui dicitur Petrus, et Andre-

CODEX VERONENSIS.

illorum : et comminatus est illis Jesus, dicens : Videte ne quis sciat.
31. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in tota terra illa.
32. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum et surdum, et daemonium
33. habentem. Et ejecto daemonio, locutus est mutus, et miratae sunt turbae, dicentes : Numquam taliter apparuit in Istrahel.
34. Pharisaei autem dicebant : In Belzebul rege daemoniorum eicit hic daemones.
35. Et circuibat Jesus civitates omnes et castella, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni, et curans omnem infirmitatem : et multi secuti sunt eum.
36. Videns autem turbas, misertus est illis : quod essent vexati, et jacentes sicut oves non habentes pastorem.
37. Tunc dicit discipulis suis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam

CAPUT X.

1. Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem spirituum immundorum, ut eicerent eos, et curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem in plebe.
2. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt haec. Primus, Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas

CODEX CORBEIENSIS.

oculi eorum : et comminatus est illis Jesus, dicens : Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes, diffamaverunt eum in [1] tota terra illa. Egressis autem illis, ecce obtulerunt ei hominem mutum [2] et daemonium habentem. Et ejecto daemonio, loquutus est mutus, et miratae sunt turbae, dicentes : Numquam sic apparuit in Israel. Pharisaei autem dicebant : In [3] principe daemoniorum ejicit daemones. Et circuibat Jesus civitates omnes et castella, docens in synagogis eorum, et praedicans evangelium regni, et curans omnem languorem, et omnem [4] infirmitatem. Videns autem turbas, misertus est eis : quia [5] erant vexati, et jacentes sicut oves non habentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis : Messis quidem multa, operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis, ut mittat operarios in messem suam. Et convocatis duodecim discipulis suis, dedit illis potestatem [6] spirituum immundorum, ut ejicerent eos, et curarent omnem languorem, et omnem infirmitatem. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt haec. Primus, Simon, qui cognominatus est Petrus, et Andreas

CODEX BRIXIANUS.

eorum.

Et comminatus est illis Jesus dicens. Videte ne quis sciat. Illi autem. exeuntes diffamaverunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis ecce obtulerunt ei hominem mutum [b] daemonium habentem, Et ejecto daemone. locutus est mutus. et miratae sunt turbae dicentes. Numquam apparuit sic in S [c] rahel. Pharisaei autem dicebant In principe daemoniorum eicit daemonia. Et circuibat Jesus civitates omnes et castella docens in synagogis eorum et praedicans evangelium regni. et curans omnem languorem et omnem infirmitatem. Videns autem turbas misertus est eis quoniam erant vexati et jacentes sicut oves non habeutes pastorem.

Tunc dixit discipulis suis Messis quidem multa operarii autem pauci. Rogate ergo Dominum messis. ut mittat operarios in messem suam.

Et convocans duodecim discipulos suos. dedit illis potestatem. spirituum immundorum ut eicerent eos et curarent omnem languorem et omnem infirmitatem. Duodecim autem Apostolorum nomina sunt haec. Primus Simon qui dicitur Petrus, et Andreas

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] totam terram illam. Egredientibus
[2] et surdum, daemonium
[3] Belzebul principe.... daemonia [a].
[4] infirmitatem in populo : et multi secuti sunt eum. Videns autem Jesus
[5] essent
[6] ejiciendi spiritus immundos, et curandi omnem valetudinem, et omnem infirmitatem in populo.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] *Belzebub*, non *Belzebul*, legendum monet Hieronymus lib. de Nomin. Hebrai. Ex Johanne. *In fine ergo nominis*, inquit, *b littera legenda est, non l, musca enim zebub vocatur.* Igitur tempore Hieronymi *Beelzebul* legebatur in exemplaribus Latinis.

[b] Extrita est sequens vox, *surdum*, quae adhuc apparet.

[c] Extrita est *d*.

CODEX VERCELLENSIS.

as frater ejus.
3. Jacobus Zebedei, et Johannis frater ejus, Philippus, et Bartholomaeus, et Matthe.. s. publicanus, . . . Jacobus Alphei, et Judas Zelotes, et Thomas, (*a*)
4. et † Sim. . . . . hananaeus, et Jud. . . . . rioth, . . ui et tradidit eum.
5. Hos XII. misit Jesus; praecipiens eis, (*b*) et † dicens : In viam gentium ne abieritis, et in civitatibus Samaritanorum ne in-
6. traveritis : sed potius ite ad oves perditas domus Istra-
7. hel. Euntes autem praedicate, dicentes : Quia adpropinquavit regnum
8. caelorum. Infirmos cura-
te, mortuos suscitate, leprosus mun. . ate, daemon. . . . eicite, gratis accepistis, gratis date.
9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis
10. vestris : non peram in viam, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgas in manibus
vestris : dignus est enim operarius (*c*) mercedem † suam.
11. In quacumque civitatem intraveritis, interrogate, quis in ea . . . gnus est : et ibi manete donec exeatis.
12. Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes : Pax huic
13. domui. Et si fuerit domus illa

CODEX VERONENSIS.

3. frater ejus. Jacobus Zebedaei. et Johannes frater ejus, Philippus, et Bartholomaeus, et Mattheus publicanus, et Jacobus Alphei, et Judas Zelotes, et Thomas, (*a*) et †
4. Simon Cananeus, et Judas Carioth, qui tradidit eum.
5. Hos XII. misit Jesus, praecipiens eis, (*b*) et † dicens : In viam gentium ne abieritis, et in civitatibus Samaritanorum ne intraveritis :
6. sed potius ite ad oves, quæ perierunt domus Istrahel.
7. Euntes autem praedicate, dicentes : Quia adpropinquavit regnum caelorum.
8. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosus mundate, daemonia eicite, gratis accepistis, gratis date.
9. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris :
10. non peram in viam, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam in manibus vestris : dignus est enim operarius (*c*) mercedem † suam.
11. In quamcumque enim civitate intraveritis, interrogate, quis in ea dignus sit : et ibi manete donec
12. exeatis. Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes : Pax huic domui.
13. Et si fuerit domus illa

CODEX CORBEIENSIS.

frater ejus. Jacobus Zebedaei, et Johannes frater ejus, Philippus, et Bartholomaeus, Thomas, et Matthaeus publicanus, Jacobus Alphaei, et [1] Thaddaeus, Simon Chananaeus, et Judas Scarioth, qui eum tradidit. Hos duodecim misit Jesus; praecipiens eis, [2] dicens : in viam gentium ne abieritis, et in civitatem Samaritanorum ne [3] introieritis : sed ite potius ad oves [4] perditas domus Israel. Euntes autem praedicate, dicentes : Quia appropinquavit regnum coelorum. Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, [5] daemones ejicite, gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris : non peram in via, neque duas tunicas, neque calciamenta, neque virgam [6] : dignus enim est operarius mercede sua. In quamquumque autem civitatem [7] introieritis, interrogate, quis [8] ibi dignus sit : et illic manete donec exeatis. Intrantes autem in domum, salutate eam dicentes : Pax [9] domui huic. Si quidem fuerit domus illa

CODEX BRIXIANUS.

frater ejus. Jacobus Zebedei. et Johannes frater ejus. Philippus et Bartholomeus. Thomas et Mattheus publicanus. Jacobus Alphei. et Lebbeus. qui nominatur Taddeus. Simon Chananeus. et Judas Scariotes. qui et tradidit eum. Hos duodecim misit Jesus praecipiens eis (*b*) et † dicens. in viam gentium ne abieritis. et in civitates Samaritanorum ne introieritis sed potius ite ad oves quae perierunt domus Israhel. Euntes autem. praedicate dicentes. Quia adpropinquavit regnum caelorum. Infirmos curate leprosos mundate. daemonia eicite gratis accepistis gratis date. Nolite possidere aurum. neque argentum. neque pecuniam in zonis vestris. Non peram in viam. neque duas tunicas. neque calciamenta. neque virgam. dignus est enim operarius (*c*) mercedem † suam.

In quacumque autem civitatem aut castellum introieritis. interrogate. quis in ea dignus est. et ibi manete. donec exeatis. Introeuntes autem in domum. salutate eam. dicentes. Pax huic domui Et si fuerit domus illa

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Judas Zelotes, et Simon [a].
[2] et
[3] intraveritis :
[4] quae perierunt
[5] daemonia
[6] in manibus vestris :
[7] aut castellum intraveritis,
[8] in ea dignus est : et ibi
[9] huic domui. Et si fuerit domus

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Nihil simile reperire potui inter variantes lectiones Græcas aut Latinas Novi Testamenti; sed neque apud Augustinum, qui libro secundo de Consensu Evangelistarum dicit Lucam non discreparo a Matthæo in nominibus Apostolorum, nisi in nomine *Judæ Jacobi*, quem Matthæus *Thaddæum* appellat; nonnulli autem codices habent *Lebbæum*. Unde ergo derivatum sit in codicem San-Germ. nomen istud *Judas Zelotes*, minus adhuc mihi compertum. Præsertim cum *Simon* dicatur *Zelotes* Luc. VI, 15. non Judas aliquis e numero discipulorum.

(*a*) Addunt, *et*, ut cod. Cant. καὶ. — (*b*) Illic quoque additur *et*, etiam in cod. Cant καὶ. — (*c*) Ita et cod. Cant. μισθοῦ.

CODEX VERCELLENSIS.

digna, veniet
pax vestra su-
per eam : si autem
non fuerit
digna, pax ves-
tra ad vos re-
vertetur.
14. Et quicumque
non recepe-
rit vos neque,
audierit ser-
mones vestros :
exeuntes foris
de domo vel civi-
tate, excutite
pulverem de
pedibus ves-
tris.
15. Amen dico vo-
bis : Tolerabili-
us erit terrae
Sodomorum
et Gomorrae-
orum in die
judicii, quam
illi civitati.
16. Ecce ego mitto
vos sicut oves
in medio lu-
porum. Estote
ergo pruden-
tes sicut ser-
pentes, et sim-
plices sicut co-
lumbae.
17. Attendite vobis
ab hominibus.
Tradent enim
vos in concili-
is, et flagella-
18. bunt vos : et an-
te reges et prae-
sides (*a*) stabitis †
propter me, in
testimonium
illis, et gentibus.
19. Cum autem tra-
dent vos, noli-
te cogitare quit
loquamini : da-
bitur vobis in
illa hora, quid
loquamini.
20. Non enim vos
estis qui loqui-
mini, sed Spiritus
Patris vestri,
qui loquitur
in vobis.
21. Tradet autem
frater fratrem
in mortem, et
Pater filium : et
insurgent fili
in parentes,
et morte eos
22. adficient : et
eritis odio om-
nibus gentibus
propter nomen
meum : qui au-
tem perseve-
raverit usque
ad finem, hic
salvus erit.
23. Cum autem

CODEX VERONENSIS.

digna, pax vestra
veniet su-
per eam : si autem
non fuerit digna,
pax vestra
ad vos re-
vertetur.
14. Et quicumque
non recepe-
rint vos, neque
audierint ser-
mones vestros :
exeuntes foras
de domo illa vel
civitate, excutite
pulverem de
pedibus ves-
tris.
15. Amen dico vo-
bis : Tolerabili-
us erit terrae
Sodomorum
et Gomorre-
orum in die
judicii, quam
illi civitati.
16. Ecce ego mitto
vos sicut oves
in medio lu-
porum. Estote
ergo pruden-
tes sicut ser-
pentes, et sim-
plices sicut co-
lumbae.
17. Et adtendite vobis
ab hominibus.
Tradent enim
vos in concili-
is, et in synagogis
suis flagella-
18. bunt vos : et aput
reges et prae-
sides (*a*) stabitis †
propter me, in
testimonium
illis, et gentibus.
19. Cum autem tra-
dent vos, noli-
te cogitare quid
loquamini : da-
bitur enim vobis in
illa hora, quid
loquamini.
20. Non enim vos
estis qui loqui-
mini, sed Spiritus
Patris vestri,
loquitur in vobis.
21. Tradet autem
frater fratrem
in mortem, et
Pater filium : et
insurgent fili
in parentes,
et morte eos
22. adficient : et
eritis odio omni-
bus hominibus
propter nomen
meum : qui
autem perseve-
raberit usque
in finem, hic
salvus erit.
23. Cum autem

CODEX CORBEIENSIS.

digna, veniet pax vestra super eam : si autem non fuerit digna, pax vestra ad vos revertetur. Et quiquumque non [1] receperit vos, neque audierit sermones vestros : exeuntes foras [2] extra domum vel civitatem, excutite pulverem de pedibus vestris [3]. Amen dico vobis : Tolerabilius erit [4] Sodomae et Gomorrae in die judicii, quam illi civitati. Ecce [5] mitto vos sicut oves [6] inter lupos. Estote prudentes sicut serpentes, et simplices [7] ut columbae. Cavete autem ab hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos : et [8] ante praesides et reges [a] stabitis propter me, in testimonium ipsorum, et gentium. Quum autem tradent vos, nolite solliciti esse quomodo aut quid loquamini : dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis. Tradet [9] enim frater fratrem ad mortem, et pater filium : et insurgent filii in parentes, et [10] morte eos afficient : et eritis [11] odium omnibus propter nomen meum : qui autem perseveraverit usque in finem, hic salvus erit. Quum

CODEX BRIXIANUS.

digna veniet pax vestra super eam. si autem non fuerit digna. pax vestra ad vos revertetur. Et quicumque non receperit vos. neque audierit sermones vestros exeuntes [b] foras de domo vel de civitate illa excutite pulverem de pedibus vestris. Amen dico vobis. Tolerabilius erit. terrae Sodomorum. et Gomorreorum. in die judicii quam illi civitati.

Ecce ego. mitto vos sicut oves in medio luporum. Estote prudentes sicut serpentes et simplices sicut columbae. Cavete autem [c] vos ab his hominibus. Tradent enim vos in conciliis, et in synagogis suis flagellabunt vos. et ante praesides et reges ducimini propter me in testimonium illis et gentibus. Cum autem tradiderint vos. nolite cogitare quomodo aut quid loquamini dabitur enim vobis in illa hora. quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini. sed Spiritus Patris vestri qui loquetur in vobis. Tradet autem. frater fratrem in mortem. et Pater filium. et insurgent filii in parentes. et morte eos adficient. et eritis odio omnibus propter nomen meum qui autem perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Cum autem perse-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] receperint..., audierint
[2] de domo vel civitate
[3] in testimonium illis.
[4] terrae Sodomorum et Gomorraeorum
[5] ego
[6] in medio luporum. Estote ergo....
[7] sicut columbae. Attendite vobis
[8] ante reges et praesides stabitis propter nomen meum in.... illis et gentibus. Cum tradiderint autem vos, nolite cogitare
[9] autem.... in mortem
[10] morti
[11] odio omnibus hominibus

BLANCHINI NOTÆ.

[a] lita est vox *autem*.

[b] Cyprianus legit *stabitis* ut duo mss. codices nostri.

[c] vocula illa *vos* videtur lita ab exscriptore duabus lineolis quasi abundans in textu.

(*a*) lta et cod. Cant. Gr. et Lat. σταθήσεσθε.

CODEX VERCELLENSIS.

persequentur vos in civitatem istam, fugite in aliam. (*a*) Quod si in alteram persequentur vos, fugite in aliam. † Amen dico vobis, non consummabitis civitates Istrahel, donec veniat filius hominis. 24. Non est discipulus supra magistrum, neque servus super 25. dominum (*b*). Satis est discipulo, ut sit sicut magister ejus; et servus sicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebul vocaverunt: quanto mag . . . domest . . . os 26. ejus? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum est, quod non reve . . . . bitur; occultum, quod n . . . 27. scietur. Quod dico vobis . . .

nebris, dicite in lumine: et quod in aure audistis, praedicate super 28. tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest . . . . mam et. . . . pus perdere in gehennam. 29. Nonne duo passeres asse ve- . . . nt: et unus . . . . . is non cadit . . . . super terram sine vo- . . .m sine voluntate Patris 30. . . . . tri? (*c*) sed et capilli capitis . . . . tri † numerati sunt omnes. 31. Nolite ergo timere: multo . . . . . mere: multis passeribus . . . . melio- . . . . . passeribus. 32. Omnis ergo qui confitebitur . . . . . me coram hominibus, confi-

CODEX VERONENSIS.

persequentur vos in istam civitatem, fugite in aliam. (*a*) Quod si in aliam persequentur vos, fugite in aliam. † Amen dico vobis, non consummabitis civitates Istrahel, donec veniat filius hominis. 24. Non est discipulus super magistrum, neque servus super dominum (*b*). 25. Satis est discipulo, ut sit sicut magister ejus; et servo sicut dominus ejus. Si patrem familias Velzebul vocaberunt: quanto magis domesticos ejus? Ne ergo timueritis eos. Nihil enim opertum, quod non revelabitur, et occultum, quod non scietur. 27. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure auditis, praedicate 28. super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere: sed potius eum timete, qui potest animam et corpus perdere in gehennam. 29. Nonne duo passeres asse veniunt: et unus ex illis non cadit super terram sine voluntate Patris vestri, qui est in 30. caelis? (*c*) sed et capilli capitis vestri † numerati sunt omnes. 31. Nolite ergo timere: multo vos meliores estis passeribus. 32. Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confi-

CODEX CORBEIENSIS.

autem persequentur vos in civitate ista, fugite in aliam. [a] Quod si in aliam persequentur vos, fugite in alteram. Amen dico vobis, non consummabitis civitates Israel, donec veniat filius hominis. Non est discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. [1] Sufficit discipulo, ut sit sicut magister ejus; et [2] servo, ut sit sicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebul vocaverunt: quanto magis domesticos ejus? Ne ergo timueritis eos. Nihil est enim opertum, quod non [3] reveletur; et occultum, quod non [4] manifestetur. Quod dico vobis in tenebris, dicite in lumine: et quod in aure [5] auditis, praedicate super tecta. Et nolite timere eos, qui occidunt corpus; animam autem non possunt occidere: [6] timete ergo magis eum, qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duo passeres asse vaeneunt: et unus ex illis non cadet [7] in terram sine voluntate Patris vestri, qui in coelis est? sed et capilli capitis omnes [8] numerati sunt. Nolite ergo timere: [9] multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui me confessus fuerit [10] coram ho-

CODEX BRIXIANUS.

quentur vos in civitate [b] istam. fugite in aliam. Amen dico vobis non consummabitis civitates Is [c] rael. donec veniat filius hominis.

Non est discipulus super magistrum. nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus et servo sicut dominus ejus. Si patrem familias Beelzebul vocaverunt quanto magis domesticos ejus Ne ergo timueritis eos. Nihil est enim opertum quod non revelabitur. et occultum quod non scietur. Quod dico vobis in tenebris. dicite in lumine. et quod in aure auditis. praedicate super tecta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus. animam autem non possunt occidere. sed potius timete eum qui potest et animam et corpus perdere in gehennam. Nonne duos passeres asse veniunt. et unus ex illis non cadet super terram. sine voluntate Patris vestri.. vestri autem et capilli capitis omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus meliores estis vos. Omnis ergo qui me confessus fuerit coram hominibus. confi-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] satis est
[2] et servus sicut
[3] revelabitur, neque
[4] sciatur.
[5] audieritis,
[6] sed potius eum timete
[7] super
[8] dinumerati
[9] multo enim vos meliores estis passeribus.
[10] fuerit, confitebor et ego eum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Consentiunt Græca exemplaria non pauca, et nonnulla Latina vetustissima. Vide Lucae Brugensis variantes lectiones Novi Testamenti in cap. x Matth.

[b] littera *m* notata est litura ab exscriptore.
[c] expuncta est littera *d*.

(*a*) Addunt, *quod si* etc. usque, *in aliam*. Et ita cod. Cant. Græcus, ἐὰν δὲ ἐν τῇ ἄλλῃ διώκουσιν ὑμᾶς φεύγετε εἰς τὴν ἄλλην, cum eodem Cant. Lat.—(*b*) Post *Dominum*, deest *suum*. Et ita in Cod. Cant.— (*c*) Ita et cod. Cant. ἀλλὰ καὶ αἱ τρίχες τῆς κεφαλῆς ὑμῶν, e Luca.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . .
33. Patre meo, qui
est in caelis :
Qui autem ne-
gaverit me
coram homi-
nibus, negabo et ego
eum coram
Patre meo, qui
est in caelis.
34. Nolite arbitra-
re quia veni
mittere pacem
in terram : non
veni pacem
mittere, sed gla-
35. dium. Veni
enim separa-
. . . . . ad-
. . . . . patrem
. . . . . fili-
. . . . adversus
matrem suam,
. . . . . um
. . . . . sus so-
crum suam :
36. et inimici ho-
minis, domes-
tici ejus.
37. Qui diligit patrem
aut matrem
plusquam me,
non est me dig-
nus ; (*b*) et qui di-
ligit filium
aut filiam plus
quam me, non
est me dignus. †
38. Et qui non ac-
cipit crucem
suam, et sequi-
tur me, non
est me dignus.
39. Qui invene . . .
animam, ... r-
det illam : et qui
perdideri . . . . . .
anima . . . . . .
am pr . . . . . .
me, inveniet
40. eam. Qui reci-
pit vos, me re-
cipit : et qui re-
cipit me, reci-
pit eum, qu . . . .
misit.
41. Qui recipit . . . .
phetam in . . .
mine pro . . .
tae, mercedem
prophetae, ac-
cipiet : (*c*) et qui re-
cipit justum
in nomine
justi, mer . . . .
dem jus . . .
cipiet. †
42. Et qui . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
tantum in no-
mine discipu-
li : amen
dico vobis, quia (*d*)
non perivit
merces ejus †.

CAPUT XI.

1. Et factum est,

CODEX VERONENSIS.

tebor et ego
33. eum coram Pa-
tre meo, qui
est in caelis :
Qui autem
negaberit
me coram ho-
minibus, negabo
et ego eum
coram Patre
meo, qui est in
caelis.
34. Nolite arbitrari
quia veni mit-
tere pacem in
terram : non
veni pacem
mittere, sed
35. gladium. Veni
enim separare (*a*)
filium † adversus
patrem suum,
et filiam adversus
matrem suam,
et nurum adversus
socrum suum :
36. et inimici homi-
nis, domestici.
ejus.
37. Qui diligit
patrem, aut ma-
trem plus quam
me, non est
me dignus : (*b*)
et qui amat
filium aut filiam
suam plus quam
me, non est me di-
38. gnus †.
Et qui non
acceperit crucem
suam, et secutus
fuerit me, non
est me dignus.
39. Qui invenit
animam suam,
perdet illam :
et qui perdide-
rit animam suam
propter me, in-
veniet eam.
40. Qui recipit
vos, me recipit :
et qui me reci-
pit, recipit eum,
qui me misit.
41. Qui recipit
prophetam in
nomine prophe-
tae, mercedem
prophetae acci-
piet : (*c*) et qui
recipit justum
in nomine justi,
mercedem justi
accipiet. †
42. Et quicunque
potum dederit
uni ex minimis
istis calicem
aquae frigidae
tantum in no-
mine meo :
amen dico vo-
bis, quia (*d*) non
peribit merces
sua. †

CAPUT XI.

1. Et factum est,

CODEX CORBEIENSIS.

minibus, et ego confitebor eum coram Patre meo, qui est in coelis : qui autem negaverit me coram hominibus, [1] et ego negabo eum coram Patre meo, qui est in coelis. Nolite putare quia veni pacem mittere super terram : non veni pacem mittere, sed gladium. Veni enim [2] dividere filium adversus patrem suum, et filiam adversus matrem suam, [3] et socrum adversus nurum suam : et inimici hominis, domestici ejus. Qui [4] amat patrem aut matrem super me, non est me dignus : et qui amat filium aut filiam [5] super me, non est me dignus. Et qui non [6] acceperit crucem suam, et sequutus me fuerit, non est me dignus. Qui [7] amat animam suam, perdet illam : et qui perdiderit animam suam propter me, inveniet [8] illam. Qui suscipit vos, me suscipit : et qui me suscipit, suscipit eum, qui me misit. Qui suscipit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet: et qui recipit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet. Et quiquumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae tantum in nomine meo : amen dico vobis, non [9] perdet mercedem suam.

XI. Et factum est.

CODEX BRIXIANUS.

tebor et ego illum coram Patre meo qui in caelis est. qui autem negaverit me coram hominibus negabo et ego eum coram Patre meo qui est in caelis.

Nolite arbitrari quia veni mittere pacem super terram. non veni pacem mittere sed gladium. Veni enim separare hominem adversus patrem suum. et filiam adversus matrem suam. et inimici hominis domestici ejus.

Qui diligit patrem aut matrem plus quam me. non est me dignus. (*b*) et qui diligit filium aut filiam plus quam me. non est me dignus. † Et qui non accipit crucem suam et sequitur me. non est me dignus. Qui invenit animam suam perdet illam et qui perdiderit animam suam propter me inveniet eam.

Qui recipit vos. me recipit et qui me recipit recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine prophetae mercedem prophetae accipiet. (*c*) et qui recipit justum in nomine justi mercedem justi accipiet. †

Et quicunque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae. tantum in nomine discipuli amen dico vobis. non perdet mercedem suam.

Et factum est.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] negabo et ego eum
[2] separare
[3] et nurus adversus socrum suam :
[4] diligit.... plusquam
[5] plusquam
[6] accipit... et sequitur me,
[7] invenit
[8] eam. Qui recipit (*sic consequenter*)
[9] peribit merces ejus.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. υἱὸν, e Luca. — (*b*) Hæc, *et qui*, etc., usque ad *me dignus*, desunt in cod. Cant. Gr. et Lat. — (*c*) Hæc, *et qui recipit*, etc., usque ad, *accipiet*, desunt in Cant. Gr. et Lat. — (*d*) Ita et cod. Cant. οὐ μὴ ἀπόληται ὁ μισθὸς αὐτοῦ.

CODEX VERCELLENSIS.

cum consummasset Jesus, praecipiens xii. discipulis suis, transiit inde ut doceret et praedicaret in civitatibus eorum.
2. Johannes autem cum audisset in carcere opera . . . . ; mittens (*b*) di . . . . . pu-
3. l. s suos †, ait : Tu es, q. i ventu-ru . . . s, a . . . . . um expectamus.
4. Respondens autem Jesus, dixit illis : Euntes renuntiate Johanni quae audistis, et vi-
5. detis. Caeci vident, (*d*) et claudi ambulant, leprosi mundantur, et surdi audiunt, et mor-tui resurgunt, et pauperes evangelizan-
6. tur . . . . ates . ui in me . . . n fuerit scandaliza-
7. tus. Abeuntibus . . . . utem il-
. . . . oepit Jesus dicere ad turbas de Johanne Baptista : Quid existis in deserto videre? arundinem a ventis
8. agitari? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum
9. sunt. Sed quid existis videre? pr . . etam? Utique . . . vobis, ecc. . . . plusqua. . . . prophe. . . . .
10. Hic est (*f*). . . . . de quo di. . . . est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem meam, et paravit viam tuam ante te.
11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum major Johanne

CODEX VERONENSIS.

cum consummasset Jesus (*a*) verba haec, † praecipiens xii. discipulis suis, transiit inde ut doceret et praedicaret in civitatibus eorum.
2. Johannes autem cum audisset in carcere opera Christi, mittens (*b*) discipulos suos, †
3. et ait illis : Euntes dicite : Tu es, qui venturus es, an alium expectamus.
4. Respondens autem Jesus, ait illis : Euntes renuntiate Johanni, quae (*c*) audistis, et videtis †.
5. Caeci vident, (*d*) et claudi ambulant, leprosi mundantur, et surdi audiunt, et mortui resurgunt, et pauperes evan-
6. gelizantur : Et beatus, qui in me non fuerit scandalizatus.
7. Abeuntibus autem illis, coepit Jesus docere ad turbas de Johanne Baptista : Quid existis in desertum videre? arundinem a vento
8. moveri? Sed quid existis videre? hominem mollibus (*e*) vestimentis † indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt.
9. Sed quid existis videre? prophetam? Dico vobis etiam plusquam prophetam.
10. Hic est (*f*) de quo scriptum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam et paravit viam tuam, ante te.
11. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum propheta major Johanne Bap-

CODEX CORBEIENSIS.

quum consummasset Jesus, praecipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret et praedicaret in civitatibus eorum. Johannes autem [1] quum reclausus esset in carcerem, audit de operibus Christi, misit duos ex discipulis suis ad Jesum, dicens : Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus. Respondens autem Jesus [2] dixit illis : Euntes renuntiate Johanni quae audistis et vidistis. Caeci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur : et beatus est, [3] qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, coepit Jesus dicere ad turbas de Johanne [4] : Quid existis in desertum videre? arundinem [5] vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? [6] Etiam dico vobis, et plus quam prophetam. Hic est [7] enim de quo scriptum est. Ecce [8] mitto angelum meum ante faciem tuam, qui praeparabit viam tuam ante te. Amen dico vobis, non surrexit inter natos mulierum [9] major Johanne

CODEX BRIXIANUS.

cum consummasset Jesus praecipiens duodecim discipulis suis. transiit inde ut doceret et praedicaret. in civitatibus eorum.

Johannes autem. cum audisset in carcere opera Christi. mittens (*b*) discipulos suos. ait illi. Tu es qui venturus es. an alium expectamus. Et respondens Jesus ait illis. Euntes renuntiate Johanni quae audistis et vidistis. Caeci vident claudi ambulant. leprosi mundantur surdi audiunt mortui resurgunt pauperes evangelizantur. et beatus est. qui non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus coepit Jesus dicere ad turbas de Johanne. Quid existis in desertum videre arundinem a vento moveri. Sed quid existis. videre hominem mollibus (*e*) vestimentis † indutum. Ecce qui mollibus vestiuntur in domibus regum sunt. Sed quid existis. videre prophetam. Etiam dico vobis et plusquam prophetam.

Hic est enim de quo scribtum est. Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam qui praeparavit viam tuam ante te. Amen dico vobis non surrexit inter natos mulierum. major Johanne Bap-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] quum audisset in carcere opera Christi, mittens duos ex discipulis suis, mandavit ad Jesum, dicens :
[2] ait
[3] qui in me non
[4] Baptista :
[5] a vento moveri?
[6] et ego dico vobis, plus quam
[7] est de
[8] ego
[9] Propheta major

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit, *verba hæc*, etiam Cantabr. et cod. Evangeliorum in Coll. Gonvilli et Caii apud Millium hic. et cap. vii, vers. 26. — (*b*) Cod. Cant. Gr. et Lat. et Gota. διὰ μαθητῶν αὐτοῦ. — (*c*) Ita et textus Græcus, ἀκούετε καὶ βλέπετε. — (*d*) Addunt ter conjunctionem *et*, primam et alteram cum textu Græco, tertiam cum cod. Cant. καὶ. — (*e*) Addunt, *vestimentis*. Et ita textus Græcus ἱματίοις. — (*f*) Post *hic est*, deest *enim*, ut in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

Baptista : qui autem mino. . est in regno caelorum, m. . r est il- 12. lo. . . d. ebus. . . hannis Ba. . . . . ae. . . . . . , ... m cogitur, et cogentes deripiunt 13. illud. Omnes enim prophetae, et lex, usque ad Johannen, prophetave- 14. runt : et si vultis scire, ipse est Helias, qui venturus 15. est. Qui habet aures audiendi, audiat. 16. Cui autem similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, et ad- . . . . . mantibus invicem, e. . . . . 17. mus vobis, et non saltastis : lamentavimus (*a*) vobis, † et non planxistis. 18. Venit enim Johannes neque manducans, neque bibens, et dicunt : Daemonium ha- 19. bet : Venit filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax, et potator, publicanorum et peccatorum amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis. 20. Tunc coepit inproperare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes ejus, quod non egerint paenitentiam. 21. Vae tibi Corazain, (*b*) et † Bedsaida : quia, si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinerem paenitentiam egissent. 22. Amen dico vobis : Tyro et Sidone remissius erit in die judicii, quam vobis.

CODEX VERONENSIS.

tista : qui autem minor est in regno caelorum, major ejus est. 12. A diebus autem Johannis Baptistae usque nunc, regnum caelorum cogitur, et cogentes diripiunt illud. 13. Omnis enim propheta, et lex, usque ad Johannem, prophetaverunt : 14. et si vultis scire, ipse est Helias, qui venturus est. 15. Qui habet aures audiendi, audiat. 16. Cui autem simile aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, et clamantibus ad invicem, di- 17. centes : Cantabimus vobis, et non saltastis : lamentavimus (*a*) vobis, † et non plan- 18. xistis. Venit enim Johannes neque manducans neque bibens, et dicunt : Daemonium habet : 19. Venit filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax, et potator, publicanorum et peccatorum amicus. 20. Tunc coepit improperare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes ejus, quod non egerint poenitentiam. 21. Vae tibi Corozain, (*b*) et † Betsaida : quia, si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere paenitentiam egissent. 22. Verumtamen dico vobis : Tyro et Sydoni tolerabilius erit in die judicii, quam

CODEX CORBEIENSIS.

Baptista : qui autem minor est in regno coelorum ; major est illo. A diebus autem Johannis Baptistae usque nunc, regnum coelorum vim patitur, et violenti [1] rapiunt illud. Omnes enim prophetae, et lex, usque ad Johannem, prophetaverunt : et si vultis [2] recipere, ipse est Elias, qui venturus est. Qui habet aures audiendi, audiat. Cui autem similem aestimabo generationem istam? Similis est pueris sedentibus in foro, [3] qui clamantes coequalibus dicunt : Cecinimus vobis, et non saltastis : lamentavimus, et non planxistis. Venit enim Johannes neque manducans, neque bibens, et dicunt : Daemonium habet. [4] Et venit filius hominis manducans et bibens, et dicunt : Ecce homo vorax, et potator vini, publicanorum et peccatorum amicus. Et justificata est sapientia a filiis suis. Tunc [5] coepit exprobrare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes ejus, eo quod non egerint poenitentiam. Vae tibi [6] Corazain, et Bethsaida : quia, si in Tyro et Sidone factae essent virtutes, quae factae sunt in vobis, olim in cilicio et cinere poenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis : Tyro et [7] Sydonae tolerabilius erit in die judicii, quam vobis.

CODEX BRIXIANUS.

tista qui autem minor est in regno caelorum major est illo.

A diebus autem Johannis Baptistae usque nunc regnum caelorum vim patitur. et violenti rapiunt illud.

Omnes enim prophetae et lex. usque ad Johannem prophetaverunt. et si vultis percipere ipse est Helias qui venturus est. Qui habet aures audiendi audiat.

Cui autem adsimilabo generationem istam. Similis est pueris edentibus in foro et clamantibus ad alterutrum dicentes. Cantavimus vobis et non saltastis. lamentavimus et non planxistis. Venit enim Johannes neque manducans neque bibens et dicunt Daemonium habet. Venit autem filius hominis. manducans et bibens. et dicunt Ecce homo vorax. et potator vini. amicus publicanorum et peccatorum. Et justificata est sapientia a filiis suis. Tunc coepit exprobrare civitatibus in quibus factae sunt plurimae virtutes ejus quia non egerunt paenitentiam. Vae tibi Chorazain. Vae tibi Betsaida quia si in Tyro et Sydone factae fuissent virtutes quae factae sunt in vobis olim utique in cilicio et cinere. paenitentiam egissent. Verumtamen dico vobis. Tyro et Sydoni remissius erit in die judicii quam vobis.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] diripiunt
[2] scire, ipse
[3] et clamantibus ad invicem, et dicentibus : Cantavimus
[4] venit
[5] Jesus coepit increpare
[6] Corozain
[7] Sidoni remissius

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addunt, *vobis*. Et ita textus Græcus ὑμῖν. —(*b*) Ita et cod. Cant. καὶ.

CODEX VERCELLENSIS.

23. Et tu Capharnaum, numquid usque in caelum exaltaveris? (*a*) aut † usque in infernum descendes. Quia, si in Sodomis factae fuissent virtutes, quae factae sunt in te, fortae mansissent usque in hodiernum diem.
24. Tamen dico vobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die judicii, quam vobis.
25. In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvu-
26. lis. Ita Pater: quoniam sic f. . . t placitum ante te.
27. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare.
28. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego vos refici-
29. am. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animis vestris.
30. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve.

CAPUT XII.

1. est. In illo tempore . . . . . it Jesus . . . . . co . . . . . (*b*) tis †: discipuli autem ejus

CODEX VERONENSIS.

23. vobis. Et tu Capharnaum, numquid usque ad caelum exaltaberis? (*a*) aut † usque in infernum discendis. Quia, si in Sodomis factae fuissent (*hic fuerunt omissa ab antiquario verba*, virtutes, quae factae sunt) in te, forte mansissent usque in hodiernum diem.
24. Amen dico vobis, quia terrae Sodomorum remissius erit in die judicii, quam vobis.
25. In illo tempore respondens Jesus dixit: Confiteor tibi, Pater, Domine Deus caeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea
26. parvolis. Ita Pater: quoniam sic fuit beneplacitum ante te.
27. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius, et cui volue-
28. rit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego reficiam
29. vos. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animis
30. vestris. Jugum enim meum suabe est, et honus meum leve est.

CAPUT XII.

1. In illo tempore abiit Jesus per segetis (*b*) sabbatis †: discipuli autem

CODEX CORBEIENSIS.

Et tu Capharnaum, [1] numquid usque ad coelum exaltaberis? usque ad infernum descendes. Quia, si in Sodomis factae essent virtutes, quae factae sunt in te, [2] forsitan mansissent usque in hunc diem. Verumtamen dico vobis, quia [3] Sodomae remissius erit in die judicii, quam vobis. In illo tempore [4] ait Jesus: Confitebor tibi, Deus, Pater coeli et terrae, quia abscondisti haec a sapientibus, et prudentibus, et revelasti ea parvulis. Ita Pater: quia [5] sic tibi placuit. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo [6] cognoscit filium, nisi Pater: neque Patrem [7] cognoscit quis, nisi Filius, et cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes, qui laboratis, et onerati estis, et ego vos reficiam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me, quia mitis sum, et humilis corde: et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est, et onus meum leve [8].

XII. In tempore illo abiit Jesus [9] sabbathis per segetem: discipuli autem ejus

CODEX BRIXIANUS.

Et tu Capharnaum quae usque ad caelum exaltata es usque in infernum descendes. Quia si in Sodomis factae fuissent virtutes quae factae sunt in te. forte mansissent usque in hodiernum diem. Verumtamen dico vobis quia terrae Sodomorum. remissius erit in die judicii quam tibi. In illo tempore respondens Jesus dixit Confitebor tibi Pater Domine caeli et terrae. qui [b] abscondisti haec a sapientibus et prudentibus. et revelasti ea parvulis. Ita Pater quoniam sic complacuit in conspectu tuo. Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium. nisi Pater. neque Patrem quis novit. nisi Filius. et cui voluerit Filius revelare. Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis, et ego vos requiescere faciam. Tollite jugum meum super vos, et discite a me quia mitis sum. et humilis corde. et invenietis requiem animabus vestris. Jugum enim meum suave est et onus meum leve est. In illo tempore abiit Jesus (*b*) sabbatis † per segetes. discipuli autem ejus

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] quae usque in coelum exaltaberis, usque in [a]
[2] forte mansissent in hodiernum diem
[3] terrae Sodomorum
[4] respondens Jesus dixit: Confiteor tibi Pater, Domine,
[5] quoniam sic fuit beneplacitum ante te.
[6] novit
[7] quis novit... et si cui
[8] est.
[9] per segetes sabbathis

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Hanc lectionem codicis San-Germanensis reperit S. Hieronymus, dicit enim: *In altero exemplari reperimus*: et tu, Capharnaum, quæ usque in cœlum exaltata es, usque ad inferna descendes. *Et est duplex intelligentia*, etc. Consule ejusdem Comment., lib. II, in cap. XI. Matth.

[b] Sic.

(*a*) Addunt, *aut*. Et ita cod. Cant. Lat. et Gr. ἤ. —(*b*) Ita et textus Græcus, τοῖς σάββασι.

CODEX VERCELLENSIS.

esurientes . . . . . .
coeperunt . . . . . .
evellere spi-
cas, et mandu-
2. care. Pha . . . . .
autem viden-
tes . . . . . , dixe-
runt . . . . . .
Discipuli tui
faciunt quod
non licet . . .
cere sabba-
3. tis . . . . . .
se dixit eis :
Non legistis
quid fecit Da-
vid, cum esu-
r . . it ipse . . . . ,
qui cum illo
4. erant : quomo-
do intrav. . .
in domum D. . ,
et panes propo-
sitionis man-
ducavit, qu. . s
non licebat. .
. . manducа-
. . . . . bis qui
cum illo erant,
nisi sace. . . . . .
bus ?
5. Aut non. . . . . .
tis in. . . . . .
sabb. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

6. Dico autem vo-
bis, qu ... templo
major est hic.
7. Si enim scire-
tis, quid est : Mi-
sericordiam
volo, et non
sacrificium :
numquam
condemnas-
setis innoceu-
8. tes. Dominus est enim (c)
sabbati fil....
ho . . inis . . . . .
9. . . . . de tra-
. . . . . venit
. . . . . eam
10. . . . . ecce
. . . mo (d) erat † ibi
. . . num ha-
. . . . a . . idam,
et inte . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
sabbatis curа-
re ? ut accusa-
rent eum.
11. Ipse autem di-
xit illis : Quis
. . . . obis, qui ha-
b . . . . . m, et si
ceciderit in
foveam sabba-
to, non tene-

CODEX VERONENSIS.

ejus esurientes
coeperunt
vellere spicas,
et manducare.
2. Pharisaei
autem videntes (a)
illos, † dixe-
runt ei : Ecce
discipuli tui
faciunt quod
non licet eis
facere sabbatis.
3. Ad ipse dixit
eis : Non le-
gistis quid
fecerit David,
cum esuriret
ipse, et qui
cum illo erant :
4. quomodo in-
troivit in do-
mum Dei,
et panes pro-
positionis man-
ducabit, (b)
quod † non
licebat eis
manducare,
neque his
qui cum illo
erant, nisi
solis sacerdotibus ?
5. Aut non le-
gistis in le-
ge, quia sab-
batis sacerdo-
tes in templo
sabbatum
violant, et
sine crimine
6. sunt ? Dico
autem vobis,
quia sabbato
major est hic.
7. Si enim sci-
retis, quid est ;
Misericordiam
volo, quam
sacrificium :
numquam con-
demnassetis
innocentes.
8. Dominus est
enim (c) sab-
bati filius hominis.
9. Et inde transiens
venit in synagogam
10. eorum. Et
ecce homo (d)
erat † manum
habens aridam,
et interroga-
bant eum, dicen-
tes : Si licet
sabbatis curare ?
ut accusarent
11. eum. Ipse
autem dixit
illis : Quis ex
vobis, (e) habet †
ovem unam, et (f)
ceciderit in † fo-
beam sabbatis
ea, non tenebit

CODEX CORBEIENSIS.

[1] esuriebant et coeperunt spicas evellere, et manducare. Pharisaei autem [2] cum vidissent illos, dixerunt ei : Ecce discipuli tui faciunt quod non licet [3]. Jesus vero respondens ait illis : Non legistis quid fecerit David, [4] quando esurisset ipse, et qui cum eo erant : quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis [5] edidit, quos non licebat ei manducare, neque eis qui cum illo erant, nisi solis sacerdotibus? aut non legistis in lege, quoniam sabbathis sacerdotes in templo sabbathum violant, et sine crimine sunt? Dico [6] enim vobis, quia majus est [a] hic, quam templum. Si enim sciretis, quid [7] sit : Misericordiam volo, quam sacrificium : numquam condemnassetis innocentes. Dominus enim est sabbathi filius hominis. Et [8] inde transiens venit in synagogam ipsorum. Et [9] ecce erat ibi quidam habens manum aridam, et interrogabant eum, dicentes : Si licet sabbathis curare? ut accusarent eum. [10] Jesus autem ait illis : Quis de vobis homo, habens ovem, si ceciderit sabbatho in foveam, nonne appre-

CODEX BRIXIANUS.

esurientes, coeperunt vellere spicas et manducare. Pharisaei autem videntes dixerunt ei. Ecce discipuli tui faciunt quod non licet facere in sabbato. Ad ille dixit eis Non legistis quid fecit David quando esurit ipse et qui cum eo erant quomodo intrabit in domum Dei et panes propositionis manducavit. quos non licebat ei manducare. neque his qui cum illo erant nisi solis sacerdotibus. Aut non legistis in lege quia sabbatis sacerdotes in templo sabbatum violant. et sine crimine sunt. Dico autem vobis quia templo major est hic. Si autem sciretis quid est Misericordiam volo quam sacrificium numquam condemnassetis innocentes. Dominus est enim etiam sabbati filius hominis. Et transiens inde venit in synagogam eorum Et ecce. homo (d) erat † ibi manum habens aridam. et interrogabant eum dicentes. Si licet sabbatis curare. ut accusarent eum. Ipse autem dixit eis Quis est ex vobis homo qui habet ovem unam et si c [b] eciderit sabbatis in foveam. nonne tenebit

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] esurientes coeperunt vellere spicas,
[2] videntes eos,
[3] eis facere sabbathis. At ipse dixit eis :
[4] cum
[5] manducavit,
[6] autem vobis, quia sabbatho major est hic
[7] est
[8] transiens inde Jesus... eorum
[9] ecce homo erat ibi manum habens
[10] Ipse autem dixit illis : Quis ex vobis homo habet ovem, et si ceciderit in foveam sabbatho, nonne tenebit eam et levabit eam? Quanto magis melior est homo ove? etc. *ut in Vulg.*

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Notat idem Hieronymus particulam *hic* legendum ut adverbium : *Hic, inquit, non pronomen, sed adverbium loci est, quod major templo sit locus qui Dominum templi teneat.*

[b] Exirita est *a*.

(*a*) Addit *illos*. Et ita cod. Cant. αὐτούς. Et forte etiam Vercell. habebant eamdem Lectionem. — (*b*) Ita et cod. Cant. Lat. et Gr. — (*c*) Ante *sabbati*, deest *etiam*. Et ita in cod. Cant. — (*d*) Addunt, *erat*, ut textus Græcus ἦν. — (*e*) Ita et cod. Cant. ἔχει. — (*f*) Deest *si* . . . *et*, ut in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

bit eam et le-
12. vavit? Quanto
magis melior
est homo ovi?
Itaque licet sab-
.. atis benefa-
cere?
13. ..... homi-
..... xtende
.... num tuam.
..... tendit
..... m suam,
..... tituta
.... sicut et
altera.
14. Et exeuntes Pha-
risaei, consi-
lium faciebant
adversus eum,
ut eum perde-
15. rent. Jesus autem
sciens secces-
sit inde: et se-
quebantur
eum multi, et
curavit eos. (*a*)
Omnes autem
quos curavit †
16. praecepit eis,
ne divulga-
rent illum.
17. Ut adimplare-
tur quod dic-
tum est per E-
seiam propha-
tam, dicentem:
18. Ecce puer
meus, quem
elegi, dilec-
tus, in quo
bene placu-
it (*b*) anima mea †.
Ponam spiritum
meum su-
per eum, et
judicium
gentibus ad-
nuntiavit.
19. Non con-
tendet, ne-
que clama-
vit, neque
audiet ali-
quis in pla-
teis vocem
20. ejus: harun-
dinem quas-
satam non
confrin-
get, et linum
fumigan-
tem non ex-
tinguet, do-
nec eiciat
in victoria
judicium:
21. et in nomi-
ne ejus gen-
tes spera-
bunt.
22. Tunc oblatus
est ei homo dae-
monium ha-
bens, caecus,
et mutus, et cu-
ravit eum ita
ut loqueretur,
23. et videret. Et

CODEX VERONENSIS.

eam et levabit?
12. Quanto magis
melior est homo
ove? Itaque
licet sabbatis
13. benefacere?
Tunc
ait homini: Ex-
tende manum
tuam. Et exten-
dit manum suam,
et restituta
est ei sicut
altera.
14. Et exeuntes
Pharisæi, con-
silium faciebant
adversus eum,
ut eum per-
derent.
15. Jesus autem
sciens secessit
inde:
Et sequebantur
eum multi, et
curavit eos. (*a*) Om-
nes autem quos
curavit † prae-
16. cepit eis,
ne pervul-
garent il-
17. lum. Ut ad-
impleretur
quod dictum
est per Ese-
iam prophe-
tam, dicentem:
18. Ecce puer
meus, quem
elegi, dilectus
meus, in quo
bene placuit (*b*)
anima mea †.
Ponam spiritum
meum super
eum, et
judicium
gentibus adnun-
19. tiabit. Non
contendet, ne-
que clamabit,
neque audiet
aliquis in pla-
teis vocem
20. ejus:
arundi-
nem quassatam
non confringet,
et linum fu-
migantem
non extinguet,
donec eiciat
victoriam ad
21. judicium: et
in nomine
ejus gentes spe-
rabunt.
22. Tunc
oblatus
est ei homo
daemonium
habens, cae-
cus, et mutus
et surdus, et
curavit eum
ita ut lo-
queretur, et
videret, et

CODEX CORBEIENSIS.

hendens elevabit illam? Quantum ergo differt homo ab ove? Itaque licet sabbathis benefacere, aut non? Tunc ait ad hominem: Porrige manum tuam. Et extendit, [1] et facta est sicut altera. Et [2] exeuntes inde Pharisæi, consilium fecerunt adversus eum, ut [3] perderent illum. [4] Quo cognito Jesus secessit inde: et secuti sunt eum multi, et [5] curavit illos. Omnes autem quos curavit comminatus est eis, ne eum manifestarent. Ut impleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, dicentem: Ecce puer meus, quem elegi, dilectus [6] quem suscepit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus adnuntiabit. Non contendet, neque clamabit, neque audiet [7] quisquam vocem ejus in plateis: calamum quassatum non confringet, et linum fumigans non extinguet, [8] donec ponat judicium ad vincendum. et in nomine ejus gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei [9] homo quidam daemonium habens, caecus, surdus et mutus, et sanavit illum ita ut [10] surdus audiret, et videret, et loqueretur. Et

CODEX BRIXIANUS.

eam. et levabit de fovea. Quanto magis melior est homo ove. Itaque licet sabbatis benefacere. Tunc ait homini Extende manum tuam. Et extendit. et facta est sana sicut et altera. Et exeuntes inde Pharisaei. consilium fecerunt adversus eum ut perderent eum. Jesus autem sciens. secessit inde.

Et secutae sunt eum turbae multae. et comminatus est eis ne manifestarent eum. Ut adimpleretur. quod dictum est per Esaiam prophetam dicentem. Ecce puer meus quem elegi. dilectus meus in quo bene complacuit animae meae. Ponam spiritum meum super eum. et judicium gentibus adnuntiabit. Non contendet neque clamabit. neque audiet quisquam in plateis vocem ejus. harundinem quassatam non confringet. et linum fumigantem non extinguet. donec eiciat in victoriam judicium. et in nomine ejus gentes sperabunt.

Tunc oblatus est ei homo daemonium habens caecus et mutus et cu [a] ravit eum. ita ut loqueretur et videret.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S GERMANENSIS.

[1] et restituta
[2] exeuntes Pharisaei... faciebant
[3] eum perderent.
[4] Jesus autem sciens... et sequebantur.
[5] curavit eos omnes. Et praecepit eis ne provulgarent eum. Ut adimpleretur
[6] meus, in quo bene complacuit animae meae.
[7] aliquis in plateis vocem ejus. Arundinem quassatam
[8] donec ejiciat victoriam ad judicium b
[9] homo daemonium... caecus et mutus, et curavit eum
[10] mutus loqueretur, et videret. Et stupebant in eum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] abrasæ sunt penitus duæ litteræ.

[b] S. Hilarius: *Donec cum ejiciat victoriam ad judicium.*

(*a*) Adduntur verba, *omnes autem, quos curavit*, ut in cod. Cant. Lat. et Gr. πάντας δὲ οὓς ἐθεράπευσεν. —(*b*) Ita et textus Graecus ἡ ψυχή μου.

CODEX VERCELLENSIS.

stupebant omnis turbae, et dicebant : Numquid hic est filius David?
24. Pharisaei autem audientes, dixerunt : Hic non eicit daemonia nisi in (*a*) Beelzebul † principem daemoniorum.
25. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis : Omnem regnum divisum contra se, desolabitur : et omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stavit.
26. Si Satanas Satanan ejcit, adversum se divisus est : quomodo ergo stavit regnum ejus?
27. Quod si ego in Beelzebul eicio (*b*) daemonia †, filii vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi judicis erunt
28. vestri. Si autem in spiritu Dei ego eicio daemonia, utique adpropiavit in vos regnum Dei.
29. Aut quomodo potest quis intrare in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius alligaverit fortem? et tunc domum illius diripi-
30. et. Qui non est mecum, contra me est : et qui non congregat mecum, dispargit . . . . . .
31. deo dico vo . . : Omne pe . . tum et blasphemia remittetur hominibus.
32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, nec in hoc saeculo, ne-

CODEX VERONENSIS.

audiret.
23. Et stupebant omnes turbae, et dicebant : Numquid hic est filius David?
24. Pharisaei autem audientes, dixerunt : Hic non eicit daemones nisi in (*a*) Belzebul † principem daemoniorum.
25. Jesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis : Omne regnum divisum contra se, desolabitur : et omnis civitas, vel domus divisa contra se, non stabit.
26. Si enim Satanas Satanan eicit, adversus se divisus est : quomodo ergo stabit regnum
27. ejus? Quod si ego in Belzebul eicio (*b*) daemonia †, filli vestri in quo eiciunt? Ideo ipsi judices
erunt vestri.
28. Si autem in spiritu Dei eicio daemonia, utique adpripiavit in vos regnum Dei.
29. Aut quomodo potest quis intrare in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius ipsum alligaberit fortem? et tunc domum illius diripiet.
30. Qui non est mecum, contra me est : et qui non congregat mecum dispargit.
31. Ideo dico vobis : Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus ; qui autem in Spiritum sanctum blasphemaberit non remittetur illi peccatum.
32. Et quicumque dixerit verbum contra filium hominis, remittetur ei : qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non remittetur ei, neque in hoc saeculo,

CODEX CORBEIENSIS.

mirabantur omnes turbae, et dicebant : Numquid hic est filius David? Pharisaei autem [1] audientes hoc, dixerunt : Hicnon ejicit daemonia nisi in [2] Beelzebub principem daemoniorum. [3] Videns autem Jesus cogitationes eorum, dixit [4] : Omne regnum divisum [5] adversum se, destituetur : et omnis civitas, vel domus divisa [6] adversum se, non stabit. [7] Si ergo Satanas Satanam ejicit, adversum se divisus est : quomodo ergo stabit regnum ejus? Quod si ego in [8] Beelzebub ejicio daemonia, filii vestri in quo [9] ejicient? [10] Ideoque judices erunt vestri. Si autem in spiritu Dei ego ejicio daemonia, utique adpropinquavit [11] super vos regnum Dei. Aut quomodo potest [12] aliquis introire in domum fortis, et vasa ejus diripere, nisi prius [13] alligaverit ipsum fortem? et tum domum illius diripiet. Qui non est mecum, [14] adversum me est : et qui non congregat mecum, [15] spargit. Ideo dico vobis : Omne peccatum et blasphemia [16] remittuntur hominibus ; qui autem in Spiritum Dei blasphemaverit non remittitur ei. Et quiquumque dixerit verbum adversus filium hominis, remittetur illi : qui autem dixerit contra Spiritum sanctum, non [17] remittitur ei, neque in hoc saeculo, ne-

CODEX BRIXIANUS.

Et stupebant omnes turbae et dicebant. Numquid hic est filius David.

Pharisaei autem audientes. dixerunt. Hic non eicit daemonia. nisi in Beelzebul. principem daemoniorum. Jesus autem sciens cogitationes eorum. dixit eis Omne regnum divisum adversum seipsum. desolabitur. et omnis civitas vel domus divisa adversus se. non stabit. Et si Satanas Satanan eicit. adversus semetipsum divisus est quomodo ergo stabit regnum ejus. Quod si ego in Beelzebul eicio (*b*) daemonia. † filii vestri in quo eiciunt Ideo. ipsi judices erunt vestri. Si autem ego in spiritu Dei eicio daemonia. utique praevenit in vos regnum Dei. Aut quomodo potest. quis intrare in domum fortis et vasa ejus diripere. nisi prius alligaverit fortem et tunc domum ejus diripiet Qui non est mecum. contra me est. et qui non congregat mecum spargit. Ideo dico vobis Omne peccatum et blasphemia. remittetur hominibus. Spiritus autem blasphemia non remittetur hominibus. Et quicumque dixerit verbum adversus filium hominis. remittetur ei. qui autem dixerit adversus Spiritum sanctum. non remittetur ei. neque in hoc saeculo

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] audientes, dixerunt :
[2] Beelzebul
[3] Sciens
[4] eis :
[5] contra se desolabitur :
[6] contra
[7] Si enim
[8] Beelzebul
[9] ejiciunt?
[10] Ideo ipsi
[11] adpropiavit in vobis
[12] quis intrare
[13] alligaverit fortem?
[14] contra
[15] dispargit.
[16] remittuntur hominibus. Et quicumque dixerit verbum contra
[17] remittetur

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Textus Græcus Βεελζεβούλ, ut codex Vercell., Veron. non geminat *e*.—(*b*) Ita et textus Græcus, τὰ δαιμόνια.

CODEX VERCELLENSIS.

que in futuro.
33. Aut facite . . . bo-
. . . m bonam,
et fructus ejus
bonos : aut facite arborem malam, et fructus
ejus malos : ex
fructu enim
arbor cognoscetur.
34. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, cum
sitis mali? Ex abundantia
enim cordis
os loquitur.
35. Bonus homo
de bono thensauro bona proferet : et malus
homo de malo
thensauro
mala profert.
36. Dico autem vobis, quoniam
omne verbum
otiosum, quod
locuti fuerint
homines, reddent de eo rationem in die
37. judicii. Unusquisque enim
ex verbis suis justificabitur, aut con-
demnabitur.
38. Tunc respondeorunt ei quidam
Scribarum,
et Pharisaeorum,
dicentes : Magister, volumus a te signum
39. . . . . autem respondens ait illis :
Generatio mala et adultera signum quaerit : et
signum non
dabitur ei, nisi signum Jonae Prophetæ.
40. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus
diebus; et tribus
noctibus : ita
erit (*a*) et † Filius
hominis in corde terrae tribus diebus, et
tribus nocti-
41. bus. Viri Ninevitae resurgent in judicio cum generatione ista,
et condemnabunt eam :
quia paenitentiam egerunt
in praedicatione Jonæ.

CODEX VERONENSIS.

neque in futuro.
33. Aut facite
arborem bonam,
et fructum ejus
bonum : aut facite arborem malam, et fructum
ejus malum : nam
ex fructu arbor
cognoscitur.
34. Progenies viperarum, quomodo
potestis bona
loqui, cum sitis
mali? Ex abundantia enim cordis os loquitur.
35. Bonus enim homo de bono
thensauro profert
bona : et malus
homo de malo
thensauro profert
mala.
36. Amen dico vobis, quoniam
omne verbum
otiosum, quod
locuti fuerint
homines, reddent
ejus rationem
in die judicii.
37. Unusquisque enim verbis
suis justificabitur,
et verbis suis
condemnabitur.
38. Tunc adierunt
eum quidam
de Scribis, et
Farisæis,
dicentes :
Magister, volumus aliquid
a te signum
videre.
39. Jesus autem respondens ait
illis : Generatio
mala et adultera
signum quaerit :
et signum non
dabitur ei, nisi
signum Jonae
Prophetae.
40. Sicut enim
fuit Jonas
in ventre
ceti tribus
diebus, et
tribus noctibus : sic erit (*a*)
et † Filius
hominis in
corde terrae
tribus diebus
et tribus noctibus.
41. Viri Ninevitae
surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam :
quia paenitentiam egerunt
in praedicationem Jonae.

CODEX CORBEIENSIS.

que in futuro. Aut facite arborem bonam, et fructum ejus bonum : aut facite arborem malam, et fructum ejus malum : ex fructu [1] enim omnis arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo potestis bona loqui, quum sitis mali? [2] Nam ex abundantia cordis unusquisque loquitur de ore suo mala. Bonus homo de bono thesauro profert bona : et malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum, quod loquuti fuerint homines, reddent [3] de eo rationem in die judicii. [4] Ex verbis enim tuis justificaberis, et ex verbis tuis condemnaberis. Tunc responderunt [5] illi quidam ex Scribis Pharisaeorum, dicentes : Magister, volumus a te signum videre. [6] At ille respondens ait illis : Generatio mala et adultera signum quaerit : et signum non dabitur ei, nisi signum Jonae Prophetae. Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus ; sic [7] et Filius hominis erit in corde terrae tribus diebus, et tribus noctibus. Viri [8] Ninivitæ surgent in judicio cum [9] hac generatione, et damnabunt illam : quia poenitentiam egerunt in praedicatione Jonae.

CODEX BRIXIANUS.

neque in futuro. Aut facite arborem bonam. et fructum ejus bonum. aut facite arborem malam. et fructum ejus malum. ex fructu enim arbor dinoscitur. Progenies viperarum quomodo potestis bona loqui cum sitis mali Ex abundantia enim cordis. os loquitur. Bonus homo de bono thensauro [a] cordis profert bona. et malus homo. de malo thensauro. profert mala. Dico autem vobis. quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines reddent de eo rationem in die judicii. Ex verbis enim tuis justifica [b] veris. et ex verbis tuis condemna [b] veris.

Tunc responderunt ei quidam. de Scribis et Pharisaeis. dicentes. Magister. volumus a te signum videre. Jesus autem respondens ait illis. Generatio mala. et adultera. signum quærit. et signum non dabitur ei. nisi signum Jonae Prophetae. Sicut enim fuit Jonas. in ventre [c] coeti. tribus diebus et tribus noctibus. sic erit Filius hominis in corde terrae tribus diebus et tribus noctibus. Viri Ninivitae surgent in judicio. eum generatione ista. et condemnabunt eam. quia paenitentiam egerunt. in praedicatione Jonae.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] enim arbor cognoscetur.
[2] ex abundantia enim cordis os loquitur. Bonus, etc.
[3] pro eo
[4] unusquisque enim ex verbis suis, justificabitur, aut ex verbis suis condemnabitur.
[5] ad Jesum quidam de Scribis et Pharisaeis,
[6] Jesus autem
[7] erit et
[8] Ninevitae
[9] generatione ista, et condemnabunt eam :

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Particula illa *cordis* abrasa est, sed adhuc manifesta.

[b] *v* pro *b* usurpata.
[c] *o* in *coeti* est abrasa.

(*a*) Addunt *et*, ut cod. Cant. καί,

CODEX VERCELLENSIS.

Et ecce plus hic quam Jonas. Sa-
42. ba Regina austri resur-
get in generatione ista in judicio, et condemnabit eam: quia venit ab ultimis partibus terrae audire sapientiam Solomonis, et ecce plus hic quam Solomon.
43. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, et
44. non invenit. Tunc dicit: Revertar in domum meam, unde exiiet. Et veniens invenit vacantem, et mundatam, et or-
45. natam. Tunc vadit, et adsumit secum IIII. spiritus alios nequiores quam se; et intrantes habitant in ea: et fiunt novissima hominis illius pejora magis quam priora. Sic erit generationi huic pessimae.
46. Hae. . . . oque. . te. . a. . . . urbas, ec. . . . . mater ejus et fratres stabant foris, querentes loqui cum eo.
47. Dixit autem unus illi: ecce mater tua, et fratres tui stant foris quaerentes te videre.
48. Respondens autem Jesus, dixit illi, qui secum loquebatur: Quæ est mater mea, aut qui sunt fratres mei?
49. . . extendens manum ad discipulos suos, dixit: Ecce mater
50. mea, et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus frater, et soror, et mater est.

CODEX VERONENSIS.

Et ecce plus hic quam Jonas.
42. Regina austri resurget in judicio cum generatione ista, et condemnabit eam: quia venit ab ultimis partibus terrae audire sapientiam Solomonis, et ecce plus hic quam Solomon.
43. Cum autem immundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida et deserta quaerens requiem, et non
44. inveniet. Tunc dicit: Revertar in domum, unde exivi. Et veniens si invenerit vacantem, scopis mundatam,
45. et ornatam. Tunc vadit, et adsumit secum alios septem spiritus nequiores quam se; et intrantes habitant in eo: et fiunt novissima hominis illius pejora magis quam priora. Sic erit generationi huic pessimae.
46. Hæc eo loquente ad turbas, ecce mater ejus et fratres stabant foris, quaerentes loqui cum eo.
47. Dixit autem ei quidam: ecce mater tua, et fratres tui foris stant quaerentes loqui tecum.
48. Ad ipse respondens, dicenti sibi, ait: Quae est mihi mater mea, et fratres
49. mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit: Ecce mater
50. mea, et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in caelis est, ipse meus et frater, et soror, et mater est.

CODEX CORBEIENSIS.

Et ecce plusquam [1] Jonas hic. Regina austri [2] exsurget in judicio cum hac generatione, et damnabit eam: quia venit in finibus terrae audire sapientiam Salomonis, et ecce plus quam Salomon hic. Quum autem spiritus immundus exierit ab homine, [3] perambulat per loca arida et deserta [4] desiderans requiem, et non inveniens. Tunc dicit: Revertar in [5] domum meam, unde exivi. Et veniens si [6] invenerit vacantem, et mundatam. [7] Tunc vadet, et assumet septem alios spiritus nequiores se ipso; intrantes habitabunt ibi: et fiunt novissima hominis illius pejora [8] prioribus. Sic erit et generationi huic pessimae. [9] Loquente eo ad turbas, ecce mater illius et fratres stabant foris, [10] desiderantes loqui cum eo. At ille respondens dixit eis qui secum loquebantur: Quæ est mater mea, [11] aut qui sunt fratres mei? Et extendens manum [12] ad discipulos suos, dixit: Ecce mater mea, et fratres mei. Quiquumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in coelis est, [13] hic mihi et frater, et soror, et mater est.

CODEX BRIXIANUS.

Et ecce plusquam Jona hic. Regina austri. surget in judicio. cum generatione ista et condemna [a] vit eam. quia venit a finibus terrae. audire sapientiam Salomonis. et ecce plus Salomone hic.

Cum autem immundus spiritus exierit ab homine ambulat per loca arida. quaerens requiem et non invenit. Tunc dicit. Revertar in domum meam. unde exivi. Et veniens invenit vacantem scopis mundatam. et ornatam. Tunc vadit et adsumit alios septem spiritus. nequi [b] liores se. et intrantes habitant ibi. et fiunt novissima hominis illius. pejora prioribus. Sic erit et generationi huic pessimae. Adhuc eo loquente ad turbas. ecce mater ejus et fratres. stabant foris quaerentes loqui ei. Dixit autem ei quidam ecce mater tua. et fratres tui. foris stant quaerentes loqui tecum. Ad ille respondens, ait dicenti sibi. Que est mater mea et qui sunt fratres mei. Et extendens manum suam super discipulos sues dixit. Ecce mater mea et fratres mei. Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei qui in caelis est ipse meus frater et soror et mater est.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Jona hic est.
[2] surget... ista, et condemnabit... a finibus
[3] ambulat
[4] quaerens requiem, et non invenit.
[5] domum, unde
[6] invenit vacantem, scopis mundatam, et ornatam.
[7] Tunc vadit, et adsumit secum... nequiores quam se. Et intrantes habitabunt in eum:
[8] magis quam priora.
[9] Haec loquente ad
[10] quaerentes loqui, etc., *ut Vulgata usque* dicenti sibi.
[11] et fratres mei?
[12] in discipulis suis,
[13] ipse meus frater,

BLANCHINI NOTÆ.

[a] *condemnavit*. *v* pro *b* usurpata.
[b] *ti* in *nequitiores*, lita est a librario lineola transversa.

CODEX VERCELLENSIS.

CAPUT XIII.

1. Eo die (a) exiit † Jesus (b) et sedebat se-
2. cus mare. Et congregatae sunt turbae ad eum, ita ut in navicula. . ascenderet, et omnes turbae stabant
. . . . . .
3. cutus est ad eos mui. . . . . parabo. . . . . cens : Ecce exiit qui seminat semi-
4. nare. Et cum seminat, quaedam ceciderunt secus viam, et venerunt volucr. . . , et comederunt ea. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

feretur ab eo.
13. Ideo in paravolis loquor illis : ut videntes non videant, et audientes non audiant.
14. Et tunc inpletur prophe- . . . a Eseiae dicentis : (*b*) Vade dic populo huic † ; aure audietis, et non
15. intellegetis. Incrassa cor populi hujus, aures, et oculos eorum grava : ne quando convertantur, et sanem
16. eos. Vestri autem beati oculi qui vident, et aures quae audiunt.
17. Amen dico vobis, quod multi prophetae et justi cupierunt videre quae videtis, et non audierunt; et audire quae auditis, et non audierunt.
18. Vos ergo audite parabolam seminantis.
19. Omnis qui audit verbum regni, et non intellegit, venit malus, et rapit quod seminatum est in corde illius : hic est qui secus viam seminatus
20. est. Qui autem supra petra seminatus est, hic est, qui verbum audit, et continuo cum gaudio accipit il-
21. lum : sed non habet in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione (*c*) vel † persecutione propter verbum, continuo scandalizatur.
22. Qui autem in spinis seminatur, hic est, qui

CODEX VERONENSIS.

auferetur ab eo.
13. Ideo non in parabolis loquor illis : (*a*) ut videntes non videant, et audientes audiant, et non intellegant : ne quando
14. convertantur. Et tunc† in illis sermo Prophetae dicentis : (*b*) Vade et dic populo huic † ; aure audietis, et non intellegetis : et videntes videbitis, et non
15. videbitis. Ingrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos gravaberunt : ne quando oculis videant, et auribus audiant, et corde intellegant, et convertantur, et sanem eos. Incrassatum est enim cor populi hujus, et aures eorum obstrue, et oculos eorum grava : ne quando convertantur, et sanem illos dicit Dominus.
16. Vestri autem beati oculi qui vident, et aures quae audiunt.
17. Amen dico vobis, quod multi prophetae et justi cupierunt videre quae vidistis, et non viderunt; et audire quae vos audistis, et non audierunt.
18. Vos ergo audite parabolam
19. seminantis. Omnis qui audit verbum regni, et non intellegit, venit malus, et rapit quod seminatum est in corde illius : hic est qui secus viam seminatus est.
20. Qui autem supra petrosa loca seminatus est, hic est, qui verbum audit, et continuo cum gaudio accipit illud :
21. sed non habet in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione (*c*) vel † persecutione propter verbum, continuo scandalizantur.
22. Qui autem in spinis seminatus est, hic est, qui

CODEX CORBEIENSIS.

et quod habet auferetur ab eo. [1] Propter hoc in parabolis loquor illis : ut videntes non videant, et audientes [2] non audiant, neque intelligant. Et tunc implebitur in illis prophetia Esaiae dicentis : Vade et dic populo huic ; [3] aure audietis, et non intelligetis : et videntes [4] non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt [5], et oculos suos cluserunt : nequando oculis videant, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos. Vestri autem beati oculi [6] qui vident, et aures vestrae quae audiunt. Amen dico vobis, quia multi prophetae et justi cupierunt videre quae [7] videtis, et non viderunt ; et audire quae [8] auditis, et non audierunt. Vos ergo audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni, et non intelligit, venit malus, et rapit quod seminatum est in corde ejus : hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem super petrosa seminatus est, hic est, qui verbum audit, et continuo cum gaudio [9] accepit illud : non habet in se radicem, sed est temporalis. Facta autem tribulatione et persequutione propter verbum, continuo scandalizatur. Qui autem [10] est seminatus in spinis, hic est, qui

CODEX BRIXIANUS.

quod habet auferetur ab eo. Propterea in parabolis loquor eis. quia videntes non vident et audientes non audiunt neque intellegunt. Et adimple [a] retur in eis prophetia Esaiæ dicentis auditu audietis. et non intellegetis. et videntes videbitis. et non videbitis. Incrassatum est enim cor populi hujus. et auribus graviter audierunt. et oculos suos cluserunt. nequando oculis videant et auribus audiant. et corde intellegant. et convertantur. et sanem eos. Vestri autem beati oculi quia vident. et aures vestrae quia audiunt. Amen dico vobis. quia multi prophetæ et justi. cupierunt videre quae vos videtis. et non viderunt et audire quae vos auditis. et non audierunt. Vos ergo. audite parabolam seminantis. Omnis qui audit verbum regni. et non intellegit. venit malus. et rapit quod seminatum est in corde ejus. hic est qui secus viam seminatus est. Qui autem supra petrosa seminatus est. hic est qui verbum [b] meum audit et continuo cum gaudio accipit illud. non habet autem in se radicem sed est temporalis. Cum autem facta fuerit tribulatio (*c*) vel † persecutio propter verbum continuo scandalizatur. Qui autem in spinis est seminatus hic est qui

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Idcirco in
[2] audiant, et non intellegant; nequando convertantur. Et tunc
[3] auditu audietis
[4] videbitis, et non aspicietis. Ingrassatum est cor
[5] audierunt; ne quando
[6] quia vident, et aures quae
[7] vos videtis, et audire
[8] audistis,
[9] accipit illud : sed non
[10] in spinis seminatur

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Duæ illæ litteræ *re*, in *adimpleretur*, litæ sunt a librario lineola transversa.

[b] Particula illa, *meum*, extrita est.

(*a*) Ita et cod. cant. ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ κούωσι, καὶ μὴ ἀσυνῶσι, μή ποτε ἐπιστρέψωσι· καὶ τότε πληρωθήσεται : cui concinit et Vercell. — (*b*) Addit *vade et dic populo huic;* etiam cod. Cant. πορεύθητι καὶ εἰπὲ τῷ λαῷ τούτῳ, ex Esaia. — (*c*) Ita et textus Græcus ἤ.

CODEX VERCELLENSIS.

verbum audit, et sollicitudine saeculi, et voluntates divitiarum, suffocat verbum, et infructuosus fit.
23. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, et intellegit, (*a*) tunc † fructum adferet, et facit aliut quidem C. et aliut sexagesimum, aliut xxx
24. Aliam paravolam proposuit illis, dicens : Simile est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in a-
25. gro suo. Cum autem dormirent hominis, venit inimicus ejus, et supersemi-navit zizania in triticum,
26. et abiit. Sed cum crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuit (*b*) ziza-
27. nia. Accesserunt autem servi patris familias, et dixerunt ei : Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet ziza-
28. nia ? Et ait illis : Inimicus homo fecit hoc. (*c*) Dicunt [a] et servi †, Vis, imus, et colligimus
29. ea ? Dixit eis : Non : ne forte colligentes zizania, eradicetis (*d*) simul et † triticum.
30. Sed sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus : Colligite primum zizania, eradicetis (*d*) simul et † triticum. Sed sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus : Colligite primum zizania, et alligate ea fasciculos ad comburendum,

CODEX VERONENSIS.

verbum audit, et per sollicitudinem saeculi hujus, et voluptates divitiarum, suffocant verbum, et sine fructu efficitur.
23. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, et intellegit, (*a*) tunc † fructum adferet, et facit alium quidem centensimum, aliut sexagesimum, aliud vero tricensimum. Qui habet aures audiat.
24. Aliam parabolam proposuit illis, dicens : Simile est regnum caelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo.
25. Cum autem dormirent homines ejus, venit inimicus ejus, et seminavit zizania in triticum, et abiit.
26. Sed cum crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt (*b*) zizania.
27. Accesserunt autem servi patris familias, et dixerunt ei : Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo ? Unde ergo habet ziza-
28. nia ? Et ait illis : Inimicus homo hoc fecit. (*c*) Dicunt ei servi †, Vis, imus, et colligimus ea ?
29. Ad ait illis : Nolite : ne forte colligentes zizania, eradicetis (*d*) simul et † tri-
30. ticum. Sed sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus : Colligite primum zizania, et alligate ea fasciculis ad comburendum,

CODEX CORBEIENSIS.

verbum audit, et solicitudo saeculi [1] istius, et fallacia divitiarum, [2] suffocat verbum, et sine fructu efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est, hic est, qui audit verbum, et intelligit, et fructum affert, et facit aliud quidem centesimum, aliud [3] autem sexagesimum, porro aliud vero tricesimum. Aliam parabolam proposuit illis, dicens : Simile factum est regnum coelorum homini, qui seminavit bonum semen in agro suo. Quum autem dormirent homines, venit inimicus ejus, et superseminavit zizania [4] in medio tritici, et abiit. [5] Quum autem crevisset herba, et fructum fecisset, tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi [6] patrisfamilias, dixerunt ei : Domine, nonne bonum semen seminasti in agro tuo? Unde ergo habet zizania ? Et ait illis : Inimicus homo hoc fecit. [7] Servi autem dixerunt ei, Vis, imus, et colligimus ea ? Et ait : Non : ne forte colligentes zizania, eradicetis simul [8] cum eis et triticum. Sinite utraque crescere usque ad messem, et in tempore messis dicam messoribus : Colligite primum zizania, et alligate [9] ea in fasciculos ad comburendum,

CODEX BRIXIANUS.

verbum audit et sollicitudo saeculi hujus et fallacia divitiarum suffocat verbum. et sine fructu [a] m efficitur. Qui vero in terram bonam seminatus est. hic est qui audit verbum et intellegit. et fructum affert. et facit. aliud centesimum. aliud autem sexagesimum. aliud tricensimum. Aliam parabolam proposuit eis dicens Simile est regnum caelorum. homini qui semina [b] bit bonum semen in agro suo. Cum autem dormirent homines venit inimicus ejus et superseminavit zizania in medio tri [c] ttici. et abiit. Cum autem crevisset herba. et fructum fecisset. tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem servi patris familias. dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Unde ergo habet zizania. Ad ille dixit eis. Inimicus homo hoc fecit. Servi autem dixerunt ei Vis ergo euntes colligimus ea. At ille ait eis Non. ne forte colligentes zizania eradicetis (*d*) simul et † tri [d] tticum. Sinite utraque crescere. usque ad messem. et in tempore messis dicam messoribus Colligite primum zizania et alligate fasciculos. ad comburendum ea.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] saeculi et voluptas divitiarum
[2] suffocant
[3] aliud sexagesimum, aliud
[4] in triticum
[5] Sed cum crevisset
[6] patris familiae, et
[7] Dicunt ei servi, Vis,
[8] simul et triticum. Sed sinite
[9] ea fasciculos

BLANCHINI NOTÆ.

[a] m in *fructum*, derasa est a correctore.
[b] *Seminabit*, pro *seminavit*.
[c] Una ex duabus *t* extrita est a correctore.
[d] Et hic quoque una ex duabus *t* extrita est.

(*a*) Ita et cod. Cant. τότε. — (*b*) Ante *zizania* deest *et*, ut in cod. Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. λέγουσιν αὐτῷ οἱ δοῦλοι. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἅμα καί.

CODEX VERCELLENSIS.

triticum autem congregate in horreum 31. um meum. Aliam parabolam (a) locutus est † eis dicens : Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod . . . . piens homo seminavit in agrum suum : 32. quod minimum quidem est omnibus seminibus : cum autem creverit, majus fit omnibus holeribus, et fit arbor tanta, ita ut volucr . . . caeli veniant, et habitent in r . . . . is ejus. 33. . . . liam parabo . . . . m dixit eis. . . . . est regnum . . aelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinam mensuris tribus, donec fermentatum est totum.

34. Ha . . . . . nia . . . . . tus est Jesus in paravolis . . . . . paravolis non loquebatur eis : 35. ut adimpleretur . . uod dic- . . . . . era . . por Pro . . . . etam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, eructuabo absconsa ante constitutionem mundi. 36. di. Tunc, dimissis turbis, abiit in domum : et accesserunt ad eum discipuli ejus; dic . . . es : . . . . . rra n . . s parabo . . . . . tritici et zizaniorum agri. 37. Ad Jesus respondens ait : Qui semin . . . . bonum se . . . . . ; Filius hominis est. 38. Ager autem, est hic mundus. Bonum e . . . . . men, hi sunt filii regni. Zizania autem, [7] filii sunt nequam.

CODEX VERONENSIS.

triticum autem congregate in horreum meum. 31. Aliam parabolam (a) locutus est † illis dicens : Simile est regnum caelorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agrum suum : 32. quod minimum quidem est omnibus seminibus : cum autem creverit, majus fit omnibus holeribus, et fit arbor talis, ita ut volucres caeli veniant, et habitent in ramis ejus. 33. Aliam parabolam locutus est eis. Simile est regnum caelorum fermento, quod acceptum mulier abscondit in farinam mensuris tribus, donec fermentatum est totum. 34. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas : et sine parabolis non loquebatur eis : 35. ut impleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, ructuabor absconsa ante constitutionem mundi. 36. Tunc, dimissis turbis, abiit in domum : et accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : Enarra nobis parabolam tritici et zizaniorum agri. 37. Ad Jesus respondens ait : Qui seminat bonum semen, est Filius hominis. 38. Ager autem, est hic mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania autem, filii sunt iniqui.

CODEX CORBEIENSIS.

triticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam proposuit eis dicens : Simile est regnum coelorum grano sinapis, quod accipiens homo seminavit in agro suo : quod minimum quidem est omnibus seminibus : quum autem creverit, majus [1] est omnibus oleribus, et fit arbor, ita ut volucres coeli veniant et habitent in ramis ejus. Aliam parabolam loquutus est eis. Simile est regnum coelorum fermento, [2] quod acceptum mulier abscondit in farinae [3] satis tribus, donec fermentatum est totum. Haec omnia loquutus est Jesus in parabolis ad turbas : et sine parabolis non loquebatur eis : ut adimpleretur quod dictum erat per Prophetam dicentem : Aperiam in parabolis os meum, eructabo absconsa a constitutione mundi. Tunc, dimissis turbis, venit in domum : et accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : [4] Dissere nobis parabolam zizaniorum et agri. Qui respondens ait : Qui [5] seminat bonum semen, est Filius hominis. Ager autem, est [6] mundus. Bonum vero semen, hi sunt filii regni. Zizania autem, [7] filii sunt nequam.

CODEX BRIXIANUS.

tri [a] ticum autem congregate in horreum meum. Aliam parabolam. (a) locutus est † eis dicens. Simile est regnum caelorum. grano sinapis quod accipiens homo seminavit in agro suo quod minimum quidem est omnium seminum. cum autem creverit. majus est omnibus oleribus, et fit arbor. ita ut volucres caeli veniant. et habitent in ramis ejus. Aliam parabolam. locutus est eis. Simile est regnum caelorum fermento. quod acceptum mulier abscondit. in farinae mensuris tribus donec fermentatum est totum. Haec omnia locutus est Jesus in parabolis ad turbas. et sine parabolis nihil loquebatur eis. ut adimpleretur quod dictum est. per Prophetam dicentem Aperiam in parabolis os meum. eructu [b] a bo absconsa. a constitutione mundi. Tunc dimissis turbis venit in domum Jesus. et accesserunt ad eum discipuli ejus. dicentes. Edissere nobis. parabolam zizaniorum agri. Ipse autem respondens dixit eis. Qui seminat bonum semen est Filius hominis. Ager autem est hic mundus. Bonum autem semen. hi sunt filii regni. Zizania autem sunt. filii nequam.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] fit omnibus oleribus, ita ut
[2] quo accepto
[3] mensuris
[4] Enarra... tritici et zizaniorum agri. At Jesus respondens
[5] seminavit
[6] hic
[7] hii sunt filii nequitiae

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Et hic similiter una ex duabus *t* extrita.

[b] *Eructuabo*, pro *eructabo*.

(a) Ita et cod. Cant. [illegible].

CODEX VERCELLENSIS.

39. tiae. Inimicus autem, qui seminavit ea, diabolus est. Messis vero, consummatio saeculi est. Messores autem, angeli
40. sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur : sic erit in consummatione saecu-
41. li. Mittet filius . . . hominis angelos suos, et collige . . . . de regno e . . . . omn . . . scandala, et eos qui faciunt ini-
42. quitat . . . : et mitte . . . . os in caminum ignis. Ibi erit fletus, et st . . . dor dentium.
43. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures, audiat.
44. Simile est regnum caelorum thensauro absconso in agro : quem cum in . . . . it homo, ab . . . . , et prae . . . . . dio illius vadit, vendit universa quae habet, ... mit agrum illum.
45. Iterum simile est regnum caelorum homini negó- . . . . . uae- . . . . . , nam margaritam.
46. Inventa autem (*a*) praetio- . . . marga- . . . . . lit; et vend . . . . . uaecumque . . . . buit, et emit eam.
47. Iterum simile est regnum caelorum retiae missae in mari, quae ex omni genere piscium c . . . . . (*b*)
48. Cum aut . . . . † ess. . . . . ta, (*c*) eduxerunt eam † (*d*) ad litus † sedentes, eleg . . . runt (*e*) optimos †

CODEX VERONENSIS.

39. Inimicus autem, qui seminavit ea, diabolus est. Messis vero, consummatio saeculi est. Messores autem, angeli sunt.
40. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur : sic erit in consummationem saeculi.
41. Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala, et eos qui faciunt iniqui-
42. tatem : et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus, et stridor den-
43. tium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris eorum. Qui habet aures, audiat. Aliam similitudinem adjecit, dicens :
44. Simile est regnum caelorum thensauro absconso in agro : quem cum invenerit homo, abscondit eum, et prae gaudio illius vadit, et vendit universa quae habet, et emit agrum illum.
45. Iterum simile est regnum caelorum homini negotianti, quaerenti bonam margaritam.
46. Inventa autem (*a*) praetiosa margarita, abiit, et vendidit omnia quaecumque habuit, et emit eam.
47. Iterum simile est regnum caelorum retiae missae in mari, quae ex omni genere piscium collegit. (*b*)
48. Cum autem † esset impleta, (*c*) eduxerunt eam † (*d*) ad litus, † et sedentes, ellegerunt (*e*) optimos † pi-

CODEX CORBEIENSIS.

Inimicus autem, qui seminavit [1], est diabolus. Messis vero, consummatio saeculi [2] est. Messores vero, angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania, et igni comburuntur : sic erit in consummatione saeculi. Mittet filius hominis angelos suos, et colligent de regno ejus omnia scandala et eos qui faciunt iniquitatem : et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol [3] in regno Patris eorum. Qui habet aures audiendi, audiat. Simile est regnum coelorum thesauro abscondo in agro : quem qui invenit homo, abscondit, et prae gaudio illius vadit, et vendit universa quae habet, et emit agrum illum. [a] Iterum simile est regnum coelorum homini negotiatori, quaerenti bonas margaritas. Inventa [b] autem una pretiosa margarita, abiit et vendidit omnia [5] quae habuit, et emit eam. Iterum simile est regnum coelorum [6] sagenae missae in mare, et ex omni genere piscium congreganti. Quam, quum impleta est, educentes, et secus littus sedentes, elegerunt bonos

CODEX BRIXIANUS.

Inimicus autem qui seminavit ea est diabolus Messis vero consummatio est saeculi. Messores autem angeli sunt. Sicut ergo colliguntur zizania. et igne comburuntur. sic erit in consummatione saeculi hujus. Mittet filius hominis angelos suos. et colligent de regno ejus. omnia scandala. et eos qui faciunt iniquitatem et mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus et stridor dentium. Tunc justi fulgebunt sicut sol in regno Patris sui. Qui habet aures audiendi audiat. Iterum simile est regnum caelorum. thensauro abscouso in agro. quem inveniens homo. abscondit. et prae gaudio ejus vadit omnia quae habet vendet. et emet agrum illum. Iterum simile est regnum caelorum. homini negotianti. quærenti bonas margaritas. Qui inveniens. unam pra [b] etiosam margaritam. tabiit. et vendidit omnia quae habuit et emit illam. Iterum simile est regnum caelorum [c] retiae missae in mari. quae ex omni genere piscium collegit. Cum autem impleta esset eduxerunt eam ad litus et sedentes elegerunt bonos

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] ea, est
[2] saeculi. Messores autem
[3] in regnum Patris sui.
[5] quaecumque
[6] reciae missae in mare, quae ex omni genere piscium collexit. Cum autem esset impleta, duxerunt eam ad litus; et sedentes optimos elegerunt in vasis suis,
[b] Inventa autem pretiosa margarita, abiit.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Quod de pretiosa margarita dictum est, omittitur incuria librarii in ms. codice Corbeiensi. Proclivis autem fuit lapsus propter vocem *Iterum*, consequenter iteratam.
[b] in *praetiosam* extrita est.
[c] *retiae*, pro *reti*.

(*a*) Ante *praetiosa*, deest *una*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Ita et cod. Cant. ὅτε δέ. — (*c*) Ita et cod. Cant. ἀνέβασαν αὐτήν. (*d*) Ita et textus Græcus, ἐπὶ τὸν αἰγιαλόν. — (*e*) Ita et cod. Cant. τὰ κάλλιστα.

CODEX VERCELLENSIS.

pi . . . . . .
su . . . . . .
te . . . . . mi-
49. serunt. Sic erit
in consum-
matione
saecu . . . . . .
an . . . . . .
ra . . . . . .
los . . . . . dio
50. justorum, et
mittent eos . . . .
camino ign . . . :
ibi . . . . fletus,
et stri . . . . . .
tium, et dixit.
51. Intellexistis
haec omnia?
Dic . . . ei : Utique (*a*)
52. Do . . . . . † illis :
Ideo omnis scr-
. . . . a doctus . . .
. . . . . orum,
similis est ho-
mini patrifa-
milias, qui p . .
feret de ten-
sauro suo no-
va et vetera.
53. Et factum est,
cum consum-
masset Jesus pa-
rab . . . as istas,
tra . . . iit inde.
54. Et ve . , ...
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
Unde huic sa-
pientiam, et vir-
55. tutem? . . . nne
hic est filius Jo-
seph fabri? Non-
. . . . mater ejus
dicitur Maria;
et frat . . . s ejus
Jacobus, et Jo-
seph, et Simon,
56. et Judas? et soro-
res ejus non-
ne omnes . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
57. . . . . in patr . .,
et in . . . . . .
58. Ideo non fecit
ibi virtutes
. . . . . as, propp-
ter in . . . . edu-
litate . . . orum.

CAPUT XIV.

1. In illo te . . po-
re au . . . He-
rodes . . . . . ar-
. . . . . m
. . . . . .

CODEX VERONENSIS.

sces in vasis
suis, malos
autem miserunt foris.
49. Sic erit in
consummatione
saeculi : exibunt
angeli, et se-
parabunt ma-
los de medio
50. justorum, et
mittent eos in
caminum ignis :
ibi erit fletus,
et stri . . . dentium
51. Intellexistis
haec omnia?
Dicunt ei : Uti-
que, (*a*) Domine †.
52. Et ait illis :
Ideo omnis
scriba doctus
in regno cae-
lorum, similis
est homini pa-
trifamilias,
qui profert de
thensauro suo
nova et vetera.
53. Et factum est,
cum consum-
masset Jesus
parabolas
istas, transiit
54. inde. Et ve-
niens in pa-
triam suam
docebat eos
in synagogis eorum,
ita ut mirarentur, et dicerent :
Unde huic sa-
pientia haec,
et virtutes?
55. Nonne hic est
filius Josephi
fabri? Nonne
mater ejus
dicitur Maria;
et fratres ejus
Jacobus, et Jo-
seph, et Simon,
56. et Judas? et
sorores ejus
nonne omnes aput
57. nos sunt? Un-
de ergo huic
omnia ista? Et
scandalizabantur
in eo.
Jesus autem
dixit eis : Non
est propheta
sine honore,
nisi in patria
sua, et in do-
58. mo sua. Et
ideo non fecit
ibi virtutes mul-
tas, propter incre-
dulitatem illorum.

CAPUT XIIII.

1. In illo tempore
audiit Herodes
tetrarcha famam
Jesu : et ait pue-

CODEX CORBEIENSIS.

in vasa, malos, autem foras miserunt. Sic [1] erit in consummatione saeculi : exibunt angeli, [2] et separabunt malos de medio justorum, et mittent eos in caminum ignis : ibi erit fletus [3], et stridor dentium. Intellexistis haec omnia? Dicunt ei : [4] Intelleximus. Et ait ad illos : Ideo omnis scriba doctus in regno coelorum, similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo nova et vetera. Et factum est, quum [5] finisset Jesus parabolas istas, [6] transivit inde. Et cum venisset in patriam suam, docebat eos in synagogis eorum, ita ut mirarentur, et dicerent : Unde huic ista sapientia [7], et virtutes? Nonne hic est [8] fabri filius? Nonne mater illius Maria dicitur; et fratres ejus Jacobus, et Joseph, et Simon, et Judas? et sorores [9] illius omnes nobiscum sunt? Unde ergo huic [10] ista sapientia? Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis : Non est propheta sine honore, nisi [11] in sua civitate, et in domo sua. Et non fecit ibi virtutes amplius, propter incredulitatem illorum.

XIIII. In illo tempore audivit Herodes tetrarcha [12] de opinione Jesu : et dixit pueris suis : Hic est Jo-

CODEX BRIXIANUS.

in vasis suis malos autem foris projecerunt. Sic erit in consummationem saeculi. exibunt angeli. et separabunt malos de medio justorum et mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus et stridor dentium. Ait illis Jesus Intellexistis haec omnia Dicunt ei Utique Domine. At ille ait eis Propterea omnis scriba [a] e doctus. in regno caelorum. similis est homini patrifamilias. qui profert de thensauro suo. nova et vetera. Et factum est. cum consummasset Jesus parabolas istas. transiit inde. Et veniens in patriam suam docebat eos in synagogis eorum. ita ut mirarentur. et dicerent Unde huic sapientia haec et virtutes. Nonne hic est fabri filius. Nonne mater ejus dicitur Maria. et fratres ejus Jacobus et Joseph et Simon et Judas. et sorores ejus. nonne omnes aput [b] nos sunt. Unde ergo huic omnia ista. Et scandalizabantur in eo. Jesus autem dixit eis. Non est propheta sine honore nisi in patria sua. Et ideo non ibi fecit virtutes multas propter incredulitatem illorum. In illo tempore audivit Herodes tetrarcha. famam Jesu. et ait pueris suis. [c] Nynquid hic

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] autem in
[2] et segregabunt
[3] oculorum,
[4] Utique, Domine. Et ait illis :
[5] consummasset
[6] transiit inde. Et veniens
[7] sapientia haec.
[8] filius [a] Joseph fabri?... ejus dicitur Maria?
[9] ejus, nonne omnes apud nos sunt?
[10] omnia ista?... in eum.
[11] in patria sua. Et ideo non fecit... multas
[12] famam Jesu : et ait :

BLANCHINI NOTÆ.

[a] *scribae*, vitio librarii, pro *scriba*.
[b] *aput*, *t* pro *d*.
[c] *y* pro *u* ursurpata.
[d] Ita S. Ambrosius Expositionis in Lucam libro tertio.

(*a*) Addunt, *Domine*. Et ita textus Græcus, κύριε. ὁδί.

CODEX VERCELLENSIS.

2. pu . . . . . Hic
est Jo . . . . . es
Ba . . . . . ta
. . . . . vi;
. . . . . et
. . . . . .
3. . . . . es . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . im
. . . . . han-
. . . . . liga-
. . . . . in car-
cerem propter Herodiadem uxorem
4. fratris su . . . Dicebat enim illi Johannis : Non lice . . tibi habere
5. ea . . . t volens illum occidere, . . . it populu . . . . . ia sic . . . . hetam
h . . . . . nt eum.
6. Di . . . . . na
ta . . . . . .
s . . . . . .
Il . . . . . .
7. cu . . . . . .
to . . . . . .
es . . . . . .
cu . . . . . .
lass . . . . . .
8. illa . . . . . .
nita a . . . tre
sua, (*e*) dixit : Da † mihi in hoc disco caput Johannis Baptistae.
9. Et contristatus rex Herodes propter juramentum, (*f*) et propter † simul recumbentes, jussit dari.
10. Misit autem et . . . collavit Jo- . . . . . m in car-
11. . . . m. Et . . . .
. . . . m est . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . ser. . . . .
12. discipuli ei . . . . .
et tulerunt corpus, et sepelierunt illum :
et venerunt
et renuntiaverunt Jesu.
13. Quo audito Jesus, secessit inde
in naviculam,

CODEX VERONENSIS.

2. ris suis : (*a*) Numquid † hic est
Johannes Baptista (*b*) quem ego decollavi † ; ipse surrexit a mortuis,
et ideo virtutes operantur
in eo,
3. Herodes enim tenuit Johannen,
et alligavit eum :
et misit (*c*) in carcere † propter Herodiadem uxorem fratris sui (*d*) Fi-
4. lippi †. Dicebat enim illi Johannes : Non licet tibi habere eam ;
5. Et volens illum occidere, timuit populum :
quia sicut prophetam eum habebant.
6. Die autem natalis Herodis
saltavit filia
Herodiadis in
medio triclinio,
et placuit He-
7. rodi. Unde
cum juramento
pollicitus est
ei dare quodcumque postulasset
8. ab eo. Ad illa praemonita a matre sua, (*e*) dixit :
Da † mihi in
disco caput Johannis Baptistae.
9. Et contristatus
est rex Herodes
propter juramentum, (*f*) et propter † simul recumbentes, jussit
10. dari. Misit autem et
Johannem in car-
11. cere. Et adlatum est caput
ejus in disco,
et datum est
puellae : puella
autem detulit
matri suae.
12. Et accesserunt
discipuli Johannis et tulerunt
corpus, et sepelierunt illud :
et venerunt,
et renunciaverunt
Jesu.
13. Quo audito
Jesus, secessit
inde in navi-

CODEX CORBEIENSIS.

bannes Baptista [1] quem ego ipse decollavi; ipse resurrexit a mortuis, et ideo virtutes operantur in eo. [2] Herodes autem adprehensum Johannem alligavit : et in carcerem misit propter Herodiadem uxorem fratris sui. Dicebat enim illi Johannes : Non licet tibi [3] habere uxorem fratris tui. Et volens occidere illum, timuit populum : quia [4] quasi prophetam habebant illum. Sed cum advenisset dies natalis Herodis saltavit Herodiadis filia in convivio, et placuit Herodi. [5] Propter quod jurejurando promisit daturum se illi quidquid postulasset ab eo. Puella autem monita a matre sua, dixit ad eum : Da mihi in disco caput Johannis Baptistae. Et contristatus est rex Herodes propter [6] jusjurandum, et propter eos qui simul recumbebant, jussit dari. Et statim misit et decollavit Johannem in carcere. Et allatum est in disco caput ejus, et datum est puellae : [7] illa autem attulit matri suae. Et accesserunt discipuli [8] Johannis et tulerunt corpus ejus, et sepelierunt [9] eum : et venerunt et nuntiaverunt Jesu. Quo audito Jesus, [10] recessit inde per navem,

CODEX BRIXIANUS.

est Johannes Baptista. ipse surrexit a mortuis. et ideo virtutes operantur in illo.

Herodes enim tenens Johannem alligavit eum et misit in carcerem propter Herodiadem uxorem Philippi fratris sui. Dicebat enim ei Johannes Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Et volens illum occidere. timuit populum. quia sicut prophetam eum habebant, Die autem natalis Herodis. saltavit filia Herodiadis in medio triclinio. et placuit Herodi. Unde cum juramento pollicitus est ei dare. quodcumque postulasset ab eo. Ad illa praemonita a matre sua. (*e*) dixit Da † mihi in disco caput Johannis Baptistae. Et contristatus est rex. propter juramentum autem (*f*). et propter simul † discumbentes. jussit dari. Et mittens decollavit Johannem in carcere Et ablatum est caput ejus in disco. et datum est puellæ. puella autem attulit matri suæ. Et accedentes discipuli ejus. tulerunt corpus ejus. et sepelierunt illud. et venientes nuntiaverunt Jesu.

Audiens autem Jesus secessit inde in navicula,

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Baptista : ipse surrexit
[2] Herodes enim tenuit Johannem, et alligavit eum, et misit eum in
[3] habere eam
[4] sicut Prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis saltavit filia Herodiadis in medio tricliuio
[5] *ut in Vulgata usque ad vocem* Da
[6] juramentum, et propter simul recumbentes jussit dari. Et misit
[7] puella autem
[8] ejus
[9] illud
[10] secessit... in navicula

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *numquid*. Et ita cod. Cant. μήτι, ad conciliandum Matthæum cum Luca IX, 9.— (*b*) Verba, *quem ego decollavi*, habentur etiam in cod. Cant. ὃν ἐγὼ ἀπεκέφαλισα. additamentum e Marco. — (*c*) Ita et textus Græcus, ἐν φυλακῇ. — (*d*) Addit *Filippi*, ut textus Græcus Φιλίππου, et codd. Cant. Goth., Syr. et Copt.— (*e*) Ita et cod. Cant. εἶπε, Δός. — (*f*) Post *juramentum*, deest *autem*, etiam in cod. Cant. ibidem, cum eodem additur, *propter*, διά, in Vercell., Veron. et Brix.

CODEX VERCELLENSIS.

in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbae, secuti sunt eum pedibus de civitatibus. 14. Et ut vidit Jesus turbam multam, misertus est illis, et curavit languidos eorum. 15. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : Desertus locus est, et hora jam praeteriit : dimitte turbam, et euntes in castella emant sibi escas. 16. Jesus autem dixit : Non habent necesse ire : date illis vos manducare. Responderunt 17. ei : Non habemus nisi v. panes, et duos pi- 18. sces. Et ait Jesus : Adferite eos (*a*) ad 19. me. Et cum jussisset turbam discumbere supra faenum, acceptis v. panibus, et duobus piscibu., aspiciens in caelum benedixit, et f . . . . t, et dedit discipulis suis panes, discipuli autem turbis. 20. Et . . . nducaverunt omnes, et saturati sunt. Et reliquias collegerunt, XII. cophinos plenos. 21. Manducantium autem fuit numerus quinque milia virorum, exceptis pueris et mulieribus. 22. Et statim Jesus jussit discipulis (*b*) suis † ascendere in naviculam, et praecedere (*c*) trans fre-

CODEX VERONENSIS.

cula, in locum desertum seorsum. Et cum audissent turbae, secutae sunt eum pedestres de civitatibus, et 14. villis. Et ut vidit turbam multam, misertus est illis, et curavit languidos eorum. 15. Vespere autem facto, accesserunt ad eum discipuli, dicentes : Desertus locus est, et hora jam praeteriit : dimitte turbas, ut euntes in castella emant sibi escas. 16. Jesus autem dixit : Non habent necesse ire : date illis vos manducare. Responderunt 17. ei : Non habemus nisi quinque panes, et duos pi- 18. sces. Et ait Jesus : Adferte eos (*a*) ad me. 19. Et cum jussisset turbam discumbere supra fenum, acceptis quinque panibus, et duobus piscibus, aspiciens in caelum benedixit, et fregit, et dedit discipulis suis, discipuli autem posuerunt 20. turbis. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et reliquias collegerunt fragmentorum, duodecim cofinos 21. plenos. Manducantium autem fuit numerus v. milia virorum, exceptis pueris et mulieribus. 22. Et statim Jesus jussit discipulos (*b*) suos † ascendere in naviculam, et praecedere (*c*) † trans fretum,

CODEX CORBEIENSIS.

in locum desertum [1] solus. Quod cum audissent turbae, secutae sunt eum [2] pedibus a civitatibus suis. [3] Et egressus vidit turbam multam, et misertus est eis, et [4] sanavit languidos eorum. Cum sero autem factum esset, accesserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : Desertus locus [5] est ubi sumus, et hora jam praeteriit : dimitte [6] turbam istam, ut euntes in vicis emant sibi escas. [7] Et ait illis Jesus : Non habent necesse ire · date illis vos manducare. [8] At illi dixerunt : Non habemus [9] nobiscum nisi quinque panes, et duos pisces. [10] Respondens Jesus ait : Afferte illos huc. Et [11] jussit turbam discumbere super [12] foenum, et acceptis quinque panibus, et duobus piscibus, [13] respiciens ad coelum benedixit eos, et fregit, et dedit discipulis [14], discipuli autem turbis. Et manducaverunt universi, et saturati sunt. [15] Et sustulerunt quod superfuit, duodecim cophinos plenos. [16] Et erant qui manducaverunt, hominum quinque millia, exceptis pueris et mulieribus. [17] Tunc jussit discipulis suis ascendere in naviculam, et [18] ire trans fretum,

CODEX BRIXIANUS.

in locum desertum seorsum Et cum audissent turbae sa[a] ecutæ sunt eum pedestres de civitatibus. Et exiens Jesus. vidit turbam multam. et misertus est eis. et curavit infirmos eorum. Vespere autem facto. accesserunt ad eum discipuli ejus dicentes. Desertus est hic locus, et hora jam praeteriit. demitte turbas ut euntes in castella. emant sibi escas. Jesus autem dixit eis. Non habent necesse ire. date illis vos manducare. Ad illi dixerunt ei. Non habemus hic. nisi quinque panes et duos pisces. Et ait illis Jesus. Adferte mihi eos huc. Et cum jussisset turbam discumbere supra fenum acceptis quinque panibus et duobus piscibus aspiciens in caelum benedixit. et frangens dedit discipulis panes discipuli autem turbis. Et manducaverunt omnes. et saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos plenos. Qui autem manducaverunt erant viri quasi quinque milia. exceptis mulieribus. et parvulis. Et statim jussit discipulos ascendere in naviculam et praecedere eum trans fretum.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] seorsum. Et cum
[2] pedestres de
[3] et cum exisset
[4] curavit infirmos eorum. Vespere autem facto
[5] est, et
[6] turbas in castella
[7] Jesus autem dixit illis
[8] Qui dixerunt ei
[9] hic
[10] Et ait illis Jesus : Afferte eos ad me
[11] cum jussisset
[12] foenum, acceptis
[13] aspiciens in... benedixit, et
[14] panes,
[15] Et collegerunt reliquias
[16] Manducantium autem fuit numerus quinque millia virorum
[17] Et statim jussit Jesus discipulos suos
[18] praecedere

BLANCHINI NOTÆ.

[a] *A* in *saecutae*, extrita est.

(*a*) Post *eos*, deest *huc*, etiam in cod. Cant. —(*b*) Addit *suos* : et ita Vercell. et textus Græcus, αὐτοῦ. — (*c*) Post *praecedere*, deest *eum*, ut in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

tum, donec ipse dimitteret turbas.
23. Et dimissa turba, ascendit in monte solus orare. Vespere autem facto solus erat
24. ibi. Navicula autem in medio mari jactaba . . . . (*b*) a fluctivus : erat autem illis ventus contrarius.
25. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos (*c*) Jesus † ambulans
26. supra mari. Videntes (*d*) autem † illum supra mare ambulantem, turbati sunt, dicentes : Quia fanthasmata est. Et prae timore clamave-
27. runt. Statimque Jesus locutus est eis, dicens : Constantes estote nolite timere, ergo sum.
28. Respondens autem Petrus dixit : Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquam.
29. Et ipse ait : Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat supra aquam ut veniret ad Jesum.
30. Videns vero ventum validum, timuit : et cum coepisset mergi, clamavit dicens : Domine, salvum me fac.
31. Et continuo Jesus extendens manum, adprehendit eum : et ait illi : Modicae fidei, quare
32. dubitasti? Et cum ascendissent in naviculam, cessavit ventus.
33. Qui autem in navicula erant, venerunt,

CODEX VERONENSIS.

donec ipse dimitteret turbas.
23. Et dimissa turba, ascendit in montem solus orare. Vespere autem facto solus erat
24. ibi : Navicula autem (*a*) jam † in medio mari jactabatur (*b*) a fluctibus † : erat enim illis ventus ad-
25. versarius. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos (*c*) Jesus † ambulans supra
26. mare. Videntes (*d*) autem † illum, turbati sunt, dicentes : Quia fantasma est. Et prae timore clamaverunt.
27. Statimque Jesus locutus est illis, dicens : Constantes estote nolite timere, ego sum.
28. Respondens autem ei Petrus dixit : Domine, si tu es, juve me venire ad te super
29. aquam. Ad ipse ait : Veni. Et descendens Petrus de navicula, ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum.
30. Videns vero ventum validum, timuit : et cum coepisset mergi, clamavit dicens : Domine, salvum
31. me fac. Et continuo Jesus extendens manum, adpraehendit eum : et ait illi : Modicæ fidei, quare dubitasti?
32. Et cum ascendisset in naviculam, cessa-
33. vit ventus. Qui autem in navicula erant, venerunt,

CODEX CORBEIENSIS.

donec [1] dimitteret [2] turbam. Et cum dimisisset illos, ascendit in montem [3] et orabat solus. Vespere autem facto solus erat ibi. [4] Navis autem erat in medio mari et jactabatur fluctibus : erat enim contrarius illis ventus. Quarta autem vigilia noctis, venit ad eos ambulans super mare. Videntes autem [5] illum super mare ambulantem, turbati sunt, dicentes : Quia phanstasma [6] esset. [a] Non enim intellexerant, sicut nec in panibus. Erat enim cor eorum obtusum. Et prae timore [7] clamant. Confestim autem locutus est ad eos, dicens : Constantes estote [8] et nolite timere. Et respondens ei Simon Petrus dixit : Domine, si tu es, jube me venire ad te super aquam. [9] Et ille dixit : Veni. Et [10] descendit Petrus de navi, et ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum Videns autem ventum validum, [11] extimuit : et cum coepisset [12] demergere, clamavit dicens : Domine, salvum me fac. Et [13] confestim Jesus extendens manum, apprehendit eum : et ait illi : Modicae fidei, quare dubitasti? Et quum ascendisset in [14] navem, cessavit ventus. [15] Et hi qui in navi erant,

CODEX BRIXIANUS.

donec dimitteret turbas. Et dimissa turba. ascendit in monte solus orare. Vespere autem facto. solus erat ibi Navicula autem in medio mari jactabatur fluctibus erat enim contrarius ventus. [b] Quarta autem vigilia noctis. venit ad eos (*c*) Jesus † ambulans super mare Videntes (*d*) autem † eum discipuli ejus. supra mare ambulantem. expaverunt dicentes. Quia phantasma est. Et prae timore exclamaverunt. Statim autem locutus est eis Jesus dicens Habete fiduciam. ego sum nolite timere. Respondens autem ei Petrus dixit Domine. si tu es jube me venire ad te super aquas. Ipse autem dixit Veni. Et descendens Petrus de navi ambulabat super aquam ut veniret ad Jesum. Videns autem ventum validum. timuit et cum coepisset mergi exclamavit dicens Domine salvum me fac. Continuo autem Jesus extendens manum adpraehendit eum et ait illi. Modicae fidei. quare dubitasti. Et cum ascendisset in navem cessavit ventus. Qui autem in navicula erant venerunt

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] ipse
[2] turbas. Et dimissa turba
[3] solus orare.
[4] Navicula autem jam in medio mari jactabatur a fluctibus. Quarta
[5] cum ambulantem supra
[6] est
[7] exclamaverunt, statim vero Jesus... eis
[8] nolite timere, ego sum. Respondens autem Petrus dixit illi
[9] At ipse ait
[10] descendens Petrus de navicula, amb.
[11] timuit
[12] mergi
[13] continuo
[14] naviculam
[15] Qui autem in navicula erant, venerunt, et

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Huc ex Marci capite sexto, vers. 52, translatum videtur præsens additamentum.

[b] In hoc spatio derasæ sunt in codice litteræ.

(*a*) Addit *jam* : et ita textus Græcus, ἤδη. — (*b*) Ita et textus Græcus, ὑπὸ τῶν κυμάτων. — (*c*) Additur, *Jesus*, juxta textum Græcum ὁ Ἰησοῦς. — (*d*) Ita et cod. Cant. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

et adoraverunt eum, dicentes : Vere Filius Dei es.
34. Et cum transfretassent invenerunt in terram
35. Gennesar. Et cum cognovissent illum viri loci illius, adorabant eum. Et confestim miserunt in universam regionem illam, et optulerunt ei omnes male habentes.
36. Et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicumque tetigerunt, salvi facti sunt.

CAPUT XV.

1. Tunc accesserunt ad eum Scribae, et Pharisaei ab Hierosolyma, dicen-
2. tes : Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas, cum panem manducant.
3. Ipse autem respondens ait illis : Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit :
4. Honora patrem (*b*) tuum †, et matrem tuam; et : Quicumque maledicit patri morte morietur.
5. Vos autem dicitis : Quicumque dixerit patri, vel matri : munus quodcumque ex me, tibi pro-
6. derit, (*c*) non honorificavit patrem suum : et irritum fecistis ver-

CODEX VERONENSIS.

et adoraverunt eum, dicentes : Vere Filius Dei es (*a*) tu †. 34. Et cum transfretassent, venerunt in terram
35. Genesar. Et cum cognovissent eum viri loci illius, adorabant eum. Et confestim miserunt in universam regionem illam, et optulerunt ei omnes male
36. habentes. Et rogabant eum ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicunque tetigerunt, salvi facti sunt.

CAPUT XV.

1. Tunc accesserunt ad eum Scribae, et Farisaei ab Hierosolymis,
2. dicentes : Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant manus suas, cum panem manducant,
3. Ipse autem respondens ait illis : Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit :
4. Honora patrem (*b*) tuum †, et matrem tuam; et : Qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur.
5. Vos autem dicitis : Quicumque dixerit patri, vel matri corbam, quod est, munus quodcumque est ex me, tibi pro-
6. derit, (*c*) non honorificavit patrem suum, et matrem : et irritum facitis verbum

CODEX CORBEIENSIS.

adoraverunt eum, dicentes : Vere Filius Dei es. Et quum transfretassent, venerunt in terram [1] Genesar. Et ut cognoverunt homines loci illius, adoraverunt eum. Et confestim miserunt in omnem confinem, et obtulerunt ei omnes male habentes. Et rogabant eum ut [2] tantum fimbriam vestimenti ejus tangerent. Et quicumque tetigerunt, [3] salvati sunt.

XV. Tunc accesserunt ad eum [4] ab Jerosolymis Scribae et Pharisaei, dicentes : Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? non enim lavant [5] manus suas, quum panem manducant. [6] At ille respondens ait illis : Quare et vos transgredimini mandatum Dei propter vestram traditionem? Nam Deus dixit : Honora patrem, et matrem; et : Qui maledixerit patri, [7] vel matri, morte morietur. Vos autem dicitis : [8] Quicumque maledixerit patri, vel matri, reus erit gehennae ignis : quod non honorificavit patrem suum, [9] vel matrem suam : et irritum fecistis [10] ver-

CODEX BRIXIANUS.

et adoraverunt eum dicentes. Vere Dei Filius es. Et cum transfretassent venerunt in terram Genesaret. Et cum cognovissent eum viri loci illius. Miserunt in universam regionem illam. et obtulerunt ei omnes male habentes. Et rogabant eum ut tantum vel f [a] imbriam vestimenti ejus tangerent Et quicumque tetigerunt salvi facti sunt. Tunc accesserunt ad Jesum Scribæ et Pharisæi ab Ili [b] erosolymis dicentes. Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum. non enim la- [c] bant manus cum panem manducant. Ipse autem respondens ait illis. Quare et vos transgredimini mandatum Dei. propter traditionem vestram. Deus enim praecepit dicens Honora patrem (*b*) tuum † et matrem tuam. et Qui maledixerit patri vel matri morte moriatur.

Vos autem dicitis Quicumque dixerit patri vel matri munus quodcumque est ex me tibi proderit. et non honorificat patrem suum. aut matrem suam, et inritum fecistis man-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Genesar. Et cum cognovissent eum viri loci illius, miserunt in universam regionem illam, et
[2] vel
[3] salvi facti sunt
[4] Scribae, et Pharisaei ab Hierosolyma
[5] manus, cum
[6] Ipse autem
[7] aut... moriatur
[8] Munus quodcumque ex me tibi proderit, non honorificabit
[9] aut
[10] mandatum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] In vocula illa *fimbriam*, post *f* extrita est littera cujus vestigium non est.
[b] In vocula *Hierosolymis*, prima vocalis erat, *y* posita a correctore derasis cornibus, ut *i* fieret.
[c] *labant*, pro *lavant*.

(*a*) Addit *tu*, etiam codex Cant. σύ.—(*b*) Addit *tuum*, etiam textus Græcus σοῦ.—(*c*) Ante *non*, deest *et*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

bum Dei propter traditionem vestram.
7. Hypocritae, bene prophetavit de vobis (*a*) Esaias †. dicens :
8. Plebs haec labiis me honorat, cor autem eorum longe est a me.
9. Sine causa autem me colunt, docentes doctrinas, et mandata hominum.
10. Et convocatis ad se turbis, dixit eis : Audite, et intelligite.
11. te. Non quod intrat in os, inquinat hominem : sed quod procedet de ore, inquinat hominem.
12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei : Scis quod Pharisei audito hoc verbo, scandalizati sunt ?
13. Et Jesus respondens ait : Omnis plantatio, quam non plantavit Pater meus caelestis, eradicabitur.
14. Sinite illos : caeci sunt duces caecorum, caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in foveam cadunt.
15. Respondens autem Petrus dixit ei : Enarra nobis parabolam istam.
16. Ad ille dixit : adhuc et vos sine intellectu
17. estis ? Non intellegitis, quia omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et in secessu emittitur.
18. Quae autem procedunt de ore, de corde exeunt. Et ea coinquinant

CODEX VERONENSIS.

Dei propter traditionem
7. vestram. Hypocrite, bene prophetavit de vobis (*a*) Eseias †, dicens :
8. Plebs haec labiis me diligit, cor autem illorum longe est a me.
9. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas, et mandata hominum.
10. Et convocatis ad se turbis, dixit eis : Audite vos, et intellegite.
11. Non quod intrat in os, inquinat hominem : sed quod procedit de ore, hoc inquinat hominem.
12. Tunc accedentes discipuli ejus, dixerunt ei : Scis quod Farisaei audito (*b*). . . . . .

CODEX CORBEIENSIS.

bum Dei propter traditionem [1] vestram [a] quam traditistis. Hypocritæ, bene prophetavit de vobis Esaias, dicens : [2] Plebs ista labiis me honorat, nam cor eorum longe est a me. Sine causa autem colunt me, docentes, [3] doctrinam, et mandata hominum. Et convocatis ad se turbis, dixit [4] ad illos : Audite vos, et intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem : sed quod procedit ex ore [5] coinquinat hominem. Tunc [6] acceserunt ad eum discipuli ejus, dicentes : Scis quia Pharisæi audito [7] hoc sermone, scandalizati sunt? Jesus autem respondens ait : Omnis plantatio, quam non plantavit Pater [8] coelestis, eradicabitur. Sinite illos : cæci sunt enim duces cæcorum, cæcus autem si cæco [9] viam demonstret, uterque in foveam cadunt. Respondens autem Petrus dixit [10] : Dic nobis similitudinem istam. Quibus ait : Adhuc et vos insensati estis? Non intelligitis, quoniam omne quod in os intrat, in ventrem vadit, et [11] per secessum abjicitur. Quae autem [12] exeunt de ore, de corde procedunt. Illa sunt quae coinquinant

CODEX BRIXIANUS.

datum Dei propter traditionem vestram. Ypocritae, bene prophetavit de vobis. (*a*) Esaias † dicens. Adpropinquat se mihi populus hic ore suo et labiis suis me honorat cor autem eorum longe est a me. Sine causa autem me colunt docentes doctrinas. et mandata hominum. Et convocans ad se turbam. dixit eis. Audite et intelligite. Non quod intrat in os coi [b] nquinat hominem. sed quod procedit ex ore hoc coi [c] nquinat hominem. Tunc accedentes discipuli ejus. dixerunt ei. Scis quia pharisaei audito verbo hoc. scandalizati sunt. At ille respondens ait. Omnis plantatio. quam non plantavit Pater meus caelestis. eradicabitur. Sinite illos. caeci sunt duces caecorum. caecus autem si caeco ducatum praestet ambo in foveam cadunt. Respondens autem Petrus dixit ei Edissere nobis parabolam istam. Jesus autem dixit. Adhuc vos. sine intellectu estis. Non intelligitis quia omne quod in os intrat in ventrem vadit. et in secessum emittitur. Quæ autem procedunt ex ore de corde exeunt. Et illa coi [c] inquinant

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] vestram. Hypocritae
[2] Populus hic... cor autem
[3] doctrinas
[4] eis
[5] hoc
[6] accedentes dixerunt ei
[7] hoc verbo
[8] meus
[9] ducatum praebeat, ambo... cadent
[10] ei : Narra nobis parabolam istam. At ille dixit... sine intellectu estis?
[11] in secessum emittitur
[12] procedunt... exeunt, et ipsa coinquinant

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Ex ejusdem Marci septimo capite, vers. 13, desumpta sunt verba isthæc ms. Corbeiensis.
[b] vocula *i* in *coinquinat*, abrasa est a Corrector, licet appareat, sicuti et in sequenti loco.
[c] Rursus abrasa vocula *i*.

(*a*) Ita et textus Græcus Ἡσαίας, ex Latinorum consuetudine vertendi H Græcum in *E*. — (*b*) Deest pagina abrasa.

CODEX VERCELLENSIS.

hominem :
19. de corde enim
exeunt cogi-
tationes malae,
homicidia, for-
nicationes, fur-
ta, falsa testi-
monia, blasphe-
20 miae. Haec sunt
quae coinqui-
nant hominem.
Non lotis autem
manibus man-
ducare, non
coinquinat
hominem.
21. Et egressus in-
de Jesus, seces-
sit in partis
Tyri et Sidonis.
22. Et ecce muli-
er Cananaea
a finibus illis
egressa cla-
mavit, dicens :
Miserere mei
Domine fili Da-
vid : filia mea
sevissime a
daemonio
23. vexatur. Jesus
autem non
respondit ei
verbum.
Et accedentes
discipuli ejus
rogabant eum
dicentes : Dimit-
te eam : quia
clamat post
24. nos. Ipse
autem respon-
dens ait : Non
sum missus
nisi ad oves,
quae perie-
rant domus
25. Istrahel. Ad il-
la venit, et a-
doravit eum,
dicens : Adju-
va me, Domine.
26. Ipse autem
respondens ad
eam dixit : (*b*) Non
licet † accipe-
re panem filio-
rum, et dare
27. canibus. Ad il-
la dixit : Utique
Domine : nam et
canes edunt
de micis, quae
cadunt de men-
sa dominorum
suorum.
28. Tunc respon-
dens Jesus, ait :
O mulier, mag-
na est fides
tua : contingat
tibi sicut vis.
Et sanata est
filia ejus ex il-
la hora.
29. Et cum tran-

CODEX VERONENSIS.

. . . . . Dimitte eam :
. . . . . quia sequitur,
. . . . . et clamat post
. . . . . nos.
. . . . . 24. Ipse autem
. . . . . respondens
. . . . . ait : Non sum
. . . . . missus nisi
. . . . . ad oves, quae
. . . . . perierunt do-
. . . . . mus Istrahel.
. . . . . 25. Ad illa ve-
. . . . . niens (*a*) ado-
. . . . . rabat † eum,
. . . . . dicens : adjuva
. . . . . me, Domine.
. . . . . 26. Ipse autem
. . . . . respondens
. . . . . ait : (*b*) Non licet †
. . . . . accipere panem
. . . . . filiorum, et
. . . . . dare canibus.
. . . . . 27. Ad illa dixit :
. . . . . Utique Domine :
. . . . . nam et catelli
. . . . . edunt de mi-
. . . . . cis, quae ca-
. . . . . dunt de mensa
. . . . . dominorum
. . . . . suorum.
. . . . . 28. Tunc respondens
. . . . . Jesus, ait : O mulier,
23. vexatur. Ad magna est fi-
Jesus non res- des tua : fiat tibi
pondit ei verbum. sicut vis. Et sanata
Et accedentes est filia ejus
discipuli rogabant ex illa hora.
eum dicentes : 29. Et cum tran-

CODEX CORBEIENSIS.

hominem : de corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae, [1] avaritiae, nequitiae, doli, impudicitiae, oculus malus. Haec sunt quae communicant hominem. Non lotis autem manibus manducare, non coinquinat hominem. Et egressus inde Jesus, secessit in [2] regionem Tyri et Sidonae. Et ecce mulier Chananaea de finibus illis egressa [3] clamabat ad eum, dicens : Miserere mei Domine fili David : filia mea a daemonio male vexatur.[4] Ille autem non respondit ei verbum. Et [5] accesserunt discipuli et rogabant eum dicentes : Dimitte eam : quia clamat post nos. Ipse autem respondens ait : Non sum missus nisi ad oves [6] perditas domus Israel. At illa[7] veniens adorabat eum, dicens : Adjuva me, Domine. [8] At ille respondens ait ad illam : Non licet accipere panem filiorum, et mittere canibus. At illa dixit : [9] Ita Domine : nam et [10] catuli edunt de micis [11] dominorum suorum. Tunc Jesus respondens, dixit ad eam : O mulier, magna est fides tua [11] : contingat tibi ut vis. [12] Et sana facta est filia ejus ex illa hora. Et quum [13] reces-

CODEX BRIXIANUS.

hominem. de corde enim exeunt cogitationes malae homicidia adulteria fornicationes furta falsa testimonia. blasphemiæ. Hæc sunt quæ coinquinant hominem. Non lotis autem manibus manducare. non coinquinat hominem. Et egressus inde Jesus secessit in partes Tyri et Sydonis. Et ecce mulier Chananaea a finibus illis egressa. clamavit ad eum dicens. Miserere mei Domine fili David. filia mea male a daemonio vexatur. At ille non respondit ei verbum. Et accedentes discipuli ejus. rogabant eum dicentes. Dimitte eam quia clamat post nos. Jesus autem respondens ait. Non sum missus nisi ad oves quae perierunt domus Is [b] rahel. At illa veniens adoravit eum dicens Domine adjuva me. Qui respondens ait. Non est bonum accipere panem filiorum. et mittere canibus. At illa dixit Etiam Domine. nam et catelli edunt de micis quæ cadunt de mensa dominorum suorum. Tunc respondens Jesus ait illi. O mulier magna est fides tua. fiat tibi sicut vis. Et sanata est filia ejus. ex illa hora.

Et cum tran-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] *Ut in Vulgata* [a]
[2] partes... Sidonis
[3] clamavit, dicens ei
[4] At Jesus non
[5] *Ut Vulg.*
[6] quae perierunt
[7] venit, et
[8] Ipse autem
[9] Utique
[10] catelli
[11] *Ut Vulgata.*
[12] Et sanata est
[13] transisset inde, venit

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Quae sequuntur in Corbiensi, huc translata sunt e capite septimo Sancti Marci, vers. 22.

[b] In voce *Israhel* abrasa est *d*, scriptum erat enim *Isdrahel*.

(*a*) Ita et textus Græcus προσκύνει. — (*b*) Ita et cod. Cant. οὐκ ἔξεστι.

CODEX VERCELLENSIS.

siret inde Jesus, venit iterum secus mare Galilaeae : et ascendens in montem, 30. sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae, habentes secum clodos, caecos, debiles, mutos, et alios multos : et projecerunt eos ante pedes ejus, et curavit eos : 31. ita ut turbae mirarentur, videntes : et magnificabant Deum Istrahel. 32. Jesus autem, convocatis discipulis, dixit : Misereor turbis, quia (*c*) triduo est jam quod † perseverant mecum, et non habent escam : et dimittere eos je. . . nos nolo, ne defi-
ciant in via. 33. Dicunt autem ei discipuli : unde ergo in deserto panes tantos. . . . sature. . . r tantae tu. . . ae? 34. Et ait illis Jesus : Quod panes habetis? Ad illi dixerunt : VII. et paucos pisci- 35. culos. Et praecepit turbis discumbere in terram. 36. Et accepit Jesus panes, et pisces, et gratias egit, et dedit discipulis suis, et. . . . cipuli dederunt po- 37. pulo. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et quod abundav. . t de panibus, ... runt septem spor- 38. tas plenas. Era. . autem, qui manducaverunt,

CODEX VERONENSIS.

sisset inde, venit iterum secus mare Galilaeae : et ascendens in monte, sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae, habentes secum clodos, caecos, debiles, mutos, et alios multos : et projecerunt eos (*a*) sub † pedes ejus, et curavit eos (*b*) omnes † : 31. ita ut turbae mirarentur, videntes mutos loquentes, clodos ambulantes, caecos videntes : et magnificabant Deum Istrahel. 32. Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit : Misereor huic turbae, quia (*c*) triduum est jam quod † perseverant mecum, et non habent escam : et dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. 33. Dicunt autem ei discipuli : unde ergo modo in deserto panes tantos, ut saturentur 34. turbae istae? Et ait illis Jesus : Quod panes habetis? Ad illi dixerunt : Septem, et paucos 35. pisciculos. Et praecepit turbae(*d*) recumbere † su- 36. pra terram. Et accepit Jesus VII. panes, et pisces, et gratias egit, ac fregit, et dedit discipulis suis, et discipuli dederunt populo. 37. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et quod habundavit de panibus, tulerunt VII. sportas 38. plenas. Erant enim, qui manducaverant,

CODEX CORBEIENSIS.

sisset inde Jesus, venit secus mare, Galilaeae : et adscendens in montem, sedebat ibi. [a] Et[1] ascenderunt ad eum turbae multae, habentes secum surdos, caecos, claudos, mancos, debiles, et multos alios mutos : et substraverunt eos ante pedes ejus, et curavit[2] eos : ita ut turbae mirarentur, videntes mutos loquentes, claudos ambulantes, caecos videntes : et magnificabant Deum Israel.

XVI. Jesus autem, convocatis discipulis suis, dixit : [3] Misereor huic turbae. quoniam jam, triduum est quod adhaerent mihi, et non habent quod edant : et dimittere eos jejunos nolo, ne deficiant in via. [4] Dixerunt illi discipuli : unde ergo [5] nobis panes in deserto, ut saturentur turbae? Ait illis Jesus : Quot panes habetis? [6] Responderunt : Septem, et [b] duos pisces. Et praecepit turbae [7] supra terram recumbere. Et acceptis septem panibus, et duobus piscibus, gratias agens, fregit, et dedit discipulis, et discipuli turbis. Et manducaverunt omnes, et saturati sunt. Et sustulerunt [8] quod superavit septem sportas panibus plenas. Et qui manducaverunt,

CODEX BRIXIANUS.

sisset inde Jesus venit iterum juxta mare Galileae. et ascendens in montem. sedebat ibi. Et accesserunt ad eum turbae multae habentes secum. clodos. caecos. mutos. debiles. et alios multos. et projecerunt eos ante pedes Jesu. et curavit eos. ita ut turbae mirarentur. videntes mutos loquentes. debiles sanos. et clodos ambulantes. et caecos videntes. et magnificabant Deum, Sd [c] rahel. Jesus autem convocatis discipulis suis. dixit Misereor turbæ huic quia jam tres dies sunt quod perseverant mecum et non habent quod manducent. et dimittere eos jejunos nolo. ne forte deficiant in via Et dixerunt ei discipuli ejus unde nobis in deserto panes tantos. ut saturentur turbae tantae. Et ait illis Jesus. [d] Quod panes habetis. At illi dixerunt Septem et paucos pisciculos. Et praecepit turbis discumbere super terram. Et accipiens Jesus septem panes. et pisces. gratias agens. fregit et dedit discipulis suis. discipuli autem. dederunt turbis. Et manducaverunt omnes. et saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum septem sportas plenas. Erant autem qui manducaverant

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] accesserunt ad eum turbae, habentes secum caecos, claudos, debiles, mutos, et alios multos, etc., *ut in Vulgata.*
[2] eos omnes
[3] Misereor turbae, quia triduum est jam quod perseveverant mecum
[4] Dicunt ei
[5] in deserto panes tantos
[6] *Ut Vulg.*
[7] discumbere in terram. Et accepit Jesus panes, et pisces, et gratias egit, et dedit, etc., *ut in Vulg.*
[8] quod superavit de, etc., *ut in Vulg. usque* Magedan.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Epithetorum istorum ordo non solum turbatus est in nostris mss. Latinis, sed etiam in pluribus exemplaribus Græcis, ac in versione Anglo-Saxonica.

[b] Ex alio miraculo, cujus meminerunt omnes Evangelistæ, hic numerus piscium est definitus in ms. Corbeiensi. Non enim septem panes, sed quinque tantum cum duobus piscibus memorantur in Evangelio.

[c] *d* in *Sdrahel* abrasa a correctore.

[d] *quod* pro *quot* vitio exscriptoris.

(*a*) Ita et cod. Cant. ὑπό. — (*b*) Addit *omnes*, ut cod. Cant. πάντας. — (*c*) Ita et textus Græcus, ὅδε ἡμέραι τρεῖς εἰσι καί. — (*d*) Ita et Grecus, ἀναπεσεῖν.

CODEX VERCELLENSIS.

IIII. milia hominum, extra pueros, et 39. mulieres. Et, dimissa turba, ascendit in naviculam : et venit in finibus Magedam.

CAPUT XVI.

1. Et accesserunt ad eum Farisaei et Sadducaei temptantes : et rogaverunt eum, ut signum de caelo illis ostenderet.
2. Ad ipse respondens, ait : Cum sero factum est, dicitis : Serenum erit, rubicundum est enim cum nubibus caelum.
3. Et mane : Hodie tempestas erit, quia rubicundum est
4. caelum. Faciem quidem caeli nostis aestimare : signa autem temporum non potestis nosse? Generatio mala signum quaerit : et signum non davitur ei , nisi signum Jonæ Prophetae. Et relictis
5. illis, abiit : Et cum venisset trans fretum ; obliti sunt discipuli ejus panes accipere. (*b*)
6. Jesus autem † dixit illis : Adtendite vobis a fermento Pharisaeorum. (*c*)
7. Tunc † cogitabant intra se dicentes : Quia panes non accepimus.
8. Quibus cogitantibus , dixit illis Jesus : Quid cogitatis intra vos modicae fidei, quia panes non
9. habetis? Nondum intelle . . . . . n . . que meminis . . . quinque panum, et quinque

CODEX VERONENSIS.

quattuor milia hominum, extra pueros, et mulieres.
39. Et dimissa turba , ascendit in navicula : et venit in finibus terræ Magedan.

CAPUT XVI.

1. Et accesserunt ad eum Pharisaei, et Sadducæi temptantes : et rogaverunt eum, ut signum de caelo ostenderet illis.
2. Ad ille respondens , ait illis : Cum sero factum est, dicitis : Serenum est enim cum nubibus
3. caelum. Et mane dicitis; Hodie tempestas, rubicundum est enim cum tristitia
4. cœlum. pocritae, † (*a*) Hyfaciem caeli nostis aestimare : signa autem temporum non potestis cognoscere ? Generatio mala, et adultera quaerit signum : et signum non dabitur ei, nisi signum Jonae Prophetae. Et relictis illis,
5. abiit : Et cum venisset trans fretum ; obliti sunt discipuli ejus panes accipere. (*b*)
6. Jesus autem † dixit illis . Attendite vobis a fermento Pharisaeorum, et Sadducaeorum. (*c*)
7. Tunc † cogitabant inter se dicentes : Quia panes non accepimus.
8. Quibus cogitantibus, dixit Jesus : Quid cogitatis inter vos modicae fidei, quia panes non habetis?
9. Nondum intellegitis, neque meministis de quinque panibus, et quinque milibus

CODEX CORBEIENSIS.

erant fere quattuor millia , exceptis pueris et mulieribus. Et , dimissis turbis, ascendit in naviculam : et venit in fines Magedan. Et accesserunt ad eum Pharisaei et Sadducaei tentantes : et interrogaverunt eum dicentes, [1] ut ostenderet eis signum de coelo. Jesus autem respondens, ait illis : Cum sero factum fuerit, dicitis : Serenum erit, rubicundum enim [2] est coelum. Mane autem : Tempestas, rubicundum est cum tristitia coelum. Hypocritae faciem [3] quidem coeli scitis discernere : signa autem temporum non [4] potestis scire? Generatio mala signum [5] desiderat : et signum non dabitur ei, nisi signum Jonae. Et relictis illis , abiit [6] in regionem quae trans erat, et obliti sunt discipuli ejus panes tollere secum. Et dixit ad eos : Videte, et cavete a fermento Pharisaeorum , et Sadducaeorum. [7] At illi cogitabant intra se dicentes : Ideo hoc dicit, quia panes non attulimus. [8] Quo cognito Jesus, dixit ad illos : Quid cogitatis intra vos modicae fidei, quia panes non habetis? Nondum intelligitis, neque [9] in mente habetis de quinque panibus, et quinque

CODEX BRIXIANUS.

quattuor millia virorum exceptis mulieribus et parvolis. Et dimissa turba ascendit in naviculam et venit in finibus Magedan. Et accedentes ad eum Pharisaei et Sadducaei. temtantes rogaverunt eum ut signum de cœlo ostenderet illis.

At ille respondens ait illis. Facto vespere. dicitis Serenum erit. rubicundum est enim cœlum. Et mane hodie tempestas, rutilat enim triste coelum. (*a*) Ypocritae faciem ergo caeli dijudicare nostis. signa autem temporum non potestis.

Generatió mala. et adultera. signum quaerit et signum non dabitur [a] eis. nisi signum Jonae Prophetae. Et relictis illis abiit. Et cum venissent discipuli ejus trans fretum obliti sunt panes accipere. (*b*) Jesus autem † dixit illis. Videte et cavete vos a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum. Illi autem cogitabant intra se dicentes. Quia panes non accepimus. Sciens autem Jesus dixit. Quid cogitatis inter vos modicae fidei quia panes non accepistis. Nondum intellegitis neque recordamini quinque panes in quinque

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] ut signum de coelo illis ostenderet. At ille
[2] cum nubibus coelum. Et mane
[3] ergo coeli nostis aestimare
[4] potestis : Generatio
[5] quaerit
[6] Et cum venissent trans fretum; obliti sunt discipuli ejus panes accipere. Jesus autem dixit illis : Attendite vobis
[7] Tunc illi cogitabant inter se, etc., *ut in Vulg.*
[8] Quibus cogitantibus dixit : Quid cogitatis inter vos
[9] meministis quinque panum, quinque, etc., *ut in Vulg. usque* Sadducaeorum.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] *Is* in *eis* abrasa est.

(*a*) Additur *Hypocritæ*, etiam in textu Græco ὑποκριταί. — (*b*) Ita et textus Græcus ὁ δὲ Ἰησοῦς. — (*c*) Ita et Cant. Lat et Gr. τότε.

CODEX VERCELLENSIS.

milium hominum, et quod cophinos sump-
10. sistis? neque septem panum, et IIII. milia hominum, et quod sportas
11. sumsistis? Quare non intellegitis, quia non de pane (*b*) dixi †: Adtendite a fermento Pharisaeorum, et Sadducaeorum?
12. Tunc intellexerunt, quia non (*c*) dixit † illis ut abstinerent f..... mento, sed a doctrina Pharisaeorum, adtenderent sibi.
13. Venit autem Jesus in partem Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem (*d*) me † homines dicunt esse, Filium hominis?
14. Ad illi dixerunt: (*e*) Johannem † Baptistam; alii autem Helian, alii vero Jeremian, aut unum ex prophetis.
15. Dicit illis: Vos autem quem me
16. dicitis esse? Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi.
17. Respondens Jesus, dixit illi: Beatus es Simon Bar-Jona: quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in caelis.
18. Ego enim tibi dico, quoniam tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferni non vincent
19. eam. Et dabo tibi claves regni caelorum.
Et quodcum-

CODEX VERONENSIS.

hominum, et quod cophinos
10. sumpsistis? neque (*a*) septem panes †, et quattuor milia hominum, et quod sportas
11. sumpsistis? Quare non intellegitis, quia non de pane (*b*) dixi †: Attendite a fermento Pharisaeorum, et Sadducaeorum?
12. Tunc intellexerunt, quia non (*c*) dixit † a fermento, sed a doctrina Pharisaeorum, attendere sibi.
13. Venit autem Jesus in partem Caesareae Philippi, et interrogabat discipulos suos, dicens: Quem (*d*) me † homines dicunt esse, Filium
14. hominis? Ad illi dixerunt: (*e*) Johannem † Baptistam; alii autem vero Jeremian, aut unum ex prophetis.
15. Dicit illis Jesus: Vos autem quem me dicitis esse?
16. Respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus, Filius Dei vivi.
17. Respondens autem Jesus, dixit ei: Beatus es Simon Bar-Jona: quia caro et sanguis non revelabit tibi, sed Pater meus, qui in caelis est.
18. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferi non praeva-
19. lebunt ei. Et tibi dabo clavem regni caelorum.
Et quaecumque

CODEX CORBEIENSIS.

millia hominum, quot cophinos sustulistis? et septem panes in quattuor millia hominum, et quot sportas tuleritis? Quomodo non intelligitis, quia non de pane dixi vobis: Cavete a fermento Pharisaeorum, et Sadducaeorum? Tunc intellexerunt, quia non dixit illis ut abstinerent a fermento Pharisaeorum, et Sadducaeorum, sed a doctrina illorum. [1] Et cum venisset Jesus in regionem Caesareae Philippi, interrogabat discipulos suos, dicens: [2] [c] Quem me dicunt esse homines, Filium hominis? At illi [3] responderunt dicentes: Johannem Baptistam; alii autem Heliam, alii vero Hieremiam, aut unum ex prophetis. [b] At ille ait illis: Vos vero quem me esse dicitis? Respondens Simon Petrus dixit ad eum: Tu es Christus, Filius Dei vivi. Et respondens Jesus, dixit ad eum: Beatus es Simon Bar-Jona: non enim caro et sanguis revelavit tibi, sed Pater meus, qui est in coelis. Et ego tibi [3] dicam, quia tu es Petrus et [a] super istam petram aedificabo Ecclesiam meam, et portae inferorum non vincent eam. Tibi dabo claves regni coelorum. Et quaequum-

CODEX BRIXIANUS.

milia hominum et [c] quod cophinos sustulistis. neque (*a*) septem panes † in quattuor milia hominum. et [d] quod sportas sumsistis. Quomodo ergo non intellegitis quia non de panibus dixi vobis. Cavete a fermento Pharisaeorum et Sadducaeorum. Tunc intellexerunt quia non (*c*) dixit. † cavendum a fermento panis sed a doctrina Pharisaeorum et Sadducaeorum.

Cum venisset autem Jesus in partes Caesareae Philippi, [e] interrogabit discipulos suos dicens. Quem (*d*) me † dicunt homines esse Filium hominis. At illi dixerunt. quidam Johannem Baptistam alii autem Eliam. alii vero Hieremiam aut unum ex prophetis. Dicit eis Jesus. Vos autem quem me dicitis esse. Respondens autem Simon Petrus dixit Tu es Christus Filius Dei vivi. Et respondens Jesus dixit ei. Beatus es Simon Bariona quia caro et sanguis non [f] rebelavit tibi. sed Pater meus qui in caelis est. Et ego tibi dico. quia tu es Petrus. et super hanc petram. aedificabo Ecclesiam meam. et portae inferni non praevalebunt adversus eam. Et tibi dabo claves regni caelorum. Et quaecumque

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Sadducaeorum attenderent sibi. Venit autem... partes... et interrogabat
[2] Quem me dicunt homines esse Filium hominis? [b]
[3] dixerunt Johannem
[4] *ut in Vulg. usque*, Et ego
[5] dico, tu es, etc., *ut in Vulg. usque*, et quaecumque

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Hoc modo scriptum erat in exemplaribus Latinis quorum usuram habuit S. Cyprianus. Consule novam editionem Operum ejusdem Martyris.

[b] Eadem occurrit lectio apud Hilarium, Leonem Magnum et alios, qui antiquæ Vulgatæ exemplaribus utebantur. Sed et apud Augustinum lib. II de Consensu Evangelistarum, etsi illic secutus sit castigatum ab Hieronymo contextum Latinæ translationis. Nec immerito legit pronomen *me*, quia exstat in Græcis fontibus, Τίνα με λέγουσιν, id est, *Quem me dicunt.*

[c] *Quod* pro *quot* vitio exscriptoris.

[d] *Quod* pro *quot.*

[e] *Interrogabit*, pro *interrogavit.*

[f] *Rebelavit*, pro *revelavit.*

(*a*) Ita et textus Græcus τοὺς ἑπτὰ ἄρτους.—(*b*) Post *dixi*. deest *vobis*, etiam et in cod. Cant.—(*c*) Ita et textus Græcus, εἶπε. — (*d*) Addit *me* etiam textus Græcus, με.—(*e*) Ante *Johannem*, deest *alii* in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

que adligaveris in terram, erit alligatum in caelis : et quodcumque solveris in terram, erit solutum in caelis. 20. Tunc imperavit discipulis suis, ut nemini dicerent quod ipse esset Christus. 21. Exinde coepit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire (*a*) Hierosolyma †, et multa pati a senioribus, et principibus sacerdotum, et occidi, et (*b*) post tertium diem † resurge- 22. re. Et adsumens eum Petrus coepit increpare, (*c*) et dicere † : (*d*) Propitius tibi †, Domine, non erit istut. (*e*) Ad 23. ipse † conversus Petro, dixit : Vade retro post me Satanas, scandalum es mihi : quia non quae Dei sunt sapis, sed quae hominum. 24. Tunc . . . . dixit discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget se. . . . et tollat crucem suam, et sequ- 25 . . . ur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. 26. Quid enim prodeest homini, si totum mundum lucretur, animae suae vero detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem animae suae ? 27. Nam Filius hominis venturus est in ma-

CODEX VERONENSIS.

ligaberis super terram, erunt ligata et in caelis : et quaecumque solveris super terram, erunt soluta et in caelis. 20. Tunc imperavit discipulis suis, ut nemini dicerent quod ipse esset Christus. 21. Exinde coepit Jesus ostendere discipulis suis, quia oportet eum ire (*a*) Hierosolima †, et multa pati a senioribus, et scribis, et principibus sacerdotum, et occidi, et (*b*) post tertium diem † resurgere. 22. Et adsumens eum Petrus coepit increpare, (*c*) et dicere † : Absit a te (*d*) propitius esto †, Domine, non erit istut. (*e*) 23. Ad ipse † conversus Petro, dixit : Vade retro post me Satanas : scandalum es mihi : quia non sapis quae Dei sunt, sed quae sunt hominum. 24. Tunc Jesus dixit discipulis suis : Si quis vult post me venire, abneget se sibi, et tollat crucem suam, et sequatur me. 25. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam : qui autem perdiderit animam suam propter me, inveniet eam. 26. Quid enim prodeest homini, si hunc mundum lucrifaciat, animae vero suae detrimentum patiatur? Aut quam dabit homo commutationem animae suae? 27. Nam Filius hominis venturus est in majestate

CODEX CORBEIENSIS.

que ligaveris super terram, erunt ligata [1] in coelis : et quaequumque solveris super terram, erunt soluta [2] in coelis. Tunc praecepit discipulis suis, [3] ne cui dicerent quia ipse est Christus. Ex illo die coepit Jesus ostendere discipulis suis, quia oporteret illum ire in Hierosolymam, et multa pati a senioribus, [4] et principibus sacerdotum, et ab Scribis, et occidi, et tertia die resurgere. Et [5] suspiciens eum Petrus coepit [6] dicere : Absit, Domine, hoc non erit. [7] Jesus autem conversus, dixit ad eum : Vade post me Satanas, scandalum [8] es mihi : quia non quae Dei sunt sapis, sed quae sunt hominis. Tunc ait Jesus discipulis suis : si quis vult post me venire, abneget [9] semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet illam : [10] quicumque autem perdiderit eam mei caussa, inveniet illam. Quid autem prodest homini, si lucretur omnem mundum, et animam suam detrimentum faciat? Aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? Venit enim Filius hominis in ma-

CODEX BRIXIANUS.

ligaveris super terram. erunt ligata et in caelis. et quaecumque solveris super terram erunt soluta et in caelis. Tunc praecepit discipulis suis. ut nemini dicerent quia ipse esset Jesus Christus. Exinde coepit Jesus ostendere discipulis suis. quia oportet illum ire in Hierosolymis et multa pati a senioribus. et scribis. et principibus sacerdotum. et occidi et tertia die resurgere. Et adsumens eum Petrus coepit increpare ei. dicens (*d*) Propitius esto † tibi Domine et non erit tibi hoc. [a] Ad ille conversus dixit Petro. Vade post me Satana scandalum mihi es quia non sapis quae Dei sunt. sed quae hominum. Tunc Jesus dixit discipulis suis. Si quis vult post me venire abneget semetipsum et tollat crucem suam et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam. qui autem perdiderit animam suam propter me inveniet eam. Quid enim proderit homini. si totum mundum lucretur. animae autem suae detrimentum patiatur. Aut quam dabit homo commutationem animae suae. Futurum est enim ut filius hominis veniat in gloria

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] et in
[2] et in
[3] ut nemini dicerent quod ipse esset Christus. Exinde
[4] et Scribis
[5] assumens
[6] increpare et dicere, etc., *ut in Vulg.*
[7] At ipse... dixit Petro
[8] est mihi. Tunc Jesus dixit
[9] se sibi,
[10] *ut in Vulg. usque* majestate Patris sui

BLANCHINI NOTÆ

[a] *ad*, pro *at*.

(*a*) Ita et textus Græcus neutro genere, εἰς Ἱεροσόλυμα. — (*b*) Cod. Cant. μετὰ τρεῖς ἡμέρας. e Marco. — (*c*) Ita et cod. Cant. καὶ λέγειν. — (*d*) Textus Græcus Ἱλεώς σοι. — (*e*) Ita et textus Græcus ὁ δέ. —

CODEX VERCELLENSIS.

jestate Patris sui cum angelis ejus : et reddet unicuique secundum opera ejus.
28. Amen dico vobis, sunt aliqui de istis adstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in majestate

CAPUT XVII.

1. sua. (*b*) Et factum est † post dies sex adsumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Johannen fratrem ejus, et duxit illos in montem excelsum se-
2. orsum : et transfiguratum est (*c*) Jesus † ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol : vestimenta autem ejus facta sunt al-
3. ba sicut nix. Et ecce (*d*) apparuit † illi Moyses et Helias cum eo loquentes.
4. Respondens autem Petrus dixit ad Jesum : Domine, bonum est nos hic esse : si vis, faciamus hic tria tabernacula, tibi unum, et Moysi unum, et Heliae unum.
5. Adhuc eo loquente, ecce nubs lucida inumbravit eos. Et ecce vox de nube audita est, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipsum audite.
6. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, et timuerunt
7. valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos ; dixitque eis : Surgite, et nolite
8. timere. Levan-

CODEX VERONENSIS.

Patris sui cum angelis suis (*a*) sanctis † : et tunc reddet unicuique secundum opera ejus.
28. Amen dico vobis, quoniam sunt aliqui de istis adstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis venientem in regno suo.

CAPUT XVII.

1. (*b*) Et factum est † post dies sex adsumpsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Johannem fratrem ejus, et ducit illos in montem excelsum seor-
2. sum : et transfiguratus est (*c*) Jesus † ante eos. Et resplenduit facies ejus sicut sol : vestimenta autem ejus facta sunt candida sicut
3. nix. Et ecce (*d*) apparuit † illis Moyses et Helias cum eo loquentes.
4. Respondens autem Petrus dixit ad Jesum : Domine, bonum est nos hic esse : si vis, faciam hic tria tabernacula, tibi unum, Heliae unum, et Moysi
5. unum. Adhuc eo loquente, ecce nubs lucida inumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui : ipsum audite.
6. Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, et timuerunt
7. valde. Et accessit Jesus, et tetigit eos ; dixitque eis : Surgite, et nolite timere.

CODEX CORBEIENSIS.

jestate Patris sui cum angelis suis : et tunc reddet unicuique secundum [1] facta eorum. Amen dico vobis, [2] quia sunt hic aliqui de adstantibus, qui non gustabunt mortem, donec videant Filium hominis [3] venientem in regnum Patris sui.

XVII. Et factum est post [4] diem sextum assumsit Jesus Petrum, et Jacobum, et Johannem fratrem ejus, et ducit illos in altum montem secreto : et transfiguratus est Jesus coram illis. Et effulsit facies ejus sicut lux : et vestimenta illius facta sunt candida sicut nix. Et ecce [5] visi sunt cum eo Moyses et Helias, loquentes cum eo. Ait autem Petrus ad Jesum : Domine, bonum est nos hic esse : et si vis, faciam tria tabernacula, tibi unum, [6] et Moysi unum, et Heliae unum. Adhuc eo loquente, ecce nubes [7] candida obumbravit eos. Et ecce vox de nube, dicens : Hic est Filius meus [8] carissimus, in quo complacui : audite eum. Quo audito discipuli ceciderunt in faciem suam, et timuerunt vehementer, et accessit Jesus, et tetigit [9] illos ; et ait : Surgite, et nolite timere. [10] Elevan-

CODEX BRIXIANUS.

Patris sui cum angelis suis et tunc reddet unicuique secundum opera ejus.

Amen dico vobis quia sunt quidam de hic adstantibus qui non gustabunt mortem. donec videant Filium hominis venientem in regno [a] syo. Et post dies sex adsumsit Jesus Petrum. et Jacobum et Johannem fratrem ejus. et duxit illos in montem excelsum seorsum et transfiguravit se in conspectu eorum. Et resplenduit facies ejus sicut sol. vestimenta autem ejus. facta sunt alba sicut nix. Et ecce apparuerunt eis Moyses et Helias. cum eo loquentes. Respondens autem Petrus dixit ad Jesum Domine. bonum est nos hic esse. si vis faciamus hic tria tabernacula tibi unum et Moysi unum et Heliae unum. Adhuc eo loquente ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens Hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene conplacuit. ipsum audite. Et audientes discipuli ca [b] eciderunt in faciem suam et timuerunt valde. Et accessit Jesus et tetigit eos dicens Surgite et nolite timere. Levan-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] opera ejus
[2] quoniam sunt aliqui de hic stantibus
[3] hominis in regno suo
[4] dies sex, *ut in Vulg. usque*, Et ecce
[5] apparuit illis Moyses, etc., *ut in Vulg.*
[6] et Mosae unum
[7] lucida inumbravit eos
[8] dilectus... ipsum audite. Et audientes, etc., *ut in Vulg. usque* tetigit
[9] eos, dicens
[10] Levantes

BLANCHINI NOTÆ.

[a] ɣyo, *ypsilon* pro *u*. quod et alibi usurpavit antiquarius.

[b] *a* in *caeciderunt*, abrasa est.

(*a*) Addit *sanctis*, etiam cod. Cant. ἁγίοις.—(*b*) Ita et cod. Cant. καὶ ἐγένετο. —(*c*) Additur *Jesus*, etiam in cod. Cant., ὁ Ἰησοῦς.—(*d*) Ita et cod. Cant. ὤφθη, e Marco.

CODEX VERCELLENSIS.

tes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum 9. Jesum. Et descendentibus illis de monte, praecipit eis Jesus dicens : Videte nemini dixeritis visum, donec Filius hominis a mortuis resurgat. 10. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes : Quomodo ergo Scribae dicunt quod Helian oportet primum veni- 11. re? Ad ipse respondens, ait : Helias quidem venturus est conpone- 12. re omnia. Dico autem vobis, quod Helias quidem jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt (*b*) ei † quanta voluerunt. 13. Tunc intellexerunt discipuli quod de Johanne Baptista dixit illis : (*c*) Sic et Filius hominis necesse habet pati ab eis.†. 14. Et cum venisset ad turbam accessit ad eum homo genibus probolutans ante eum, dicens : Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est et male patitur : nam saepe cadit in ignem, et (*d*) aliquando † in a- 15. quam. Et optuli eum discipulis tuis, et non potuerunt curare eum. 16. Et respondens Jesus, ait : O generatio incredibilis, et perversa, quousque patiar vos? quousque ero vobiscum? Adhuc. . . e hoc illum ad me.

CODEX VERONENSIS.

8. Levantes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. 9. Et descendentibus illis de monte, praecepit eis Jesus dicens : Nemini dixeritis visum, donec Filius hominis a mortuis resurgat. 10. Et interrogaverunt eum discipuli, dicentes : Quid ergo Scribae dicunt quod Heliam oportet primum venire? 11. Ad ipse respondens, ait : Helias quidem venturus est (*a*) restituere † 12. omnia. Dico autem vobis, quod Helias jam venit, et non cognoverunt eum, et fecerunt (*b*) ei † quanta volue- 13. runt. Et tunc intellexerunt discipuli quod de Johanne Baptista dixerit illis : (*c*) Sic et Filius hominis necesse habet pati ab eis †. 14. Et cum venisset ad turbam accessit ad eum homo genibus provolutus ante eum, rogans eum, et dicens : Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male torquetur : nam saepe cadit in ignem, et (*d*) aliquando † in 15. aquam. Et optuli eum discipulis tuis, et non potuerunt curare eum. 16. Respondens Jesus, ait : O generatio incredibilis, et perversa, quousque patiar vos? quousque ero vobiscum? Adferte huc illum ad me.

CODEX CORBEIENSIS.

tes autem oculos suos, neminem viderunt, nisi solum Jesum. [1] Et cum descenderent de monte, praecepit illis Jesus dicens : [2] Videte ne cui dixeritis, donec Filius hominis a mortuis resurgat. [3] Tunc interrogaverunt illum [4] discipuli, dicentes : Quare ergo Scribae dicunt [5] quia oportet primum Heliam venire? Quibus respondens, ait : Helias quidem veniet, ut omnia restituat. Sed ego dico vobis, quoniam Helias jam venit, et non cognoverunt eum, sed fecerunt (*b*) ei † quanta voluerunt. [6] Tunc [6] intellexerunt discipuli ejus quia de Johanne dixit illis : Sic et Filius hominis [7] passurus est ab eis. Et ecce de turba accessit ad eum [8] homo genibus provolutus depraecans, et dicens : Domine, miserere filio meo, quia lunaticus est, et male [9] vexatur : frequenter enim cadit a daemonio in ignem, et aliquando in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis, et non potuerunt [10] illum sanare. Respondens ei Jesus dixit : O natio incredula et perversa, quousque [11] vobiscum sum? quandiu vos patior? Afferte illum huc.

CODEX BRIXIANUS.

tes autem oculos suos neminem viderunt nisi solum Jesum. Et descendentibus illis de monte praecepit eis Jesus dicens Nemini dixeritis hanc visionem. donec Filius hominis a mortuis resurgat. Et interrogaverunt eum discipuli ejus dicentes. Quid ergo Scribae dicunt quod Heliam oportet primum venire. Jesus autem respondens ait illis. Helias quidem veniet primum et restituet omnia. Dico autem vobis. quia Helias. jam venit. et non cognoverunt eum. sed fecerunt ei. quaecumque voluerunt. Sic et Filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerunt discipuli. quia de Johanne Baptista dixisset eis.

Et cum venisset ad turbam. accessit ad eum homo genibus provolutus. et dicens. Domine. miserere filio meo quia lunaticus est. et male patitur. frequenter enim cadit in ignem. et (*d*) aliquando † in aquam. Et obtuli eum discipulis tuis. et non potuerunt curare eum. Respondens autem Jesus ait O. generatio incredula et perversa. quousque ero vobiscum. usquequo patiar vos. Afferte huc illum ad me.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Descendentibus illis
[2] Nemini dixeritis visum
[3] Et interrogaverunt
[4] discipuli. Quid
[5] quod oportet Heliam primum venire. At ipse... venturus est restituere omnia. Dico autem
[6] cognoverunt discipuli quod... Et cum venisset ad turbam
[7] necesse habet pati
[8] quidam... ante eum, dicens
[9] *Ut in Vulg. usque*, in ignem
[10] curare eum. Respondens Jesus, ait : O generatio
[11] patiar vos? quousque ero vobiscum? etc., *ut Vulg. usque*, ejicere illum.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Duo mss. codices nostri hunc contextus ordinem servant; in Vulgata autem, *Sic et Filius hominis*, etc., positum legitur ante, *Tunc intellexerunt*, etc., conformiter ad fontem Græcum.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἀποκαταστῆσαι.— (*b*) Ita et cod. Cant. αὐτῷ, ex Marco. — (*c*) Cod. quoque Cant. huc transfert, quæ Vulg. Lat. et textus Græcus habent in fine v. 12. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἐνίοτε.

CODEX VERCELLENSIS.

17. Et increpavit eum Jesus, et exiit ab eo daemonium, et curatus est puer ex illa hora.
18. Tunc acesserunt disci... li ad Jesum secreto, et dixerunt ei : Quare nos non potuim... icere illum?
19. Dixit illis : Propter incredulitatem vestram.
Amen dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis monti huic, Transi hinc Illuc, et transibit, et nihil inpossibile
20. erit vobis. Hoc autem genus daemonii non cicitur nisi per orationem et jejunium.
21. Ipsis autem conversantibus in Galilaea, dixit illis Jesus :

Futurum est, ut Filius hominis tradatur in manus.....
22. ..... um : et occident eum, et (*a*) post tertium diem † resurget. Quo audito contristati sunt vehementer.
23. Et cum venissent Cafarnaum, accesserunt ad Petrum qui tributum exigebant, et dixerunt ei : Magister vester non solvit tributum?
24. ait et ille : Utique. Et intrantes in domum, praevenit eum Jesus, dicens : Quid tibi vide-
. . . . . .
Reges . . . . rae a quibus accipiunt tributum vel cen-
. . . m? a filiis suis, aut ab alie-
25. nis? Et ille dixit : Ab alienis. Dixit illi Jesus : Ergo libera-

CODEX VERONENSIS.

17. Et increpavit eum Jesus, et exiit ab eo daemonium, et curatus est puer ex illa hora.
18. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto, et dixerunt ei, Domine : Quare nos non potuimus eicere illum?
19. Dicit illis Jesus : Propter incredulitatem vestram. Amen dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, diceretis monti huic, Transi hinc illuc, et transibit, et nihil impossibile erit vobis.
20. Hoc autem genus daemonium non eicitur nisi per orationem, et jejunium.
21. Ipsis autem conversantibus in Galilaeam, dixit Jesus : Futurum est, ut Filius hominis tradatur in manibus ho-
22. minum : et occident eum. et (*a*) post tertium diem † resurget. Et cum hoc audissent discipuli contristati sunt vehenmenter.
23. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didragma exigebant ad Petrum, et dixerunt ei : Magister vester quare non solvit didragma, vel
24. censum? ait : Utique non. Et (*b*) intranti † in domum, praevenit eum Jesus, dicens : Quid tibi videtur Simon? Reges terrae, a quibus accipiunt tributum bel censum?
25. a filiis suis, aut ab alienis? Et ille dixit : Ab alienis. Dixit illi : Ergo liberi sunt

CODEX CORBEIENSIS.

Et imperavit ei Jesus, et continuo exivit daemonium ab illo, et sanatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt ad Jesum secreto discipuli, et dixerunt : Quare nos non potuimus ejicere illum? Ait illis : Propter incredulitatem vestram. Amen dico vobis, si habueritis fidem, sicut granum sinapis, dicetis huic monti, Transi hinc illuc, et [1] transiet, et nihil impossibile erit vobis. [2] [a] Redeuntibus autem illis in Galilaeam, ait Jesus. [3] Incipiet Filius hominis tradi in manibus peccatorum : et occident illum, et tertia die resurget. Quo audito discipuli ejus contristati sunt vehementer. Et quum venissent Capharnaum, accesserunt [4] hi qui tributum exigunt, et dixerunt : Magister vester [5] quare non solvit tributum? Et quum introisset domum Petrus, praevenit illum Jesus, dicens : Quid tibi videtur Simon? Reges terrae a quibus accipiunt tributum vel censum? a suis, an ab extraneis? At ille respondens, ait : Ab extraneis. Dixit illi Jesus : Ergo liberi

CODEX BRIXIANUS.

Et comminatus est ei Jesus. et confestim [b] exibit ab eo daemonium. et curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Jesum secreto et dixerunt ei. Quare nos non potuimus eicere illum. Jesus autem dixit illis. Propter incredulitatem vestram. Amen dico vobis si habueritis fidem sicut granum sinapis. dicetis monti huic. Transi hinc illuc et transiet. et nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus in nullo eicitur. nisi in oratione et jejunio. Conversantibus autem eis in Galilaea dixit illis Jesus [c] Futuru est ut Filius hominis. tradatur in manus hominum et occident eum et tertia die surget. Et contristati sunt nimis. Venientibus autem eis in Caphar-naum. accesserunt qui tributum exigebant ad Petrum et dixerunt. Magister vester. non solvit tributum. et ait etiam. Et cum intrasset in domum praevenit eum Jesus dicens. Quid tibi videtur Simon Reges terrae. a quibus accipiunt tributum vel censum. a filiis suis an ab alienis. Et dixit ei Petrus. Ab alienis. Ait illi Jesus. Ergo liberi

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] transibit
[2] Hoc autem [a], etc., *ut Vulg. usque*, Jesus.
[3] Futurum est ut... tradatur, etc., *ut Vulg. usque* vehementer.
[4] qui didragmam exigebant, ad Petrum
[5] *Ut Vulg. usque*, aperto ore

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Totum quod dicitur de genere dæmoniorum, quod ejicitur per orationem et jejunium, omissum est in ms. codice Corbeiensi; sed exemplar San-Germanense illum versum integrum retinet prout legitur in Vulgata Latina, quod satis innuunt Variantes Lectiones.

[b] *exibit*, pro *exivit*.

[c] *m* finalis in *futurum* deest. nulla etiam superposita lineola, quæ illud designet.

(*a*) Cod Cant. μετὰ τρεῖς ἡμέρας, ut in superiori capite, v. 21. — (*b*) Ita et cod. Cant. εἰσελθόντι. Favet etiam Brix.

CODEX VERCELLENSIS.

ti sunt filii.
26. Ut autem non scandalixzemuş eos, vade ad mare, et mitte hamum : et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : et aperto ore ejus, invenies (*a*) ibi † staterem : illum sumens da eis pro me, et te.

CAPUT XVIII.

1. In illa die accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes: . . is putas major est in regno caelorum?
2. Et Jesus vocavit ad se puerum, et statuit eum in me-
3. dio eorum, et dixit:
Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regno
4. caelorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut pue-
† iste, hic erit major in regno caelorum.
5. Et qui accoeperit unum puerum talem, me
6. accipit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris.
7. Vae autem huic mundo a scandalis. Nece . . . est enim venir . . scandala : v . . . tam . . . vae ho . . . illi, per quem scandalum venit.
8. Quod si manus tua, vel pes tuus scandalizat te, abscide eum, et proice abs te: bonum tibi est in vitam venire debilem vel clodum, quam duos pedes vel duas manus habentem mitti in ignem

CODEX VERONENSIS.

filii? Respondit
26. certe. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum : et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : et aperto ore ejus, invenies (*a*) ibi † staterem : illum sumens da eis pro me, et pro te.

CAPUT XVIII.

1. In illa die accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Quis utique major est in regno caelorum?
2. Et Jesus vocabit puerum, et statuit eum in medio eorum,
3. et dixit : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, et efficiamini sicut pueri, non intrabitis in regno caelorum.
4. Quicumque ergo humiliaberit se sicut puer iste, hic major erit in regno caelo-
5. rum. Et qui acceperit unum puerum talem in nomine meo, me accipit.
6. Qui autem scandalizat unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, et demergatur in profundum maris.
7. Vae autem huic mundo ab scandalis. Necesse est enim venire scandala : verumtamen vae homini illi, per quem scandalum venit.
8. Quod si manus tua scandalizat te, vel pes tuus, abscide eum, et proice abs te: bonum tibi est in vitam venire debilem vel clodum, quam duos pedes vel duas manus habentem mitti in ignem aeter-

CODEX CORBEIENSIS.

sunt filii. Ait Petrus : Ita Domine. Ne tamen scandalizemus eos, vade ad mare, et mitte hamum : et eum piscem, qui primus ascenderit, tolle : et aperto ore ejus, invenies [1] staterem : illum dabis pro me, et pro te.

XVIII. In illa die accesserunt discipuli ad Jesum, dicentes : Quis [2] erit major in regno coelorum? Et [3] vocans infantem Jesus, statuit eum in medio eorum, et ait : Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, [4] facti tales sicut infans hic est, non intrabitis in regno coelorum. [5] Et qui exceperit unum talem infantem in nomine meo, me excipit. Quicumque autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit illi ut suspendatur mola asinaria collo ejus, et [6] praecipitetur in profundum maris. Vae autem huic mundo ab scandalis. Necesse est enim venire scandala : verumtamen [7] vae illi homini, per quem scandalum veniet. Quod [8] si te manus tua, vel pes scandalizat, praecide illum, et projice a te: bonum est tibi ad vitam venire debilem vel claudum, quam duos pedes vel duas manus habentem mitti in [9] gehennam ignis.

CODEX BRIXIANUS.

sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos [a] . . . . . vade ad mare et mitte hamum et eum piscem qui primus ascenderit tolle. et aperto ore ejus invenies in eo denarium. illum sumens. da eis pro me et te. In illa hora accesserunt discipuli ad Jesum dicentes. Quis putas major est in regno caelorum. Et advocans Jesus parvulum. statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico vobis. nisi conversi fueritis. ut efficiamini sicut parvuli non intrabitis [a] regno cælorum. Quicumque ergo [b] humiliaverit se sicut parvulus iste. hic major erit in regno caelorum. Et quicumque receperit unum parvulum talem in nomine meo me recipit. Qui autem scandalizaverit. unum ex pusillis istis qui in me credunt expedit ei. ut suspendatur mola asinaria in collo ejus. et demergatur in profundum maris. Vae huic mundo. ab scandalis. Necesse est enim ut veniant scandala. verumtamen vae homini illi per quem scandalum veniet. Si autem manus tua vel pes tuus. scandalizat te abscide eum et proice abs te. melius est enim tibi in vitam ingredi debilem vel [c] clodum quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æter-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] ibi, etc., *ut Vulg.*
[2] utique major est
[3] vocavit Jesus parvulum, et
[4] *Ut Vulg.*
[5] Quicumque enim humiliaverit se sicut puer iste, hic major erit in regno coelorum. Et qui acceperit unum puerum talem, etc., *ut Vulg.*
[6] demergatur
[7] vae homini, per... venit
[8] si manus tua... tuus, etc., *ut Vulg. usque,* venire
[9] ignem aeternum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Hic desunt in Codice litteræ et media ferme linea.
[b] *Humilaverit,* pro eo quod est *humiliaverit.*
[c] *Clodum,* pro *claudum.*

(*a*) Addit *ibi,* etiam Cod. Cant. *ibi.*

CODEX VERCELLENSIS.

aeternum.
9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et proice abs te: bonum tibi est oculum unum habentem in vitam venire, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.
10. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis: dico enim vobis, quod angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei, qui in cae-
11. lis est. Venit autem Filius hominis salvare, quod perierat.
12. Quid autem vobis videtur? si fuerint alicui (*b*) homini † centum oves, et si erraverit una ex eis: nonne relinquet xcviii. in montibus, et vadit quaerere eam quae
13. erravit? et si contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, quod gaudebit in eam magis quam in xcviii. quae non errave-
14. runt. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui est in caelis, ut pereat unus de pusillis is-
15. tis. Quod si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.
16. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc et unum, vel duos; ut in ore duorum testium, vel trium stet om-

CODEX VERONENSIS.

num.
9. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, et proice abs te: bonum tibi est enim oculum habentem in vitam intrare, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis.
10. Videte ne contemnatis unum ex his pusillis, (*a*) qui credunt in me †: dico enim vobis, quod angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei, qui in
11. caelis est. Venit Filius hominis salvare, quod perierat.
12. Quid vobis videtur? si fuerint alicui (*b*) homini † centum oves, et erraverit una ex eis: nonne relinquet xc et viii. in montibus, et vadit quaerere eam quae erravit,
13. et si contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, quod gaudebit in eam magis quam in xcviii. quae non erraverunt.
14. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in caelis est, ut pereat unus ex pusillis istis.
15. Quod si peccaverit in te frater tuus, vade, et corripe eum inter te, et ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum.
16. Si autem non te audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos; ut in ore duorum testium, vel trium stet

CODEX CORBEIENSIS.

Et si oculus tuus scandalizat,[1] exime illum, et projice a te: utilius est enim tibi unum oculum habentem intrare ad vitam, quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis[2] de his pusillis[a] credentibus in me: dico enim vobis, quoniam angeli eorum[3] vident semper faciem Patris mei, qui in coelis est. [4 b] Quid vobis videtur? si [5] cui homini fuerint centum oves, et erraverit una ex illis: nonne [6] relinquit nonaginta novem in montibus, et vadit quaerere illam quae erravit? et si contigerit ut inveniat eam: Amen dico vobis, [7] quod plus gaudebit in eam quam in nonaginta novem, quae non erraverunt. Sic non est voluntas ante Patrem vestrum, qui in coelis est, ut pereat unus de pusillis istis. Quod si peccaverit in te frater tuus, vade, [8] corripe illum solus cum solo. Si te audierit, lucratus es fratrem tuum. [9] Quod si te non audierit, adhibe unum, aut duos tecum; et praesentibus duobus, vel tribus testibus stabit om-

CODEX BRIXIANUS.

num. Et si oculus tuus scandalizat te. erue eum. et proice abs te. melius est enim tibi. cum uno oculo in vitam ingredi. quam duos oculos habentem. mitti in ignem æternum. Videte ne contemnatis unum ex pusillis istis. dico enim vobis. quia angeli eorum in caelis semper vident faciem Patris mei qui in caelis est. Venit enim Filius hominis salvare quod perierat. Quid vobis videtur si fuerint alicui (*b*) homini † centum oves. et erraverit una ex eis. nonne relinquet nonnaginta novem in montibus. et vadit quaerere eam quae erravit. et si contigerit. ut inveniat eam. Amen dico vobis. quia gaudebit super eam. magis quam super nonnaginta novem quae non erraverunt. Sic non est voluntas in conspectu Patris vestri qui in caelis est. ut pereat unus de pusillis istis. Si autem peccaverit in te frater tuus vade et corripe eum inter te et ipsum solum. Si te audierit lucratus es fratrem tuum. Si autem non te audierit adhibe tecum adhuc unum vel duos. ut in ore duorum testium vel trium stet om-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] te, erue eum.. abs te: bonum tibi est... in vitam venire
[2] unum ex pusillis [a] qui credunt in me
[3] in coelis semper vident
[4] Venit [b] enim, *ut Vulg.*
[5] fuerint alicui
[6] relinquet
[7] quod gaudebit super eam, magis quam
[8] et, etc., *ut Vulg.*
[9] Si autem, etc., *ut Vulg.*

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Ita Hilarius addens cum mss. nostris, *qui credunt in me*; quod æque adnotavit in Versione Anglo Saxonica Th. Marescballus.

[b] Integer versiculus hic quoque desideratur in ms. Corbeiensi: eumdem vero retinet codex San-Germanensis, Vulgatæ editioni consentiens.

(*a*) Addit, *qui credunt in me.* Et ita cod. Cant. τῶν πιστευόντων εἰς ἐμέ; e versu 6 hujus cap. — (*b*) Addit *homini*, etiam textus Græcus ἀνθρώπῳ.

CODEX VERCELLENSIS.

ne verbum.
17. Quod si non
audierit eos :
dic ecclesiae.
Si autem eccle-
siam non au-
dierit, sit tibi
sicut ethni-
cus et publica-
18. nus. Amen
dico vobis quae-
cumque alliga-
veritis super
terram, erunt
alligata in cae-
lo : et quaecum-
que solveri-
tis super terram,
erunt soluta
in caelo·
19. I . . . rum (*a*) amen †
dico vobis, quia
si duobus con-
venerit super
terram, de om-
ni re quaecum-
que petierint,
fiet illis a Patre
meo, qui in cae-
20. lis est. Ubi enim
sunt duo vel
tres congre-
gati in nomi-
ne meo, ibi et
ego sum in me-
21. dio eorum. Tunc
accedens ad eum
Petrus . . . xit
ei : Domine si pec-
caverit in me
frater meus,
quotiens re-
mittam ei ? us-
que septies?
22. Dicit illi Jesus? non
dico tibi usque
septies : sed us-
que septua-
gies septies.
23. Ideo simile est
habitus reg-
ni caelorum
homini regi,
qui voluit ra-
tionem pone-
re cum servis
24. suis. Et cum
coepisset ra-
tionem pone-
re, oblatus est
ei unus, qui de-
beb ..... ecem
milia talen-
25. ta. Cum autem
non haberet
unde redde-
ret, jussit eum
dominus venun-
dari, et uxo-
rem ejus, et fi-
lios, et omnia
quæ habebat,
et reddi debi-
26. tum. Pro-

CODEX VERONENSIS.

omne verbum.
17. Quod si non
audierit eos :
dic ecclesiae,
Si autem eccle-
siam non audie-
rit, sit tibi
sicut ethnicus
et publicanus.
18. Amen dico
vobis, quæcum-
que alligaveritis
super terram,
erunt alligata
et in caelo :
et quaecumque
solveritis super
terram, erunt
soluta et in
caelo.
19. Iterum (*a*) amen †
dico vobis,
quia si duo-
bus ex vobis
convenerit supra
terram, de omni
re quaecumque
petieritis, fiet
vobis a Patre
meo, qui in
20. caelis est. Ubi
enim sunt
duo vel tres
congregati in
nomine meo,
ibi et ego sum
in medio eorum.
21. Tunc accedens
ad eum Petrus
dixit ei : Do-
mine si peccabe-
rit in me frater
meus, quotiens
remittam ei ? us-
que septies ?
22. Dicit illi Jesus :
Non dico tibi
usque septies ;
sed usque septua-
gies et septies.
23. Ideo similis
est habitus re-
gni caelorum
homini regi,
qui voluit ratio-
nem ponere cum
24. servis suis. Et
cum coepisset ra-
tionem ponere,
oblatus est ei
unus, qui x de-
bebat milia ta-
25. lenta. Cum au-
tem non haberet
unde redderet,
jussit eum do-
minus ejus
venumdari,
et uxorem
ejus, et filios,
et omnia quae
habebat, et
reddi debitum.
26. Procidens

CODEX CORBEIENSIS.

ne verbum. Quod [1] si et eos non audierit : dic ecclesiæ : Si autem et ecclesiam non audierit, sit tibi tanquam ethnicus [2] et ut publicanus. Amen dico vobis, quaequumque alligaveritis super terram, erunt [3] alligata in coelo : et quaequumque solveritis super terram, erunt soluta [4] in coelo. Amen dico vobis, quia si duobus [5] convenerit super terram, de omni re quaecumque petierint, [6] continget illis a Patre meo, qui est in coelis. Ubi enim sunt duo vel tres congregati [7] tantum in nomine meo, [8] ibi ego sum in medio eorum. Tunc accedens ad eum Petrus dixit ei : Domine si peccaverit in me frater meus, quotiens remittam illi? [9] septies ? Dicit illi Jesus : Non dico tibi usque septies ; sed [10] septuagies septies.

XVIIII. Ideo [11] simile est regnum coelorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum servis suis. Et quum coepisset rationem ponere, oblatus est ei unus, qui debebat decem millia talenta. Quum autem non haberet unde redderet, jussit eum [12] dominus suus vaenumdari, et uxorem ejus, et filios, et omnia quaequumque habebat, et reddi debitum. Pro-

CODEX BRIXIANUS.

ne verbum. Quod si non audierit eos dīc ecclesiae. Si autem ecclesiam non audierit. sit tibi sicut ethnicus et publicanus. Amen dico vobis. quaecumque ligaveritis super terram. erunt ligata et in caelis. et quaecumque solveritis super terram erunt soluta et in caelis.

Iterum (*a*) amen † dico vobis quia si duobus ex vobis convenerit super terram. de omni re quacumque petierint. fiet illis a Patre meo qui in caelis est. Ubi enim sunt duo vel tres. congregati in nomine meo. ibi [b] sym in medio eorum. Tunc accessit ad eum Petrus et dixit ei. Domine si peccaverit in me frater meus. quotiens dimittam ei. usque septies. Dicit illi Jesus. Non dico tibi usque septies. sed usque septuagies septies. Propterea adsimilatum est regnum caelorum. homini regi qui venit rationem facere cum servis suis. Qui cum coepisset discutere oblatus est ei unus qui debebat decem milia talenta. Cum autem non haberet. unde redderet jussit eum dominus ejus venundari. et uxorem ejus et filios. et omnia quae habebat. et reddi debitum. Pro-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] si non audierit eos
[2] et publicanus.
[3] ligata et
[4] et in coelo. Iterum amen dico
[5] ex vobis
[6] fiet
[7] congregati in
[8] ibi sum et ego... eorum. Non [a] enim sunt congregati in nomine meo inter quos ego non sum
[9] usque
[10] usque
[11] similis est habitus regni coelorum
[12] eum vaenundari

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Hujus additionis vestigium aliquod invenire alicubi mihi non licuit.

[b] Sic.

(*a*) Addit *Amen*, etiam Cod. Cant. Ἀμήν.

CODEX VERCELLENSIS.

cidens autem servus ille ad pedes domini sui, orabat eum, dicens : Patientiam habe in me, et omnia reddam tibi. 27. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, et debitum remisit ei. 28. Egressus autem servus ille, invenit unum ex conservis suis, qui debebat ei centum denarios : et tenens suffocabat eum, dicens : Redde quod debes. 29. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens : Patientiam habe in me, et (*b*) reddam 30. tibi. Ille autem noluit : sed abiit, et misit eum in carcerem, donec redderet debitum. 31. Videntes autem conservi ejus quae fiebant, contristati sunt : et venerunt, et narraverunt domino suo omnia quae facta erant. ⁋ 32. Tunc vocavit eum dominus suus : et ait illi : Serve nequa, omne debitum remisi tibi, quoniam rogasti me : 33. non ergo oportuit et te quoque misereri conservo tuo, sicut et ego tui misertus sum ? 34. Et iratus dominus tradidit eum tortoribus, quo ad usque redderet universum debitum. 35. Sic et vobis faciet Pater meus qui in caelis est, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAPUT XIX.

1. Et factum est, (*c*) cum locutus

CODEX VERONENSIS.

autem servus ille orabat eum, dicens : Patientiam habe domine, et omnia 27. reddam (*a*). Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, et debitum remisit ei. 28. Egressus autem servus ille, invenit unum ex conservis suis, qui debebat ei centum denarios : et tenens suffocabat eum, dicens : Redde quod debes. 29. Et procidens conservus ejus, rogabat eum, dicens : Patientiam habe in me, et (*b*) reddam tibi. 30. Ille autem noluit : sed abiit, et misit eum in carcere, donec redderet debitum. 31. Videntes autem conservi illius quae fiebant, contristati sunt : et venerunt, et narraverunt domino suo omnia quae facta erant. 32. Tunc vocavit eum dominus suus : et ait illi : Serve nequa, omne debitum remisi tibi, quoniam rogasti 33. me : non ergo oportuit te quoque misereri conservo tuo, sicut et ego tui misertus 34. sum ? Et iratus Dominus ejus tradidit eum tortoribus, quo ad usque redderet universum debi- 35. tum. Sic et vobis faciet Pater meus qui in caelis est, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris.

CAPUT XIX.

1. Et factum est, (*c*) cum locutus esset †

CODEX CORBEIENSIS.

çidens autem servus ille, rogabat eum, dicens : [1] Patientiam habe in me, et [2] ego reddam omnia. Misertus autem dominus servi illius, dimisit eum, [3] et universum debitum donavit illi. Egressus autem servus ille, invenit unum de conservis suis, qui debebat ei centum denarios : et tenens suffocabat eum, dicens : Redde quod debes. Et procidens conservus [4] ille, rogabat eum, dicens : Patientiam habe in me, [5] et omnia reddam tibi. Ille autem noluit : sed abiit, et misit eum in carcerem, donec redderet [6] debitum. Videntes autem conservi ejus quae fiebant, contristati sunt : et venerunt, et narraverunt domino suo omnia quae facta [7] sunt. Tunc convocavit eum dominus suus : et ait illi : Serve nequa, omne debitum [8] donavi tibi, quoniam rogasti me : [9] nonne ergo oportebat et te misereri conservo tuo, sicut [10] et ego misertus sum tibi ? Et iratus dominus ejus tradidit eum tortoribus, quoadusque redderet universum debitum. Sic et vobis faciet Pater meus qui in coelis est, si non remiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris. Et factum est, quum locutus esset Jesus ser-

CODEX BRIXIANUS.

cidens autem servus ille rogabat dominum suum dicens domine. Patientiam habe in me et omnia tibi reddam. Misertus autem dominus servo illi. dimisit eum. et debitum dimisit ei. Egressus autem servus ille invenit unum ex conservis suis qui debebat ei centum denarios. et tenens eum. suffocabat dicens. Redde mihi quod debes. Procidens autem conservus ille ad pedes ejus. rogabat eum dicens Patientiam habe in me et omnia reddam tibi. Ille autem noluit. sed abiit et misit eum in carcerem donec redderet debitum. Videntes autem conservi ejus quae fiebant. contristati sunt valde. et venerunt et nuntiaverunt domino suo. omnia quae facta fuerant. Tunc vocavit eum dominus ejus. et ait illi. Serve nequam omne debitum dimisi tibi. qui erogasti me. non ergo oportuit et te misereri conservo tuo. sicut et ego tui misertus sum. Et iratus dominus ejus. tradidit eum tortoribus quo ad usque redderet universum debitum. Sic et Pater meus caelestis faciet vobis. si non dimiseritis unusquisque fratri suo de cordibus vestris peccata eorum. Et factum est. cum consummasset Jesus ser-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Domine,
[2] omnia reddam tibi.
[3] et debitum dimisit
[4] ejus,
[5] et reddam
[6] omne
[7] fuerunt. Tunc convocavit
[8] dimisi
[9] non ergo oportuit te
[10] ego tui misertus sum ?

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *reddam* deest *tibi*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Ante *reddam* deest *omnia*, in cod. quoque Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. ὅτε ἐλάλησεν.

CODEX VERCELLENSIS.

esset † sermones istos Jesus, transtulit se a Galilaea, et venit in finibus Judeae et trans Jorda-
2. nen, et secutae sunt eum turbae multae, et curavit illos. . . . . .
3. Et accesserunt ad eum Pharisaei temptantes et dicentes : Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa?
4. Et respondens Jesus ait : Non legistis, quia qui fecit (*a*) ab initio masculum et feminam fecit? et dixit :
5. Propter hoc remittet homo patrem et matrem, et herebit uxori suae, et erunt duo in carne una.
6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit in unum, non licet separa-
7. ri. Dicunt illi : Quid ergo Moyses mandavit dari librum repudii, et dimittere?
8. Ait illis Jesus : Quoniam ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere uxores vestras : ab initio autem non fuit sic.
9. Dico autem vobis, (*b*) quicumque dimiserit uxorem suam, (*c*) nisi ob causam fornicationis, † et aliam duxerit, moecatur. (*d*)
10. Dicunt ei discipuli ejus : Si sic est causa viri cum uxore, non expe-

CODEX VERONENSIS.

sermones istos Jesus, transtulit se a Galilaea, et venit in fines Judaeae trans
2. Jordanem, et secutae sunt eum turbae multae, et curavit eos ibi.
3. Et accesserunt ad eum Pharisaei temptantes eum, et dicentes : Si licet homini dimittere uxorem suam, quacumque ex causa?
4. Et respondens Jesus ait illis : Non legistis, quia qui fecit (*a*) masculum et feminam ab initio fecit eos? et dixit :
5. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.
6. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.
7. Dicunt illi : Quid ergo Moyses mandavit dari librum repudii, et dimittere uxorem?
8. Ait illis Jesus : Quoniam ad duritiam cordis vestri permisit vobis Moyses dimittere uxores vestras : ab initio autem non fuit sic.
9. Dico autem vobis, (*b*) quicumque dimiserit uxorem suam, (*c*) nisi ob causam fornicationis, † et aliam duxerit, moecatur. (*d*)
10. Dicunt ei discipuli ejus : Si ita est causa viri cum uxore, non ex-

CODEX CORBEIENSIS.

mones istos, [a] transtulit se a Galilaea, et venit in fines [1] Judaeae et trans Jordanem, et secutae sunt eum turbae multae, et curavit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisaei tentantes eum, et dicentes : Si licet homini dimittere uxorem suam, ex quacumque [2] caussa? Quibus respondens ait : Non legistis, quia qui fecit [3] [b], masculum et feminam fecit [4]? et dixit : Propter hoc remittet homo patrem et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo Deus [5] junxit in unum, homo non disjungat. Dixerunt illi : Quare ergo Moyses praecepit dare libellum repudii, et dimittere? Ait illis : Quoniam ad duritiam cordis vestri permisit vobis [6] Moyses dimittere uxores vestras : ab initio autem non fuit sic. Dico autem vobis, [7] quicumque dimiserit uxorem suam, excepta caussa adulterii, facit eam moechari. Dicunt ei discipuli : Si ita est caussa [8] cum uxore, non expe-

CODEX BRIXIANUS.

mones istos. transtulit se a Galilaea. et venit in finibus Judeae. trans Jordanen. et secute sunt eum turbae multae. et [c] curabit eos ibi. Et accesserunt ad eum Pharisaei temtantes eum et dicentes. Si licet homini dimittere uxorem suam. quacumque ex causa. Jesus autem respondens ait illis. Non legistis quia qui fecit (*a*) ab initio masculum et feminam fecit eos. et dixit. Propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adherebit uxori suae. et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus conjunxit. homo non separet. Dicunt ei Quare ergo Moyses mandavit dari libellum repudii et dimittere eam. Ait illis. Propter duritiam cordis vestri. permisit vobis Moyses dimittere uxores vestras. ab nitio autem non fuit sic. Dico autem vobis quia quicumque dimiserit uxorem suam (*c*) nisi ob causam fornicationis. † et aliam duxerit. moecatur. et qui dimissam duxerit moecatur. Et dixerunt ei discipuli ejus Si ita est causa hominis cum [d] uxore non ex-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Judaeae trans
[2] ex caussa. Et respondens Jesus ait eis
[3] fecit ab initio [b]
[4] eos, et benedixit : Propter hoc relinquit
[5] conjunxit, homo non separet, etc., *ut Vulg.*
[6] Moses
[7] quia... nisi ob causam fornicationis, et aliam duxerit, moechatur. Dicunt
[8] viri cum

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Sic legas apud Hilarium in textu Commentariorum in Matthæum.

[b] Vulgata, *qui fecit hominem ab initio.* Utramque omittit exemplar Corbeiense, id est, *hominem*, et, *ab initio :* codex autem San-Germanensis legit quidem, *ab initio;* sed non legit, *hominem.* Idque merito, quum idem verbum positum minime reperiatur apud Hieronym. Comment in Matth.

[c] Sic.

[d] Finalis *m* detrita est a correctore.

(*a*) Post *fecit*, deest *hominem*, etiam in textu Græco. — (*b*) Post *vobis*, deest *quia* in cod. quoque Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. παρεκτὸς λόγου πορνείας. — (*d*) Post *moechatur*, deest *et qui dimissam duxerit, moechatur*, etiam in cod. Cant. hic, et cap. v, vers. 32.

CODEX VERCELLENSIS.

dit nubere.
11. Dixit autem illis Jesus : Non omnes capiunt verbum istut, sed quibus datum
12. est. Sunt enim spadones, qui de matris utero sic nati sunt : et sunt spadones, qui facti sunt ab hominibus ; et sunt spadones, qui se ipsos eunucizaverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat.
13. Tunc oblati sunt ei infantes, ut manus eis imponeret, et curaret. Discipuli autem ejus prohibebant eos.
14. Jesus vero (*a*) ait † : Sinite pueros, et nolite eos prohibere ad me venire : talium est enim regnum cae-
15. lorum. Et imposita illis manu, abiit inde.
16. Et ecce unus accessit ad eum, et dixit illi : Magister, quid boni faciam ut habeam vitam aeter-
17. nam? Ad Jesus dixit ei : Quid me interrogas de bono? Unus est bonus. Sed vis in vitam venire? serva praecepta.
18. Dicit illi : Quae? Jesus autem dixit : Non occides : Non moecaberis : Non adulterabis : Non facies furtum : Non falsum testimonium dices :
19. Honora patrem tuum, et matrem tuam : et, diliges proximum tuum sicut te ipsum.
20. Dixit autem

CODEX VERONENSIS.

pedit nubere.
11. Dixit autem illis Jesus : Non omnes capiunt verbum istut, sed quibus datum est.
12. Sunt enim spadones, qui de matris suae utero sic nati sunt : et sunt spadones, qui facti sunt ab hominibus : et sunt spadones, qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum. Qui potest capere, capiat.
13. Tunc oblati sunt ei pueri, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem prohibebant
14. eos. Jesus vero (*a*) ait † : Sinite eos, et nolite prohibere ad me venire : talium est enim regnum caelorum.
15. Et impositis illis manibus, abiit inde.
16. Et ecce unus accessit ad illum, et ait illi : Magister bone, quid boni faciam ut habeam vitam aeternam?
17. Ad Jesus dixit ei : Quid me interrogas de bono? Unus est bonus Deus. Sed si vis in vitam aeternam venire, serva
18. mandata. Dicit illi : Quae? Jesus autem dixit : Non occidis : Non adulterabis : Non furtum facies : Non falsum testimonium di-
19. ces : Honora patrem tuum, et matrem tuam : et, diliges proximum tuum sicut te ipsum.
20. Dicit illi adu-

CODEX CORBEIENSIS.

dit nubere. [1] Dixit autem ad illos Jesus : Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est. Sunt enim [a] spadones, qui de matris utero sic nati sunt : et sunt spadones, qui ab hominibus facti sunt : et sunt spadones, qui seipsos [2] excastraverunt propter regnum coelorum. Qui potest capere, capiat. Tunc oblati sunt illi infantes, ut manus eis imponeret, et oraret. Discipuli autem [3] ejus prohibebant eos. Jesus vero ait [4] : Sinite, et nolite eos prohibere venire ad me : talium est enim regnum coelorum. Et [5] impositis illis manibus, abiit inde. Et ecce unus accessit ad eum, et ait illi : Magister [6], quid boni faciam ut habeam vitam aeternam? [7] Qui respondit Jesus : Quid me interrogas de bono? [8] Unus est Deus bonus. Si autem vis ad vitam [9] ingredi, serva mandata. Dicit illi : Quae? Jesus autem dixit : Non [10] occides : Non moechaberis : Non furtum facies : Non falsum testimonium dices : Honora patrem tuum, et matrem tuam : et diliges proximum tuum tamquam teipsum. Dixit

CODEX BRIXIANUS.

pedit nubere. Ad ille dixit eis. Non omnes capiunt verbum istud sed quibus datum est. Sunt enim eunuchi. qui ex utero matris. sic nati sunt. et sunt eunuchi. qui facti sunt ab hominibus. et sunt eunuchi. qui se ipsos castraverunt propter regnum caelorum Qui potest capere capiat. Tunc oblati sunt ei parvuli. ut manus eis imponeret et oraret. Discipuli autem ejus prohibebant eos. Jesus autem ait illis. Sinite parvulos. et nolite eos prohibere venire ad me talium est enim regnum caelorum. Et inponens eis manus. abiit inde. Et ecce unus accessit ad eum et dixit Magister bone quid boni faciam. ut habeam vitam eternam Qui dixit ei. Quid me dicis bonum. Nemo bonus nisi unus Deus. Si autem vis ad vitam ingredi serva mandata. Ad ille dixit ei. Quae. Jesus autem dixit. Non occides. Non adulterabis. Non [b] furaveris. Non falsum testimonium dices. Honora patrem tuum et matrem. et diliges proximum tuum sicut te ipsum. Dicit

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Dixit autem illis : Non
[2] castraverunt
[3] increpabant eis.
[4] eis : Sinite parvulos,
[5] *Ut Vulg. usque*, bone
[6] bone,
[7] Qui dixit ei :
[8] Nemo bonus nisi unus Deus [c].
[9] venire.
[10] *Ut Vulg. usque*, adolescens.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Tertull. et Cyprian. legunt cum duobus mss. nostris codicibus, *sunt spadones* ; et ita constanter nomen spadonum retinent in cæteris pro nomine eunuchorum.

[b] Sic.

[c] Manuscriptus Codex San-Germanensis habet hic loci, quod legitur apud Marcum cap. x, vers. 18.

(*a*) Post *ait*, deest *eis*, etiam in textu Græco.

CODEX VERCELLENSIS.

illi adulescens : Omnia haec custodivi a juventute mea, quid adhuc mihi deest? 21. Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, vade, vende bona tua, et da pauperibus, et habebis thensaurum in caelo : et veni, sequere me. 22. Cum audisset autem adulescens hoc verbum, abiit tristis : erat enim habens multas possessiones. 23. Jesus autem dixit discipulis suis : Amen dico vobis, quod dives difficile intravit in regno caelorum. 24. Iterum dico vobis : Facilius est camellum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regno caelorum. 25. His autem auditis, discipuli mirabantur, (a) et timebant † valde, dicentes : Quis ergo poterit salvus esse ? 26. Aspiciens autem Jesus, dixit illis : Aput homines hoc impossibile est : apud Deum vero omnia possibilia sunt. 27. Tunc respondens Petrus, dixit ei : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? 28. bis ? Jesus autam dixit illis : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes XII. judicantes

CODEX VERONENSIS.

lescens : Omnia haec custodivi a juventute mea, quid adhuc mihi deest? 21. Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, vade, vende omnia tua, et da pauperibus, et habebis thensaurum in caelo : et veni, sequere me. 22. Cum audisset autem adulescens verbum hoc, abiit tristes : erat enim habens multas possessiones. 23. Jesus autem dixit discipulis suis : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes XII. judicantes gnum caelorum. 25. Auditis autem discipulis haec, mirabantur, (a) et timebant † valde, dicentes : Quis ergo poterit salvus esse ? 26. Aspiciens autem Jesus, dixi illis : Aput homines hoc impossibile est : aput Deum autem omnia possibilia sunt. 27. Tunc respondens Petrus, dixit ei : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? 28. Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quod vos qui secuti estis me, in regeneratione cum sederit Filius hominis in sede majestatis suae, sedebitis et vos super sedes XII. judi-

CODEX CORBEIENSIS.

illi adolescens : Omnia haec custodivi [a], quid adhuc mihi deest? Ait illi Jesus : Si vis perfectus esse, [1] vade, et vende omnia quae possides, et da pauperibus, et habebis thesaurum in coelo : et veni, sequere me. Quum audisset autem adolescens [2] verbum hoc, abiit tristis : erat enim habens multas possessiones. Jesus autem dixit discipulis suis : Amen dico vobis, quod dives difficile intrabit in regnum coelorum. [3] Iterum dico vobis : Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regno coelorum. Quo audito, discipuli ejus [4] mirabantur valde, dicentes : Quis ergo poterit salvus esse ? [5] Conspiciens autem Jesus, dixit illis : Apud homines hoc impossibile est : apud Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus, dixit [6] : Ecce nos reliquimus omnia, et secuti sumus te : quid ergo erit nobis ? Jesus autem dixit illis : Amen dico vobis, quia vos qui me secuti estis : in regeneratione, quum sederit Filius hominis [7] in throno gloriae suae, sedebitis et vos super sedes duodecim, judicantes

CODEX BRIXIANUS.

illi adulescens. Omnia haec. custodivi a juventute mea. quid adhuc mihi deest. Ait illi Jesus. Si vis perfectus esse. vade vende omnia quae possides. et da pauperibus. et habebis thensaurum in caelo. et veni sequere me. Hoc audito adulescens abiit tristis. erat enim habens multas possessiones. Jesus autem dixit discipulis suis. Amen dico vobis. quia difficile dives intrabit in regnum caelorum. Iterum autem dico vobis Facilius est camelum per foramen acus transire. quam divitem introire in regnum caelorum. Auditis autem his discipuli. mirabantur valde dicentes Quis ergo poterit salvus esse. Aspiciens autem Jesus dixit eis. Aput homines hoc inpossibile est, aput Deum autem omnia possibilia sunt. Tunc respondens Petrus dixit ei. Ecce nos reliquimus omnia. et secuti sumus te quid ergo erit nobis.

Jesus autem dixit illis. Amen dico vobis quoniam vos qui secuti estis me in resurrectione. cum sederit Filius hominis supra sedem majestatis suae sedebitis. et vos super duodecim sedes. judicantes

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] vade, vende quae habes,
[2] verbum, abiit
[3] Et, etc., *ut Vulg. usque*, mirabantur
[4] mirati sunt,
[5] Aspiciens
[6] ei :
[7] *Ut Vulg. usque ad aliam sectionem.*

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Notat Lucas Brugensis illud, *a juventute mea*, quod sequitur in Vulgata nostra, non lectum fuisse Græce ab interprete Latino, nec proinde Latine datum esse. Quod veritati consonum probant duo manuscripti nostri Latini, et alia vetustissima exemplaria.

(a) Addunt *et timebant*, cum cod. Cant. καὶ ἐφοβήθησαν.

CODEX VERCELLENSIS.

xii. tribus Is-
trahel.
29. Et omnis qui re-
liquerit domum,
vel fratres,
aut sorores,
aut patrem,
aut matrem,
aut filios, aut
agros, propter
nomen me-
um, centuplo
accipiet, et vi-
tam aeternam
30. possidebit. Mul-
ti autem sunt
primi novis-
simi, et novis-
simi primi.

CAPUT XX.

1. Simile est enim
. . . . . um caelo-
rum homini
patri familias,
qui exiit pri-
mo mane con-
ducere opera-
rios in vine-
2. am suam. Con-
ventione
autem facta
cum operari-
is ex denario
diurno, mi-
sit eos in vine-
am suam.
3. Et egressus
iterum circa
horam terti-
am, (*a*) invenit † alios stantes in foro otio-
4. sos, et dixit il-
lis : Ite et vos
in. . . neam
m. . . . . quod
. . . . . m fue-
rit dabo vo-
5. bis. Illi autem
abierunt. (*c*)
Iterum † exiit cir-
ca sextam et
nonam horam :
fecit similiter.
6. Circa unde-
cima autem
exiit, et inve-
nit alios stan-
tes, et dicit il-
lis : Quid hic
statis tota
7. die otiosi ? Di-
cunt ei : Quia
nemo nos
conduxit.
Dicit illis :
Ite et vos in
vineam me-
8. am. Cum
ser . . . . . m
factum . . . set,
dicit dominus
vineae pro-
curatori suo :
Voca opera-
rios, et red-
de illis mer-

CODEX VERONENSIS.

cantes duode-
cim tribus Is
trahel.
29. Et omnis
qui reliquerit
domum, vel
fratrem, aut
sorores, aut
matrem, aut
filios, aut
agros, propter
nomen meum,
centuplum ac-
cipiet, et vi-
tam aeternam
possidebit.
30. Multi autem
sunt primi
nobissimi, et
nobissimi
primi.

CAPUT XX.

1. Simile est
regnum caelo-
rum homini
patrifamilias,
qui exiit pri-
mo mane con-
ducere opera-
rios in vineam
2. suam. Con-
ventione au-
tem facta cum
operariis ex
denario diur-
no, misit eos
in vineam suam.
3. Et egressus
circa horam
tertiam, (*a*) in-
venit † alios
stantes in foro
4. otiosos, et
ait illis : Ite
et vos in (*b*) vi-
neam †, et
quod justum
fuerit dabo
5. vobis. Illi au-
tem abierunt.
(*c*) Iterum †
exiit circa sex-
tam et nonam
horam : et fe-
cit similiter.
6. Circa undeci-
mam autem exiit,
et invenit alios
stantes, et dicit
illis : Quid hic
statis tota die
7. otiosi ? Di-
cunt ei : Quia
nemo conduxit
nos. Dicit il-
lis : Ite et
vos in vineam
meam.
8. Cum sero
autem factum
esset, dicit
dominus vi-
neae procura-
tori suo : Voca
operarios, et
redde illis
mercedem,

CODEX CORBEIENSIS.

duodecim tribus Israel. Et omnis quicumque reliquerit domum, vel fratres, aut sorores,[a] aut matrem, aut filios, aut agros, propter nomen meum, centuplum accipiet, et vitam aeternam possidebit. Multi enim sunt primi novissimi, et novissimi primi.

XX. Simile est regnum coelorum homini patrifamilias, qui [1] exivit primo mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis ex denario diurno, misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam, vidit alios stantes in foro otiosos, et dixit illis : Ite et vos in vineam meam, et quod justum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Iterum [2] exivit circa sextam et nonam horam : [3] et idem fecit. Circa undecimam vero exivit, et invenit alios stantes, et dixit illis : Quid hic statis tota die otiosi ? Dixerunt ei : Quia nemo nos conduxit. Dicit illis : Ite [4] et vos, operamini in vineam. Quum sero autem factum esset, dicit dominus vineae procuratori suo : Voca operarios, et redde illis mer-

CODEX BRIXIANUS.

duodecim tribus [b] Sdrahel. Et omnis qui relinquet domum. vel fratres, aut sorores. aut patrem. aut matrem. aut uxorem. aut filios. aut agros propter nomen meum centuplum accipiet. et vitam aeternam possidebit. Multi autem erunt primi novissimi et novissimi primi.

Simile est enim regnum caelorum. homini patri familias. qui exiit prima mane conducere operarios in vineam suam. Conventione autem facta cum operariis. ex denario diurno. misit eos in vineam suam. Et egressus circa horam tertiam vidit alios stantes in foro otiosos. et ait illis Ite et vos in vineam meam. et quod justum fuerit dabo vobis. Illi autem abierunt. Et iterum exiit circa horam sextam et nonam. et fecit similiter. Exiiens autem et circa horam undecimam. invenit alios stantes in foro otiosos et dixit eis. Quid hic statis tota die otiosi. Ad illi dixerunt ei. Quia nemo nos conduxit. Dicit eis Ite et vos operamini in vineam meam. et quod justum est accipietis. Cum sero autem factum esset dicit dominus vineae procuratori suo. Voca operarios et redde illis mer-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] exiit
[2] autem exiit
[3] et fecit similiter
[4] et vos in vineam meam.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Nonnulla omittuntur verba in manuscripto Corbeiensi, scilicet *aut patrem*, et, *aut uxorem*. Quæ etiam desunt in manuscripto Cantabrigiensi, ut monent nos variantes lectiones Graecae tom. VI Polyglot. Londin.

[b] *D* in *Sdrahel* derasa est a correctore.

(*a*) Ita et cod. Cant. εὗρεν. — (*b*) Post *vineam*, deest *meam*, ut in textu Græco. — (*c*) Post *iterum*, deest *autem*, etiam in textu Græco.

CODEX VERCELLENSIS.

cedem, incipiens a novissimis usque ad primos.
9. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.
10. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus esse . . . . accepturi : acceperunt autem et ipsi singulos denarios.
11. Et accipientes (*a*) murmuraverunt † adversus patrem
12. familias, dicen- . . . . Hi novissi- . . . una hora . . . . . erunt, et pares eos nobis fecisti, qui . . . . vimus . . . us diei, ... cipibus. . . . . dotum, et sc. . . . bis, et cond. . . . nabunt. . . . . morte. . . . . .
13, 14. cum ? Tolle itaque quod tuum est, et vade : volo autem et huic novissimo dare sicut et tibi.
15. . . ut non licet mihi quod volo facere . . . . . meis? an . . . us tuus . . . qua est, quia ego bo- . . . . . sum ?
16. . . . . unt no- . . . . . .
17. Jesus in Hierosolyma, adsumpsit XII. discipulos suos in via scorsum,
18. et ait illis : Ecce ascendimus Hie. . . solyma, et fi-
19. lius homin. . . tradetur. . . . .

CODEX VERONENSIS.

incipiens a nobissimis usque ad primos.
9. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios.
10. Venientes et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi : acceperunt autem et ipsi singulos de-
11. narios. Et accipientes (*a*) murmuraverunt † adversus patrem
12. familias, dicentes : Hi nobissimi una hora fecerunt, et pares illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei, et aes-
13. tus ? Ad ille respondens uni eorum, dixit : Amice non facio tibi injuria : nonne ex denario convenisti mecum ?
14. Tolle quod tuum est, et vade : volo autem et huic nobissimo dare sicut et tibi.
15. Aut non licet mihi facere quod volo? an oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum ?
16. Sic erunt nobissimi primi, et primi nobissimi. Multi sunt enim vocati, pauci autem electi.
17. Et ascendens Jesus Hierosolyma adsumpsit XII. discipulos, et ait illis :
18. Ecce ascendimus Hierosolyma, et filius
19. hominis tradetur principibus sacerdotum, ut scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad deludendum,

CODEX CORBEIENSIS.

cedem, incipiens a novissimis usque ad [1] primum. Quum ergo venissent qui circa undecimam horam venerant, acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi, arbitrati sunt quod plus essent accepturi : acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes murmuraverunt adversus patremfamilias, dicentes : Hi novissimi [2] una hora tantum laboraverant, et aequales illos nobis fecisti, qui portavimus pondus diei et aestus. At ille respondens uni eorum, dixit : Amice non facio tibi injuriam : nonne ex denario convenisti mecum ? Tolle quod tuum est, et vade : volo autem et huic novissimo [3] tantum dare quantum et tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere de re mea ? an oculus tuus nequa est, quia ego bonus sum ? Sic ergo erunt novissimi primi, et primi noviasimi. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi. Et cum [4] ascenderet Jesus Hierosolymam, assumpsit duodecim discipulos [5], et ait illis : Ecce ascendimus Hierosolymam, et filius hominis tradetur principibus sacerdotum, et scribis, et condemnabunt eum morte, et tradent eum gentibus ad deludendum,

CODEX BRIXIANUS.

cedem suam. incipiens a novissimis usque ad primos. Cum venissent ergo qui circa undecimam horam venerant. acceperunt singulos denarios. Venientes autem et primi. arbitrati sunt. quod plus essent accepturi. acceperunt autem et ipsi singulos denarios. Et accipientes. murmurabant adversum patrem familias. dicentes. Hi novissimi. una hora fecerunt et pares illos nobis fecisti qui portavimus pondus diei et aestus. At ille respondens uni eorum dixit. Amice. non tibi facio injuriam. non ne denarium placuisti mecum Tolle quod tuum est. et vade. volo autem et huic novissimo. dare sicut et tibi. Haud non licet mihi facere de meum quod volo. an oculus tuus nequam est. quia ego bonus sum. Sic erunt primi novissimi. et novissimi primi. Multi enim sunt vocati. pauci autem electi. Et ascendens Jesus in Hierosolymam. adsumsit duodecim discipulos seorsum in via. et ait illis. Ecce ascendimus Hierosolymam et filius hominis tradetur principibus sacerdotum et scribis et condemnabunt eum morti. et tradent eum gentibus ad inludendum.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] primos.
[2] unam horam fecerunt, et pares
[3] dare sicut et.... facere? an
[4] ascendit
[5] suos [a] secreto,

BLANCHINI NOTÆ.

[a] S. Hilarius legebat hic, *secreto*, juxta fidem quam plurium manuscriptorum codicum.

(*a*) Ita et cod. Cant. ὑγόγγυσαν.

CODEX VERCELLÆNSIS.

. . . . . bis, sed quibus
. . . . . datum est. . . .
. . . . . . atre meo.
. . . . . 24. . . . . ntes
. . . . con-
20. accessit ad eum tristati sunt
mater filio- de duob. . .
rum Zebedaei fratrib. . . . . .
cum filiis su- . . . . . .
is, adorans, et . . . . . .
petens aliquid . . . . . .
dari. . . . . .
21. tem dixit. . . . . .
Quid vis ? A. . . . . .
illa. Dic ut. . . 25. eorum : et
deant duo . . . . . res
. . . ei un. . . . . nt, p. . . esta-
ad dexte. . . . . em exercent
alius ad sinis. . . 26. in eis. Non ita
tuam. . . . . erit inter vos :
no tuo. . . . . qui. . . .
22. Respo. . . . . erit
. . . . . os ma-
. . . . . (*b*) erit †
. . . . . ni-
. . . . . 27. ster : et qui vo-
. . . . . :
. . . . . .
. . . . . .
sumus. . . . . .
23. Ait illis (*a*) Jesus † : Ca- . . . . . .
licem quidem . . . . . .
meu. . . . . e- . . . . . .
tis : sede. . . . . .
tem ad dex- . . . . . .
tram meam . . . . . .
aut ad sinistram, ...
non est me- . . . . . .
um dare vo- tis. (*c*) Vos autem

CODEX VERONENSIS.

et flagellandum, aut sinistram,
et crucifigen- non est meum
dum, et ter- dare vobis,
tia die resurget. sed quibus pa-
20. Tunc accessit ratum est a Pa-
ad eum ma- tre meo.
ter filiorum 24. Et audientes
Zebedaei cum decem contri-
filiis suis, stati sunt de
adorans, et duobus fratribus.
petens aliquid 25. Jesus autem
ab eo. vocavit eos
21. Ipse autem ad se, et ait :
dixit ei : Scitis quod
Quid vis ? principes gentium
Ait ei illa : dominentur
Dic ut sedeant eorum : et qui
hi duo filii majores sunt,
mei, unus potestatem ex-
ad dextram ercent in eos.
tuam, et unus 26. Non ita erit
ad sinistram inter vos :
in regno tuo. sed quicumque
22. Respondens voluerit inter
autem Jesus, vos major fieri,
dixit illis : Ne- (*b*) erit † vester
scitis quid pe- 27. minister : et qui
tatis. Potestis voluerit inter
bibere calicem, vos primus esse :
quem ego erit vester servus.
bibiturus sum ? 28. Sicut filius
Dicunt ei : hominis non
Possumus. venit ministrari,
23. Ait illis (*a*) Je- sed ministrare,
sus † : Calicem et dare ani-
quidem meum mam suam,
bibetis : sedere redemptio-
autem ad dexte- nem pro mul-
ram meam tis. (*c*) Vos au-

CODEX CORBEIENSIS.

et flagellandum, et crucifigendum, et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedaei cum filiis suis, [1] adorans eum, et petens aliquid ab eo. Ipse autem dixit ei : Quid vis ? Et ait : Dic ut sedeant hi duo filii mei, unus ad dexteram tuam, et unus ad sinistram, in regno tuo. Respondens autem Jesus, dixit eis : Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum ? Dicunt ei : Possumus. Ait illis Jesus : Calicem quidem meum bibetis : sedere autem ad dexteram meam et ad sinistram, non est meum dare vobis, sed quibus paratum est a Patre meo. Et audientes decem, contristati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se, et ait : Scitis quod principes gentium dominantur eorum : et qui majores sunt, exercent potestatem in eis. Non ita erit inter vos : sed quicumque voluerit major esse inter vos, sit vester minister : et qui voluerit inter vos primus esse, erit vester servus. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam suam, redemtionem pro multis. [1] [a] Vos autem quae-

CODEX BRIXIANUS.

et flagellandum. et crucifigendum. et tertia die resurget. Tunc accessit ad eum mater filiorum Zebedei cum filiis suis. adorans et petens aliquid ab eo. Ipse autem dixit ei. Quid vis. Ait illi. Dic. ut sedeant hi duo filii mei unus ad dexteram tuam et unus ad sinistram tuam in regno tuo. Respondens autem Jesus dixit illis. Nescitis quid petatis. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. aut baptisma baptizari quo ego. Dicunt ei. Possumus Ait illis. Calicem quidem meum bibetis et baptisma quo ego baptizor. baptizamini. sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est a Patre meo. Et audientes decem indignati sunt de duobus fratribus. Jesus autem vocavit eos ad se et ait. Scitis quia principes gentium dominantur eorum. et qui majores sunt potestatem exercent in eis. Non ita erit inter vos. sed quicumque voluerit inter vos major fieri. sit vester minister. et quicumque voluerit inter vos primus esse erit vester servus. Sicut enim filius hominis non venit ministrari. sed ministrare. et dare animam suam redemptionem pro multis.....

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] *Ut Vulg. usque ad additamentum* Vos autem, etc.
[2] Vos autem quaeritis de pusillo crescere, et de minore majores fieri. Et egredientibus, etc.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Ms. codex monasterii Sancti Andreae secus Avenionem idem retinet additamentum, sed nitidiori stylo in hunc modum : *Vos autem quaeritis de pusillo crescere, et de magnis majores esse. Intrantes autem ad coenam nolite recumbere in locis eminentibus, ne forte clarior te supervenial, et accedens qui ad coenam vocavit te, dicat tibi : adhuc deorsum accede, et confundaris. Si autem in loco inferiori recubueris, et super-*

(*a*) Addit *Jesus*, etiam Cod. Cant. ὁ Ἰησοῦς. — (*b*) Ita et cod. Cant. ἔσται. — (*c*) Hoc assumentum est etiam in codd. Cant. Gr. et Lat. ; in nonnullis tamen discrepant inter se.

CODEX VERCELLENSIS.

quaeritis (*a*) de pusillo crescere, et de majore minores esse †. (*b*) Intrantes † autem, et rogati (*c*) ad coenam †, n. . . . . recumbe. . . . in locis e. . . . nentiorib. . . ne forte clarior te su. . . veniat; . . . . . cede . . s (*d*) qui ad cenam vocavit te †, dicat tibi : Adhuc deorsum . . cede, et confunda . . . . . tem (*e*) in † loco in . . riori recubu . . ris, et supervenerit humilior te †, dicet tibi qui te ad cenam vocavit : (*f*) Accede adhuc superius. Et erit hoc tibi utilius †.

29. Et egredientibus eis ad Hiericcho, secuta est eum . . .
30. ba multa : et ecce duo caeci sedentes secus viam, ... ierunt . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
31. Turba autem inc . . . . . eos ut tac . . . . . Ad illi ma . . . . clamaba . . . . dice . . . . . Mise . . . . . nobis, fili . . .
32. vid. Et ste . . . Jesus, et vocavit eos ad se, et ait illis : Quid . . . . tis (*g*) faciam
33. . . . . Dicunt . . . . Domine, ut . . . . . riantur . . . . . nostri

CODEX VERONENSIS.

tem quæritis (*a*) de pusillo crescere, et de minore majores esse †. (*b*) Intrantes † autem, et rogati (*c*) ad cenam †, nolite recumbere in locis eminentioribus, ne forte clarior te superveniat; et accedens (*d*) qui ad cenam vocavit te †, dicat tibi : Adhuc deorsum accede, et confundaris. Si autem (*e*) in loco inferiori recubueris, et supervenerit humilior te †, dicet tibi qui ad cenam vocavit te : (*f*) Accede adhuc sursum. Et erit tibi utilius †.

29. Et egredientibus eis ab Jericho, secuta est eum
30. turba multa : et ecce duo caeci sedentes secus viam audierunt quod Jesus transit : et clamaverunt, dicentes : Miserere nobis, fili Da-
31. vid. Turba autem increpabat eos ut tacerent. Ad illi magis clamabant, dicentes : Domine, miserere nobis, fili David.
32. Et stetit Jesus, et vocavit et ait : Quid vultis (*g*) faciam
33. vobis? Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri.

CODEX CORBEIENSIS.

retis de pusillo crescere, et de majore minores fieri. Intrantes autem ad coenam rogati, nolite discumbere in locis eminentioribus, ne forte clarior te superveniat ; et accedens qui invitavit te, dicat tibi : Adhuc deorsum accede. Et erit tibi confusio, Si autem in loco inferiori discubueris, et supervenerit humilior te, dicet tibi qui te ad coenam vocavit. Accede adhuc sursum. Et erit tibi hoc utilius. Et egredientibus illis ab Hiericho, secutae sunt eum turbae multae : et ecce duo caeci sedentes secus viam, audierunt quod Jesus transiret : et exclamaverunt, dicentes : [1] Miserere nostri, fili David. Turbae autem increpabant eos ut tacerent. At illi magis clamabant, dicentes : Domine, miserere nostri, fili David. Et stetit Jesus, et [2] vocans eos, ait illis : Quid vultis ut faciam vobis? Dicunt illi, Domine, ut aperiantur oculi nostri.

CODEX BRIXIANUS.

Et egrediente eo ab Jericho secuta est eum turba multa. et ecce duo caeci. sedentes secus viam. ut audierunt quod Jesus transiret. exclamaverunt dicentes Miserere nostri Domine fili David. Turba autem increpabat eos. ut tacerent. At illi magis clamabant dicentes Miserere nobis Domine fili David. Et stetit Jesus et vocabit eos et ait illis. Quid vultis ut faciam vobis. Dicunt illi. Domine ut aperiantur oculi nostri.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] Domine,

[2] vocavit eos, et ait : Quid

BLANCHINI NOTÆ.

venerit humilior te, dicet tibi qui te ad coenam invitavit : Accede adhuc sursum. Et hoc erit tibi utilius. Insignius non est in toto Matthæi volumine additamentum, propter virorum doctorum quæstiones famosissimas quibus ventilatum est. Legebant illud Juvencus presbyter ac S. Hilarius in suis exemplaribus Evangelicis : at Leo Magnus nihil amplius additum habuisse videtur in suo evangelico volumine præter ea quæ retinet ms. noster San-Germanensis. Consule Adnotationes nostras scriptas in versionem Italicam Sancti Matthæi, ubi de hoc assumento abunde disputavimus.

(*a*) Cod. Cant. Lat. *de minimo crescere, et de magno minui ;* Cod. Cant. Gr. ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἐλαττον εἶναι, hoc est, *e parvo crescere, et e majori minus fieri.* — (*b*) Cod. Cant. Lat. *introeuntes.* — (*c*) Cod. Cant. Lat. *coenare ;* adhæretque Cant. Gr. qui habet, δειπνῆσαι. — (*d*) Cod. Cant. Lat. hic et infra *coenae invitator*, cod. Cant. Gr. ὁ δειπνοκλήτωρ. — (*e*) Cod. Cant. Lat. *in minimum locum, et superveniat minor te ;* Cant. Gr. εἰς τὸν ἥττονα τόπον (*in inferiorem locum*) καὶ ἐπέλθῃ σου ἥττων, ἄνω καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. En tibi integer Graecus textus Cant. Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἔλαττον εἶναι. Εἰσερχόμενοι δὲ καὶ παρακληθέντες δειπνῆσαι, μὴ ἀνακλίνασθε (ms. ἀνακλείνασθαι) εἰς τοὺς ἐξέχοντας τόπους, μήποτε ἐνδοξότερός σου ἐπέλθῃ, καὶ προσελθὼν ὁ δειπνοκλήτωρ εἴπῃ σοι, ἔτι κάτω χώρει, καὶ καταισχυνθήσῃ. Ἐαν δὲ ἀναπέσῃς εἰς τὸν ἥττονα τόπον, καὶ ἐπέλθῃ σου ἥττων, ἐρεῖ σοι ὁ δειπνοκλήτωρ· σύναγε ἔτι ἄνω, καὶ ἔσται σοι τοῦτο χρήσιμον. — (*f*) Cod. Cant. Lat. *collige adhuc superius ; et erit tibi hoc utile*, juxta quod. Cant. Gr. σύναγε ἔτι ἄνω (sursum). — (*g*) Ante *faciam* deest *ut*, etiam in textu Graeco.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . quod dictum
. . . . . est per Zach . . .
. . . . . ria . . . . phe . . .
. . . . centem :
. . . . . 5. . . . . liae Si-
. . . . Ecce
. . . . . rex tuus
venturus
. . . ad te
sedens . . . .
per as . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. .

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
9. tes : Ossanna fi-
li David : bene-
dictus, qui ve-
nit in nom . . .
ne Domini . . . .
. . . . . .
10. . . . . eum
intrasset in Hie-
. . solymis, com-
mota est uni-
. . ersa civitas,
11. dicentes : Qui . .
. . . t hic? (*a*) Mul . .
autem dixe-
runt † : Hic est
. . . opheta
Nazareti Ga-
. . . . . .
12. . . . . travit Jesus
. . . templum
Dei, et eicie-
. . . omnes ven-
. . . . . .
. . . . . men-
sas numula-
riorum, et ca-
tedra . . . . .
den . . . . . .
lumba . . . er-
13. tit : et dixit :
. . . Scriptum
est . . . . mus
. . . . domus
. . . . . ionis
. . . . . tur :
. . . . . .
. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

19. r . . . Et . . . ns
ficus ar . . . m
unam secus
viam, venit
ad eam : et ni-
hil invenit
in ea nisi folia
tantum, et . . . .
le dixit . . . . .
Dm[s] sed et dix . . .
illi. Nunqu . . . .
ex te fruc . . .
nascatur . . .
aeternum.
Et arefac . . .
est contin . . .
ficulnea.
. . . . . .
20. scipuli, mira-
ti sunt, dicen-
tes : Quomodo
continuo
. . . . . .
21. Re . . . dens
autem Jesus,
ait illis : Amen
dico vobis,
si habueritis
fidem, et non
aesitaveritis,
non solum
de ficulnea
facietis, sed et
si monti huic
dixeritis, Tol-
. . e te, et jacta
. . . in mare,
22. fiet. E . . omnia
quaecumque
petieritis in
oratione cre-
dentes, acci-
23. pietis. Et cum
venisset in
templum, ac-
cesserunt
ad eum prin-
cipes sacer-
dotum, et se-
niores popu-
li, dicentes :
In qua potes-
tate ha. . . fa-
cis ? Et. . . . . .
. . . ded. . . . . nc
. . . . . tem ?
24. . . . . ondens
. . . . . illis :
. . . . roga-
. . . . . ,
unu. . . . . .
bum : qu . . . . . .
dicite mihi,
et ego vobis
dicam in qua
potestate
haec facio. (*b*)
25. Baptismum †
Johannis un-
de e . . t ? de cae-
lo, an ex homi-
nibus ?
Ad illi cogita-
bant intra
se, dicentes :
26. Si dixerimus,
de caelo, di-
. . . . . obis : Qua-
re (*a*) . . . . cre-
didisti. . . . .
Si aute. . . . . .
xe. . . . . .
hom. . . . . ,
ti. . . . . .
tu. . . . . om-
n. . . . enim
habebant
Johannen

CODEX VERONENSIS.

19. riit. Et videns
fici arborem
unam secus
viam, venit
ad eam : et
nihil invenit
in ea nisi
folia tantum,
et ait illi :
Numquam ex
te fructus na-
scatur in sem-
piternum. Et
arefacta est
continuo
ficulnea
20. Et videntes
discipuli, mirati
sunt, dicen-
tes : Quomo-
do conti-
nuo arult ?
21. Respondens au-
tem Jesus, ait :
Amen dico
vobis, si
habueritis
fidem, et
non aesitabe-
ritis, non so-
lum de ficul-
nea facietis,
sed et si monti
huic dixeritis, (*c*)
Tollere, et
mittere †
in mare, fiet.
22. Et omnia
quaecumque
petieritis in
oratione
credentes, ac-
cipietis.
23. Et cum ve-
nisset in
templum,
accesserunt
ad eum prin-
cipes sacer-
dotum, et
seniores populi,
dicentes : In
qua potestate
haec facis ?
Et quis tibi
dedit hanc
potestatem ?
24. Respondens
Jesus dixit
illis : Inter-
rogo vos et
ego unum
verbum : quod
dicite mihi,
quod si di-
xeritis mihi,
et ego vobis
dicam in qua
potestate haec
facio.
25. (*b*) Baptismum
Johannis un-
de erat ? de
caelo, an ex
hominibus ? Ad
illi cogitabant
intra se, dicen-
26. tes : Si dixeri-
mus de caelo,
dicet nobis :
Quare (*c*) non
creditis illi ?
Si autem di-
xerimus, ex
hominibus, ti-
memus turbam :
omnes enim (*d*)
habent † Johan-

CODEX CORBEIENSIS.

riit. Et videns arborem [1] ficus secus viam, venit ad eam : **et nihil** invenit [2] nisi folia tantum, et ait illi : Numquam **ex te** fructus nascatur in sempiternum. Et arefacta **est** continuo ficulnea. Et videntes discipuli, mirati **sunt**, dicentes : Quomodo continuo aruit ? Respon**dens** autem Jesus, ait eis : Amen dico vobis, si ha**bueritis** fidem, et non haesitaveritis, non solum de **ficulnea** facietis, sed et si monti huic dixeritis, Tolle, **et jacta** te in mare, fiet. [3] Omnia quaequmque pe**tieritis** in oratione credentes, accipietis. Et quum **venisset** in templum, accesserunt ad eum [4] prin**cipes** sacerdotum, et seniores populi, dicentes : In qua **potestate** haec facis ? [5] Aut quis tibi dedit hanc potes**tatem** ? Ait ad illos Jesus : Interrogo vos et ego unum **sermonem** : dicite mihi, et ego vobis dicam in qua **potestate** haec facio. Baptismum Johannis unde erat ? **de coelo**, an ex hominibus ? [6] Illi vero cogitaverunt intra **se**, dicentes : Si dixerimus, de coelo, dicet nobis : Cur ergo non credidistis illi ? Si autem dixerimus, ex hominibus, timemus turbam : omnes enim [7] Johannem

CODEX BRIXIANUS.

riit. Et videns fici arborem unam secus viam venit ad eam et nihil invenit in ea. nisi folia tantum. Et ait illi. Numquam ex te fructus nascatur in aeternum. Et arefacta est continuo ficulnea. Et videntes discipuli mirati sunt dicentes. Quomodo continuo aruit ficulnea. Quibus respondens Jesus ait. Amen dico vobis si habueritis fidem. et non haesitaveritis. non solum de ficulnea facietis. sed et si monti huic dixeritis, Tolle te et jacta te in mare fiet. Et omnia quaecumque petieritis in oratione credentes accipietis. Et cum introisset in templum. accesserunt ad eum docentem principes sacerdotum et seniores populi dicentes. In qua potesate haec facis. Et quis tibi dedit hanc potestatem. Respondens autem Jesus dixit illis Interrogo vos et ego unum sermonem. quem si dixeritis mihi. et ego vobis dicam in qua potestate haec facio.(*b*) Baptismum † Johannis. unde erat e cœlo an ex hominibus. At illi cogitabant intra se dicentes Si dixerimus e cœlo dicet nobis. Quare ergo non credidistis ei. Si autem dixerimus ex hominibus timemus turbas, omnes enim habebant Johannem

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] fici unam,
[2] in ea
[3] Et omnia
[4] docentem
[5] Et, etc., *Ut Vulg. usque*, baptismum
[6] *Ut Vulg. usque*, Johannem
[7] habent.., sicut

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et textus Græcus, ἐρθητι καὶ βλήθητι. — (*b*) Ita et textus Græcus neutro genere, τὸ βάπτισμα. — (*c*) Post *quare* deest *ergo* etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et tex. Gr. ἔχουσι.

CODEX VERCELLENSIS.

sicut prophe-
27. tam. Et
respondentes ad Jesum,
dixerunt :
Nescim. . Jesus. . .
virtu. . . . . .
facio.
28. Quid au. . . . . .
bis videtur ?
Homo qui. . . .
habebat duos
filios ; et accedens ad primum, dixit
illi : Vade hodie operari
in vineam (*a*).
29. Ille autem
responde. . . .
ait : Non. Et
postea, paenitentia motus abiit in
vineam.
30. Accessit autem
ad alterum,
et dixit similiter . Ad ille
respondens,
ait ; eo, domne , et non iit.
31. Quis ex duobus fecit patris voluntatem ? Dicunt
ei : (*b*) Novissimus †.
Dixit illis Jesus :
Amen dico vobis , quod meretrices, et . . . . . .
blicani . . . .
cedunt vos
. . . regno Dei.
32. . . . nit en . .
. . . os Johan-
. . . in via
justitiae]. . . .
non credi . . . .
. . . is ei : publicani autem ,
et meretrices credide-
runt . . . vos
autem videntes , nec poenitentiam
habuistis
postea , quod
non credi-
d . . . tis ei.
33. Aliam . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
in eam torcular , et ae-

CODEX VERONENSIS.

nen sicut prophetam.
27. Et responderunt ad Jesum ,
et dixerunt :
Nescimus. Ait
illis et ipse :
Nec ego vobis
dico in qua
potestate haec
facio.
28. Quid autem
vobis videtur?
Homo quidam
habebat duos
filios ; et accedens ad primum ,
dixit : Fili ,
vade hodie
operare in
29. vineam (*a*). Ille
autem respondens
ait : Nolo.
Postea
Paenitentia motus abiit in
vineam.
30. Accessit
autem
ad alterum, et
dixit similiter.
Ad ille respondens, ait : Eo,
domine, et
31. non iit.
Quis
ex duobus fecit patris voluntate? Dicunt ei :
(*b*) Nobissimus †.
Dicit illis
Jesus : Ame
dico vobis,
quod meretrices
et publicani
praecedent vos
in regno Dei.
32. Venit enim
ad vos Johannes in via justitiae, et non
credidistis ei :
publicani autem, et meretrices credide-
runt ei vos
autem videntes,
nec paenitentiam
habuistis postea,
quod non
credidistis ei.
33. Aliam
parabolam audite :
Homo erat
pater familias,
qui plantavit
vineam, et saepe circumdedit
ei, et fodit
in eam torcular,
et aedificavit

CODEX CORBEIENSIS.

ut prophetam habuerunt. Et respondentes ad sum, dixerunt : Nescimus. Ait illis? [1] Jesus : Je-Neque ego vobis dicam in qua potestate haec facio. Quid autem vobis videtur? [2] Homo quidam habuit duos filios; accedens ad primum, dixit ei : Fili,[3] vade operari hodie in vinea. Ille autem respondens, ait : Nolo. [4] Et postea poenitentia ductus abiit in vineam. Accessit autem ad alterum, et dixit illi similiter. Cui respondens, dixit : Eo, domine, non abiit. Quis ergo ex duobus voluntatem patris fecit? [5] Dicunt ei : [a] Novissimus †. Dicit illis Jesus : Amen dico vobis, quia meretrices, et publicani praecedent vos in regno [6] coelorum. Venit enim ad vos Johannes in via justitiæ, et non credidistis ei : publicani autem et meretrices crediderunt [7] vos vero cum cognovissetis, nec poenitentiam habuistis postea, [8] ut ei crederetis.

XXII. Aliam parabolam audite : Homo erat pater familias, qui plantavit vineam, et sepem circumdedit [9] eam, et fodit in ea lacum, et aedi-

CODEX BRIXIANUS.

sicut prophetam. Et respondentes ad Jesum dixerunt nescimus. Ait illis et ipse nec ego vobis dico in qua potestate hæc facio.

Quid autem vobis videtur. Homo quidam, habuit duos filios , et accedens ad primum , dixit Fili . vade hodie operari in vineam (*a*). Ille autem respondens ait nolo . Post autem , paenitentia motus abiit. Accedens autem ad alterum. dixit illi similiter : At ille respondens ait. Eo domine et non ibit. Quis igitur ex duobus fecit voluntatem patris. Dicunt ei. Primus. Dicit illis Jesus. Amen dico vobis. quia publicani et meretrices. praecedunt vos in regnum Dei. Venit enim ad vos Johannes in via justitiae. et non credidistis ei. publicani autem et meretrices crediderunt ei. vos autem videntes nec paenitentiam egistis postea ut crederetis ei. Aliam parabolam audite Homo quidam erat paterfamilias qui plantavit vineam, et saepen circumdedit eam et fodit in ea torcular et aedificavit

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] et ipse : Nec ego dico vobis
[2] Quidam homo habebat... et
[3] vade hodie, operare in vineam meam.
[4] *Ut Vulg. usque*, dicunt
[5] Dicunt [a] Novissimus
[6] Dei.
[7] *Ut Vulg.*
[8] ut crederetis.
[9] ei, et effodit in ea torcular, etc., *ut in Vulg. usque ad finem parabolæ, et capitis.*

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Adulterinam hanc pronuntiat scripturam exemplarium minime verorum Lucas Brugensis. Fatetur tamen Hilarium ita legisse, cum nonnullis antiquis exemplaribus, quorum meminit ipse Hieronymus Comment. in Matthæum. Exstant nihilominus omnis generis libri in quibus legitur, *Dicunt ei: Novissimus;* non, *Dicunt ei: Primus.* Consulendus hoc loco Th. Mareschallus, Observ. in versionem Anglo-Sax., pag. 498 et 499. Sed non est omittendus major ms. codex S. Andreæ secus Avenionem, qui legit, *Dicunt: Novissimus*, juxta morem Corbeien. et San-Germanen. ac cæterorum vetustissimorum exemplarium.

(*a*) Post *vineam*, deest *meam* in cod. quoque Cant. — (*b*) Ita et cod.Cant. Lat. et Gr. ἔσχατος. Consule Millium hic, et in Prolegomenis pag. 72.

CODEX VERCELLENSIS.

dificavit turrem, et locavit eam colonis, et peregre profectus est.
34. Cum tempus autem fructuum adpropinquasset, misit servos suos ad colonos, ut acciperet de f . . . .
35. tib . . . ejus. Et c . . . . . ad p . . . . . serv . . . . . ceci . . . . . ali . . . . . lap . . . . . ali . . . . . occ. . . . . .
36. Iterum misit alios servos plures; et fecerunt illis similiter.
37. ter. Novissime autem misit illis filium suum unicum, dicens: Verebuntur filium meum.
38. Coloni autem videntes filium, dixerunt inter se: Hic est heres, ve- . . . . . occidamus eum, et habebimus heredita. . . . .

ejus.
39. Et adpre. . . . . . m eum (*b*) occiderunt, et ejeceruut extra vi. . . . † 40. am. Cum ergo venerit dominus vineae, quid faciet colonis 41. illis? Ajunt illi: Malos male perdet: et vineam locavit aliis colonis, qui (*c*) reddent . . . fructum . . . m. . . rib. . . . . 42. Dicit. . . . . num. . . . . lesistis. . . . . Lapi. . . . . quem reprobaverunt ae- . . . ficantes, hic factus est in cap. . . . . . Domino factus est (*d*), et est mirabilis. . . . . lis. . . . . is? 43. Ideo d. . . . . bis, qu. . . . . retur a. . . . . bis reg. . . . . Dei. . . . . . (*e*) . .

CODEX VERONENSIS.

turrem, et locavit eam colonis, et peregre profectus est.
34. Cum tempus autem fructuum adpropinquasset, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus suis. Et coloni adprehensis servis, unum ceciderunt, alium autem lapidaverunt, alium vero occiderunt.
36. Iterum misit alios servos plures prioribus; et fecerunt illis similiter.
37. Novissime autem misit illis filium suum unicum, dicens: (*a*) Forsitam † verebuntur filium meum.
38. Coloni autem videntes filium, dixerunt intra se: Hic est heres, venite occidamus eum, et habebimus heredi- tatem ejus.
39. Et adprehensum eum (*b*) occiderunt, et ejecerunt extra vineam †.
40. Cum ergo venerit dominus vineae, quid faciet colonis illis?
41. Ajunt illi: Malos male perdet: et vineam suam locavit aliis colonis, qui (*c*) reddent ei fructus † temporibus suis.
42. Dicit illis Jesus: numquam legistis in Scripturis. Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factus est (*d*) iste †, et est mirabilis in oculis nostris?
43. Ita dico vobis. quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum ejus (*e*).

CODEX CORBEIENSIS.

ficavit turrim, et locavit eam colonis, et peregre profectus est. Quum tempus fructuum appropinquasset, misit servos suos ad colonos, ut acciperent de fructibus vineæ suæ. Et apprehenderunt servos coloni, alios ceciderunt, alios occiderunt, alios vero lapidaverunt. Rursus iterum misit alios servos plures prioribus; similiter et ipsis fecerunt. Postremo autem misit filium suum unicum, dicens: Verebuntur utique filium meum. Illi autem ut viderunt filium, dixerunt intra se: Hic est haeres, venite occidamus eum, et possideamus hereditatem ejus. Et apprehensum eum ejecerunt extra vineam, et occiderunt. Quum ergo venerit dominus vineae, quid faciet colonis illis? Ajunt illi: Malos male perdet: et vineam tradet aliis colonis, qui reddant ei fructus temporibus suis. Ait ad illos Jesus: Lapidem quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli? A Domino factus est (*d*) hic, et est mirabilis in oculis nostris? Ideo dico vobis, quia auferetur a vobis regnum Dei, et dabitur genti facienti fructum. [a] Et

CODEX BRIXIANUS.

turrem et locavit eam agricolis et peregre profectus est. Cum autem tempus fructuum adpropinquasset misit servos suos ad agricolas. ut acciperent fructus ejus. Et agricolae adprahensis servis ejus unum caeciderunt. alium occiderunt alium vero lapidaverunt. Iterum misit alios servos plures prioribus. et fecerunt eis similiter. Novissime autem misit ad eos filium suum unigenitum dicens. Reverebuntur filium meum. Agricolae autem. videntes filium dixerunt intra se. Hic est heres. venite occidamus eum et habebimus hereditatem ejus. Et adprahendentes eum ejecerunt eum extra vineam. et occiderunt. Cum ergo venerit. dominus vineae, quid faciet agricolis illis. Dixerunt ei. Malos male perdet et vineam locavit aliis agricolis. qui reddant ei fructus temporibus suis. Dicit illis Jesus. nunquam legistis in Scribturis Lapidem quem reprobaverunt ædificantes. hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud. et est mirabile in oculis nostris. Ideo dico vobis. quia auferetur a vobis regnum Dei. et dabitur genti facienti fructus ejus.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Codex Corbeien. omittit hoc loco versum integrum, qui 44 numeratur in Vulgata nostra. Lat. Eumdem quoque versiculum omittit exemplar Cantabr.; deest namque in eo Gr. et Lat. Pares itaque in multis dignoscuntur codd. illi mss. nempe Corb. noster Lat. et Gr. Lat. Cantab.

(*a*) Addunt, *forsitan*, etiam nonnulli codd. Græci, ac versiones Syr., Pers. et Arab., nec non Irenæus, et Chrysost., e Luca.—(*b*) Ita et cod. Cant. ἀπέκτειναν καὶ ἐξέβαλον ἔξω τοῦ ἀμπελῶνος, ac antiqua versio Saxon. — (*c*) Ita et textus Græcus, ἀποδώσουσιν αὐτῷ τοὺς καρπούς. — (*d*) *iste*, relate ad γωνίας. —(*e*) Deest totus versus 44, etiam in Cant. Gr. et Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . ta sunt : veni-
. . . . . te ad nuptias.
. . . . . 5. Illi autem n. .
. . . . . glexerunt :
. . . . . et abierunt,
. . . . villa. . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
46. Quaerentes eum tenere, timuerunt turbas : quoniam sicut. . . . etam . . . . habeb. . . . . .

CAPUT XXII.

1. Et respondens Jesus, dixit illis iterum in. . . . . olis, dic. . . . .
2. Simi. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
4. Dicite invitatis : Ecce.... andium meum paravi, tauri mei et saginata occisa sunt, et omnia para-

6. . . . . iqui
. . . tenu-
. . . . . servos
coepit devotare se et jurare quia non
novi homine . .
Et confestim
gallus canta-
75. vit. Et . . .
corda . . . . . .
Petrus . . . . .
bum . . . . . .
quod . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERONENSIS.

tem ad dextram (*a*) virtutis †, et venientem cum nubibus caeli.
65. Tunc principes
sacerdotum
scidit vestimenta sua, dicens:
Blasphemavit,
quid adhuc
egemus testi-
✠ bus? ecce ✠
nunc audistis
blasfemiam (*b*)
ejus †: quid
vobis videtur?
66. Ad illi (*c*) responderunt omnes, et dixerunt †: Reus
est mortis.
67. Tunc expuerunt
in faciem,
et colaphis
eum caeciderunt,
68 dicentes: Prophetiza nobis
Christe, quis est
qui te percussit?
69. Petrus vero
sedebat foris
in atrio: et
accessit una
ancilla ad
eum, dicens:
Et tu cum Jesu,
Galilaeo eras.
70. Ad ille negavit coram omnibus, dicens:
Nescio quid
dicis, (*d*) neque
intellego †.
71. (*e*) Exeuntem †
autem illum
januam, vidit
illum alia
ancilla, et
ait his qui
erant ibi:
Et hic erat
cum Jesu
Nazareno.
72. Et iterum
negavit cum
juramento, (*f*)
dicens: Non
novi † hominem.
73. Et post pusillum accesserunt qui
stabant, et
dixerunt Petro: Vere ex
illis es (*g*) tu †:
nam et
loquella
tua (*h*) similis
74. est †. Tunc
coepit devotare
se et jurare
quod non
novisset hominem. Et
continuo gallus cantavit.
75. Et rememoratus est Petrus verbi
Jesu, quod
dixerat (*i*) ei †:
Prius quam
gallus cantet,
ter me negabis. Et egres-

CODEX CORBEIENSIS.

tem a dextris virtutis, et venientem in nubibus coeli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens : Blasphemavit, quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam : quid vobis videtur? Et illi respondentes dixerunt : Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt, alii autem palmas in faciem ei dederunt, dicentes : Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus vero sedebat foris in atrio : et accessit ad eum una ancilla, dicens : Et tu cum Jesu Galilaeo eras. At ille negavit coram omnibus, dicens : Nescio quid dicis. Exeunte autem illo januam, vidit eum alia, et ait his qui erant ibi : Et hic erat cum Jesu Nazareno. Et iterum [1] negavit cum juramento : Quia non novi hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant, et dixerunt Petro : Vere et tu ex illis es : nam et loquela tua manifestum te facit. Tunc coepit detestari et jurare quia non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. [2] Recordatus est Petrus verbi Jesu, quod dixerat : Prius quam gallus cantet, ter me negabis. Et [3] egres-

CODEX BRIXIANUS,

tem ad dexteram (*a*) virtutis † et venientem in nubibus caeli. Tunc princeps sacerdotum conscidit vestimenta sua dicens :

Blasphemavit. quid adhuc egemus testibus. ecce nunc audistis blasphemiam (*b*) ejus † quid vobis videtur. At illi respondentes dixerunt. Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem ejus. et colaphis eum caeciderunt. alii autem palmas in faciem ei dederunt dicentes Prophetiza nobis Christe quis est qui te percussit. Petrus vero sedebat foris in atrio. et accessit ad eum una ex ancillis dicens. Et tu cum Jesu Galileo eras. At ille negavit coram omnibus dicens. Nescio quid dicis : (*e*) Exeunte † autem illo janua vidit eum alia et ait his qui erant ibi. Et hic cum Jesu Nazareno erat Et iterum negavit cum juramento dicens Quia non novi hominem. Post pusillum autem accedentes qui ibi stabant dixerunt Petro Vere et tu ex illis es. nam et loquella tua manifestum te facit. Tunc coepit detestari et jurare. quod non novisset hominem. Et continuo gallus cantavit. Et recordatus est Petrus verbi Jesu quod dixerat (*i*) ei †. Prius quam gallus cantet. ter me negabis. Et egres-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] juravit
[2] Et recordatus est verbi Jesu,
[3] egressus foras,

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *virtutis*, deest *Dei* in tex. quoque Gr.— (*b*) Addit *ejus*, text. etiam Gr. αὐτοῦ. — (*c*) Ita et cod. Cant. ἀπεκρίθησαν πάντες καὶ εἶπον.— (*d*) Addit *neque intellego* etiam cod. Cant. οὐδὲ ἐπίσταμαι, ex Marco. —(*e*) Ita et text. Gr. ἐξελθόντα. (*f*) Ita et cod. Cant. λέγων : οὐκ οἶδα. — (*g*) Ante *tu*, deest *et*, in cod. quoque Cant. — (*h*) Ita et cod. Cant. ὁμοιάζει, e Marco. — (*i*) Addit *ei*, etiam tex. Gr. αὐτῷ.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . .
. . . . . .

CAPUT XXVII.

1. Cumque mane esset factum, consilium fecerunt omnes principes sacerdotum et seniores plebis adversus Jesum, ut eum morti traderent.
2. Et ligatum eum duxerunt, et tradiderunt Pontio Pilato praesi-
3. di. Tunc videns Judas, qui tradidit eum, quia damnatus ess . . ; paenitentia ductus, rettulit triginta argenteos principibus sacerdotum, et senio-
4. ribus, dicens: Peccavi, quod tradiderim sanguinem justum. Ad illi dixerunt: Quid ad nos? tu vi-
5. deris. Et projectis argentis in templo, secessit: et abiit, et laqueo se suspendit.
6. Princeps autem sacerdotum, accepta pecunia, dixerunt: Non licet mittere ea in corbam: quia praetium sangui-
7. nis est. Consilio autem accepto inter se, (*b*) emerunt † agrum figuli, ad sepulturam peregri-
8. norum. Propter hoc vocatus est ager illae Acheldemac, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.
9. Tunc impletum est quod dictum est per Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argen-

CODEX VERONENSIS.

sus foras, amarissime ploravit.

CAPUT XXVII.

1. Mane autem factum, consilium (*a*) acceperunt † omnes principes sacerdotum et seniores plebis adversus Jesum, ut eum morti traderent.
2. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato praesidi.
3. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quia damnatus est; paenitentia ductus, redtulit xxx. argenteos principibus sacerdotum, et senioribus,
4. dicens: Peccavi, quod tradiderim sanguinem justum. Ad illi dixerunt: Quid ad nos? tu
5. videris. Et projectis argenteis in templo, secessit: et abiit, et laqueo se suspendit.
6. Tunc principes sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet mittere eos in loculum: quia praetium sanguinis est.
7. Consilio autem accepto inter se (*b*), emerunt † agrum figuli, in sepulturam peregrinorum.
8. Propter hoc vocatus est ager ille, Acheldemach, quod est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem.
9. Tunc impletum est quod dictum est per Prophetam, dicentem: Et acceperunt xxx. argenteos

CODEX CORBEIENSIS.

sus est foras,[1] et amarissime flevit. Mane autem facto, consilium injerunt omnes principes sacerdotum [2] et omnes seniores populi adversus Jesum, ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum, et tradiderunt Pontio Pilato praesidi. Tunc videns Judas, qui eum tradidit, quia damnatus [3] esset; poenitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum, et senioribus, dicens: Peccavi, tradens sanguinem justum. At illi dixerunt: Quid ad nos? tu videris. Et projectis argenteis in templo, recessit: et abiens laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet mittere eos in [4] corbanam: quia pretium sanguinis est. Consilio autem inito, emerunt ex illis agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, [5] [a] Acheldamach, hoc est, ager sanguinis, usque in hodiernum diem. Tunc impletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam, dicentem: Et acceperunt triginta argen-

CODEX BRIXIANUS.

sus foras flevit amare. Mane autem facto consilium fecerunt omnes principes sacerdotum et seniores populi adversus Jesum ut eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum et tradiderunt Pontio Pilato praesidi. Tunc videns Judas qui eum tradidit quia ad judicium ductus est. paenitentia ductus. revocavit triginta argenteos principibus sacerdotum et senioribus dicens. Peccavi tradens sanguinem justum. Illi autem dixerunt. Quid ad nos tu videris.

Et projectis argenteis in templo recessit et abiens laqueo se suspendit. Tunc principes sacerdotum acceptis argenteis dixerunt Non licet eos mittere in corban quia praetium sanguinis est. Consilium autem accepto emerunt ex illis agrum figuli ad sepulturam peregrinorum Propter hoc vocatus est ager ille ager sanguinis. usque in hodiernum diem. Tunc adimpletum est, quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem. Et acceperunt triginta argen-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] flevit amare.
[2] et seniores
[3] est;
[4] in corban:
[5] Acheldemach [a].

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Nomen istud in ms. Cantabr. Latine scriptum perhibetur *Echeldemach*; quod in mss. nostris legitur *Acheldamach*, et *Acheldemach*. Corrupte in omnibus legitur *Achel* vel *Echel*, pro *Acel*; et *demach* et *damach*, pro *dama* vel *dema*. Nam Syrum nomen, quod sanguinem significat, scribitur דמא, *demo*, non דמך, *demach*. In Hebræo Evangelio Matthæi, Parisiis edito anno 1551, legimus חקל דמא, *bhacal dama*. In nonnullis Matthæi Græcis exemplaribus Ἀκέλδημα: primo autem Actor. Apost. capite, versu 19, scribitur Ἀκελδαμά.

(*a*) Juxta text. Gr. ἔλαβον. — (*b*) Post *emerunt*, deest *ex illis*, etiam in codice Cant. Latino.

CODEX VERCELLENSIS.

teos praetium aestimati, quem aestimaverunt a filiis Istrael. 10. hel : et dederunt eos in agrum figuli, in sepulturam peregrinorum. 11. Jesus autem stetit ante praesidem, et interrogavit eum praeses, dicens : Tu es rex Judaeorum ? Jesus autem ait : Tu dicis. 12. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, et senioribus, nihil respondit. 13. dit. Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversus te testimonia perhibent? 14. Et non respondit ei (*b*) ullum † verbum, ita ut miraretur praeses valde. 15. Per diem autem festum consueverat praeses dimittere populo unum vinctum, quem voluissent. 16. uissent. Tunc (*c*) habebant † insignem vinctum, qui dicebatur Barabbas. 17. Congregatis autem illis, dixit Pilatus : Quem vultis vobis de duobus mittam : Barabban, an Jesum, qui dicitur 18. Christus? Sciebat enim quod per invidiam tradiderant 19. eum (*d*). Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens : Nihil sit tibi, et justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter illum. 20. Principes autem sacerdotum, et seniores persuaserunt populo ut peterent Barabban, Jesum vero perderent. 21. Respondens autem praeses, ait illis : Quem vultis vobis de duobis (*e*) dimittam †?

CODEX VERONENSIS.

praetium adpraetiati, quod adpraetiaverunt a filiis Istrael. 10. hel : et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. 11. Jesus autem stetit ante praesidem, et interrogavit eum praeses, dicens : Tu es rex Judaeorum? Dicit ei Jesus : Tu dicis. 12. Et cum accusaretur a principibus sacerdotum, et senioribus, nihil (*a*) respondebat †. 13. Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? 14. Et non respondit ei (*b*) ullum † verbum, ita ut miraretur praeses vehementer. 15. Per diem autem sollemnem consueverat praeses dimittere populo unum vinctum, quem voluissent. 16. (*c*) Habebant † autem vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. 17. Congregatis autem illis, dixit Pilatus : Quem vultis dimittam : Barabban, an Jesum, qui dicitur Christus? 18. Sciebat enim quod per invidiam tradiderant eum. 19. (*d*) Sedente autem illo pro tribunali, misit ad illum uxor ejus, dicens : Nihil sit tibi, et justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. 20. Principes autem sacerdotum, et seniores persuaserunt populo ut peterent Barabban, Jesum vero perderent. 21. Respondens autem praeses, ait : Quem vultis de duobus vobis (*e*) dimittam †?

CODEX CORBEIENSIS.

teos pretium [1] appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel : et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante praesidem, et interrogavit eum praeses, dicens : Tu es rex Judaeorum? Dicit illi Jesus : Tu dicis. Et quum accusaretur a principibus sacerdotum, et senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus : Non audis quanta adversum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ullum verbum, ita ut miraretur praeses vehementer. Per diem autem solennem consueverat praeses dimittere populo unum vinctum, quem voluissent. Habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus : Quem vultis dimittam vobis : Barabbam, an Jesum, qui dicitur Christus? Sciebat enim quod per invidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum uxor ejus, dicens : Nihil sit tibi et justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum, et seniores persuaserunt populis ut peterent Barabbam, Jesum vero perderent. Respondens autem praeses, ait illis : Quem vultis vobis de duobus [2] dimitti?

CODEX BRIXIANUS.

teos. praetium adpraetiati. quod adpraetiaverunt filiis rael et dederunt eos in agrum figuli. sicut praecepit mihi Dominus. Jesus autem stetit ante praesidem. et interrogavit eum praeses. dicens Tu es rex Judaeorum. Dicit ei Jesus. Tu dicis.

Et cum accusaretur a principibus sacerdotum et senioribus. nihil respondit. Tunc dicit illi Non audis. quanta adversum te testificantur. Et non respondit ei (*b*) ullum † verbum. ita ut miraretur praeses vehementer. Per diem autem sollemnem. consueverat preses. dimittere populo unum vinctum quem voluissent. (*c*) Habebant † autem tunc vinctum insignem qui dicebatur Barabbas. Congregatis autem illis. dixit Pilatus. Quem vultis dimittam vobis. Barabban an Jesum qui dicitur Christus. Sciebat enim, quod per invidiam tradiderunt eum (*d*) Sedente autem illo pro tribunali. misit ad illum uxor ejus dicens. Nihil tibi et justo illi. Multa enim passa sum hodie per visum propter eum. . Princeps autem sacerdotum et seniores persuaserunt populis. ut peterent Barabban. Jesum vero perderent. Respondens autem Pilatus preses ait illis. Quem vultis ex duobus (*e*) dimittam †

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] pretium quod adpretiaverunt filiis

[2] dimittam?

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἀπεκρίνετο.—(*b*) Ante *ullum*, deest *ad*, etiam in cod. Cant. —(*c*) Ita et text. Gr. εἶχον. —(*d*) Hinc usque ad v. 42 hujus capitis mutilantur omnia in Goth. — (*e*) Ita et text. Gr. ἀπολύσω.

CODEX VERCELLENSIS.

Ad illi dixerunt : (*a*) Barabban †.
22. Dicit illis Pilatus : Quid ergo faciamus Jesum, qui dicitur
23. Christus? Dicunt omnes : Crucifigatur. Ait illis praeses : Quid enim mali fecit? Ad illi magis clamabant : Cruci-
24. figatur. Videns autem Pilatus qui nihil (*b*) proficit †, sed magis tumultum fieri, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine hujus : vos videritis.
25. Et respondens universa turba, dixit : Sanguis ejus super nos, e . . super . . . ios nostros.
26. Tunc dimisit illis Barabban : Jesum vero flagellis caesum tradidit eis ut cruci eum figerent.
27. Tunc milites praesidis susceperunt Jesum in praetorio, et congregaverunt ad eum universam
28. cohortem : et induerunt eum tunicam purpuream, et clamydem coccineam circumdederunt ei;
29. et coronam de spinis posuerunt super caput ejus, et harundinem in dextera ejus. Et adgeniculantes se ante eum deludebant eum, dicentes : Habe rex Judaeorum.
30. Et expuebant in faciem ejus, et acceperunt harundinem, et percutiebant caput ejus.
31. Et postquam deluserunt eum, exuerunt eum clamydem, et induerunt eum vestimenta ejus, et duxerunt ut cruci eum figerent.
32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrineum (*d*) venientem obviam sibi †, nomine Simonem : hunc angariaverunt ut tolleret cru-

CODEX VERONENSIS.

Ad illi dixerunt : (*a*) Barabban †.
22. Dicit illis Pilatus : Quid ergo faciemus Jesum, qui dicitur Chri-
23. stus? Dicunt omnes : Crucifigatur. Ait illis praeses : Quid enim mali fecit? Ad illi magis clamabant : Crucifigatur.
24. Videns autem Pilatus quia nihil (*b*) proficit †, sed magis tumultum fieri in populo, accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine hujus : vos videritis.
25. Respondens universa turba, dixit : Sanguis ejus super nos, et super filios nostros.
26. Tunc dimisit illis Barabban : Jesum vero flagellis caesum tradidit ut cruci eum figerent.
32. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrineum (*d*) venientem obviam sibi †, hunc angariaverunt ut tolleret crucem

CODEX CORBEIENSIS.

At illi dixerunt : Barabbam. Dicit illis Pilatus : Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes : Crucifigatur. Ait illis praeses : Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes : Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret : accepta aqua, lavit manus coram populo, dicens : Innocens ego sum a sanguine justi hujus : vos videritis. Et respondens universus populus, dixit : Sanguis ejus super nos, et super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabbam : Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur. Tunc milites praesidis suscipientes Jesum in praetorio, congregaverunt ad eum universam cohortem : et exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei; et plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput ejus, et arundinem in dextera ejus. Et genu flexo ante eum illudebant, dicentes : Ave rex Judaeorum. Et exspuentes in eum, acceperunt arundinem, et percutiebant caput ejus. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamyde, et induerunt eum vestimentis ejus, et duxerunt eum ut crucifigarent. Exeuntes autem invenerunt hominem Cyrenaeum, nomine Simonem : hunc angariaverunt ut tolleret cru-

CODEX BRIXIANUS.

vobis. At illi dixerunt. (*a*) Barabban †. Dicit illis Pilatus Quid igitur faciam de Jesu, qui dicitur Christus. Dixerunt ei omnes Crucifigatur. Ait illis praeses. Quid enim mali fecit. Illi vero vehementer clamabant dicentes. Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret sed magis tumultus fieret. accepta aqua. lavit manus coram populo. dicens Innocens ego sum. a sanguine hujus justi vos videritis. Et respondens universus populus dixit. Sanguis hujus super nos. et super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabban Jesum autem flagellatum tradidit eis ut crucifigeretur.. Tunc milites praesidis susceperunt Jesum in praetorio et congregaverunt ad eum universam cohortem. et exuentes eum. (*c*) induerunt eum tunicam purpuream. † et clamidem coxineum circumdederunt ei. et plectentes coronam de spinis. posuerunt super caput ejus et harundinem in dexteram ejus. Et procidentes ad pedes ejus inludebant eum dicentes. Habe rex Judaeorum. Et expuentes in eum acceperunt harundinem et percutiebant caput ejus. Et postquam illuderunt eum exuerunt eum clamidem et induerunt eum vestimenta ejus. et duxerunt ut eum crucifigerent. Exeuntes autem. invenerunt hominem Cyrineum nomine Simonem. hunc angariaverunt. ut tolleret cru-

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et text. Gr. Βαραββᾶν.—(*b*) Ita et text. Gr. ὠφελεῖ.—(*c*) Ita et cod. Cant. καὶ ἐνδύσαντες ἱμάτιον πορφυροῦν.—(*d*) Addit *venientem obviam sibi*, etiam cod. Cant. Lat. et Gr. εἰς ἀπάντησιν αὐτοῦ, *cum vers. Saxon.*

CODEX VERCELLENSIS.

cem ejus.
33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotaha, quod est Calvariae lo-
34. cus. Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibe . . .
35. Posquam autem crucifixerunt eum, diviserunt sibi vestimenta ejus, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per prophaetam : Diviserunt sibi vestimenta mea.
Et super vestem meam miserunt sortem.
36. Et sedentes servabant
37. eum. Et inposuerunt ei supra caput causam ejus scriptam : Hic est rex Judaeorum.
38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones : unus a dextris, et alter ad sinistris.
39. Transeuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, et di-
40. centes : Va qui destruebat templum Dei, et in triduo illud reaedificabat : libera te. Si filius Dei es tu, et descende
41. de crucem. Similiter et principes sacerdotum deludentes cum scribis, (*a*) et pharisaeis †
42. dicebant : Alios salvos fecit, se ipsum non potest salvum facere : si rex Istrahel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei :
43. (*b*) si † confidet in Deo, liberet nunc eum, si vult eum : dixit enim : Quia Dei filius sum.

CODEX VERONENSIS.

ejus.
33. Et venerunt in locum, qui dicitur Golcotha, quod est Calvariae locus.
34. Et dederunt ei bibere vinum cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere.
35. Posquam autem crucifixerunt eum, diviserunt sibi vestimenta ejus, sortem mittentes, ut impleretur quod dictum est per profetam, dicentem : Diviserunt sibi vestimenta mea. Et super vestem meam miserunt sortem.
36. Et sedentes servabant eum.
37. Et posuerunt super caput ejus causam ejus scriptam : Hic est rex Judaeorum.
38. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones : unus a dextris, et unus ad sinistris.
39. Transeuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, et
40. dicentes : Va qui destruebas templum Dei, et in triduo illut reaedificabas : libera te. Si filius Dei es, et descende de cruce.
41. Similiter principes sacerdotum deludentes cum scribis, (*a*) et pharisaeis †
42. dicebant : Alios salvos fecit, se ipsum salvum facere non potest? si rex Istrahel est, descendat de cruce nunc, et credimus ei :
43. (*b*) si † confidit in Deo, liberet nunc eum, si vult (*c*) eum † : dixit enim : Quia Dei filius sum.

CODEX CORBEIENSIS.

cem ejus Et venerunt in locum, qui dicitur Golgotha, quod est Calvariae [1] locus nominatus. Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et quum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diviserunt vestimenta ejus, sortem mittentes. [a] Et sedentes servabant eum. Et imposuerunt super caput ejus caussam ipsius scriptam : Hic est [2] rex Judaeorum. Tunc [3] crucifixi sunt cum eo duo latrones : unus a dextris, et unus a sinistris. Praetereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua, et dicentes : [4] [b] Qui destruebas templum Dei, et in triduo illud reaedificabas : salva temetipsum. Si filius Dei es, descende de cruce. Similiter autem et principes sacerdotum illudentes eum cum scribis et senioribus dicebant : Alios salvos fecit, seipsum non potest salvum facere : si rex Israel est, descendat nunc de cruce, et credimus ei : confidit in [5] Domino : liberet nunc eum, si vult : dixit enim : Quia Dei filius sum.

CODEX BRIXIANUS.

cem ejus. Et venientes in locum qui dicitur Golgotha quod est Calvariae locus. Dederunt ei bibere. acetum cum felle mixtum. Et cum gustasset noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum. diviserunt vestimenta ejus sorte mittentes. Et sedentes servabant eum illic. Et imposuerunt super caput ejus. causam ejus scriptam. Ilic est Jesus rex Judaeorum. Tunc crucifixissent cum eo duos latrones. unum a dextris. et unum a sinistris. Praetereuntes autem blasphemabant eum moventes capita sua et dicentes. Qui destrues templum Dei et in triduo illud reaedificas, salva temetipsum. Si filius Dei es descende de cruce. Similiter et principes sacerdotum inludentes eum. cum scribis et senioribus (*a*). et pharisaeis † dicebant. Alios salvos fecit. se ipsum non potest salvum facere. si rex Sdrahel est descendat nunc de cruce. ut videamus. et credamus ei. confidit in Deum liberet nunc eum si vult (*c*) eum †. dixit enim quia Dei filius sum.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] locus. Et
[2] Jesus
[3] crucifixerunt... unum... et unum
[4] Qui [b] destruit templum, et in triduum illud reaedificat :
[5] In Deum :

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Quod sequitur in Sixtinis Bibliis, *ut impleretur quod dictum est*, etc., omissum testantur viri docti in omnibus libris antiquis melioris notæ, et huc in Matthæo translatum vel ex Evangelio secundum Johannem, aut potius ex Psalmi XXI, vers. 19. Lucæ Brugensis variantes lectiones editionis Latinæ N. T. hoc loco consulendæ.

[b] Hilarius consentit in hac lectione cum ms. Corbeiensi ; alia optima exemplaria vetustissima teste Luca Brugensi legunt cum ms. codice San-Germ. *destruit, reaedificat*.

(*a*) Ita et cod. Cant. καὶ φαρισαίων. — (*b*) Addit *si*, etiam cod. Cant. Lat. et Gr. εἰ. — (*c*) Ita et tex. Gr. αὐτόν.

CODEX VERCELLENSIS.

44. Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, impropera-
45. bant ei. Et postquam crucifixus est ab hora sexta tenebrae factae sunt super universam terram usque in oram nonam.
46. Circa hora autem nonam exclamavit Jesus voce magna, dicens : Heli, Heli, lema zabthani ? hoc est : Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquis-
47. ti ? Quidam autem illic stantes, et audientes dicebant : Heliam vocat
48. iste. Et continuo currens unus ex eis accepta spongia implevit aceto, et inposuit in harundine, et dabat ei bibe-
49. re. Ceteri vero (*b*) dixerunt † : Sine videamus (*c*) si venit Helías, (*d*) et (*e*) liberavit † eum.
50. Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Et
51. ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, et terre motum factum est magnum, et petrae fisse sunt, et
52. monumenta patefacta sunt : et mult . . corp . . a sanctorum dormi- . . . . um, sur-
53. . . xerunt. Et . . euntes de . . onumen- . . . . . ost resur- . . . . . onem . . . . s, vene- . . . . in sanc- . . . . civitatem, . . . ltis appa- . . . . . .
54. viso terrae motu et ea quae

CODEX VERONENSIS.

44. Id ipsum autem et latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperabant ei.
45. Et postquam crucifixus est a sexta hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam.
46. Circa horam nonam clamavit Jesus voce magna : Heli, Heli, lama (*a*) zaptani †? hoc est : Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti ?
47. Quidam autem illic stantes, et audientes dicebant : Helian vocat iste.
48. Et continuo currens unus ex eis accepta spongia implevit aceto, et imposuit harundini, et dabat ei bibere.
49. Ceteri vero (*b*) dixerunt † :
Sine videamus (*c*) si † veniet Helias, (*d*) et (*e*) liberavit † eum,
50. Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum.
51. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum,
et terra mota est,
et petrae fissae
52. sunt, et monumenta aperta sunt : et multa corpora sanctorum dormientium, surre-
53. xerunt, Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ipsius, venerunt in sanctam civitatem,
et multis apparuerunt.
54. Centurio autem,
et qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terremotu
et his quae fie-

CODEX CORBEIENSIS.

Idipsum autem et latrones, qui [1] crucifixi erant cum eo, improperabant ei. A sexta autem hora tenebrae factae sunt super universam terram usque ad horam nonam. Et circa horam nonam clamavit Jesus voce magna, dicens : [a] Heli, lema [2] sabachtani ? hoc est : Deus meus, Deus meus, ut quid [3] me dereliquisti ? Quidam autem illic stantes, et audientes dicebant : Heliam vocat iste. Et continuo currens unus ex eis acceptam spongiam implevit aceto, et imposuit arundini, et dabat ei bibere. Cæteri vero dicebant : Sine videamus an veniat Helias liberans eum. Jesus autem iterum clamans voce magna, emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum, et terra mota est, et petrae scissae sunt, et monumenta aperta sunt : et multa corpora sanctorum, qui dormierant, surrexerunt. Et exeuntes de monumentis post resurrectionem ipsius, venerunt in sanctam civitatem, et apparuerunt multis. Centurio autem, et qui cum eo erant, custodientes Jesum, viso terrae motu et his quae fie-

CODEX BRIXIANUS.

Idipsum autem. et latrones qui crucifixi erant cum eo improperabant ei . . A sexta autem hora tenebrae factae sunt. super universam terram usque ad horam nonam. Circa horam autem nonam clamavit Jesus voce magna dicens. Heli. Heli. limasabacthani. hoc est. Deus meus. Deus meus. ut quid me dereliquisti. Quidam autem. illic stantes. et audientes. dicebant. quia Helian vocat iste. Et continuo adcurrens unus ex eis accepta spongea implevit aceto. et imposuit harundini. et dabat ei bibere. Ceteri autem dicebant. Sine videamus (*c*) si † venit Helias salvare eum. Jesus autem. iterum clamans voce magna. emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes a summo usque deorsum. et terra mota est. et petrae scissae sunt. et monumenta aperta sunt. et multa corpora sanctorum. qui dormierant. surrexerunt. Et exeuntes de monumentis. post resurrectionem ejus. introierunt in sanctam civitatem. et apparuerunt multis . . Centurio autem et qui cum eo erant custodientes Jesum. viso terremotu. et his quae fie-

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] fixi
[2] zabacthani ?
[3] dereliquisti me ?

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Hebraica verba Latinis peregrina varie scribuntur in mss. libris, sed ubique corrupte, ut ante nos adnotavit Brugensis sæpe laudatus. Interpres Gothicus pro Ἐλί, scribit aspirate *Helei* ; et pro Græco Ἡλίαν infra, et Latino *Eliam*, occurrit Gothicum *Helian*, et Saxonicum *Heliam*. Ita Maresch. Observ. in vers. Angl. Sax. p. 500. Bene igitur convenit mss. nostris cum versionibus antiq. hisce barbaris.

(*a*) Cod. Cant. Lat. *Zapthoni :* Cant. Gr. ζαφθανεί, et manu recentiori σαφθανεί. — (*b*) Ita et cod. Cant. εἶπον. — (*c*) Juxta tex. Gr. εἰ. — (*d*) Ita et cod. Cant. καὶ σώσει. — (*e*) *v* pro *b*.

CODEX VERCELLENSIS.

fleb . . . . timue-
. . . . . .
. . . centes : V.-
re Dei filius erat
iste.
55. . . ran . . autem
ibi mulieres
multae a lon-
ge, (*a*) videntes †, quae
secutae fue-
rant Jesum a Cana Ga-
lilea, minis-
56. trantes ei : i. -
ter quas er . .
Maria Mag-
. . alenae, e . .
Maria Jac . . i
. . . . . .
. . . . . um Zebedei.
. . . . . .
. . . . . .
57. esset, ve . . .
quidam homo
dives ab (*b*) Arima-
thia †. nomine
. . . . . .
discipul . . . . . .
58. erat Jesu. Hic a-
. . . sit ad Pila-
. . m, et p . . tiit co.-
. . us Jesu. Tunc
Pilatus jussit
reddi corpus.
59. Et cum accepis-
set Jose . . cor-
pus Jesu, involv
v . . . . . ud in syn-
done munda.
60. Et posuit eu . .
in monum . . . .
. . uo nov . .
. . od excide . . .
. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . ad oste-
um monumen-
61. ti, et abiit. Erat
autem ibi Ma-
ria Magdale-
nae, et altera
Maria, seden-
tes con . . . se-
. . ulcr . . .
62. Altera autem
die, quae . . . .
post paras . . -
ve conve . . -
runt prin . . -
pes sacerd . . . . .
et phar . . . . .
ad Pilatu . . . .
63. centes : . . . . . .
ne rem . . . -
rati su . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
tertium . . . . .
resurgam.
64. Jube ergo cus-
todiri sepul-
chrum usque
in diem terti-
um : ne forte
veniant dis-
cipuli ejus, et
furentur eum,
et dicant ple-
vi : Quia surre-
xit a mortuis.
Et erit novis-
simus error
pejor priori.
65. Ait illis Pilatus :

CODEX VERONENSIS.

bant; timuerunt
valde, dicentes:
Vere filius
Dei erat hic.
55. Erant autem
ibi multae
a longe, (*a*) vi-
dentes, † quae
secutae erant
Jesum a Gali-
laea, ministran-
56. tes ei : inter
quas erat Ma-
ria Magdalena,
et Maria Ja-
cobi, et Joseph,
et mater filio-
rum Zebedaei.
57. Cum sero au-
tem factum
esset, venit qui-
dam homo di-
ves ab (*b*) Ari-
matia †, nomi-
ne Joseph,
qui et ipse di-
scipulus erat
58. Jesu. Hic ac-
cessit ad Pi-
latum, et
petit corpus
Jesu. Tunc
Pilatus jussit
reddi corpus.
59. Et accepto
corpore Jesu,
involvit illud
in sindone
60. munda. Et
posuit eum in
monumento
suo novo, quod (*c*)
excidit †
in petra.
Et advolvit
saxum magnum
ad osteum mo-
numenti, et
abiit.
61. Erat autem
ibi Maria Ma-
gdalena, et
altera Maria,
sedentes contra
sepulchrum.
62. Altera autem
die, quae est
post parasceven
convenerunt
principes sacer-
dotum, et fa-
risaei ad Pi-
latum, dicentes :
63. Domine, re-
memorati su-
mus, quod se-
ductor ille
dixit adhuc vi-
vens : Post ter-
tium diem re-
64. surgam. Juve
ergo custodiri
sepulchrum
usque in diem
tertium : ne
forte veniant
discipuli ejus,
et furentur
eum, et
dicant ple-
bi : Surrexit
a mortuis. Et
erit novissimus
error pejor
priori.
65. Ait illis Pi-

CODEX CORBEIENSIS.

bant, timuerunt valde, dicentes : Vere Dei filius [1] erat iste. Erant autem ibi mulieres multae a longe, quae sequutae fuerant Jesum a Galilaea, ministrantes ei : inter quas erat Maria Magdalene, et Maria Jacobi et Joseph mater, et mater filiorum Zebedaei. Quum sero autem factum esset, venit quidam homo dives ab [2] Arimathaea, nomine Joseph, qui et ipse erat discipulus Jesu. Hic accessit ad Pilatum, et petiit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit reddi corpus. Et accepto corpore, Joseph involvit [3] illud in sindone munda. Et posuit illud in monumento suo novo, quod exciderat in petra. Et advolvit saxum magnum ad ostium monumenti, et abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene, et altera Maria, sedentes contra sepulcrum. Altera autem die, quae est post parasceven convenerunt principes sacerdotum et pharisaei ad Pilatum, dicentes : Domine, recordati sumus, quia seductor ille dixit adhuc vivens : Post tres dies resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium : ne forte veniant discipuli ejus, et furentur eum, et dicant plebi : Surrexit a mortuis. Et erit novissimus error pejor priore. Ait illis Pilatus :

CODEX BRIXIANUS.

bant. timuerunt valde dicentes. Vere Dei filius est iste. Erant autem ibi mulieres multae. a longe (*a*) videntes †. quae secutae erant Jesum a Galilea ministrantes ei. inter quas erat Maria Magdalene et Maria Jacobi. et Joseph mater et mater filiorum Zebedei. Cum autem sero factum esset venit quidam homo dives ab (*b*) Arimathia † nomine Joseph qui et ipse discipulus erat Jesu. Hic accessit ad Pilatum et petit corpus Jesu. Tunc Pilatus jussit dari corpus. Et accepto corpore Jesu Joseph. involvit illud in sindone munda Et posuit eum in monumento suo novo. quod exciderat in petra. Et advolvens saxum magnum ad ostium monumenti. abiit. Erat autem ibi Maria Magdalene et altera Maria sedentes contra sepulcrum. Altera autem die. quae est post parascedem. convenerunt principes sacerdotum et pharisaei ad Pilatum dicentes. Domine recordati sumus quod seductor ille dixit adhuc vivens Post tertium diem resurgam. Jube ergo custodiri sepulcrum usque in diem tertium. ne forte venientes discipuli ejus furentur eum et dicant plebi. Resurrexit a mortuis. Et erit novissimus error. pejor priori Ait illis Pilatus.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] iste est.
[2] Arimathia,
[3] illud sindone

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et Cant. Lat. et tex. Groc. θεωροῦσαι. — (*b*) Ita et cod. Cant. Ἀριμαθείας. — (*c*) Ita et tex. Gr. λατόμησεν.

CODEX VERCELLENSIS.

II . . betis (*a*) custodes †, ite, custodite sicut.
66. scitis . . . . i autem . . . eunte . . mu- . . . . unt sepulchrum, signantes lapidem, cum custodibus.

CAPUT XXVIII.

LXXIV. 1. Vespere autem sabbati, quae lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalenae, et altera Maria, videre sepulchrum.
2. Et ecce terraemotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo : et accedens revolvit lapidem, et sedit super eum :
3. erat autem aspectus ejus sicut fulgur : et vestimenta ejus (*b*) candi-
4. da † sicut nix. A timore autem ejus territi sunt custodes, et facti sunt velut mortui.
5. Respondens autem angelus dixit mulieribus : Nolite timere vos : scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quae-
6. ritis : non est hic : surrexit enim, sicut dixit : Venite, et videte locum, ubi positus erat Dominus.
7. Et dicite discipulis ejus quia surrexit : et praecedit vos in Galilea : ibi eum videbitis. (*c*) Ecce dixi † vobis.
8. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus.
9. Et ecce Jesus . . . currit illis, dicens : Habete. Illae . . tem acce . . . unt, et ten . . . . . pedes . . . . . adoraverunt eum.
10. Tunc ait illis Jesus :

CODEX VERONENSIS.

latus : Habetis (*a*) custodes †, ite, custodite sicut scitis.
66. Illi autem euntes munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

CAPUT XXVIII.

1. Vespere autem sabbati, quae lucescit in prima sabbati, venit Maria Magdalena, et altera Maria, videre sepulchrum.
2. Et ecce terremotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de caelo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum :
3. erat autem aspectus ejus sicut fulgur : et vestimenta ejus (*b*) candida † sicut nix.
4. Prae timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui.
5. Respondens autem angelus dixit mulieribus : Nolite timere vos : scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quaeritis : non
6. est hic : surrexit enim, sicut dixit : Venite, et videte locum, ubi positus erat Do-
7. minus. Et cito euntes dicite discipulis ejus quia surrexit : et praecedit vos in Galilaeam : ibi eum videbitis. (*c*) Ecce dixi † vobis.
8. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus.
9. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens : Habete. Illae autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum.
10. Tunc ait illis :

CODEX CORBEIENSIS.

Habetis custodiam, ite, custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum, signantes lapidem cum custodibus. Vespere autem sabbathi, quae lucescit in prima sabbathi venit Maria Magdalene, et altera Maria, videre sepulcrum. Et ecce terraemotus factus est magnus. Angelus enim Domini descendit de coelo : et accedens revolvit lapidem, et sedebat super eum : erat autem aspectus ejus sicut fulgur : et vestimentum ejus sicut nix. Prae timore autem ejus exterriti sunt custodes, et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus dixit mulieribus : Nolite timere vos : scio enim, quod Jesum, qui crucifixus est, quaeritis : non est hic : surrexit enim, sicut dixit : Venite, et videte locum, ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis ejus quia surrexit : et ecce praecedit vos in Galilaeam : ibi eum videbitis. Ecce [2] dixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno, currentes nuntiare discipulis ejus. Et ecce Jesus occurrit illis, dicens : Avete. Illae autem accesserunt, et tenuerunt pedes ejus, et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus :

CODEX BRIXIANUS.

Habetis (*a*) custodes † ite et custodite sicut scitis. Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum signantes lapidem cum custodibus. Vespere autem sabbati quae lucessit in prima sabbati. venit Maria Magdalene et altera Maria. videre sepulcrum. Et ecce terremotus factus est magnus Angelus autem Domini descendit de caelo et accedens revolvit lapidem ab osteo. et sedit super eum. erat autem aspectus ejus sicut fulgur. et vestimenta ejus (*b*) candida † sicut nix.

Prae timore autem ejus exterriti sunt custodes et facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus. dixit mulieribus. Nolite timere vos. scio enim quod Jesum qui crucifixus est quaeritis. non est hic surrexit enim sicut dixit. Venite et videte locum. ubi positus erat Dominus. Et cito euntes dicite discipulis ejus quia resurrexit a mortuis. et ecce praecedit vos in Galileam ibi eum videbitis. sicut dixit vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore et gaudio magno currentes nuntiare discipulis . . ut autem abierunt nuntiare discipulis ejus. Et ecce Jesus occurrit illis dicens. Habete. Illæ autem accesserunt et tenuerunt pedes ejus. et adoraverunt eum. Tunc ait illis Jesus.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] custodes [a]

[2] praedixi

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Optima Lectio in utroque codice, uti probatum exstat apud eruditum Th. Mareschallum, Observat. in Gothicam Matthaei translationem, pag. 411.

(*a*) Ita et Capt. Lat. et Gr. φύλακας. — (*b*) Addit *candida*, etiam tex. Gr. λευκὸν (ἔνδυμα). — (*c*) *Ecce*, ut cod. Cant. ἰδού. Ibid. *dixi*, cum tex. Gr. εἶπον.

CODEX VERCELLENSIS.

Nolite timere : ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galileam, ibi me vide-
11. bunt. Quae cum abissent, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaberunt principibus sacerdotum, et scribis omnia quae facta sunt.
12. Et congregati principes sacerdotum cum senioribus, consilium acceperunt, et pecuniam copiosam dederunt militi-
13. bus, dicentes : Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, vobis dormientibus.
14. Et si hoc auditum fuerit a Praeside, nos persuademus ei, et securos vos faciemus.
15. Ad illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant docti. Et divulgatum est verbum istud aput Judaeos, usque in hodiernum di-
16. em. Undecim autem discipuli abierunt in Galileam, in monte, ubi constituerat illis
17. Jesus. Et cum vidissent eum adoraverunt : quidam autem dubitaverunt.
18. Et accedens Jesus locutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in caelo, et in
19. terra Euntes. (*a*) nunc † docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Fili, et
20. Spiritus sancti : docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. (*b*) Amen †.

CODEX VERONENSIS.

Nolite timere vos : ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilaeam, ibi me vide-
11. bunt. Quae ✠ cum abissent, ✠ ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quae facta sunt.
12. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam
13. copiosam dederunt militibus, dicentes : Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus.
14. Et si hoc auditum fuerit a Praeside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus.
15. Ad illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant docti.
Et divulgatum est verbum istut aput Judaeos, usque in hodiernum diem.
16. xi autem discipuli abierunt in monte, ubi constituerat il-
17. lis Jesus. Et videntes eum adoraverunt : quidam autem dubitaverunt.
18. Et accedens Jesus locutus est illis, dicens : Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra.
19. Euntes (*a*) nunc † docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Fili, et Spiritus
20. sancti : docentes eos servare omnia quaecumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi. (*b*) Amen †.

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM EXPLICIT. — INCIPIT SECUNDUM JOHANNEN.

CODEX CORBEIENSIS.

Nolite timere : ite, nuntiate fratribus meis, ut eant in Galilaeam, ibi me videbunt. Quae quum abiissent, ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem, et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniam copiosam dederunt militibus, dicentes : Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt, et furati sunt eum, nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a Praeside, nos suadebimus ei, et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant docti. Et divulgatum est verbum istud apud Judaeos, usque in hodiernum diem. Undecim autem discipuli abierunt in Galilaeam, in montem, ubi constituerat illis Jesus. Et videntes eum adoraverunt : quidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus loquutus est eis, dicens : Data est mihi omnis potestas in caelo, et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus santi : docentes eos servare omnia quaequumque mandavi vobis. Et ecce [1] ego vobiscum sum omnibus diebus, usque ad consummationem saeculi.

CODEX BRIXIANUS.

Nolite timere ite nuntiate fratribus meis. ut eant in Galilaeam et ibi me videbunt. Quae cum abissent ecce quidam de custodibus venerunt in civitatem et nuntiaverunt principibus sacerdotum omnia quae facta fuerant. Et congregati cum senioribus. consilio accepto tollentes pecuniam copiosam dederunt militibus dicentes. Dicite quia discipuli ejus nocte venerunt et furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit a Praeside. nos suademus ei. et securos vos faciemus. At illi accepta pecunia fecerunt sicut erant docti. Et divulgatum est verbum istud apud Judaeos usque in hodiernum diem. Undecim autem discipuli abierunt in Galileam in montem in quo constituerat illis Jesus. Et videntes eum adoraverunt. quidam autem dubitaverunt. Et accedens Jesus. locutus est eis dicens. Data est mihi omnis potestas in caelo et in terra. Euntes ergo docete omnes gentes. baptizantes eos in nomine Patris et Fili et Spiritus sancti. docentes eos servare omnia quaecunque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. (*b*) Amen †.

EVANGELIUM SECUNDUM MATTHÆUM EXPLICIT.—(*c*) INCIPIT EVANGELIUM SECUNDUM JOHANNEM.

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. S. GERMANENSIS.

[1] ecce vobiscum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. νῦν. — (*b*) Addunt *Amen*, ut tex. Gr. Ἀμήν. quod certe Matthæi non est, sed Ecclesiæ, huic Evangelio, sicut et cæteris, hoc verbo assensum declarantis.— (*c*) Ita et cod. Cant. Εὐαγγελιὸν κατὰ Ματτθαῖον ἐτελέσθη, ἄρχεται Εὐαγγελιὸν κατὰ Ἰωάννην.

INCIPIT EVANGELIUM SECUNDUM JOHANNEM.

CODEX VERCELLENSIS.

CAPUT PRIMUM.

1. In principio erat Verbum, et Verbum erat aput Deum, et Deus erat Ver-
2. bum. Hoc erat in principio
3. aput Deum. Omnia per illum facta sunt : et sine illo factum est nihil. Quod factum
4. est, in illo vita (*a*) est †, et vita erat lux ho-
5. minum. Et lux in tenebris lucet, et tenebrae eam non comprehenderunt.
6. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat
7. Johannes. Hic venit in testimonium, ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnis credant per
8. illum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumi-
9. ne. Erat lumen verum, quod inluminat omnem hominem venientem in hunc mun-
10. dum. In hoc mund . . . . .

CODEX VERONENSIS.

CAPUT PRIMUM.

1. In principio erat Verbum, et Verbum erat aput Deum, et Deus erat Ver. . . .
2. Hoc erat in principio
3. aput Deum. Omnia per eum facta sunt : et sine eum factum est nihil. Quod autem factum
4. est, in eo vita (*a*) est †, et vita (*b*) est † lux ho-
5. minum. Et lux lucet in tenebris, et tenebræ eam non comprehenderunt.
6. Fuit homo missus a Deo, cui nomen erat
7. Johannis. Hic venit in testimonium, ut testimonium periberet de lumine, ut omnes crederent per
8. eum. Non erat ille lumen, sed ut testimonium perhiberet de lumine.
9. Erat enim lux vera, quae inluminabat omnem hominem venientem in hunc mun-
10. dum. In hoc mundo erat,

CODEX BRIXIANUS.

In principio erat Verbum et Verbum erat aput Deum. et Deus erat Verbum Hoc erat in principio aput Deum. Omnia per ipsum facta sunt. et sine ipso factum est nihil. Quod factum est in ipso. vita (*a*) est †. et vita erat lux hominum. Et lux in tenebris lucet. et tenebrae eam non comprehenderunt. Fuit homo missus a Deo cui nomen erat Johannes. Hic venit in testimonium ut testimonium perhiberet de lumine. ut omnes crederent per illum. Non erat ille lux.sed ut testimonium perhiberet de lumine. Erat autem lumen verum. quod inluminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In hoc mundo erat.

CODEX CORBEIENSIS *signatus*, n° CXCV [a].

Cap. I. 3. [1] Sine illo † factum est nihil. Quod factum est [2] in ipso vita est.
9. Venientem in hoc Mundo.
10. In hoc Mundo erat.

VARIANTES LECTIONES (*b*).

[1] *Et ita Gat. et Mm.*

[2] *Gat. et Mm.* in illo vita est.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Exhibemus hic codicem vetustissimum Corbeiensis Monasterii, n. 195 sexto sæculo descriptum Romanis litteris, in quo vocabula persæpe nullo discrimine sejunguntur, et recta scribendi regula parum servatur. Continet hic codex quatuor Evangelia, qualia olim legebantur, antequam a S. Hieronymo corrigerentur, seu verterentur. Cum autem eo codice uterentur in Ecclesia, ut ex eo Evangelium in Missa canerent, hinc persæpe fit, præsertim in Matthæo, ut interpolationes occurrant, quibus codex simillimus efficeretur Vulgatæ ex Hieronymiana versione. Eæ tamen correctiones nullo negotio dignoscuntur, tum ex atramento, tum ex litterarum forma. Quatuor Evangelia alium plane ordinem in eo servant, atque in nostris Exemplaribus : I, Matthæus, ex quo priora undecim capita perierunt; II, Joannes; III, Lucas, sive *Lucanus*, quemadmodum in eo nominatur; IV, Marcus. Præcipua lectionum discrimina ex eo codice collegimus. Si quis omnia describere voluerit, codicem totum exscribat necesse est; singulis enim prope versiculis occurrunt, si verborum ordinem et vim spectes.

Codicis hujus, et nostrorum ope, quos in vetustis bibliothecis invenimus, minime dubitandum, quin vetus Italica in Evangeliis restitui queat. Lucas Brugensis meminit vetusti codicis e Malmundariensi Monasterio, veterem Vulgatam continentis. Martianæus, monachus S. Benedicti, ex Congregatione S. Mauri veterem Matthæi textum (supra recusum) dedit, ex vetustis duobus codicibus, altero S. Germani Pratensis, altero Corbeiensi, at Corbeiensis alius plane est et vetustate et litterarum forma. Corbeiensis Martianæi vetustior non est annis DCCC, litteris Saxonicis seu Merovingis exaratus; Noster 195 Romanis litteris, quadratis, majusculis descriptus est, ad sæculum sextum pertinens, eruditissimorum judicio. Martianæi codex Matthæum dumtaxat fert ex vetere Italica; noster quatuor Evangelia. Cum codicem nostrum conferimus cum editione Matthæi per Martianæum, noster hic convenire magis videtur cum codice S. Germani Pratensis, ex quo Martianæus varias lectiones eruit, in ora Editionis suæ adscriptas. Collatis hisce variantibus, verum omnino esse invenies, quod ait Hieronymus in Præfatione ad quatuor Evangelia : *Si Latinis exemplaribus fides sit adhibenda, respondeant, quibus? Tot enim sunt exemplaria pene, quot codices*, inquit R. P. D. Augustinus Calmet post Commentarium litteralem in Acta Apostolorum.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἐστίν. — (*b*) Variantes Lectiones Codicis Ecclesiæ S. Gatiani Turonensis n. 8, et Majoris Monasterii n. 87. Primus a mille annis; alter ab octingentis descriptus creditur. Codicem S. Gatiani hac nota significabimus, *Gat.*; Majus-Monasteriense, *Mm.*—

CODEX VERCELLENSIS.

et mundus
per ipsum
factus est, et
mundus illum
non cognovit.
11. In sua venit,
et sui eum
non recepe-
12. runt. Quod-
quod autem
receperunt
illum, dedit
illis potesta-
tem filios De
fieri, his, qui
credunt in
nomine ejus :
13. non ex san-
guinibus, ne-
que ex volun-
tate carnis,
neque ex vo-
luntate viri,
sed ex Deo
14. nati sunt. Et
Verbum ca-
ro factum est,
et inhabita-
vit in nobis :
et vidimus
gloriam ejus,
gloriam sicut
unici filii a
patre, plenus
gratia, et ve-
ritate.
15. Johannes [1] testi-
ficatur de il-
lo, et clamat,
dicens : Hic
est, de quo di-
xi : Post me ve-
niens, ante
me factus est :
quoniam pri-
or me erat.
16. (*b*) Quia † de ple-
nitudine ejus,
nos omnes
accepimus
gratiam pro
17. gratia. Quoni-
am lex per Moy-
sen data est,
gratia autem,
et veritas per
Jesum Christum fac-
ta est.
18. Deum nemo vi-
dit [2] umquam :
nisi unicus
filius solus, si-
num patris,
ipse enarra-
vit.
19. Et hoc est
testimonium
Johannis, quan-
do miserunt
ad eum Judaei
ab Hierosoly-
mis Sacerdo-
tem et Levi-
tas ut interro-
garent eum :
20. Tu qui es? Et con-
fessus est, et
non nega-
vit : confessus
est autem :
Quia ego non
sum Christus.
21. Et interroga-
verunt eum
iterum : Quid
ergo ? Helias
es ? Ait : Non sum.
Quid ergo? Pro-
pheta es ? Et res-
pondit : Non.
22. Et dixerunt ei :
Dic ergo : Quis
es ut respon-
sum demus

CODEX VERONENSIS.

et mundus
per eum fac-
tus est, et
mundus eum
non cognovit.
11. In sua propria venit,
et sui eum
non recepe-
12. runt Quod-
quod autem
receperunt
eum, dedit
eis potesta-
tem filios Dei
fieri, credentibus
in nomine ejus :
13. Qui non ex san-
guine, neque
ex voluntate
carnis, nec
ex voluntate
viri, sed ex
Deo natus
est.
14. Et Verbum ca-
ro facta est,
et habita-
vit in nobis :
et vidimus
honorem ejus,
gloriam quasi
unigeniti
a patre, plenum
gratia, et ve-
ritate.
15. Johannis te-
stificatur,
et (*a*) clamat † :
Hic est, de
quo dixi :
Qui post me
venit, ante
me factus est :
quia prior
me erat.
16. (*b*) Quoniam † de
plenitudine ejus
nos omnes
accepimus
gratiam pro
17. gratiam. Quia
lex per Moy-
sen data est,
gratia autem,
et veritas per
Jesum Chri-
stum facta
est.
18. Deum nemo
vidit umquam :
nisi unigenitus
filius, qui est
in sinu patris,
ipse enarravit.
19. Et hoc est te-
stimonium Jo-
hannis, cum
misissent ad
eum Judaei
ab Hieroso-
lymis Sacerdo-
tes et Levi-
tas ut interro-
garent eum :
Tu quis es ?
20. Et confessus
est, et non ne-
gavit : con-
fessus est,
quia ego non
sum Christus.
21. Et interroga-
verunt eum
iterum, dicen-
tes : Helias
es tu ? Ait :
Non sum. Quid
ergo ? Propheta
es tu ? Et re-
spondit : Non.
22. Et dixerunt :
Dic ergo no-
bis ut res-
ponsum de-

CODEX BRIXIANUS.

et mundus per ipsum factus est. et mundus eum non cognovit. In propria venit. et sui eum non receperunt. Quodquod autem receperunt eum. dedit eis potestatem. filios Dei fieri. his qui credunt in nomine ejus Qui non ex sanguinibus. neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri. sed ex Deo nati sunt. Et Verbum caro factum est. et habitavit in nobis. et vidimus gloriam ejus. gloriam quasi unigeniti a patre plenum gratia et veritate. Johannes. testimonium perhibet de ipso. et clamat dicens. Hic est de quo dixi vobis. Qui post me venit. ante me factus est, quia prior me erat. Et de plenitudine ejus. nos omnes accepimus. et gratiam pro gratia. Quia lex per Moysen data est. gratia autem et veritas per Jesum Christum facta est. Deum nemo vidit umquam. unigenitus filius. qui est in sinu patris. ipse narravit. Et hoc est testimonium Johannis. quando miserunt Judaei ab Hierosolymis. Sacerdotes et Levitas ad eum. ut interrogarent eum. Tu quis es. Et confessus est. et non negavit. confessus est. Quia non sum ego Christus. Et interrogaverunt eum. Quid ergo Helias es tu, et dixit. Non sum. Propheta es tu. Et respondit. Non. Dixerunt ergo ei. Quis ergo es tu. ut responsum de-

CODEX CORBEIENSIS.

11.[3] In sua propria † venit.
14. plenum gratia et veritate.
21. Interrogaverunt eum iterum : Quid ergo ?. . . Ne ergo Propheta es tu ?

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* perhibet ab ipso.., factus est, qui prior. *Mm.* et non sciebam eum quia, *Vulg.* perhibet de ipso... factus est, quia prior.

[2] *Gat.* unquam, nisi unigenitus. *Mm.* unquam : nisi unigenitus filius solus, qui est. *Vulg.* umquam : unigenitus filius, qui est.

[3] *Et ita Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *clamat*, deest *dicens*, etiam in cod. cant.— (*b*) Ita et Cod. cant., ὅτι. Ab hinc, nempe ab λάβομεν, *accepimus*, usque ad verba illa Ἐκεῖνος, *Rabbi, qui* cap. III, vers. 26, omnia desunt in cod. Cant. Gr. et usque ad v. 16. in Cant. Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

iis, qui nos miserunt ? quid dices de te ip-
23. so ? Qui respondit : Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini, sicut Dixit Eseias profeta.
24. Et qui [1] missi erant ex Pha-
25. riseis. Discipuli, et Levvitae dixerunt ei : Quid ergo baptizas, si tu non est Christus, neque Haelias, neque Profeta.
26. Respondens illis Johannes, dicens : Ego [2] baptizo vos in aqua in paenitentiam : medius autem stat inter vos, quem vos ig-
27. noratis. Qui post me venit, ante me factus est : cujus non sum dignus [3] ego solvere corrigiam calciamenti ejus.
28. Haec autem gesta sunt in Bethania trans Jordanen, ubi erat Johannes baptizans.
29. Altera die vidit Jesum venientem ad se, et ait : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mun-
30. di. Hic est, de quo ego dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est : [4] quoniam prior me e-
31. rat. Et ego ignorabam illum, sed [5] ut manifestaretur in Istrahel, ideo veni ego in aqua baptizans.
32. Et testimonium perhibuit Johannes, dicens : Quoniam vidi Spiritum tamquam columbam descendentem de caelo, et mansit super il-
33. lum. Et ego ignorabam illum : sed qui me misit baptizare in aqua, ille mihi dixit : Super quem videris Spiritum descendentem, et manentem in illo, hic est, qui baptizat in Spiritu sancto.
34. Et ego vidi : et testimonium perhi-

CODEX VERONENSIS.

mus his, qui miserunt nos? quid dicis de te ipso?
23. Quibus ait : Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini.
24. Et qui missi fuerant ex Farisaeis.
25. Ut interrogarent eum, dixerunt ei : Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, nec Helias, neque Propheta ?
26. Respondit eis Johannes, dicens : Ego quidem baptizo vos in aquam poenitentiae : medius autem vestrum stat, quem vos ignoratis.
27. Ipse est, qui post me venit : cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calciamenti ejus.
28. Haec facta sunt in Bethania trans Jordanen, ubi erat Johannes baptizans.
29. Postera autem die vidit Johannes Jesum venientem ad se, et ait : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.
30. Hic est, de quo ego dixi : Post me venit vir, qui ante me factus est : quoniam ante me
31. erat. Et ego ignorabam eum, sed ut manifestaretur Istraheli, propter hoc ego veni in aqua baptizans.
32. Et testificatus est Johannes, dicens : Quoniam vidi Spiritum sicut columbam descendentem de caelo, et manentem super eum.
33. Et ego ignorabam eum : sed qui misit me baptizare in aqua, ipse mihi dixit : Super quem videris Spiritum Domini descendentem, et manentem in eum, ipse est, qui baptizat in Spiritu sancto.
34. Et ego vidi : et testimonium perhi-

CODEX BRIXIANUS.

mus his qui miserunt nos. quid dicis de te ipso. Respondit. Ego vox clamantis in deserto. parate viam Domini. sicut dixit Esaias profeta. Et qui missi fuerant erant ex Pharisaeis. Et interrogaverunt eum et dixerunt ei. Quid ergo baptizas. si tu non es Christus. neque Helias. neque Propheta. respondit eis Johannes dicens. ego baptizo in aqua. medius autem vestrum stat. quem vos nescitis. ipse est qui post me venit. qui ante me factus est. cujus ego non sum dignus solvere corrigiam calciamenti ejus. haec in Bethania facta sunt trans Jordanem. ubi erat Johannes baptizans. altera die vidit Johannes. Jesum venientem ad se et ait Ecce agnus Dei qui tollit peccatum mundi. Hic est de quo ego dixi. Post me venit vir. qui ante me factus est. quia prior me erat. Et ego nesciebam eum. sed ut manifestaretur Israheli. propterea veni ego in aqua baptizans. Et testimonium perhibuit Johannes dicens. Quia vidi Spiritum descendentem. quasi columbam de caelo. et mansit super eum. Et ego nesciebam eum. sed qui misit me baptizare in aqua ipse mihi dixit. Super quem videris Spiritum descendentem. et manentem. super eum. hic est qui baptizat in Spiritu sancto. Et ego vidi. et testimonium perhi-

CODEX CORBEIENSIS.

26. medius [6] vestrum stat. †

31. ut manifestetur [7] plebi Israhel. †

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* et *Mm.* Et qui venerant ex Pharisaeis interrogaverunt. *Vulgata.* Et qui missi fuerant, erant ex Pharisaeis. Et interrogaverunt.

[2] *Gat.* Baptize vos in. *Vulg.* Baptizo in.

[3] *Gat.* dignus solvere corrigiam calceamentorum ejus. *Mm.* dignus ut solvere corrigiam calciamenti ejus. *Vulg.* dignus ut solvam ejus corrigiam calciamenti.

[4] *Gat.* qui prior. *Vulg.* quia prior.

[5] *Gat. et Mm.* ut manifestaretur Israel. *Vulg.* ut manifestetur in Israel.

[6] *Gat.* autem vestrum fiat.

[7] *Gat. et Mm.* Israel.

CODEX VERCELLENSIS.

bui quoniam hic est electus Filius Dei.
35. Altera die iterum stabat Johannes, et ex discipulis
36. ejus duo. Et respiciens Jesum ambulantem, ait : Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.
37. Et audierunt ex discipulis ejus duo loquentem illum, et secuti sunt Jesum.
38. Conversus autem Jesus, et [1] videns eos sequentes se, ait illis : Quid quaeritis? Ad illi dixerunt ei : Rabbi, (quod dicitur interpraetatum Magister) ubi manes?
39. Dicit eis : Venite, et videte. Venerunt ergo, et viderunt ubi habitaret, et aput ipsum manserunt illa die : hora autem erat fere decima.
40. Erat autem Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant ab Johanne, et secuti erant illum.
41. Invenit [2] hic primum fratrem suum Simonem, et ait illi : Invenimus Messiam, (quod est interpretatum Christus.)
42. Et duxit illum ad Jesum. Et respiciens eum Jesus, dixit : Tu Simon [3] filius Johannes : tu vocaveris Cephas quod est interpraetatum Petrus.
43. Altera die voluit exire in Galilaeam, et invenit Philippum. Et ait illi Jesus : Sequere me.
44. Erat autem Philippus a Bedsaida, de civitate Andraee, et Pe-
45. tri. Invenit Philippus Nathanael, et dicit illi : Quem scripsit Moyses in lege, [4] et Prophetae, invenimus Jesum filium Joseph a Nazaret.
46. Ait illi Nathanael : A Nazaret potest aliquid boni esse? Dixit illi

CODEX VERONENSIS.

bui quoniam ipse est Dei Filius electus.
35. Postera autem die iterum stabat Johannes, et duo discipuli ejus.
36. Et intuens Jesum ambulantem, dixit : Ecce agnus Dei.
37. Audierunt autem duo discipuli ejus loquentem, et secuti sunt Jesum.
38. Conversus autem Jesus, vidit eos sequentes se, et dixit eis : Quid quaeritis? Qui dixerunt ei : Rabbi, (quod interpraetatur Magister) ubi manis?
39. Ait illis : Venite, et videte, Venerunt autem, et viderunt ubi maneret, et aput eum manserunt illa die : erat enim hora circiter decima.
40. Erat Andreas frater Simonis Petri unus ex duobus, qui audierant ab Johanne, et secuti sunt eum.
41. Invenit autem mane fratrem Simonem, et dixit illi : Invenimus Messiam, quod est interpraetatum Christus.
42. Adduxit ergo eum ad Jesum. Intuens autem eum Jesus, dixit : Tu es Simon filius Johannis : tu vocaris Cephas quod interpraetatur Petrus.
43. Postera autem die voluit proficisci in Galilaeam, et invenit Philippum. Et dicit illi Jesus : Sequere
44. me. Erat autem Filippus a Bedsaida, ex civitate Andreae, et
45. Petri. Invenit autem Filippus Natahel, et dicit illi : Quem scribsit Moyses in lege, et Prophetae, invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth.
46. Dixit illi Natanael : A Nazareth potest aliquid boni esse? Ait illi Fi-

CODEX BRIXIANUS.

bui quia hic est Filius Dei. Altera autem die. iterum stabat Johannes. et ex discipulis ejus duo. Et respiciens Jesum ambulantem dixit. Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem. et secuti sunt Jesum. Conversus autem Jesus. et videns eos sequentes se dicit eis. Quid quaeritis. Qui dixerunt ei Rabbi quod dicitur interpraetatum Magister ubi habitas. Dicit eis. Venite et videte. Venerunt et viderunt ubi maneret. et aput eum manserunt die illo. hora enim erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simonis Petri. unus ex duobus. qui audierant ab Johanne. et secuti fuerant eum. Invenit hic primum fratrem suum Simonem et dixit ei. Invenimus Messiam quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Jesum. Intuitus autem eum Jesus dixit. Tu es Simon filius Johannis. tu vocaveris Cephas. quod interpretatur Petrus. Sequenti autem die voluit proficisci in Galileam et invenit Filippum. Et dixit ei Jesus. Sequere me. Erat autem Filippus a Bethsaida civitate. Andrae et Petri. Invenit Filippus Nathanael. et dicit ei. Quem scribsit Moyses in lege et Prophetae invenimus Jesum filium Joseph a Nazareth. Et dixit ei Nathanael. A Nazareth. potest aliquid boni esse. Dicit ei

CODEX CORBEIENSIS.

34. quia hic est electus Dei.
36. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi.
43. proficiscens invenit.
45. Joseph qui est a Nazareth.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* videns eos sequentes, dicit. *Vulg.* videns eos sequentes se, dicit.

[2] *Mm.* hic fratrem... Messiam, qui dicitur Christus. *Vulg.* hic primum fratrem... Messiam (quod est interpretatum Christus).

[3] *Gat.* filius Johna. *Mm.* filius Johannis. *Vulg.* filius Jona.

[4] *Gat.* et Prophetiis. *Mm.* et Prophetis. *Vulg.* et Prophetae.

CODEX VERCELLENSIS.

Philippus : Veni, et vide.
47. Videns autem Jesus Nathanael venientem ad se, dixit de Nathanaele :
[1] Ecce vere Istrahelita, in quo dolus
48. non est . . t ait illi Nathanael : Unde me nosti ?
Respondit Jesus, et dixit illi :
Priusquam te Philippus vocaret, cum esses sub ficus arbore, vidi
49. te. Respondit illi Nathanael, et dixit :
Rhabbi, tu es Filius Dei, tu es Rex Istrahel.
50. Respondens Jesus, dixit illi :
Quoniam dixi tibi : Quia vidi te cum esses sub ficus arbore, credes : majora horum vi-
51. debis. Et ait illis : Amen, amen dico vobis, videbitis caelum apertum, et Angelos Dei ascendentes, et [2] descendentes supra Filium

CAPUT II.

1. hominis. Et die tertia nuptiae fiebant [3] in Cana Galileae : et erat ibi mater Jesu invita-
2. ta. Vocatus autem erat et Jesus, et discipuli ejus ad nuptias.
3. Et vinum non habebant, quoniam consummatum erat vinum nuptiarum.
Deinde dicit mater ad Jesum : Vinum non habent.
4. Ait illi Jesus : Quid mihi, et tibi est mulier ? nondum venit hora mea.
5. Dicit mater ejus ministris : Quodcumque vobis dixerit, facite.
6. Erant autem ibi hydriae lapideae sex secundum purificationem Judaeorum, capientes metretas binas vel ter-
7. nas. Dicit illis Jesus : Implete hydrias aqua.
Et impleberunt eas usque ad summum.
8. Ait eis Jesus : Haurite, et ferte architriclino. Ad illi aurierunt, et ad-

CODEX VERONENSIS.

lippus : Veni, et vide.
47. Videns autem Jesus Natanael venientem ad se, et dixit de eo : Ecce vere Istrahelita, in quo dolus non est.
48. Ait illi Natanael : Unde me nosti ?
Respondit Jesus, et dixit ei :
Antequam te Filippus vocaret, cum esses sub arbore ficulnea, novi te.
49. Respondit ei Natael : Rabbi, tu es Filius Dei, tu es rex Istrahel.
50. Respondit Jesus, et dixit ei : Quoniam dixi tibi : Eo quod viderim te sub arbore ficulnea, credis : majora horum
51. videbis. Et dixi ei.
Amen, amen dico vobis, videbitis caelum apertum, et Angelos Dei ascendentes, et descendentes ad Filium hominis.

CAPUT II.

1. Et tertia die nuptiae factae sunt in Cana Galilaeae : et erat ibi mater
2. Jesu. Invitatus est autem et Jesus cum discipulis suis ad nuptias.
3. Et vinum non habebant, quoniam finitum erat vinum nuptiarum.
Et dicit mater Jesu ad ipsum : Vinum non habent.
4. Et dixit ei Jesus : Quid mihi, et tibi est mulier ? nondum venit hora mea.
5. Dicit mater ejus ministris : Quodcumque vobis dixerit, facite.
6. Erant autem ibi positae hidriae lapideae secundum purificationem Judaeorum, capientes binas vel ternas.
7. Ait illis Jesus : Implete hydrias aquam.
Et impleberunt eas usque susum.
8. Ait illis Jesus : Aurite nunc, et ferte arcitriclinio.
Et attule-

CODEX BRIXIANUS.

Philippus Veni et vide. Vidit Jesus Nathanael. venientem ad se. et dixit de eo. Ecce vere Istrahelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael Unde me nosti. Respondit Jesus. et dixit ei. Prius quam te Philippus vocaret. cum esses sub ficulnea. vidi te. Respondit ei Nathanael et dixit Rabbi. tu es Filius Dei. tu es rex Israhel. Respondit Jesus. et dixit ei Quoniam dixi tibi. Vidi te sub ficulnea. credis. majora horum videbis. Et dicit ei. Amen. amen. dico vobis. ebitis vid caelum apertum et Angelos Dei ascendentes et descendentes supra Filium hominis. Et die tertia nuptiae factae sunt in Chana Galileae. et erat mater Jesu ibi. Vocatus autem erat Jesus. et discipuli ejus ad nuptias. Et deficiente vino. Dicit mater Jesu ad eum Vinum non habent Et dicit ei Jesus. Quid mihi et tibi mulier. nondum venit hora mea. Dixit autem mater ejus ministris. Quodcumque dixerit vobis facite. Erant autem ibi positae ydriae lapideae sex secundum purificationem Judaeorum. capientes singulae metretas binas vel ternas. Dixit eis Jesus. Implete ydrias aquam Et impleverunt eas. usque ad summum. Et dixit eis Jesus Aurite nunc. et ferte architriclino. Et ad-

CODEX CORBEIENSIS.

48. sub arbore ficus, vidi te.
50. sub arbore ficus.
Cap. II. —1. ibi invitata.
3. et vinum non habebant, quoniam consummatum est vinum nuptiarum.
7. Et vocatis Jesus ministris, dixit eis : Implete, etc.
8. Et fecerunt sicut dixit illis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* Ecce vir Israelita. *Vulg.* Ecce vere Israelita.
[2] *Cat. et Mm.* discendentes ad Filium hominis. *Vulg.* descendentes supra Filium hominis.
[3] *Gat.* in Chanaan. *Vulg.* in Cana.

CODEX VERCELLENSIS.

9. tulerunt. Cum autem gustasset architriclinus aqua vinum factum, et nesciebat unde factum esset, ministri autem sciebant, qui hauserant aquam, et videntes factum, mirabantur : vocat sponsum architri-
10. clinus, et ait illi : Omnis homo bonum vinum prius ponit : et cum inebriati fuerint homines, id, quod deterius : Tu autem servasti bonum vinum usque modo.
11. Hoc fecit [1] initium signorum Jesus in Cana Galileae : et manifestavit gloriam suam, et crediderunt in illum discipuli ejus.
12. Post hoc descendit Capharnaum ipse, et mater ejus, et fratres : et ibi manserunt (*b*) non multos dies †.
13. Et prope erat Pascha Judaeorum, et ascendit, et Hierosoly-
14. mis Jesus : et invenit in templo vendentes oves, et boves, et columbas, et nummularios se-
15. dentes. Et fecit tamquam flagellum de restibus, et omnes ejecit de templo, oves, et boves, et columbas, et nummulariorum effudit (*c*) pecuniam †, et mensas eorum e-
16. vertit. Et vendentibus columbas, dixit : Tollite haec istinc, et nolite facere domum patris mei, domum negotiatio-
17. nis. Tunc rememorati sunt discipuli ejus quod scriptum sit : Zelus domus tuae comedit me.
18. Responderunt ergo Judaei, et dixerunt ei : Quod signum ostendis nobis quia haec facis?
19. Respondit Jesus, et dixit illis : Solvite hoc templum, et in triduo re- (*d*) suscitabo il-

CODEX VERONENSIS.

runt.
9. Ad ubi gustavit arcitriclinius aquam vinum factum, et nesciebat unde esset, ministri autem sciebant, qui autem aurierant aquam, et videntes factum, mirabantur : vocavit autem sponsum arcitriclinius, et dixit ei :
10. Omnis homo in primis bonum binum ponit : et cum inebriati fuerint, tunc infimiorem : Tu autem serbasti bonum vinum usque modo.
11. Hoc primum signum fecit Jesus in Cana Galilaeae : et manifestavit honorem suum, et crediderunt in eum discipuli sui.
12. Post haec discendit (*a*) in † Cafarnaum ipse, et mater ejus, et fratres ejus : et ibi mansit (*b*) non multos dies †.
13. Et in proximo erat Pascha Judaeorum,
14. et ascendit Jesus in Hierosolymis : et invenit in templo vendentes boves, et oves, et columbas, et nummularios sedentes.
15. Et fecit quasi flagellum de restibus, et omnes ejecit de templo, oves quoque, et boves, et nummulariorum effudit (*c*) nummos †, et mensas eorum
16. evertit. Et dixit vendentibus columbas : Tollite ista hinc, et nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.
17. Rememoratus est autem discipulus ejus quoniam scriptum est : Zelus domus tuae comedit me.
18. Responderunt ei Judaei, et dixerunt : Quod signum ostendis nobis quod haec facis?
19. Respondit Jesus, et dixit eis : Solvite hoc templum, et in triduo illud

CODEX BRIXIANUS.

tulerunt. Ut autem gustavit architriclinus. aquam vinum factum. et non sciebat unde esset. ministri autem sciebant qui auriebant aquam. tunc vocavit sponsum. architriclinus et dicit ei. Omnis homo primum bonum vinum ponit. et cum inebriati fuerint homines. tunc id quod deterius est. Tu autem. servasti bonum vinum usque adhuc. Hoc primum fecit initium signorum Jesus. in Chanan Galileae. et manifestavit gloriam suam. et crediderunt in eum discipuli ejus. Post haec abiit (*a*) in † Capharnaum Jesus. et mater ejus. et fratres ejus. et discipuli ejus. et ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Judaeorum. et ascendit Jerosolyma Jesus. et invenit in templo vendentes oves et boves. et columbas. et nummularios sedentes. Et faciens quasi flagellum de funiculis. omnes eicit de templo. obes quoque et boves. et nummulariorum effudit. aes. et mensas subvertit. Et his qui columbas vendebant. dixit Auferte ista hinc. nolite facere domum patris mei. domum negotiationis. Et recordati sunt discipuli ejus. quia scriptum est. Zelus domus tuae comedit me. Tunc. responderunt ei Judaei et dixerunt. Quot signum ostendis nobis. quia haec facis. Respondit Jesus et dixit eis. Destruite hoc templum. et in tribus diebus. excitabo il-

CODEX CORBEIENSIS.

10. cum inebriati fuerint, id, quod deterius.
12. *Omittit*, et discipuli ejus.
15. Et fecit quasi flagellum de reste.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* primum signorum. *Vulg.* initium signorum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *in*, etiam tex. Gr. εἰς. — (*b*) Ita et tex. Gr. οὐ πολλὰς ἡμέρας. — (*c*) Ita versio Aeth. et Origenes, τὰ κέρματα. — (*d*) S. Ambrosius libro *de Institutione Virginis*, capite 12, pag. 266, legit, ut Vercell. : *Solvite templum, et in triduo resuscitabo illud.* Et ita libro III *de Fide*, cap. 2, pag. 499, nec non Epistol. clas. 2, pag. 1098. Vide etiam S. Augustinum *de Civitate Dei*, lib. XVI, cap. 41.

CODEX VERCELLENSIS.

20. Iud. Dixerunt autem Judaei : XLVI. annis aedificatum est hoc templum, et tu tribus diebus resuscitabis
21. illud ? Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22. Postquam surrexit ergo a mortuis, rememorati sunt discipuli ejus, quod hoc dixit, et crediderunt scripturae, et verbo, quod dixit Jesus.
23. Cum autem esset Jesus Hierosolymis per Pascha in die festo, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa, quae
24. faciebat. Ipse autem Jesus non credebat se illis, eo quod nosset omnes,
25. et quia non desideraret [1] ut aliquis testimonium diceret de homine : ipse enim sciebat quid esset in homi-

CAPUT III.

1. ne. Erat autem homo de Pharisaeis, cui nomen Nicodemus, Princeps Ju-
2. daeorum. Hic venit ad Jesum nocte, et ait illi : Rabbi, scimus, quod a Deo venisti Magister, nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi Deus sit cum illo.
3. Respondit Jesus, et dixit illi : Amen, amen dico tibi, [2] nisi quis renatus fuerit denuo, n. . potest videre regnum Dei.
4. Dicit ad eum Nicode. . . . Quomodo potest homo renasci, cum sit senex? numquid potest homo, ut nos, [3] in utero matris suae iterum introire, et renasci?
5. Respondit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit de aqua, et de Spiritu sancto, non potest in . . . . . trare in regnum

CODEX VERONENSIS.

suscitabo.
20. Dixerunt ergo Judaei : XL et VI. annis aedificatum est hoc templum, et tu in triduo resuscitas illud?
21. Ille autem dicebat de templo corporis sui.
22. Cum ergo resurrexit a mortuis, rememorati sunt discipuli ejus, quoniam hoc dicebat, et crediderunt scripturae, et verbo, quod dixerat Jesus.
23. Cum autem esset (a) in † Hierosolymis in diem festum Paschae, multi crediderunt in nomine ejus, videntes signa, quae faciebat.
24. Ipse autem Jesus non credidit se eis, eo quod sciret omnes,
25. et quia non necesse habuit ut aliquis testimonium perhiberet de eo : ipse enim noverat quid esset in homine.

CAPUT III.

1. Erat autem homo ex Pharisaeis, nomine Nicodemus, Princeps Judaeorum.
2. Hic venit ad eum nocte, et dixit ei : Rabbi, scimus, quia a Deo venisti Magister, nemo enim potest haec signa facere, quae tu facis, nisi fuerit Deus cum eo.
3. Respondit Jesus, et dixit illi : Amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuo, non potest regnum Dei videre,
4. Dicit ad eum Nicodemus : Quomodo potest homo nasci, cum sit senex ? numquid potest in utero matris suae denuo introire, et renasci?
5. Respondit Jesus : Amen, amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit et aqua, et Spiritu, non potest renasci in regnum Dei.

CODEX BRIXIANUS.

Iud. Dixerunt ergo Judaei. Quadraginta et sex annis. aedificatum est templum hoc et tu in tribus diebus excitavis illud. Ille autem dicebat. de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis. recordati sunt discipuli ejus. quia hoc dixerat et crediderunt scribturae. et sermoni. quem dixit Jesus. Cum autem esset Hierosolymis. in die festo multi crediderunt in nomine ejus. videntes signa quae faciebat. Ipse autem non credebat semetipsum eis. eo quod ipse nosset omnes. et quia non erat ei opus. ut quis testimonium perhiberet de homine. ipse enim sciebat quid esset in homine. Erat autem homo ex Pharisaeis. Nicodemus nomine. Princeps Judaeorum Hic venit ad Jesum nocte et dixit ei. Rabbi scimus quia a Deo venisti Magister. nemo enim potest haec signa facere. quae tu facis. nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Jesus. et dixit ei. Amen amen dico tibi. nisi quis natus fuerit denuo. non potest videre regnum Dei. Dicit autem ei Nicodemus. Quomodo potest homo denuo nasci cum sit senex. numquid potest iterum in utero matris suae introire et nasci. Respondit Jesus. et dixit. Amen amen dico tibi. nisi quis natus fuerit ex aqua et Spiritu. non potest introire in regnum

CODEX CORBEIENSIS.

. . . . . .

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* ut qui testimonium. *Mm.* ut testimonium. *Vulg.* ut quis testimonium.
[2] *Gat.* nisi qui natus fuerit. *Mm,* nisi renatus fuerit. *Vulg.* nisi quis renatus fuerit.
[3] *Gat.* in utero matris... et renasci. *Mm.* in utero matris et nasci. *Vulg.* in ventrem matris... et renasci.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Addit *in*, cum tex. Gr. ἐν.

CODEX VERCELLENSIS.

6. Dei. [1] Quod natum est de carne, ca . . o est, quia de carne natum est : et quod natum est de (*a*) spiritu †, spiritus est, quia Deus spiritus est, et ex Deo 7. natus est. Noli mirari quia dixi tibi ; oportet vos renas- 8. ci. Spiritus ubi vult spirat : et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut ubi vadat : sic est omnis, qui [2] renascitur de aqua, 9. et Spiritu. Respondens Nicodemus, et dixit ei : Quomodo possunt haec 10. fieri ? Respondit Jesus, et dixit : Et tu es doctor in Istrahel, et haec ignoras ? 11. Amen, amen dico tibi, quia quae scimus loquimur, et quod [3] vidimus testamur, testimonium nostrum non 12. accipitis. Si terrestria vobis dixi, et non creditis : quomodo, si dixero caelestia, credetis? Quomodo si dixe- 13. ro : Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo descendit, Filius hominis, qui est in 14. caelis. Quemadmodum enim Moyses exaltavit serpentem [4] in deserto ; sic oportet exaltari Filium 15. hominis : ut omnis, qui credit in eum, habeat vitam aeter- 16. nam. Sic enim dilexit Deus [5] hunc mundum, ut Filium suum unicum daret : ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 17. Non enim misit Deus Filium suum [6] in mundo, ut judicet mundum, sed ut salvetur mundum per ipsum. 18. Ideo qui credit in eum, [7] non judicatur : qui autem non credit, jam judica-

CODEX VERONENSIS.

6. Quod natum est de carne, caro est, quoniam de carne natum est : et quod natum est de (*a*) spiritu †, 7. spiritus est. Ne mireris quod dixerim tibi : Oportet vos renasci denuo, 8. Spiritus ubi vult spirat : et vocem ejus audis, sed nescis unde veniat, aut quo eat : sic est et omnis, qui natus est ex aqua, et Spiritu. 9. Respondit Nicodemus, dicit ei : Et quomodo possunt haec fieri ? 10. Respondit Jesus, et dixit ei : Tu es magister (*b*) Istrahel †, et haec ignoras ? 11. Amen, amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, et quod vidimus testamur, et testimonium nostrum non recipitis. 12. Si terrestria dixi vobis, et non creditis : quomodo, si dixero vobis caelestia credetis ? 13. Nemo ascendit in caelum, nisi qui de caelo discendit, Filius hominis, qui est in 14. caelo. Et sicut Moyses exaltavit serpentem in solitudinem ; sic exaltari oportet Fi- 15. lium hominis : ut omnes, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 16. Sic enim dilexit Deus mundum, ita ut Filium suum unicum daret : ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam aeternam. 17. Nec enim misit Deus Filium suum in hunc mundum, ut judicet mundum, sed ut salvus fiat mundus per eum. 18. Qui credit in eum, non (*c*) judicabitur † : qui vero non credit, jam judicatus est :

CODEX BRIXIANUS.

Dei. Quod natum est ex carne. caro est. et quod natum est ex (*a*) spiritu †. spiritus est. Non mireris quia dixi tibi. oportet vos denuo nasci. Spiritus ubi vult spirat. et vocem ejus audis. sed non scis unde veniat. aut quo vadat sic est omnis qui natus est ex Spiritu. Respondit Nicodemus. et dixit ei. Quomodo possunt haec fieri. Respondit Jesus et dixit ei. Tu es magister (*b*) Israhel † et haec ignoras. Amen amen dico tibi. quia quod scimus loquimur et quod vidimus testificamur. et testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis. et non creditis quomodo si dixero vobis caelestia credetis. Nemo ascendit in caelum. nisi qui de caelo descendit Filius hominis qui est in caelo. Et sicut Moyses exaltavit serpentem. in deserto. ita exaltari oportet Filium hominis. ut omnis qui credit in eum habeat vitam aeternam. Sic enim dilexit Deus mundum. ut Filium suum unigenitum daret. ut omnis qui credit in eum non pereat. sed habeat vitam aeternam Non enim misit Deus Filium suum in hunc mundum ut judicet mundum. sed ut salvetur mundus per ipsum. Qui credit in eum non judicatur. qui autem non credit jam judica-

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. III. — 6. Quod natum est de carne, caro est, quia de carne natum est : et quod natum est de spiritu, spiritus est, quia Deus spiritus est. 8. sic est omnis qui natus est ex aqua, et Spiritu. 16. ut Filium suum [8] unigenitum mitteret. † 18. qui non credit in ipsum, jam judicatus est.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* Quod autem ex spiritu. *Vulg.* et quod natum est ex spiritu.

[2] *Mm.* natus est aqua, Spiritu sancto. *Vulg.* natus est ex spiritu.

[3] *Mm.* videmus testificemur. *Vulg.* vidimus testamur.

[4] *Mm.* in solitudine. *Vulg.* in deserto.

[5] *Gat. et Mm.* hunc mundum... et omnis. *Vulg.* mundum... ut omnis.

[6] *Gat.* in hunc mundum, ut judicaret. *Mm.* in hunc mundum. *Vulg.* in mundum. ut judicet.

[7] *Mm.* non judicabitur. *Vulg.* non judicatur.

[8] *Gat. et Mm.* unicum daret pro saeculo.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *Spiritu*, deest *sancto*, etiam in tex. Gr.—(*b*) Ita et tex. Gr. τοῦ Ἰσραήλ. — (*c*) Ita et cod. Cant. Lat.

CODEX VERCELLENSIS.

tus est : quia
non credi-
dit in nomi-
ne unici Fi-
19. lii Dei. Hoc est
autem judi-
cium : quia
lux venit in
hoc mundo,
et dilexerunt
homines po-
tius tenebras,
quam lucem :
erant enim
opera illorum
mala.
20. Omnis, qui pra-
va agit, odit
lucem, et non
venit in lu-
cem, ut non
arguantur
operae ejus :
21. nam qui fa-
cit veritatem,
venit in lu-
cem, ut ma-
nifestetur
opus ejus, quo-
niam
in Deo est fac-
22.tum. Post haec
exiit Jesus, et
discipuli ejus
in Judaeam[]
terram : et ibi
morabatur
cum illis, et
baptizabat.
23. Erat autem
Johannes
baptizans [1] in
Aeno, prope Sa-
lim : quoniam
aquae ibi mul-
tae erant, et
veniebant, et
baptizabantur.
24. Nondum enim
missus fuerat
in carcerem
Johannes.
25. Facta est ergo
quaestio in-
ter Judaeos,
et discipulos
Johannis de
Purif. . . . .
26. Et venerunt
ad Johannem,
et dixerunt
ei : Rabbi, qui
erat tecum
trans Jorda-
nen, cui testi-
monium red-
didisti, ecce
hic baptizat,
et omnes ve-
niunt ad illum.
27. Respondit Jo-
hannes, et di-
xit : Non potest
homo accipe-
re quicquam,
nisi illi datum
fuerit de cae-
28. lo. Ipsi vos tes-
timonium
mihi perhi-
betis, quia di-
. . . . vo. . . . Non
sum Christus : sed
quia missus
sum ante il-
29. lum. Qui ha-
bet sponsam,
sponsus est :
amicus autem
sponsi stans,
et audiens il-
lum, gaudio
gaudet prop-
ter vocem
sponsi. Hoc er-
go gaudium
meum imple-
30. tum est. Illum
oportet
crescere, me
autem minui.
31. Qui de susum

CODEX VERONENSIS.

quoniam non
credidit in
nomine uni-
geniti Fili
Dei.
19. Hoc est autem
judicium : quo-
niam lux venit
in hoc mundo,
et dilexerunt
homines potius
tenebras, quam
lumen : erant
enim malae
operae eorum.
20. Omnis enim,
qui male
agit, odit
lumen, et non
venit ad lu-
men, ne ar-
guantur operae
ejus :
21. qui autem
facit verita-
tem, venit
ad lumen,
ut manifesten-
tur operae
ejus, quo-
niam in Deo
sunt operatae.
22. Post haec profe-
ctus est Jesus, et
discipuli ejus
in Judaeam
terram : et ibi
morabatur
cum eis.
23. Erat autem
Johannes ba-
ptizans in
Aeno, juxta
Salin : quoniam
aquae multae
erant ibi, et
veniebant, et
baptizabantur.
24. Nondum enim
erat Johannis
coactus in
carcerem.
25. Facta est au-
tem quæstio
ex discipulis
Johannis cum
Judaeis de
Purificatione.
26. Et venerunt ad
Johannem, et
dixerunt ei :
Rabbi, qui
erat tecum
trans Jorda-
nen, cui tu
testimonium
perhibuisti,
ecce hic
baptizat, et
omnes veniunt
ad eum.
27. Respondit Jo-
hannis, dicens :
Non potest ho-
mo accipere
quicquam, nisi
illi datum fue-
rit desuper.
28. Ipsi vos testi-
monium mihi
perhibetis, quo-
niam dixi : Non
sum ego Chri-
stus : sed quia
praemissus sum
ante eum.
29. Qui habet
sponsam, spon-
sus est : ami-
cus autem
sponsi, qui
stat, et audit
eum, gaudio
gaudit propter
vocem ejus.
Hoc ergo
gaudium meum
comple-
30. tum est. Illum
oportet crescere,
me autem minorari.
31. Qui de susum

CODEX BRIXIANUS.

tus est. quia non credit in nomine unigeniti Fili Dei. Hoc est autem judicium. quia lux venit in hunc mundum. et dilexerunt homines. magis tenebras quam lucem. erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucem. et non venit ad lucem. ut non arguantur opera ejus. qui autem facit veritatem venit ad lucem. ut manifestentur opera ejus. quia in Deo sunt facta . . Post haec. venit Jesus et discipuli ejus. in Judæam terram, et illic cum eis demorabatur. et baptizabat. Erat autem et Johannes baptizans in Deserto. juxta Salim. quia aquae multae erant illic. et adveniebant. et baptizabantur. Nondum enim missus fuerat in carcerem Johannes.. Facta est ergo questio. inter discipulos Johannis. et Judaeos de Purificatione. Et venerunt ad Johannem et dixerunt ei. Rabbi. qui erat tecum trans Jordanen. cui tu testimonium perhibuisti. ecce hic baptizat et omnes veniunt ad eum Respondit Johannes et dixit. Non potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datum de caelo. Ipsi vos mihi testimonium perhibetis quod dixerim Quia non sum ego Christus. sed quia missus sum ante illum.. Qui habet sponsam sponsus est. amicus autem sponsi. qui stat. et audit eum. gaudio gaudet propter vocem sponsi. Hoc ergo gaudium meum impletum est. Illum oportet crescere. me autem minui. Qui desursum

CODEX CORBEIENSIS.

19. Hoc est autem judicium Dei : quia lux venit in hunc mundum.
20. qui mala agit.

23 et [2] adveniebant ei, †, et baptizabantur ab eo.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* in AEnon... *Mm.* in AEnon juxta Salim trans Jordanem. *Vulg.* in Ennon juxta Salim.

[2] *Gat.* adveniebant multi. *Mm.* adventebant.

CODEX VERCELLENSIS.

venit, [1] supra
omnes est.
Qui autem
supra ter . . . .
est, de terra est,
et de terra lo-
32. quitur. Qui
de caelo (*a*) ve-
nit, † quod vi-
dit, et quod
audivit, (*b*) tes-
tificatur, † et
testimonium
ejus nemo
33. accipit. Qui ac-
cepit testimo-
nium ejus,
signavit quia
Deus verax est.
34. Quem enim
misit Deus,
verba Dei lo-
quitur : non
enim ad men-
suram dat
35. Deus spiritum. Pater
diligit Filium :
. . . . . nia de-
dit [2] in manu
36. ejus. Qui cre-
dit in Filium,
habet vitam
aeternam : qui
in dicto obau-
diens est Filio,
non videvit
vitam, sed ira
Dei manet su-
per illum.

CAPUT IV.

1. Jesus ergo ut cog-
novit quia
audierunt
Pharisaei, quod
Jesus plures dis-
cipulos [3] habe-
ret, et bapti-
zat, magis quam
2. Johannes, (quam-
quam [4] Jesus (*c*) ip-
se † non bapti-
zabat, sed dis-
3. . . pu . . ejus), re-
liquid (*d*) [5] terram †
Judeam, et abi-
it iterum in
Galileam.
4. Oportebat au-
tem illum [6] tran-
sire per Sama-
5. riam. Venit
ergo in civi-
tatem Sama-
riæ, quæ dici-
tur Sychar, jux-
ta agrum, quem
dedit Jacob
filio suo Joseph.
6. Erat autem
ibi fons Jacob.
Jesus ergo fati-
gatus ex itine-
re, [7] sedebat su-
pra fontem.
Hora erat fe-
7. re sexta. Et ve-
nit mulier Sa-
maritana hau-
rire aquam.
Ait illi Jesus : Da mihi
8. bibere. (Disci-
puli enim ejus
habierunt in
civitatem ut
emerent es-
9. cas.) Dicit ergo
illi (*e*) mulier † Sa-
maritana : Tu,
cum Judaeus

CODEX VERONENSIS.

venit, super om-
nes est. Qui vero
ex terra est, de
terra est, et de
terra loquitur.
32. Qui autem de
caelo (*a*) venit †,
quod vidit, et
audivit, (*b*) te-
statur †, et
testimonium
illius nemo accipit.
33. Qui autem
accipit testimo-
nium ejus,
signavit quo-
niam Deus
verax est.
34. Quem enim
misit Deus,
verba Dei
loquitur : non
enim ad men-
suram dat spiritum.
35. Pater diligit
Filium : et om-
nia dedit in
manus ejus.
36. Qui credit
in Filio, habet
vitam æternam :
qui autem
non credit Fi-
lio, non vi-
debit vitam
aeternam, sed
ira Dei in eo
permanebit.

CAPUT IV.

1. Cum ergo
cognovisset
Jesus audisse
Pharisaeos,
quod Jesus
plures discipulos
facit, quam
Johannes, et
2. baptizat, (quam-
quam Jesus (*c*)
ipse † non ba-
ptizaret, sed
discipuli ejus),
3. reliquid igitur
Judaeam (*d*) ter-
ram †, et profe-
ctus est iterum
in Galilaeam.
4. Oportebat au-
tem eum tran-
sire per Samariam.
5. Venit igitur
in civitatem
Samariae, quae
✠ dicitur Esychar ✠,
juxta praedium,
quod dedit
Jacob Joseph
6. filio suo. Erat
autem fons Jacob.
Jesus igitur
fatigatus ab iti-
nere, sedebat
super fontem.
Hora autem
erat circiter sexta.
7. Et venit quae-
dam mulier a
Samaria haurire
aquam.
8. Dicit ei Jesus :
Da mihi bibere.
Discipuli enim
ejus abierant in
civitatem ut
cibos emerent.
9. Dicit ergo ei (*e*)
mulier † Samarita-
na : Tu, cum sis
Judaeus, quomo-

CODEX BRIXIANUS.

venit super omnes est Qui est de terra. de terra est et de terra loquitur. Qui autem de caelo venit super omnes est. et quod vidit et audivit. hoc testificatur. et testimonium ejus. nemo accipit. Qui enim accipit testimonium ejus. signavit quia Deus verax est. Quem enim misit Deus. verba Dei loquitur. non enim ad mensuram dat spiritum. . . Pater diligit Filium et omnia dedit in manu ejus. Qui credit in Filium habet vitam aeternam. qui autem non credit Filio non videbit vitam. sed ira Dei manet super eum. Ut ergo cognovit Dominus quia audierunt Pharisaei. quod Jesus plures discipulos facit. et baptizat plus quam Johannes. quamquam Jesus (*c*) ipse † non baptizaret. sed discipuli ejus. relinquid Judaeam et abiit iterum in Galilaeam. . Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit autem in civitatem Samariae. quae dicitur Sychar. juxta praedium quod dedit Jacob. Joseph filio suo. Erat autem ibi fons Jacob. Jesus ergo fatigatus. ex itinere. sedebat sic super puteum. Erat hora quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria. aurire aquam. Et dixit ei Jesus Da mihi bibere. Discipuli vero ejus. abierant in civitatem ut cibos emerent. Dicit ergo ei mulier illa Samaritana. Quomodo tu cum sis Judaeus.

CODEX CORBEIENSIS.

36. Qui autem non credit Filio.
Cap. IV. — 1. Jesus autem fatigatus ex itinere sedebat super puteum. *recent. manu*, sedebat super.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* super omnes, et de sursum loquitur. Nam qui de terra est, terra est, et ex terra loquitur. Qui de caelo venit, super omnes est, et quod vidit. *Mm.* supra omnes est, et de sursum loquitur. Nam qui de terra est, ex terra loquitur, et quod vidit. *Vulg.* Qui de sursum venit, super omnes est. Qui est de terra, de terra est, et de terra loquitur. Qui de caelo venit, super omnes est, et quod vidit.

[2] *Gat. et Mm.* in manus ejus. *Vulg.* in manu ejus.
[3] *Gat.* faceret, et baptizabat. *Vulg.* facit, et baptizat.
[4] *Gat. et Mm.* ips Jesus. *Vulg.* Jesus.
[5] *Gat. et Mm.* Judaeam terram, et. *Vulg.* Judaeam, et.
[6] *Mm.* ire per. *Vulg.* transire per.
[7] *Gat.* sedebat super. *Mm.* sedebat supra. *Vulg.* sedebat sic supra.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *venit*, deest *super omnes est*, et, etiam in cod. Cant. — (*b*) Ante *testatur*, deest *hoc* in cod. quoque Cant. — (*c*) Addit *ipse*, etiam tex. Gr. αὐτὸς. — (*d*) Ita et cod. Cant. γῆν. — (*e*) Post *mulier*, deest *illa*, etiam in text. Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

sis, quomodo
a me bibere
petis, [1] cum sim
Samaritana?
10. Respondit Jesus,
et dixit ei: Si
scires munus
Dei, et quis est,
qui dicit tibi:
Da mihi bibe-
re: tu peteres
ab eo, et dedis-
set tibi aquam
vivam.
11. Ait illi mulier:
Domine unde hau-
rias non ha-
bes, et puteus
altus est: (*a*) un-
de † habes a-
quam vivam?
12. Numquid tu
major es pa-
tri nostro Ja-
cob, qui [2] pute-
um nobis hunc
dedit, et ipse
ex eo bibit, et
filii ejus, et pe-
cora ejus?
13. Respondens
Jesus, dixit il . . .
Omnis, qui
[3] biberit ex
aqu . . . . . .
siti . . . . . -
tem biberit
de aqua, quam
ego dabo ei, non
sitiet . . . . . er-
14. n . . m: sed aq . . . ,
quam ego da-
bo . . . . . illi fons
aquae salien-
tis in vitam ae-
ternam.
15. . . t illi mulier:
Domine, da mihi
hanc aquam,
ut non sitiam,
neque veni-
sm hoc auri-
16. re. Dicit illi: Va-
. . . . . ca virum
. . . . . veni
17. . . . . on-
dit mulier, et
dixit illi: [4] Non
. . . . . um.
. . . . . ne di-
xis. . . . . d vi-
r . . . . . on ha-
18. . . . . uin . . ue
e . . im viros
habuis . . . . . .
[5] nunc, quem
habes, non est
tuus vir: hoc
verum dixi . .
19. ti . . . . t mu-
lier: D . . . . . e, vi-
deo . . uod
20. Profeta (*c*) es †. Pa-
tres nostri
in hoc mon-
te adorave-
runt, et vos
dicitis q . . .
(*d*) in † Hie . . oso-
lymis est . . . .
. . . . . .
opo . . . . . .
21. Dicit i . . . . . .
. . . . . .
de . . . . quo-
niam ve . . . .
hora, cum . . -
. . ue in hoc
m . . te, ne-
que in Hiero-
solymis adora-
bitis Patrem.
22. Vos adoratis
qu . . . . escitis:
nos ad . . ramus
quod . . . . . uoniam

CODEX VERONENSIS.

do a me bibere
petis, cum sim
mulier Samaritissa?
10. Respondit Jesus,
et dixit ei: Si
scires donum Dei,
et quis est, qui
dicit tibi: Da
mihi bibere: tu
magis petisses
eum, et dedisset
tibi aquam
vivam.
11. Dicit illi mulier:
Domine neque
hauritorium ha-
bes, et puteum
altum est: (*a*)
unde † habes
aquam vivam?
12. Numquid tu
major es patri
nostro Jacob,
qui dedit nobis
puteum, et ipse
ex eo vibit, et
filii ejus, et
pecora ejus?
13. Respondit Jesus,
et dixit ei: Omnis,
qui biberit
ex aqua hac,
sitiet iterum:
qui autem bi-
berit de aqua,
quam ego de-
dero ei, non
sitiet in sem-
piternum:
14. sed aquam, quam
ego dabo ei,
fiet in eo fons
aquae salientis
in vitam aeternam.
15. ✠ Dicit ei mu-
lier: Domine,
da mihi hanc
aquam, ut non
sitiam, neque
veniam istis
haurire hinc.
16. Dicit ei
Jesus:
Vade, voca
virum tuum,
et veni hoc.
17. Respondit
mulier,
et dixit ei: Non
habeo virum.
Ait ei Jesus:
Bene dixisti,
quia non (*b*) ha-
bes † virum:
18. quinque enim
viros habuisti,
et nunc, quem
habes, vir tuus
non est: hoc
vero dixisti.
19. Dicit illi mu-
lier: Domine,
video quia
Propheta (*c*) es †.
20. Patres nostri
in hoc monte
adoraverunt, et
vos dicitis, quia
(*d*) in † Hieroso-
lymis est locus,
ubi adorari
oportet.
21. Dicit illi
Jesus:
Crede mihi
mulier, quoniam
venit hora,
cum neque in
isto monte, ne-
que in Hieroso-
lymis adorabitis
Patrem.
22. Vos adoratis
quod nescitis:
nos adoramus
quod scimus, quo-

CODEX BRIXIANUS.

bibere a me poscis. quae sum mulier Samaritana. non enim coniuntur Judaei Samaritanis. Respondit Jesus. et dixit ei. Si scires donum Dei, et quis est. qui dicit tibi Da mihi bibere. tu forsitam petisses ab eo. et dedisset tibi aquam vivam Dicit ei mulier. Domine nec in quo aurias habes. et puteus altus est. unde ergo habes aquam vivam. Numquid tu. major es patre nostro Jacob. qui dedit nobis puteum hunc. et ipse ex eo bibit. et filii ejus. et pecora ejus. Respondit Jesus. et dixit ei. Omnis qui biberit ex aqua ista sitiet iterum, qui autem biberit, ex aqua quam ego dedero ei, non sitiet in aeternum, sed aqua quam ego dabo ei. fiet in eo. fons aquae salientis in vitam aeternam. Dicit ad eum mulier Domine da mihi hanc aquam, ut non sitiam, neque veniam huc aurire. Dicit ei Jesus. Vade voca virum tuum et veni huc Respondit mulier et dixit. Non habeo virum. Dicit ei Jesus. Bene dixisti, quoniam virum non habeo, quinque enim viros habuisti, et nunc quem habes, non est tuus vir. hoc vere dixisti. Dicit ei mulier. Domine video quia Propheta es tu. Patres nostri in monte hoc adoravérunt. et vos dicitis quia (*d*) in † Hierosolymis est locus. ubi adorare oportet. Dicit ei Jesus Mulier crede mihi. quia veniet hora, quando neque in monte hoc, neque in Hierosolymis adoravitis Patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos autem adoramus quod scimus, quia

CODEX CORBEIENSIS.

12. puteum hunc. †
13. ex hac aqua, quam ego dabo ei.
18. hoc verum dixisti.
21. [6] veniet hora †, neque in monte hoc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* cum sim mulier? *Vulg.* quae sum mulier?
[2] *Gat.* puteum istum. *Vulg.* puteum.
[3] *Gat. et Mm.* biberit ex. *Vulg.* bibit ex.
[4] *Gat. et Mm.* Non habes virum. *Vulg.* Non habeo virum.
[5] *Gat.* et nunc unum, quem habes. *Mm.* et hunc, quem habes. *Vulg.* et nunc, quem habes.
[6] *Et ita Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Desideratur *ergo*, post *unde*, in cod. quoque Cant.— (*b*) Ita etiam cod. Cant. Lat. et Gr. ἔχεις. — (*c*) Post *es*, deest *tu*, in cod. quoque Cant. — (*d*) Addit *in*, pariter ex. Gr. ἐν.

CODEX VERCELLENSIS.

scimus salus
ex Judaeis est.
23. Sed veniet ho·
ra, et nunc est,
. . um [1] veri ad . .
. . atores ado-
. · abunt Patrem
. . spiritu . . . .
. . . . . .
Pa . . . . . es
q . . . . . qui
ad . . . . . eum
24. in spiritu. Spiritus est
Deus : et qui ado-
rant illum,
in . piritu, et ve-
rita . . e . . . . .
re opo . . tet.
25. Dicit illi . . uli-
er: Scio quod
Messias ven-
turus est, (qui
dicitur Christus.)
dum venerit
ipse, adnuntia-
bit nobis om-
26. nia. Dicit illi
Jesus : Ego sum,
qui loquor te-
cum.
27. Et inte . . . . . .
ven . . runt
discipuli ejus :
et mirabantur
tur qu . . . . . .
muli . . . . .
queretur. Ne-
mo tamen
dixit (*a*) illi †: Quid
queris, aut
quid loque-
ris cum illa?
28. Reliquid ergo
hydriam su-
am mulier,
et abiit in ci-
vitatem, et
dixit (*b*) homini † :
29. Venite, vide-
te hominem,
qui mihi dixit
omnia quae
. . eci : numquid
. . . e est Christus
30. . . . . runt de ci-
vitatem, et
veniebant
31. . . . . m. Inter·
. . . . . gabant
. . . scipu-
li, dicentes :
Magister, man-
32. duca. Ait illis :
Ego escam ha-
beo mandu-
care, quam
vos nescitis.
33. Dicebant autem
discipuli illi-
us ad invicem :
Numquid ali-
quis adtulit
illi mandu-
34. care? Ait illis
Jesus :
Mea esca est
ut faciam vo-
luntatem e-
jus, qui me mi-
sit, ut perfici-
am opus ejus.
35. Nonne vos
dicitis, quod
adhuc quat-
tuor mensis
sunt, et mes-
sis venit? Ec-
ce dico vo . . . .
Elevate ocu-
los vestros,
et videte re-
giones, quo-
niam albae
(*d*) sunt † ad mes-
36. sem. Qui me-
tit, mercedem
accipit, et con-
geret fruc-

CODEX VERONENSIS.

niam salus ex
Judaea est.
23. Sed venit ho-
ra, et nunc
est, cum veri
adoratores ado-
rabunt Patrem,
in spiritu et
veritate. Etenim
Pater tales
quaerit, qui
adorent eum
24. in spiritu. Spi-
ritus est Deus :
et eos, qui
adorant eum,
in spiritu et
veritate oportet
adorare.
25. Dicit ei mulier :
Scio quia Mes-
sias venit, (qui
dicitur Christus.)
cum ergo ve-
nerit ille, ad-
nuntiavit nobis
omnia.
26. Dicit ei Je-
sus : Ego sum,
qui loquor
tecum.
27. Et statim ve-
nerunt discipuli
ejus : et mira-
bantur eo
quod cum mu-
liere loqueretur.
Nemo tamen
(*a*) ei † dixit :
Quid quaeris,
vel quid cum
ea loqueris?
28. Reliquid igitur
mulier hydriam
suam, et abiit
in civitatem, et
dixit (*b*) homini-
29. bus †: Venite,
et videte ho-
minem, qui di-
xit mihi omnia
quaecumque fe-
ci : numquid
ipse est Christus?
30. (*c*) Et † exierunt
de civitate, et
veniebant ad
eum.
31. Postmodum au-
tem rogabant
eum discipuli,
dicentes : Rabbi,
manduca.
32. Ad ille dixit eis :
Ego escam habeo
manducare, quam
vos nescitis.
33. Dicunt autem
discipuli ejus
ad alterutrum :
Numquid ali-
quis ei attulit
manducare?
34. Dicit illis
Jesus : Mea
esca est ut
faciam volun-
tatem ejus,
qui me mi-
sit, et ut per-
ficiam opus
ejus.
35. Nonne vos
dicitis, quo-
niam quattuor
adhuc mensis,
et messit venit :
Ecce dico
vobis : Adlevate
oculos vestros,
et aspicite
regiones, quia
albae (*d*) sunt †
a messem.
36. (*e*) Jam † qui
metit, merce-
dem accipit,
et congraegat

CODEX BRIXIANUS.

salus ex Judaeis est. Sed veniet hora, et nunc est quando veri adoratores. adorabunt Patrem in spiritu et veritate. Nam et Pater tales quaerit qui adorent eum. Spiritus est Deus. et qui adorant eum. in spiritu et veritate oportet adorare. Dicit ei mulier. Scimus quia Messias venturus est. qui dicitur Christus, cum ergo venerit, ille nobis adnuntiabit omnia. Dicit ei Jesus Ego sum qui loquor tecum. Et continuo venerunt discipuli ejus, et mirabantur quia cum muliere loquebatur. Nemo tamen dixit. Quid quaeris, aut quid loqueris cum ea. Reliquid ergo ydriam suam mulier. et abiit in civitatem. et dicit illis hominibus Venite videte hominem qui dixit mihi omnia quaecumque feci. numquid ipse est Christus. Exierunt ergo de civitate et veniebant ad eum. Inter haec autem rogabant eum. discipuli ejus dicentes. Rabbi manduca. Ille autem dixit eis. Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli ad invicem Numquid aliquis adtulit ei manducare. Dicit ei Jesus. Meus cibus est ut faciam voluntatem ejus qui me misit. et perficiam opus ejus. Non ne vos dicitis. quod adhuc quattuor menses supersunt et messis venit. Ecce dico vobis. Levate oculos vestros. et videte regiones. quia albae sunt jam ad messem. Et qui metet. mercedem accipit. et congregat

CODEX CORBEIENSIS.

24. et eos, qui adorant, in spiritu, etc.
28. et dixit hominibus : Venite, et videte hominem, qui dixit omnia.
32. quem vos non scitis.
36. congerit fructum, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Cai.* verii adoratores. *Mm.* viri adoratores. *Vulg.* veri adoratores.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *ei*, etiam cod. Cant. αὐτῷ. — (*b*) Ante *hominibus*, deest *illis*, in textu pariter Græco. — (*c*) Ita et cod. Cant. *xai*.— (*d*) Post *sunt*; deest *jam*, etiam in cod. Gant. — (*e*) Ita et cod. Cant. ἤδη.

CODEX VERCELLENSIS.

tum in vitam aeternam : ut, et qui serit, simul gaudeat, et qui me- 37. tit. In hoc est enim verbum veritatis : quia alter est qui serit, et a . . . . . 38. qui metit. Ego si misi vos metere quod non vos laborastis : alii laboraverunt, et vos in labore illorum introistis. 39. De civitate autem illa multi crediderunt Samaritanorum, propter verbum muli . . res testim . . - nium prodentes : q . . - niam d . . . . mihi . . . . . quae . . . . . quae . . . . . 40. Cum. . . . . ergo ad illum Sam. . . . . ani, (a) rog. . . nt † . . . . . ma- . . . . . sit i. . . . . 41. . . . . crediderunt per verbum ejus. 42. Mulieri autem dicebant : Quoniam non propter tuam loquelam

credimus : ip- . . um enim au- . . vimus, et sci- . . us quod hic est vere Salvator mun- 43. . . . Post bi- . . . . . utem (c) . . . . . 44. [1] Galileam. Ipse enim Jesus . . . stificatus . . . quod Profeta in suam patriam non habet honorem. 45. Cum venisset ergo. . . . alileam . . . . eperunt. . . m Galilaei univer. . , visis omnibus quae fecit Hierosolymis in diem sollemni : nam et ipsi venerant ad diem festum. 46. Venit ergo iterum in C. . . . . aeae, ubi [2] fecit aquam vinum. Erat ibi quidam Basiliscus, cujus filius infirmus erat (e) in † Capar- 47. naum. Hic [3] cum a. . disset quod Jesus v . . nit de Ju. . . . . in Galil. . . . venit ad illum, et roga. . t ut descenderet, et sanaret

CODEX VERONENSIS.

fructum in vitam aeternam : ut, et qui seminat simul gaudeat, et qui metit. 37. In hoc enim est verbum verum : quoniam alius est qui seminat, et alius qui metit. 38. Ego misi vos metere quod vos non laborastis : et vos in laborem eorum intrastis. 39. Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum, propter verbum mulieris testimonium perhibentis : quoniam dixit ei omnia, quae fecit. 40. Ut ergo venerunt ad eum Samaritani, (a) rogabant † eum ut aput eos maneret. 41. Et mansit ibi biduum. Et multo plures crediderunt propter verbum 42. ejus. Et dicebant mulieri : Jam non propter tuum (b) testimonium † credimus ei : ipsi enim audivimus, et scimus quia hic est vere Salvator mundi. 43. Post biduum autem (c) profectus est † inde in Galileam. 44. Ipse enim Jesus testatus est quoniam Propheta in patria sua dignitatem non habet. 45. Cum venisset autem in Galilaeam, exceperunt eum Galilaei, videntes omnia quae fecit in Hierosolymis in diem festum : et ipsi enim advenerant in diem festum. 46. Venit ergo iterum in Cana Galilaeae, ubi fecit de aqua vinum. Erat (d) autem † quidam Regulus, cujus filius infirmabatur (e) in † Cafar- 47. naum. Hic cum audisset quod Jesus venit ex Judaea in Galilaeam, venit ad illum, et rogabat eum ut discenderet, et sanaret

CODEX BRIXIANUS.

fructum in vitam aeternam. ut et qui seminat simul gaudeat et qui metet. In hoc enim est verbum veritatis. quia alius est qui seminat. et alius est qui metet. Ego misi vos metere in quo vos non laborastis. alii laboraverunt. et vos in labores eorum introistis Ex civitate autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum. propter verbum mulieris. testimonium perhibentis. quia dixit mihi. omnia quaecunque feci. Cum venissent ergo ad eum Samaritani. rogaverunt eum. ut ibi maneret aput eos. Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt in eum. propter sermonem ejus. Et mulieri dicebant. Jam non propter tuam loquellam credimus. ipsi enim audivimus et scimus. quia hic est vere Salvator mundi Christus. Post duos autem dies (c) profectus est † inde in Galilaeam. Ipse enim Jesus testimonium perhibuit. quia Propheta in sua patria honorem non habet. Cum ergo venisset in Galilaeam. exceperunt eum Galilaei. videntes omnia quae fecerat in Hierosolymis. in die festo. et ipsi enim venerant in diem festum. Venit ergo iterum Jesus in Chana Galilaeae. ubi fecerat aquam vinum. Erat (d) autem † ibi quidam Regulus cujus filius infirmabatur (e) in † Cafarnaum. Hic cum audisset quia Jesus a Judea in Galilaeam venisset. abiit ad eum. et rogabat eum. ut descenderet. et sanaret

CODEX CORBEIENSIS.

42. Hic est Salvator mundi, *omisso*, vere. 45. Galilaei universi.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* et venit in. *Vulg.* et abiit in.
[2] *Gat. et Mm.* fecit de aqua vinum. *Vulg.* fecit aquam vinum.
[3] *Gat.* cum audisset quia Dominus. *Vulg.* cum audisset quia Jesus.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ita et tex. Gr. ἠρώτων. — (b) Ita et cod. Cant. μαρτυρίαν.— (c) Ante *profectus est*, deest *exiit*, in cod. quoque Cant. — (d) Ita et cod. Cant. δέ. — (e) Addit *in*, etiam tex. Gr. εἰς.

CODEX VERCELLENSIS.

filium ejus : erat enim moriturus.
48. Ait ergo ad illum Jesus : nisi signa, et prodi- . . . videritis, non. . . . .
49. tis: Dicit illi Reg. . . s : Domine, d. . . . . e . . . . . .
50. Ait. . . Jesus : [1]. .ade filius tuus vivit. (*b*) Et † credidit homo verbo, quod dixit illi Jesus :
51. et ibat. Jam. . . ipso descendente, servi ocurrer. . . illi, et nunt. . . verunt (*c*) ei †. . . centes, quoniam (*d*) filius tuus vivit †.
52. Inter. . . gabat h. . . . . melius habuit. Et dixerunt : Heri [2] hora septima. . liquid illum febris.
53. Cognovit ergo pater, quoniam (*e*) illa hora, qua † dixit Jesus : Filius tuus vivit : et credidit ipse, et domus ejus
54. universa. Hoc iterum secundum fecit Jesus signum, [3] veniens de Judaea in Galileam.

CAPUT V.

1. Post haec erat . . es. . stus Jud. . . . um, et . . . . . it Jesus Hierosoly-
2. mis. Est autem Hierosolymis in inferiorem partem Natatoria piscina, quae dicitur Hebraeice Belzatha, quinque porticus habens.
3. In his (*f*) decumbebant † turbae infirmorum, caecorum, claudorum, aridorum, (*g*) paralyticorum † spectantium aquae motum.
4. [4] Angelus autem

CODEX VERONENSIS.

filium ejus : incipiebat mori.
48. Dixit autem Jesus ad eum : nisi signa, et prodigia videritis, non creditis.
49. Dicit ad eum : Regulus : Domine, descende antequam moriatur (*a*) puer †.
50. Ait illi Jesus : Vade filius tuus vivit.
(*b*) Et † credidit homo ille verbo, quod dixit illi Jesus : et ibat.
51. Jamque ipso discedente, servi occurrerunt illi, et nuntiaverunt (*c*) ei †, quoniam (*d*) filius tuus vivit †.
52. Interrogavit ergo horam ab illis, in qua melius habuit. Et dixerunt : Heri hora septima reliquid illum febris.
53. Cognovit ergo pater, quoniam (*e*) illa hora, qua † dixerat ei Jesus : Filius tuus vivit : et credidit ipse, et domus ejus universa.
54. Hoc iterum secundum fecit Jesus signum, veniens de Judaea in Galilaeam.

CAPUT V.

1. Post haec erat dies festus Judaeorum, et ascendit Jesus Hierosolymis in inferiorem partem
2. Natatoriae piscinae, quae dicitur Hebreicae Betzeta, quinque porticus habens.
3. In his (*f*) decumbebant † turbae infirmorum, caecorum, claudorum, aridorum, (*g*) paralyticorum † expectantium aquae motum.
4. Angelus autem

CODEX BRIXIANUS.

filium ejus. incipiebat enim mori. Dixit ergo ad eum Jesus nisi signa et prodigia videritis non creditis. Dicit ad eum Regulus Domine descende prius quam moriatur filius meus. Dicit ei Jesus Vade filius tuus vivit. (*b*) Et † credidit homo. verbo quem dixit ei Jesus. et abiit. Descendente autem eo occurrerunt ei servi et nuntiaverunt dicentes. quod filius ejus vivit. Interrogabat ergo eos in quam oram melius habuerit. Et dixerunt ei Quia heri hora septima. reliquid eum febris. Cognovit ergo pater ejus. quia (*e*) in illa hora † qua dixit illi Jesus. Quod filius tuus vivit. et credidit ipse et domus ejus tota. Hoc iterum. secundum signum fecit Jesus. veniens a Judaea. in Galilaeam. Post haec autem. erat dies festus Judaeorum. et ascendit Jesus. Jerosolymis. Est autem in Jerosolymis. super Probatica piscina. quae cognominatur Hebraice. Betesda. quinque porticus habens. In his jacebat multitudo magna languentium caecorum. claudorum et aridorum. expectantium aquae motum.

CODEX CORBEIENSIS.

49. Descende prius quam moriatur puer.
50. Ait illi Jesus... Et [5] credidit ille homo. †
52. melius habuit.
53. Cognovit ergo pater quia dixit ei Jesus, etc., *omissis*, quia illa hora erat, qua.

Cap. V. — 2. Est autem Jerosolymis in inferiore parte [6] Natatoria † piscina, quae dicitur Hebraice Berzeta.
4. Angelus autem

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* discende (*recentiori manu*, Vade), filius... credidit homo sermonem, quem. *Mm.* discende, filius... credidit homini, quem. *Vulg.* Vade, filius... credidit homo sermoni, quem.
[2] *Gat.* hora quasi septima. *Vulg.* hora septima.
[3] *Gat. et Mm.* cum veniret. *Vulg.* cum venisset.
[4] *Gat.* Angelus autem descendebat, et movebat aquam. Et quicumque prius descenderet in natoria, sanus fiebat quaquunque teneretur infirmitate. *Mm.*. Angelus autem Domini... et movebat aquam. Et quicunque prius descenderet in natatoria post motionem aquae.... teneretur infirmitate. *Vulg.* Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam, et movebatur aqua. Et qui prior descendisset in piscinam post motionem aquae, sanus fiebat a quacumque detinebatur infirmitate.
[5] *Gat.* credidit homo.
[6] *Gat. et Mm.* super Probatica.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *puer*, deest *meus*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Addit *et*, pariter tex. Gr. καὶ. — (*c*) Addit *ei*, cod. quoque Cant. αὐτῷ. — (*d*) Ita et tex. Gr. ὁ παῖς σοῦ ζῇ. — (*e*) *illa hora*, in ablativo casu, omisso verbo *erat*. Et ita tex. Gr. ἐν ἐκείνῃ τῇ ὥρᾳ (ἐν ᾗ). — (*f*) Ita et cod. Cant. κατέκειντο. Ibidem in eodem Cant. deest, *multae*. — (*g*) Ita et cod. Cant. παραλυτικῶν.

CODEX VERCELLENSIS.

Domini descende. . at : et (*a*) movebat † aquam. Et quicumque prior descendebat in natatoria, sanus fiebat quaecumquae tenebatur infirmitate.
5. Erat autem ibi (*b*) homo † XXXVIII annos habens in infirmita-
6. te sua. Hunc ut vidit Jesus jacentem, sciens quod jam multum temporis habuerit, ait illi : Vis sanus fie-
7. ri ? Respondit illi inf. . . mus : Domine, hominem non habeo, ut. . m mota fuerit aqua, mittat me in piscinam : dum en. . ego venio, alter ante me descendit.
8. Ait illi Jesus : Surge, et tolle grabattum tuum,
9. et ambula. . . t statim sanus [1] factus est homo : (*d*) et surrexit †, et sustulit grabattum suum, et ambulabat. Er. .
autem. . . . - tum in. . . . .
10. Diceba. . . . . Judaei illi, qui [2] curatus fuerat : Sabbatum est, (*e*) et † non licet tibi tollere grabattum tuum.
11. . . . . n. . it eis : Qui fecit me sanum, ille mihi dixit : Tolle grabattum tuum, et am-
12. bula. Interro- . . avarunt eum : . . . is est ille homo, qui dixit tibi : Tolle grabattum tuum,
13. et ambula ? Is autem, qui cu- r. . . . . erat n. .- . . . . . quis. . . . . eni. . declinavit a turba constituta in illo lo-
14. co. Postea invenit illum Jesus in templo, et dixit illi : Ecce sanus factus est : jam noli peccare, quid tibi deterius contingat.
15. Abiit homo, et dixit Judaeis quia Jesus est, qui fecit me
16. sanum. Propter hoc persequebantur Jesum Judaei,

CODEX VERONENSIS.

discendebat : et (*a*) movebat † aqua. Et quicumque prior discendebat in natatoria, sanus fiebat quaecumque tenebatur infirmitate.
5. Erat autem ibi (*b*) homo † XXX et VIII annos habens in (*c*) infirmi-
6. tatem †. Hunc ut vidit Jesus jacentem, sciens quod jam multum temporis habuerit, ait illi : Vis sanus fieri ?
7. Respondit illi infirmus, et dixit : Domine, hominem non habeo, ut cum mota fuerit aqua, mittat me in piscinam : dum enim ego venio, alter ante me discendit.
8. Ait illi Jesus : Surge, et tolle grabattum tuum, et ambula :
9. Et statim sanus factus est homo ille : (*d*) et surrexit †, et sustulit grabattum suum, et ambulabat. Erat autem sabbatum in illa die.
10. Dicebant ergo Judaei illi, qui curatus fuerat : Sabbatum est, (*e*) et † non licet tibi tollere grabattum tuum.
11. Respondit illis, dicens : Qui fecit me sanum, ipse mihi dixit : Tolle grabattum tuum, et ambula.
13. (*f*) Infirmus autem † nesciebat quis esset. Jesus enim statim devertit, cum vidisset turbam in illo loco.
14. Post haec invenit eum Jesus in templo, et dixit illi : Ecce sanus factus es : jam noli peccare, ne quid tibi deterius fiat.
15. (*g*) Et † abiit homo ille, et indicavit Judaeis quia Jesus est, qui fecit eum sa-
16. num. Et propterea persequebantur Judaei Jesum,

CODEX BRIXIANUS.

Erat autem quidam homo ibi. triginta et octo annos habens in (*c*) infirmitate †. Hunc cum vidisset Jesus jacentem. et sciret quia multum jam tempus habebat. dicit ei. Vis sanus fieri. Respondit ei infirmus et ait. Domine hominem non habeo. ut cum mota fuerit aqua mittat me in piscina. dum enim ego venio. alius ante me descendit. Dicit ei Jesus. Surge tolle gravatum tuum et ambula. Et statim. sanus factus est homo ille. et sustulit gravatum suum et ambulabit. Erat enim sabbatum in illa die. Dicebant ergo Judaei illi qui sanus fuerat. Sabbatum est non licet tibi tollere gravatum tuum . . Ipse vero respondit eis. Qui me fecit sanum ipse mihi dixit. Tolle gravatum tuum et ambula. Tunc interrogaverunt eum Quis est ille homo. qui dixit tibi. Tolle gravatum tuum et ambula. Is autem qui curatus fuerat nesciebat quis esset. Jesus autem declinavit a turbam constitutam in loco. Postea vero invenit eum Jesus in templo et dixit illi. Ecce sanus factus es. jam noli peccare ne quid tibi deterius fiat. (*g*) Et † abit ille homo. et renuntiabit Judaeis quia Jesus esset. qui fecit eum sanum. Et propterea persequebantur Judaei Jesum. et quaerebant eum interficere.

CODEX CORBEIENSIS.

descendebat : et movebat aquam. Et quicumque prior descendisset in natatoriam, sanus fiebat.
6. quia jam multum tempus fecisset in languore.
7. Respondens ei languens... mittat me in natatoriam.
9. Et surgens, sublato grabato suo, ambulabat.
13. [3] Jesus autem declinavit. †

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* factus est : et sustulit. *Mm.* factus est homo : et sustullit. *Vulg.* factus est homo ille : et sustulit.
[2] *Mm.* sanus fuerat. *Vulg.* sanatus fuerat.
[3] *Gat.* Jesus autem declinabat. *Mm.* Jesus autem declinavit se.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἐτάραττε. — (*b*) Post *homo*, deest *quidam*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Post *infirmitate* deest *sua*, in tex. pariter Gr. — (*d*) Addit et *surrexit*, etiam cod. Cant., καὶ ἠγέρθις. — (*e*) Addit *et*, cod. quoque Cant. καί. — (*f*) Ita et cod. Cant. ὁ δὲ ἀσθενῶν. — (*g*) Addit *et* etiam tex. Gr. καί.

CODEX VERCELLENSIS.

quia haec faciebat sabba-
17. to. Jesus au-
. . . . respondit illis : Pater meus usque nunc operatur, et ego ope-
18. ror. (*a*) Propter hoc † magis quaerebant illum Judaei occidere : quod non solum solveret sabbatum, sed quod etiam patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.
Respondens Jesus, dixit illis :
19. Amen, amen dico vobis : non potest [1] Filius a se facere quidquam, nisi videat Patre . . facientem : quecumque enim ille fecerit, haec et Filius facit simili-
20. ter. Pater amat Filium, et omnia, os . . end . . illi, quae ipse facit : et multo majora quam haec ostend . . . illi opera, ut vos miremi-
21. ni. Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat : ita et Filius, quos vult vi-
22. vificat : Ne . . . enim Pat . . judicat . . . . quam . . . . . dicium omnem
23. dedit Filio, ut omnes honorificent Filium, sicut honor . . icant Patrem : qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit il-
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
24. [2] morte in vitam.
25. Amen dico vobis, quod venit hora, cum mortui audient vocem Fili Dei : et qui audierit, vivet.
26. Sicut enim
. . ter habet
. . . m in se :
. . . . it et Filius
. . . . . vitam
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERONENSIS.

quia haec faciebat sabbato. Jesus autem respondit eis, dicens :
17. Pater meus usque adhuc operatur, et ego operor.
18. (*a*) Propter hoc † magis quaerebant eum Judaei interficere : quod non solum solvebat sabbatum, sed et quod patrem suum diceret Deum, aequalem se faciens Deo.
Respondit Jesus, et dixit eis :
19. Amen, amen dico vobis : non potest Filius ab se facere quicquam, nisi quod viderit Patrem facientem : quaequae enim ille facit, eadem et Filius facit similiter.
20. Pater enim diligit Filium, et omnia demonstrat ei, quae ipse facit : et majora opera demonstravit ei, ut vos admire-
21. mini. Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat : sic et Filius, quos vult vivificat.
22. Nec enim Pater judicat quemquam : sed judicium omnem dedit Filio,
23. ut omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem : qui non honorificat Filium, non honorificat Patrem, qui misit illum.
24. Amen, amen dico vobis, quoniam qui verbum meum audit, et credit ei, qui me misit, habet vitam aeternam, et in judicium non veniet, sed transit de morte ad vitam.
25. Amen, amen dico vobis, quoniam veniet hora, in qua audient mortui vocem Fili Dei : et qui audierint, vi-
26. vent. Sicut enim Pater habet vitam in se : sic et Filio dedit habere vitam in semetipso :
27. et potestatem dedit ei judicium faciendum, quoniam Filius hominis

CODEX BRIXIANUS.

quia haec faciebat in sabbato. Jesus autem respondit eis. Pater meus usque modo operatur. et ego operor. Propterea quaerebant eum Judaei interficere. quia non solum solvebat sabbatum. sed et patrem suum dicebat Deum. aequalem se faciens Deo. Respondit autem Jesus et dixit eis. Amen amen dico vobis non potest Filius a se facere quicquam nisi quod viderit Patrem facientem. quaecunque enim ille fecerit. haec et Filius similiter facit. Quia Pater diligit Filium. et omnia ostendit ei. quae ipse facit. et majora horum demonstravit ei opera. ut vos miremini. Sicut enim Pater. suscitat mortuos. et vivificat. sic et Filius. quos vult vivificat. Neque enim Pater judicat quemquam sed judicium omne dedit Filio. ut omnes honorificent Filium sicut honorificant Patrem. qui non honorificat Filium non honorificat Patrem qui misit illum . . Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit. et credit ei qui me misit. habet vitam aeternam et in judicium non veniet. sed transiit de morte in vitam. Amen amen dico vobis quia veniet hora. et nunc est quando mortuui audiunt vocem Filii Dei. et qui audierint vivent. Sicut enim Pater habet vitam in semetipso. sic dedit Filio vitam habere in semetipso. et potestatem dedit ei. et judicium faciendi quoniam Filius hominis

CODEX CORBEIENSIS.

23. qui non honorificat Patrem, non honorificat Patrem, qui misit Filium. *Recent. manu*, qui non honorificat Filium.
24. A morte [3] in vitam aeternam. †

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* Filius eadem similiter. *Vulg.* haec et Filius similiter facit.
[2] *Gat. et Mm.* sermonem meum audit... non veniet, sed transiet a morte ad vitam. *Vulg.* verbum meum audit... non venit, sed transiit a morte in vitam.
[3] *Gat. et Mm.* ad vitam, *omisso* aeternam.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. διὰ τοῦτο. Ibidem, deest *ergo*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . .
. . . . . .
28. venit hora,
qua omnis, qui
in monumen-
tis sunt, audi-
ent [1] vocem
29. (*a*) ejus † : et proce-
dent [2] qui bo-
na fecerunt,
in resurrec-
tionem vita . .
qui male e . . -
runt, in r . . . -
recti . . . . .
judici . .
30. No . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
meam, sed ejus,
qui me misit.
31. Si ego testimo-
nium perhi-
beo de me, tes-
timonium
meum non
est verum.
32. Alter est, qui
testimonium
perhibet de
. . e : et scitis
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
34. [3] timonium
accipio : sed
haec dico ut
vos salvi sitis.
35. Ille erat lu-
cerna lucens,
et inlumi-
nans. Vos au-
tem voluis-
tis ad horam
exultare in
36. luce ejus. Ego
autem habeo
testimonium
majus quam
Johannes. O-
pera enim,
quae dedit
mihi Pater
ut illa perfici-
am, ipsa ope-
ra testimo-
nium dicunt,
quoniam Pa-
ter me misit :
37. et quia me
misit Pater,
ille de me tes-
timonium
dicit : neque
vocem ejus
umquam au-
distis, neque
speciem ejus
38. vidistis, et ver-
bum illius
non habetis
manentem
in vobis : quia
quem misit
ille, huic vos

CODEX VERONENSIS.

28. est. Nolite
mirari haec,
quoniam veniet
hora, in qua
omnes, qui
in monumentis
sunt, audient
vocem (*a*) ejus † :
et resurgent
29. qui bona fe-
cerunt, in
resurrectionem
vitae :
qui autem
iniqua gesserunt,
in resurrectio-
nem judicii.
30. Non enim
possum ego
a me ipso
facere quic-
quam. Sicut
enim audio,
ita et judico :
et judicium
meum justum
est : quia non
quaero volun-
tatem meam,
sed voluntatem
ejus, qui me
misit (*b*) Patris †.
31. Si ego testi-
monium perhi-
beo de me,
testimonium
meum non
est verum.
32. Alius est,
qui testificatur
de me : et scio
quia verum est
testimonium (*c*)
ejus †, quod
testificatur de me.
33. Vos misistis ad
Johannem : et te-
stimonium perhi-
buit veritati.
34. Ego autem non
ab homine te-
stimonium ac-
cipio : sed
haec ideo di-
co ut vos salvi
35. sitis. Ille erat lu-
cerna ardens,
et lucens. Vos
vero voluistis
exultare ad
horam in lu-
mine ejus.
36. Ego autem
habeo testimo-
nium majus Jo-
hannen.
Opera enim,
quae dedit mihi
Pater ut per-
ficiam ea, ipsa
opera quae
(*d*) facio, † testi-
monium perhi-
bent de me,
37. quoniam Pater
me misit : et
qui me misit
Pater, ipse
testimonium
perhibet de
me :
neque vocem
ejus umquam
audistis, ne-
que figuram
vidistis,
38. et verbum ejus
non habetis
in vobis ma-
nentem : quo-
niam quem mi-
sit ille, huic

CODEX BRIXIANUS.

est. Nolite mirari hoc. quia veniet hora. in qua omnes qui fuerint in monumentis audient vocem (*a*) ejus † et procedent. qui bona fecerunt, in resurrectionem vitae. qui vero mala gesserunt in resurrectionem judicii. Non possum ego a me ipso facere quicquam. Sed sicut audio judico. et judicium meum justum est. quia non quero voluntatem meam. sed voluntatem ejus qui me misit. Si ego testimonium perhibeo de me. testimonium meum non est verum. Alius est qui testimonium perhibet de me. et scio quia verum est testimonium quod perhibet de me Vos misistis ad Johannem et testimonium perhibuit veritati. Ego autem non ab homine testimonium accipio. sed haec dico ut vos salvi sitis. Ille erat lucerna ardens et lucens. Vos autem voluistis exultare ad horam in lumine ejus. Ego autem. habeo testimonium. majus Johanne. Opera enim quae dedit mihi Pater. ut perficiam ea. ipsa opera quae ego (*d*) facio. † testimonium perhibent de me. quia Pater me misit et qui misit me Pater. ipse testimonium perhibet de me. neque vocem ejus umquam audistis. neque figuram ejus vidistis. et verbum ejus non habetis in vobis manentem. quia quem misit ille huic vos

CODEX CORBEIENSIS.

28. Dico enim vobis : Nolite mirari hoc.
32. Alter est, qui testimonium perhibet de me : *omittit quod sequitur*, et scio quod verum est testimonium, quod perhibet de me.
33. Vos ipsi misistis ad me : et testimonium perhibuit Joannes de me.
37. neque speciem ejus vidistis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* vocem ejus : et. *Vulg.* vocem Filii Dei.
[2] *Gat.* quia bona.... male egerunt. *Mm.* male egerunt. *Vulg.* qui bona... mala egerunt.
[3] *Mm.* ab hominibus testimonium. *Vulg.* ab homine testimonium.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. αὐτοῦ. — (*b*) Addit *Patris* etiam tex. Gr. πατρός. — (*c*) Additur *ejus*, in cod. quoque Cant. αὐτοῦ. — (*d*) Ante *facio*, deest *ego*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

non creditis.
39. Scrutate Scripturas, in quibus vos existimatis in illis vitam aeternam habere : illae sunt, quae testimonium dicunt de me : in quibus putatis vos vitam habere : hae sunt, quae de me testifican-
40. tur : et nec sic vultis venire ad me ut vitam habea-
41. tis. Gloriam ab hominibus non ac-
42. cipio. [1] Sed cognovi vos, quod caritatem Dei non habetis in vobis.
43. Ego veni in nomine Patris mei, et non accipistis me : si alter venerit in nomine suo, illum accipietis.
44. Quomodo potestis vos credere, gloriam ab invicem accipientes : et gloriam ab unico non quaeritis?
45. Nolite arbitrare quod ego vos accusaturus sum aput Patrem, est qui [2] vos accuset Moyses, in quem
46. speratis. Si enim crederetis Moysi, crederetis et mihi : de me enim ille scrip-
47. sit. Sed cum mandatis illius non credatis, quomodo verbis meis credetis?

CAPUT VI.

1. Post haec abiit Jesus trans mare Galileae Tiberiadis :
2. sequebatur (*d*) autem † illum turba multa, quoniam videbant signa, quae faciebant supra infirmos.
3. Abiit ergo in montem Jesus : et ibi sedebat cum discipulis suis.
4. Erant autem [3] in proximo Pascha dies solemnis Judaeorum.

CODEX VERONENSIS.

vos non creditis.
39. Scrutate Scripturas, quoniam putatis vos in ipsis vitam aeternam habere : et ipsae sunt, quae testimonium perhibent de me :
in quibus putatis vos vitam habere : haec sunt, quae testificantur de
40. me : et non vultis venire ad me ut vitam habeatis.
41. Honorem ab hominibus non accipio.
42. Sed cognovi vos, quoniam non habetis caritatem Dei
43. in vobis. Ego veni in nomine Patris mei, et non accepistis me : si alius venerit in nomine suo, illum reci-
44. pitis. Quomodo potestis vos credere, qui honorem ab invicem accepistis : et honorem ejus, qui est solus, non quaeritis ?
45. Nolite putare quoniam ego vos aput Patrem (*a*) accusabo †, est qui vos accuset Moyses, (*b*) in quem vos sperastis †.
46. Si enim crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scri-
47. psit. Nam si illius litteris non creditis, quomodo verbis meis credetis?

CAPUT VI.

1. Post haec abiit Jesus trans mare Galilaeae (*c*) in partes † Ti-
2. beriadis : sequebatur (*d*) autem † eum turba multa, quia videbant signa, quae faciebat de infirmibus.
3. Ascendit ergo Jesus in montem, et ibi sedebat cum discipulis suis.
4. Erat autem in proximo Pascha dies festus Judaeorum.

CODEX BRIXIANUS.

non creditis. Scrutamini Scribturas quia vos putatis. in ipsis vitam aeternam habere. et hae sunt. quae testimonium perhibent de me. et non vultis venire ad me ut vitam habeatis. Gloriam ab hominibus non accipio. Sed cognovi vos. quia dilectionem Dei. non habetis in vobis ipsis. Ego veni in nomine Patris mei, et non accipitis me. si alius venerit in nomine suo. illum accipietis. Quomodo potestis vos credere. gloriam ab invicem accipientes et gloriam quae a Deo solo est non quaeritis. Nolite autem putare. quia ego (*a*) accusabo † vos aput Patrem. est qui accuset vos Moyses in quem vos speratis Si enim crederetis Moysi. crederetis forsitan et mihi. de me enim ille scribsit. Si autem illius litteris non creditis. quomodo meis verbis creditis. Post haec abiit Jesus trans mare Galileae. et Tiberiadis. et secutae sunt eum turbae multae quia viderant signa quae faciebat super infirmos. Ascendit ergo in montem Jesus. et ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem proximo Pascha. dies festus Judaeorum.

CODEX CORBEIENSIS.

39. Scrutamini Scripturas, in quibus vos putatis vitam aeternam habere.
41. Gloriam ab hominibus.
43. in nomine Patris mei veni, [4] et non [5] accepistis : † si alius venerit.
44. Quomodo potestis vos credere, gloriam ab invicem quaerentes : et gloriam, quae ab illo solo est Deo, etc.

Cap. VI. — 1. trans mare Galilaeae, [6] illius Tiberiadis : sequebatur autem illum multitudo, quia etc. . . . de his, qui infirmabantur.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Sed cognovimus, quia dilectionem non habetis. *Vulg.* Sed cognovi vos, quia dilectionem Dei non habetis.
[2] *Gat. et Mm.* vos accuset Moyses... jam sperastis. *Vulg.* accusat vos Moyses, in quo vos speratis.
[3] *Gat.* in proximum. *Mm.* proximus. *Vulg.* proximum.
[4] *Gat. et Mm.* et non accepistis me.
[5] *Vulgata*, accipitis. *Gat. et Mm. præteriţo tempore, ut cod. Corbeiensis.*
[6] *Mm.* Tiberidianis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. κατηγορήσω. — (*b*) Juxta tex. Gr. εἰς ὃν ὑμεῖς ἠλπίκατε. — (*c*) Ita et cod. Cant. εἰς τὰ μέρη. — (*d*) Ita et cod. Cant. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

5. Elevavit ergo oculos Jesus, et vidit quod turbae multae veniunt ad illum : ait Philippo : Unde ememus panes, ut hi manducent?
6. Hoc autem dicebat temptans illum : ipse enim sciebat quid esset
7. facturus. Respondit ei Philippus : Ducentorum denariorum panes non sufficiunt illis, u. . .
. . . . . .
8. accipiat. Dicit illi unus ex discipulis ejus, Andreas frater Simonis Petri :
9. Est (*b*) puer † hic, qui habet v. panes hordiaceos, et duos pisces : sed haec quid sunt in tam multos?
10. Ait Jesus : Facite [1] homines discumbere. Erat autem faenum multum in loco illo. Recubuerunt ergo homines,
fere v. milia.
11. Accepit panes. . Jesus : (*e*) et gratias egit, et † distribuit recumbentibus : similiter et de piscibus [2] quantum voluerunt.
12. Quibus saturatis, dicit discipulis suis : Colligite fragmenta quae superaverunt, (*g*) ne quid pere-
13. at. † Et collegerunt, et impleverunt cophinos XII. fragmentorum ex V. panibus hordia . . . . . quae superaverunt his, qui manducaverunt.
14. Homines ergo illi videntes quae (*i*) fecit † signa, dicebant : Hic est vere pr . . - feta, qui in hunc mundum venturus est.
15. . . . . ergo ut cog- . . . vit quod . . . nturi essent . . . . rapturi . . . . m, ut facen- . . . . sibi eum . . . . . git . . .
. . . . . te ipse solus.

CODEX VERONENSIS.

5. Elevatis ergo oculis Jesus, eo quod vidisset quia turba magna veniret ad se, ait Philippus : Unde emimus panes, ut manducent
6. isti? Hoc autem dicebat temptans eum : ipse enim sciebat quid esset facturus.
7. Respondit ei Philippus, dicens : Ducentis denariis panes non sufficient eis, ut unusquisque (*a*) modicum † accipiat.
8. Dicit ei unus ex discipulis suis, Andreas frater Simonis
9. Petri : Est hic (*b*) puer †, qui habet quinque panes hordiacios, et duos pisces : sed hæc quid sunt in tantos?
10. Dixit (*c*) autem † Jesus : Facite homines discumbere. Erat autem plurimum foenum in illo loco. Discubuerunt ergo viri, numero circiter quinque milia.
11. Accepit (*d*) autem † panes Jesus : (*e*) et gratias egit, et dedit † (*f*) discipulis suis, discipuli autem † discumbentibus : similiter distribuerunt et de piscibus quantum volebant.
12. Ad ubi saturati sunt, dixit discipulis : Colligite quae superaverunt fragmenta, (*g*) ne quid ex illis pereat †.
13. Collegerunt (*h*) autem †, et impleverunt XII. cophinos fragmentorum de quinque panibus hordeaciis, quae superaverunt eis, qui manducaverant,
14. Illi ergo homines cum vidissent signum, quod (*i*) fecit †, dicebant : Hic est vere propheta, qui in hunc mundum venturus est.
15. Jesus ergo sciens quia incipient turbae venire, (*j*) et rapere eum, ut facerent † eum regem, (*k*) secessit † iterum in montem solus.

CODEX BRIXIANUS.

Elevatis autem oculis Jesus videns. quoniam turba multa venit ad eum dicit ad Philippum. unde ememus panes ut manducent hi. Hoc autem dicebat. temptans eum ipse enim sciebat. quid facturus esset. Respondit ei Philippus Ducentorum denariorum panes. non sufficiunt eis. ut unusquisque modicum quid accipiat. Dicit ei unus ex discipulis ejus. Andreas. frater Symonis Petri. Est puer unus hic. qui habet quinque panes hordeacios. et duos pisces. sed hæc quid sunt inter tantos. Dixit ergo Jesus facite homines discumbere Erat autem faenum multum in illo loco. Discubuerunt ergo viri numero quasi quinque milia. Accepit ergo panes Jesus. et gratias agens. distribuit discumbentibus similiter. et ex piscibus quantum voluerunt. Cum autem saturati essent. dixit discipulis suis. Colligite quae superaverunt fragmenta. (*g*) ne quid pereat ex illis. † Collegerunt ergo. et impleverunt. duodecim cophinos fragmentorum ex quinque panibus hordeaciis. quae superaverunt. his qui manducaverant. Illi vero homines. cum vidissent. signum quod fecerat Jesus. dicebant Quia hic est vere propheta. qui venit in hunc mundum. Jesus autem. cum cognovisset. quod venturi essent ut eum raperent. et facerent eum regem (*k*) secessit † iterum in montem ipse solus.

CODEX CORBEIENSIS.

7. Ducentorum denariorum panes non sunt, ut unusquique modicum adcipiat.
9. sed haec quid sunt inter tantos homines?
10. in illo loco.
13. ex illis quinque panibus.
15. cum cognovisset quia incipiunt venire et rapere, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* omnes discumbere... viri, quasi. *Vulg.* homines discumbere.... viri, numero quasi.

[2] *Gat.* quantum valebant. *Vulg.* quantum volebant.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *modicum*, deest *quid*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Post *puer* omittitur *unus*, in cod. quoque Cant. — (*c*) Ita et tex. Gr. δέ. — (*d*) Ita et tex. Gr. δέ. — (*g*) Ita et cod. Cant. καὶ νὺ χαρίστησι καὶ ἔδωκε. — (*f*) Addit *discipulis suis*, *discipuli autem*, etiam tex. Gr. τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταί. Ex aliis Evangeliis adjecta esse ista, notarunt jam olim Erasmus, Zeger. et Grotius. — (*g*) Ita et tex. Gr. ἵνα μή τι [ἐξ αὐτῶν addit cod. Cant., ἀπόληται. — (*h*) Ita et cod. Cant. δέ. — (*i*) Post *fecit*, deest *Jesus*, etiam in cod. Cant. — (*j*) Ita et tex. Gr. καὶ ἁρπάζειν αὐτὸν ἵνα ποιήσωσιν. — (*k*) Ita et tex. Gr. ἀνεχώρησε.

CODEX VERCELLENSIS.

16. Et cum sero factum esset, descenderunt disci-
17. puli ejus ad mare. Et ascenderunt in nave, et ibant trans mare in Capharnaum :
. . t tenebrae jam erant : et nondum venerat Jesus ad illos.
. . . . . .
18. magno vento flante, jam surgebat.
19. . . cum remi-
. . ssent fe-
. . . stadia xxv vel xxx, vident Jesum ambulantem supra mare, et prope nave fieri, timue-
20. runt. Quibus ipse ait : Ego snm, nolite time-
21. re. (*a*) Volebant ergo accipere illum in navem : et navis confestim facta est ad terram, in
22. qua ibant. Altera die turbae, quae stabant trans mare, viderunt quia al. .- a navicula non erat nisi una, in qua ascenderant discipuli Jesu, et quod non simul cum discipulis suis intravit Jesus in navicula, sed tantum discipuli ejus abierant :
23. aliae autem naviculae venerunt de Tiberiade prope locum ubi manducaverunt panem.
24. Cum ergo. . - dissent. . .- bae quod. . . . . non e. . . . . .- que di. . . . . li ejus, ascenderunt confestim in naviculas, et venerunt Capharnaum quaerentes
25. Jesum. Et invenerunt illum trans mare, et dixerunt illi : Rabbi, [1] quando hoc venis-
26. ti? Respondit illis Jesus, dicens : Amen, amen dico vovis : quaeritis me non [2] quia vidistis signa, (*e*) et prodigia †,

CODEX VERONENSIS.

16. Cum autem vespere factum esset, discenderunt discipuli ejus ad mare.
17. Et ascendentes naviculam, veniebant trans mare in Cafarnaum : et cum jam tenebrae factae essent : nondum venerat ad eos Jesus.
18. Mare autem, validissimo vento flante, insurge-
19. bant. Et cum remigassent stadia quasi xxv vel xxx, vident Jesum ambulantem super mare. et juxta navem fieri, et timuerunt val-
20. de. Ille autem dixit eis : Ego sum, nolite timere.
21. (*a*) Volebant † ergo recipere eum in naviculam : et statim navis accessit ad terram, in qua ibant.
22. Altera autem die turba, quae stabat trans mare, vidit quia navigium aliut non erat nisi unum (*b*) illut †, et quia non simul ascendit cum discipulis suis Jesus in navem, sed soli discipuli ejus fuerunt :
23. et (*c*) cum supervenissent † aliae naves a Tiberiade, quae in proximo erant loco, illic ubi manducaverant panem, quem benedixerat Dominus.
24. Cum ergo vidissent turbae quod Jesus non est ibi, neque discipuli ejus, (*d*) acceperunt sibi ipsi naviculas †, et venerunt in Cafarnaum quaerentes.
25. Et cum invenissent eum trans mare, dixerunt ei : Rabbi, quando hic venisti?
26. Respondit autem eis Jesus, et dixit : Amen, amen dico vobis : quaeritis me non quia vidistis signa (*e*), et prodigia †,

CODEX BRIXIANUS.

Cum autem sero factum esset descenderunt discipuli ejus ad mare. Et ascendentes in navicula venerunt trans mare in Capharnaum et tenebrae jam factae erant et nondum venerat ad eos Jesus. Mare autem vento magno flante. exsurgebat. Cum ergo remigassent. quasi stadia viginti quinque. aut triginta. vident Jesum ambulantem super mare. et prope navem venientem. et timuerunt. Ille autem dixit eis. Ego sum nolite timere. (*a*) Volebant † ergo. accipere eum in navem. et statim navis facta est. ad terram. in quam ibant. Altera die. turba quae stabat trans mare. viderunt. quia navicula alia. non erat ibi. nisi una et quia non simul intravit Jesus cum discipulis suis in navicula. sed soli discipuli ejus abierant. aliae vero naves venerunt a Tiberiade juxta locum. ubi manducaverant panem. quem benedixit Dominus. Cum ergo vidisset turba. quia Jesus non esset ibi. neque discipuli ejus. ascenderunt confestim in naviculas. et venerunt Capharnaum quaerentes Jesum. Et invenerunt eum trans mare. et dixerunt ei. Rabbi quando huc venisti. Respondit eis Jesus. et dixit Amen amen dico vobis. quaeritis me. non quia vidistis signa (*e*) et prodigia †.

CODEX CORBEIENSIS.

19. stadia viginti vel triginta.
21. confestim navis facta est ad terram, quam ibant.
22. quia non introivit Jesus simul cum discipulis suis in navem, sed soli discipuli ejus.
23. aliae vero. . . panem, quem benedixerat Dominus.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* quomodo huc. *Vulg.* quando huc.
[2] *Gat.* quia quaeritis me... signa et prodigia, sed quia manducastis ex panibus meis, et. *Mm.* quia quaeritis me... signa, sed quia manducastis panem, et. *Vulg.* quaeritis me... signa, sed quia manducastis ex panibus, et.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἤθελον. — (*b*) Addit *illud*, etiam tex. Gr. ἐκεῖνο. — (*c*) Ita et cod. Cant. ἐλθόντων. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἔλαβον ἑαυτοῖς πλοιάρια. — (*e*) Addit et *prodigia*, etiam cod. Cant. Lat. et Gr. καὶ τέρατα. nec non vers. Gothica, ex Johan. cap. IV, vers. 48, ut videtur.

CODEX VERCELLENSIS.

sed quia manducastis de panibus, et saturati estis.
27. Operamini non escam, quae perit, sed escam, quae manet in vitam aeternam, quam Filius hominis davit vobis. Hunc enim Pater [1] signavit Deus.
28. Dixerunt ergo ad illum : Quid faciemus ut operemus opera Dei ?
29. Respondit illis Jesus, et dixit : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem misit ille.
30. Dixerunt ergo illi : Quod ergo facis tu signum, ut videamus, et credamus tibi ? quid operaris ?
31. Patres nostri manducaverunt manna in deserto, sicut scriptum est :
Panem de caelo dedit illis manducare.
32. Respondens Jesus, dixit illis : Amen, amen dico vobis : Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo illum [2] verum.
33. Panis enim Dei est, qui descendit de caelo, et vitam dat huic mundo.
34. do. Dixerunt ergo ad illum : Domine, semper da nobis hunc panem.
35. Ait illis Jesus : Ego sum panis vitae : qui venit ad me, non esuriet : et qui credet, non sitiet unquam.
36. Sed dixi vobis, quoniam et [3] videtis, et non credi-
37. tis. Omne, quod dat mihi Pater, ad me venit : et qui venit ad me, non abi-
38. cio eum : quoniam descendi de caelo, non ut faciam voluntatem meam, sed ejus, qui me misit
39. (*c*) Patris †. Haec est autem voluntas ejus, qui misit Patris : ut omne, quod dedit [4] mi-

CODEX VERONENSIS.

sed quia manducastis de panibus, et satiati estis.
27. Operamini escam, non quae perit, sed escam, quae permanet in vitam aeternam, quam Filius hominis dabit vobis. Hunc enim Pater signavit Deus.
28. Dixerunt igitur ad eum : Quid faciemus ut operemus ope-
29. ram Dei ? Respondit Jesus, et dixit eis : Hoc est opus Dei, ut credatis in eum quem ipse misit.
30. Dixerunt ergo ei : Quod autem tu facis signum, ut videamus, et credamus tibi ? quid operaris ?
31. Patres nostri manna manducaverunt in deserto, sicut scriptum est : Panem de caelo dedit eis manducare.
32. Dixit autem eis Jesus : Amen, amen dico vobis : Non Moyses dedit vobis panem de caelo, sed Pater meus dat vobis panem de caelo illum verum panem.
33. Panis enim Dei est, qui descendit de caelo, et vitam (*a*) dans † huic mundo.
34. Dixerunt ergo ad eum : Domine, semper da nobis hunc panem.
35. Dixit eis Jesus : Ego sum panes vitae : qui venit ad me, non esuriet : et qui credit in me, non sitiet um-
36. quam. Sed dixi vobis, quoniam et vidistis, sed non creditis.
37. Omne, quod dat mihi Pater, ad me veniet : et eum, qui venit ad me, non (*b*) apello † :
38. nec enim descendi de caelo, ut faciam voluntatem meam, sed voluntatem (*c*) Patris †, qui me misit.
39. Haec est autem voluntas ejus, qui misit (*d*) me † : ut omne, quod dedit

CODEX BRIXIANUS.

sed quia manducastis ex panibus. et saturati estis. Operamini autem. non cibum. qui perit. sed cibum qui permanet in vitam aeternam. quem Filius hominis dabit vobis Hunc enim Pater signavit Deus. Dixerunt ergo ad eum. Quid faciemus. ut operemur opera Dei. Respondit Jesus. et dixit eis. Hoc est opus Dei. ut credatis in eum quem ille misit. Dixerunt ei. Quod ergo tu signum facis. ut videamus et credamus tibi. quid operaris. Patres nostri manna manducaverunt in deserto sicut scriptum est. Panem de caelo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Jesus. Amen amen dico vobis. Non Moyses dedit vobis panem de caelo. sed Pater meus dat vobis panem de caelo. Panis enim Dei est. qui descendit de caelo. et dat vitam huic mundo. Dixerunt ergo ad eum Domine. semper da nobis panem hunc. . Et dixit eis Jesus Ego sum panis vitae. qui venit ad me. non esuriet et qui credit in me. non sitiet umquam. Sed dixi vobis. qua vidistis me et non credidistis. Omne quod dedit mihi Pater. ad me veniet. et eum qui veniet ad me. non expello foras. quoniam ideo descendi de caelo. non ut faciam voluntatem meam sed voluntatem ejus qui me misit. Haec est autem voluntas ejus. qui (*d*) me misit †. ut omne quod dedit mi-

CODEX CORBEIENSIS.

30. quid enim operaris ?
32. panem de coelo illum verum. Dei enim panis est, qui de coelo descendit, et dat vitam huic mundo.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* significavit. *Vulg.* signavit.
[2] *Mm.* Verus enim panis. *Vulg.* Panis enim.
[3] *Gat.* vidistis, et. *Vulg.* vidistis me, et.
[4] *Gat. et Mm.* mihi Pater, non perdam ex eo quicquam, sed resuscitabo illud in. *Vulg.* mihi, non perdam ex eo, sed resuscitem illud in

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Tex. Gr. διδούς. Non alia vero de causa *dans* pro *dat* interpretem vertisse existimo, nisi quia ante διδούς, deest articulus ὁ. qui quidem cum ante καταβαίνων praefixus fuerit, ante διδούς ratione conjunctionis καὶ omissus est. Interpres ergo, habita ratione conjunctionis *et*, vertit, *dat*. Hujusmodi exempla versionis multa occurrunt in Psalmis. — (*b*) Post *appello*, deest *foras* etiam in cod. Cant. — (*c*) Addit *Patris* cod. quoque Cant. πατρός. — (*d*) Post *me*, deest *Patris* etiam in Cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

hi, (*a*) nihil † ex illo perdam, sed resuscitabo illum in novissima die.
40. Haec est (*b*) enim † voluntas Patris (*c*) mei †: ut omnis, qui videt Filium. et credit in illum, habeat vitam aeternam, (*d*) et † resuscitem illum ego in novissima die.
41. Amurmurabant ergo Judaei de illo, quod dixisset: Ego sum (*e*) panis †, qui descen-
42. di de caelo, et dicebant: Nonne hic [1] est Jesus filius Joseph, cujus nos novimus Patrem, et Matrem? Quomodo dicit: Quoniam de caelo descendi?
43. Respondit Jesus, et dixit illis: Nolite murmurare in-
44. ter vos: nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui me misit, adtraxerit illum: et ego [2] resuscitabo illum in novissima
45. die. Scriptum est enim in P. . ofetis: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis (*f*), qui [3] audit † a Patre, et didicerit, venit ad me.
46. Non quod Patrem vidit quisquam: nisi qui a Deo est, hic vidit
47. (*g*) Deum †. Amen, amen dico vobis: Qui credet in me, habet vitam aeternam.
48. Ego sum panis
49. vitae. Patres vestri manducaverunt (*h*) Pa.. † mannam in deserto, et mor-
50 tui sunt. Hic est autem [4] panis, qui de caelo descendit: ut si quis ex illo manducaverit, non moriatur.
51. Ego sum panis vitae, qui de caelo descen-
52. di. Si quis manducaverit ex meo pane, vivet in aeternum: panis, quem ego dabo, cor-

CODEX VERONENSIS.

mihi, non perdam ex eo (*a*) quicquam †, sed resuscitem illum in novissima die.
40. Haec est (*b*) enim † voluntas Patris (*c*) mei †: ut omnes, qui videt Filium, et credit in eum habeat vitam aeternam (*d*), et † resuscitabo eum in novissima die.
41. Murmurabant igitur Judaei de eo, eo quod dixisset: Ego sum (*e*) panis †, qui de caelo descendi, et
42. dicebant: Nonne hic est filius Joseph, cujus noscimus Patrem? Quomodo ergo hic dicit: Quoniam de caelo descendi?
43. Respondit ergo Jesus, et dixit eis: Nolite murmurare
44. Inter vos: nemo potest venire ad me, nisi Pater, qui me misit, adtraxerit eum: et ego resuscitabo eum in novissima die.
45. Scriptum est enim in Propheta: Et erunt omnes docibiles Dei. Omnes (*f*), qui audit † a Patre, et didicerit, venit ad me.
46. Non quod Patrem viderit quisquam: nisi qui est a Deo, hic videt (*g*) Deum †.
47. Amen, amen dico vobis: Qui credit in me, habet vitam aeternam.
48. Ego sum panis vitae.
49. Patres vestri manducaverunt (*h*) panem † in deserto mannam, et mor-
50. tui sunt. Hic est panis, qui de caelo descendit: ut si quis ex eo manducaverit, non moriatur, sed vivat.
51. Ego sum panis vivus, qui
52. de caelo descendi. Si quis manducaverit ex eo pane, vivet in aeternum: panis, quem ego dedero,

CODEX BRIXIANUS.

hi. non perdam (*a*) aliquid † ex eo. sed ut resuscitem illum in novissimo die. Haec est (*b*) enim † voluntas Patris mei. qui me misit. ut omnis qui videt Filium. et credet in eum. habeat vitam aeternam. et resuscitabo ego eum in novissimo die. Murmurabant ergo Judaei de illo quia dixit Ego sum (*e*) panis † qui de caelo descendi. et dicebant. Nonne hic est Jesus. filius Joseph. cujus nos novimus Patrem et Matrem Quomodo ergo hic dicit. quia de caelo descendi. Respondit ergo Jesus et dixit eis. nolite murmurare inter vos. nemo potest venire ad me. nisi Pater qui me misit adtraxerit eum, et ego resuscitabo eum. in novissimo die. Scriptum est enim in Prophetis. Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audivit a Patre et didicit. venit ad me. Non quia Patrem vidit quis nisi qui est a Deo hic vidit Patrem Amen amen dico vobis. Qui credit in me habet vitam aeternam. Ego sum panis vitae. Patres vestri manna manducaverunt in deserto. et mortui sunt. Hic est panis. qui de caelo descendit. ut si quis ex eo manducaverit. non moriatur. Ego sum panis vivus. qui de caelo descendi. Si quis manducaverit ex hoc pane. vivet in aeternum. panis enim hic quem ego dabo.

CODEX CORBEIENSIS.

39. non perdam nihil ex eo.
43. Nolite murmurare invicem.
44. adtraxerit eum.
45. Est scriptum enim in Prophetis.
50. Hic est autem panis, qui de coelo descendit.
51. de coelo descendit.
52. hujus mundi vita. . . hic panis, quem ego dabo.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* est filius Joseph, cujus nos .. discendit? *Mm.* est filius Joseph Jesus, cui nos... discendit? *Vulg.* est Jesus filius Joseph, cujus nos... descendi?
[2] *Gat.* suscitabo. *Vulg.* resuscitabo.
[3] *Gat.* audit a Patre meo, et. *Mm.* audit a Patre, et *Vulg.* audivit a Patre, et.
[4] *Gat. et Mm.* panis, qui de coelo discendit. *Vulg.* panis de caelo descendens.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *quicquam* et cod. Cant. μηδέν.—(*b*) Ita et cod. Cant. γάρ. — (*c*) Post *mei*, deest *qui misit me*, etiam in cod. Cant. —(*d*) Post *et*, deest *ego*, in cod. pariter Cant.— (*e*) Post *panis*, deest *vivus* in cod. quoque Cant. —(*f*) Ita et cod. Cant. ὁ ἀκούων.—(*g*) Ita et cod. Cant. τὸν θεὸν.—(*h*) Addit *panem*, etiam cod. Cant. τὸν ἄρτον.

CODEX VERCELLENSIS.

pus meum
est pro hujus
mundi vita.
53. . . [1] litigabant ergo Judaei ad invicem, dicentes : Quomodo potest hic nobis corpus suum da-
. . (*a*) manducare †?
54. Et ait illis Jesus : Amen, amen
dico vobis
Nisi acceperitis corpus
Fili hominis,
sicut panem
vitae, et sanguem illius
biberitis, non
habebitis vitam in vovis
55. ipsis. Qui. . det
meam carnem, et bibet
sanguem meum, habet vitam aeternam : et ego
resuscitabo eum novissima die.
56. Caro enim
mea [2] vere
esca est : et sanguis meus vere et potus est.
57. Qui edet meam carnem, et
bibet meum
sanguinem,
in me manebit, et ego in
eum. Si acceperit homo
corpus Filii
hominis, quemadmodum
panem vitae,
habebit vi-
58. tam in eo. Sicut misit me
vivus Pater,
et ego vivo
propter Patrem : et qui
me manducabit. . . le vivet propter
59. me. Hic est panis, qui de caelo descendit,
Non sicut manducaverunt Patres
vestri manna, et mortui
sunt. Qui manducant hunc
panem, vive-
. . in aeternum.
60. Haec dixit in
synagoga docens, in Capha . . naum sabba-
61. to. Multi
ergo audi . . tes ex discipulis ejus, dixerunt : Du. . . . .
. . . . . .
mo, et quis potest illum audire?
62. Cognovit Jesus
intra se quod
[3] murmurarent de hoc
discipuli ejus :
dixit ad illos : Hoc vos
scandalizat?
63. Quod si vide-

CODEX VERONENSIS.

caro mea
est pro hujus mundi vita.
53. Litigabant
igitur inter se
Judaei, dicentes :
Quomodo potest
hic nobis dare
carnem suam
(*a*) manducare †?
54. Dixit autem eis
Jesus : Amen,
amen
dico vobis : Nisi
ederitis carnem
Fili hominis,
et biberitis
sanguinem
ejus, non
habebitis
vitam in
vobis.
55. Qui ediderit
carnem meam,
et biberit
sanguinem
meum, habebit vitam
aeternam : et
ego resuscitabo illum
in novissima
die.
56. Caro mea
vere est esca,
et sanguis
meus vere
est potus.
57. Qui edit carnem meam,
et bibit sanguinem
meum, in
me manet,
et ego in
eum.
58. Sicut misit
me vivus
Pater, et
ego vivo
per Patrem :
et qui manducaverit carnem meam,
et ipse (*b*)
vivit † per
59. me. Hic est panis,
qui de caelo discendit.
Non sicut manducaverunt Patres
vestri manna,
et mortui
sunt. Qui
vero manducaverit
hunc panem,
vivit in aeternum.
60. Haec ergo
dicebat in
synagoga
docens, in
Cafarnaum.
61. Multi ergo
ex discipulis ejus,
dixerunt : Durus
est hic sermo,
quis potest
eum audire?
62. Sciens (*c*)
igitur †
Jesus penes
se quia murmurarent de
hoc discipuli,
dixit eis :
Hoc vos scandalizat?
63. Quid si vide-

CODEX BRIXIANUS.

caro mea est. quam ego dabo pro hujus mundi vita. Litigabant itaque ad invicem Judaei. dicentes. Quomodo potest hic nobis dare carnem suam ad manducandum. Dixit eis Jesus Amen amen dico vobis. Nisi manducaveritis carnem Filii hominis. et biberitis ejus sanguinem. non habebitis vitam in vobis ipsis. Qui manducat meam carnem et bibet meum sanguinem habet vitam aeternam. et ego resuscitabo eum in novissimo die. Caro enim mea, vere est cibus et sanguis meus vere est potus. Qui manducat meam carnem et bibet meum sanguinem. in me manet. et ego in illo. Sicut misit me vivus Pater. et ego vivo propter Patrem. et qui manducat me. et ipse vivet propter me. Hic est panis qui de caelo descendit. Non sicut manducaverunt Patres vestri manna. et mortui sunt. Qui autem manducat hunc panem vivet in aeternum. Haec dixit in synagoga. docens in Capharnaum. Multi ergo audientes. ex discipulis ejus. dixerunt Durus est hic sermo. quis potest eum audire. Sciens autem Jesus. aput semetipsum. quia murmurarent de hoc discipuli ejus. dixit eis. Hoc vos scandalizat. Si autem vide-

CODEX CORBEIENSIS.

53. carnem (*recent. manu*, suam) ad manducare.
54. ut vobis ipsis.
55. et biberit meum sanguinem.
57. *Post hunc versum, addit :* Si acceperit homo corpus Filii hominis, quemadmodum panem vitae, habebit vitam in illo.
60. docens, Sabbato in Capharnaum.
62. Cognovit autem Jesus.
63. Quid ergo cum videritis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Loquebantur ergo. *Vulg.* Litigabant ergo.
[2] *Mss.* verus cibus... verus est potus. *Vulg.* vere est cibus... vere est potus.
[3] *Gat.* murmuraverunt. *Vulg.* murmurarent.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. φαγεῖν. — (*b*) Ita et cod. Cant. ζῷ. — (*c*) Ita et cod. Cant. εἰν.

CODEX VERCELLENSIS.

ritis Filium hominis ascendentem ubi ante erat?
64. Spiritus est, qui vivificat; nam caro nihil prodest: verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus et vita s. . .
65. Sed ex vobis sunt aliqui, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus [1] qui essent non credentes, et qui esset, qui illum traditurus
66. erat. Et dicebat: Propterea dixi vobis, nemo potest venire ad me, nisi illi datum fuerit a (*b*) Patre †
67. Ex hoc multi ex discipulis ejus abierunt retro: et amplius cum illo non ambulaverunt.
68. Ait Jesus ad XI: Numquid et vos
69. vultis ire? Respondit Simon Petrus: Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeter-
70. nae habes. Et nos credidimus, et cognovimus quia tu es Christus Filius Dei.
71. Respondit Jesus, et dixit illis: Nonne ego vos XII. elegi: et ex vobis unus diabo-
72. lus est? [2] Dicebat autem Judam Simonem Scarioth: hic enim illum erat traditurus, cum esset unus de XII.

CAPUT VII.

1. Post (*e*) hæc † [3] ambulabat Jesus in Galileam, non enim habebat potestatem in Judaea ambulandi: quoniam quaerebant Judaei illum occide-
2. re. Erat autem prope dies fes- . . . Judaeorum, Scenopegia.
3. Dixerunt (*g*) ergo † ad illum fratres ejus: Transi hinc,

CODEX VERONENSIS.

ritis Filium hominis ascendentem ubi fuit prius?
64. Spiritus est, qui vivificat; nam caro nihil prodeest: verba, quae ego locutus sum vobis, spiritus (*a*) est † et vita.
65. Sed ex vobis sunt quidam, qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus qui essent increduli, et quis esset traditurus eum.
66. Et dicebat: Propter hoc dixi vobis, quia nemo potest venire ad me, nisi ei datum fuerit a (*b*) Patre †.
67. Ex hoc (*c*) ergo † multi ex discipulis ejus abierunt retro: etiam cum eo jam non ambulabant.
68. Dixit (*d*) autem † Jesus ad XII: Numquid et vos vultis ire?
69. Respondens autem Simon Petrus, dixit: Domine, ad quem ibimus? verba vitae aeternae
70. habes. Et nos credidimus, et cognovimus quoniam tu es Filius Dei.
71. Respondit Jesus: Nonne ego vos XII. elegi: unus tamen ex vobis diabolus est?
72. Dicebat autem de Juda Simone Scarioth: hic enim traditurus eum erat, cum esset unus de XII.

CAPUT VII.

1. Post (*e*) haec † ambulabat Jesus (*f*) in Galilaea †, non enim habebat potestatem in Judaea ambulare: quia Judaei quaerebant interficere eum.
2. Erat autem in proximo dies sollemnis Judaeorum, Sce-
3. nopegiae. Dixerunt (*g*) igitur † ad eum fratres ipsius: Transi hinc, et

CODEX BRIXIANUS.

ritis Filium hominis. ascendentem ubi erat prius. Spiritus est enim qui vivificat caro nihil prodest. verba quae ego locutus sum vobis. spiritus sunt et vita. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Jesus. qui essent non credentes in eum. et qui erat eum traditurus. Et dicebat. Propterea dixi vobis. quia nemo potest venire ad me. nisi fuerit ei datum a Patre meo. Ex hoc (*d*) ergo † tempore. multi ex discipulis ejus. abierunt retro. et ultra cum illo non ambulabant. Dixit ergo Jesus ad duodecim Numquid et vos vultis ire. Respondit ei Simon Petrus. Domine ad quem ibimus. verba vitae aeternae habes. Et nos credidimus et cognovimus. quia tu es Christus Filius Dei. Respondit eis Jesus. Non ne ego vos duodecim elegi. et unus ex vobis diabolus est Dicebat autem de Juda Simonis Scariotis. hic enim traditurus erat eum. cum esset unus de duodecim. Post (*e*) haec † ambulabat Jesus in Galilaeam non enim volebat in Judaeam ambulare. quia Judaei quaerebant eum interficere. Erat autem in proximo dies festus Judaeorum Scenopegia. Dixerunt (*g*) ergo † ad eum fratres ejus. Transi hinc

CODEX CORBEIENSIS.

64. nam caro non prodest, spiritus et vita est.
65. Sciebat enim Jesus (*recent. manu*), ab initio.
66. nemo potest venire, nisi fuerit et datum desursum a Patre. *additur* ad me, *recent. manu*.
67. et amplius cum illo non ambulabant.
68. Dixit ergo illis duodecim.
69. verba vitae aeternae Dominus habes.
70. Filius Dei vivi.
72. Incipiebat enim tradere eum, unus cum esset.

CAP. VII. — 1. non enim habebat potestatem in Judaeam ambulandi.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* qui essent credentes. *Vulg.* qui essent non credentes.

[2] *Gat.* dicebat enim Judam Simonis Scariothis... de XII. *Mm.* Dicebat enim Judam Simonem Scariothem... de XII. *Vulg.* Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem... ex duodecim.

[3] *Gat.* perambulabat Jesus in Galilaeam. *Mm.* perambulabat Jesus Galilaeam. *Vulg.* ambulabat Jesus in Galilaeam

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et text. Gr. ἐστί. græca syntaxis.—(*b*) Post *Patre*, deest *meo*, etiam in cod. Cant.— (*c*) Addit *ergo*, cod. quoque Cant. οὖν. — (*d*) Ita et cod. Cant. δέ.—(*e*) Post *haec* deest *autem*, etiam in cod. Cant.—(*f*) Ita et text. Gr. ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ.—(*g*) Ita et text. Gr. οὖν.

CODEX VERCELLENSIS.

et vade in Judaeam, ut et discipuli tui videant (*a*) opera †, [1] quæ facis. 4. Nemo enim in occulto aliquit facit, et quaerit ipse in palam esse : si haec facis, manifesta te [2] huic mun- 5. do. Neque enim (*b*) tunc † fratres ejus credebant in illum. 6. Dixit ergo illis Jesus : tempus meum nondum venit : tempus autem vestrum semper est 7. paratum. Non potest hic mundus odire vos : me autem odit : quia ego testimonium dico de illo [3] quod opera ejus ma- 8. la sunt. Vos ascendite in diem festum, ego non ascendam in hunc diem festum : quoniam tempus meum nondum impletum est. 9. Haec dicens illis, ipse mansit 10. in Judaea. Et postquam ascenderunt fratres ejus in diem festum, tunc et ipse ascendit in die festo non palam, sed (*e*) abs- 11. conse †. Judaei ergo quaerebant eum in die festo, et dicebant. Ubi est 12. ille ? Et murmur de illo erat in turba. Quidam dicebant : Quia bonus est. Et alii dicebant : Non, sed seducit populum. 13. Nemo tamen palam loquebatur de illo propter timorem Ju . . . . - rum. 14. Et cum jam dies festus medius esset, ascendit Jesus in templo, et doceb . . . . 15. Mirabantur ergo Judaei, dicentes : Quomodo hic litteras novit, qui non di- 16. dicit ? Respondit illis Jesus, dicens : Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui me misit. 17. Si quis voluerit voluntatem illius f . . -

CODEX VERONENSIS.

vade in Judaeam, ut et discipuli tui 4. videant (*a*) opera †, quae facis. Nemo enim aliquid faciens in occulto, quaerit pro palam esse : si haec facis, manifesta te ipsum huic mundo. 5. Neque enim fratres ejus credebant (*b*) tunc † in eum. 6. Dicit ergo eis Jesus : Tempus meum nondum advenit: tempus autem vestrum semper est paratum. 7. Non potest mundus odire vos : me autem odit ; quia ego testificor de eo quoniam opera ejus pessima sunt. 8. Vos ascendite in diem festum, ego non ascendam in diem (*c*) festum † : quoniam tempus meum nondum completum est. 9. Haec cum dixisset, remansit ipse (*d*) in Galilaeam †. 10. Cum autem ascenderunt fratres ejus, tunc et ipse ascendit in diem festum non palam, sed (*e*) occul- 11. te †. Judaei autem quaerebant eum in diem festum, dicentes : Ubi 12. est ille? Et murmur de eo erat magnum in turba. Quidam enim dicebant : Quoniam bonus est. Alii dicebant : Non, sed seducit 13. populum. Nemo tamen in palam loquebatur de eo propter metum Judaeo- 14. rum. Cum autem jam dies festus medius esset, ascendit Jesus in templo, et docebat. 15. Mirabantur autem Judaei, dicentes : Quomodo hic litteras novit, cum non didicerit ? 16. Respondit autem (*f*) Jesus †, et dixit : Mea doctrina non est mea, sed ejus, qui me misit. 17. Si quis voluerit voluntatem illius fa-

CODEX BRIXIANUS.

et vade in Judaeam, ut et discipuli tui. videant opera tua quae facis. Nemo enim in occulto aliquid facit et quaerit ipse in palam esse. si haec facis manifesta te ipsum. huic mundo. Neque enim fratres ejus. (*b*) tunc † credebant in eum. Dicit ergo eis Jesus. Tempus meum. nondum advenit. tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest hic mundus odire vos. me autem odit. quia ego testimonium perhibeo de illis quoniam opera eorum mala sunt. Vos autem ascendite. ad diem festum hunc. ego autem nondum ascendo ad diem festum hunc. quia meum tempus. nondum impletum est. Haec autem dixit eis cum esset (*d*) in Galilaeam †. Ut autem ascenderunt fratres ejus. tunc et ipse ascendit ad diem festum. non manifeste. sed quasi in occulto. Judaei ergo. quaerebant eum in die festo et dicebant. Ubi est ille. Et murmur magnus de illo erat in plebe. Quidam enim dicebant. Quia verax est. Alii autem dicebant Non. sed seducit turbas. Nemo tamen fiducialiter loquebatur de illo. propter metum Judaeorum. Jam autem. die festo mediante. ascendit Jesus in templum. et docebat. Et mirabantur turbae dicentes. Quomodo hic. litteras scit. cum non didicerit. Respondit autem (*f*) Jesus † et dixit. Mea doctrina. non est mea. sed ejus qui me misit. Si quis voluerit. volumtatem ejus fa-

CODEX CORBEIENSIS.

4. [4] Nemo quid facit in occulto. Quid facit quærit ipse.
5. Neque enim tunc fratres ejus.
9. Haec cum dixisset illis.
12. seducit populum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quae tu facis. *Vulg.* quae facis.
[2] *Gat.* mundo huic. *Vulg.* mundo.
[3] *Gat. et Mm.* quia opera. *Vulg.* quod opera.
[4] *Gat* Nemo ergo in occulto facit. *Mm.* Nemo ergo in.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *opera*, deest *tua*, in cod. quoque Cant. —(*b*) Addit *tunc*, etiam cod. Cant.— (*c*) Post *Festum*, deest *hunc*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et cod. Cant. *εἰς τὴν Γαλιλαίαν.* — (*e*) Ante *occulte*, deest *quasi*, in codd. quoque Cant.—(*f*) Ante *Jesus*, deest *eis*, etiam in vers. Goth.

CODEX VERCELLENSIS.

ce. . . . . ł ex
. . . . rina, utrum
ex Deo est, an e-
go ipse a me
18. loquar. Qui a
se loquitur,
gloriam suam
quaerit, qui
autem quae-
rit gloriam
ejus, qui misit
eum, hic verax
est, et iniqui-
tas in illo non
19. est. Nonne Moy-
ses dedit vo-
bis legem : et
nemo ex vo-
bis facit legem?
20. Quid me quae-
ritis occide-
re? Respon-
dit turba, et
dixit : Demo-
nium . . ab . . :
quis te qu . . .
rit occidere?
21. Respondit Jesus,
et dixit illis :
Unum opus
feci, et omnes
22. miramini : Ideo
dedit vobis
Moyses circum-
cisionem : (non
ex Moysen est,
sed a Patribus
vestris) et in
sabbato cir-
cumcidi-
tis hominem.
23. Si ergo circum-
cisionem ac-
cipit homo in
sabbato, ut non
solvatur
lex Moysi : mi-
hi irascimi-
ni quod totum
. . . . . em
sanum feci
24. sabbato? Noli-
te judicare
secundum per-
sonam homi-
nis, sed justum
judicium ju-
dicate.
25. Dicebant ergo
quidam Hie-
rosolymitae :
[1] Nonne hic
est, quem quae-
runt occide-
26. re? Ecce palam
loquitur, et
nihil illi di-
cunt. Num-
quid vere cog-
noverunt
Principes Sa-
cerdotum,
quod hic est
27. Christus? Sed . . .
novimus un-
de sit : Christus au-
tem cum ve-
nerit, nemo
sciet unde sit.
28. Clamabat er-
go docens in
templo Jesus, di-
cens : Et me nos-
tis, et scitis un-
de sim : et a
me non ve-
ni, sed est ve-
rax, qui me
misit, quem
vos non nos-
29. tis. [2] Ego novi
illum : quoni-
am ab illo sum,
et ille me mi-

CODEX VERONENSIS.

cere : cogno-
scet de doctri-
na, utrum ne
ex Deo sit,
an ex me ipso
18. loquar. Qui
a semetipso
loquitur, glo-
riam suam
quaerit, nam
qui quaerit
gloriam ejus,
qui eum mi-
sit, verax
est, et ini-
quitas in eo
non est.
19. Nonne Moyses
dedit vobis
legem : et ne-
mo ex vobis
facit legem?
20. Quid me quae-
ritis occidere?
21. Respondit
Jesus, et
dixit eis :
Unum opus
feci, et omnes
miramini :
22. Propter hoc
Moyses dedit
vobis circumci-
sionem : (non
quod ex Moy-
sen sit, sed
ex Patribus
vestris) et
sabbato cir-
cumciditis ho-
23. minem. Si
circumcisionem
accipit homo
in sabbato,
ut non solvatur
lex Moysi :
mihi irasci-
mini quoniam
totum homi-
nem salvum
feci sabbato?
24. Nolite judi-
care secun-
dum faciem,
sed justum
judicium judicate.
25. Dicebant er-
go quidam
ex Hieroso-
lymitanis :
Nonne hic est,
quem quae-
runt occide-
26. re? Et ecce
in palam
loquitur, et
nihil illi
dicunt. Num-
quid vere
cognoverunt
Principes quia ipse
est Christus?
27. Sed hunc
scimus unde
sit : Christus
autem cum
venerit, ne-
mo scit unde sit.
28. Clamabat
igitur Jesus
in templo docens, et
dicens : Et
me scitis, et
unde sim
nostis : nec enim
a me veni,
sed est verax,
qui me misit,
quem vos igno-
29. ratis. Ego (*a*)
autem † novi
illum : quoniam
ab eo sum, et
ipse me misit.

CODEX BRIXIANUS.

cere. cognoscet de doctrina hac. utrum ex Deo est. an ego a me ipso loquor. Qui enim a semetipso loquitur. gloriam propriam quaerit. qui autem quaerit gloriam ejus qui misit eum. hic verax est. et injustitia in illo non est. Non ne Moyses. dedit vobis legem. et nemo ex vobis facit legem. Quid me quaeritis interficere. Respondit turba et dixit. Demonium habes. quis te quaerit interficere. Respondit Jesus et dixit eis. Unum opus feci. et omnes miramini. Propterea Moyses. dedit vobis circumcisionem. non quia. ex Moyse est sed ex Patribus. et in sabbato circumciditis hominem. Si ergo circumcisionem accipit homo in sabbato. ut non solvatur lex Moysi. mihi autem quid indignamini. quia totum hominem salvum feci in sabbato. Nolite judicare secundum faciem sed justum judicium judicate. Dicebant ergo quidam ex Jerosolymitis. Nonne hic est quem quaerunt interficere. Et ecce palam loquitur. et nihil ei dicunt. Numquid vere cognoverunt Principes. quia hic est vere Christus. Sed hunc scimus unde sit. Christus autem cum venerit. nemo scit unde sit. Clamabat ergo docens in templo Jesus. et dicens. Et me scitis. et nostis unde sim. et a me ipso non veni. sed est verus qui me misit. quem vos nescitis. Ego (*a*) autem † scio eum quia ab ipso sum. et ipse me misit.

CODEX CORBEIENSIS.

18. gloriam suam propriam.
19. *Recent. manu ad marg.* et nemo ex vobis facit legem?
26. et nihil dicunt. Numquid forte vere cognoverunt.
28. Clamabat autem in templo Jesus dicens. *Omittit*, quem vos nescitis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* Numquid hic est. *Vulg.* Nonne hic est.
[2] *Mm.* Ego autem scio eum : et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis mendax : et ego scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit. *Vulg.* Ego scio eum, quia ab ipso sum, et ipse me misit. Quaerebant.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *autem*, etiam tex. G. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

sit.
30. Quaerebant ergo illum . . . prehendere : et nemo misit in illum manus, quoniam nondum venerat hora ejus.
31. De turba autem multi crediderunt in illum, et dicebat : Christus cum venerit, numquid plura signa facturus est quam quæ hic fa-
32. cit? Audierunt ergo [a] Sacerdotes, et Pharisaei turbas murmurantes de illo : et miserunt . . . ministros Pharisaei, et Principes Sacerdotum ut eum conprehen-
33. derent. Dixit ergo (*c*) Jesus : † Adhuc modicum tempus vobiscum sum : et vado ad eum, qui me
34. misit. Quaeritis me, et non invenietis : et quo ego vado, vos non potestis venire.
35. Dixerunt ergo Judaei inter se : Quo hic iturus est, quod non illum inveniemus? Numquid in dispersionem (*d*) Graecorum † iturus est, et docere
36. (*e*) Graecos †? Qui est hic sermo, quem dixit : Quaeritis me, et non invenitis : et ubi ego eo, vos non potestis venire?
37. In novissima autem magna die festi Judaeorum stabat Jesus, et clamabat : Qui sitit, veniat ad me, et bib . . . .
38. Qui credit in me, sicut (*g*) dixit † Scriptura, flumina de ventre ejus flue . . aquae vivae.
39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant credentes in eum : nondum autem erat Spiritus datus, quoniam Jesus nondum fuerat honoratus.
40. [a] De turba ita-

CODEX VERONENSIS.

30. Quaerebant igitur eum adprehendere : et nemo injecit manus in illum, quia nondum venerat hora ejus.
31. Ex turba autem multi crediderunt in eum, et dicebant : Christus cum venerit, numquid plura signa faciet quam quae iste (*a*) fecit †?
32. Audierunt Sacerdotes, et Farisaei populum musitantem (*b*) de eo † : et miserunt ministros ut adpraehenderent eum.
33. Dixit autem (*c*) Jesus : † Adhuc pusillum tempus vobiscum sum : et vado ad eum, qui me misit.
34. Quaeritis me, et non invenietis : et ubi ego sum, vos venire non
35. potestis. Dicebant igitur Judaei alterutrum : Ubi
30. hic iturus est, quia non inveniemus eum? Numquid in dispersionem (*d*) Graecorum † incipiet ire, et docere (*e*)
36. Graecos †? Quis est hic sermo, quem dixit : Quaeritis me, et non invenietis : et ubi sum ego, vos venire non potestis?
37. In novissimo autem die magno, ac sollemne stabat Jesus, et clamabat, dicens : Si quis sitit, (*f*) veniat †, et
38. bibat. Qui credit in me, sicut (*g*) dixit † Scriptura, flumina de ventre ejus fluent aquae vivae.
39. Hoc autem dixit de Spiritu, quem accepturi erant : nondum enim erat datus Spiritus, quia Jesus nondum erat honorificatus.
40. De populo

CODEX BRIXIANUS.

Quaerebant ergo eum adprehendere. et nemo misit in illum manus. quia nondum venerat hora ejus. De turba autem multi crediderunt in eum. et dicebant. Christus cum venerit. numquid pluriora signa faciet. quam quae hic (*a*) fecit †. Audierunt ergo Pharisei. turbam murmurantem de illo haec. et miserunt Principes Sacerdotum. et Pharisaei ministros. ut adprehenderent eum. Dixit ergo (*c*) Jesus. † Adhuc modicum tempus vobiscum sum. et vado ad eum qui me misit. Quaeritis me et non invenietis. et ubi sum ego. vos non potestis venire. Dixerunt ergo Judaei ad invicem. Quo hic iturus est. quia nos non inveniemus eum. Numquid in dispersionem Gentium iturus est. et docere Gentes. Quis est hic sermo quem dixit Quaeritis me et non invenietis. et ubi ego sum vos non potestis venire. In novissimo autem die magno. festivitatis. stabat Jesus. et clamabat dicens Si quis sitit. veniat ad me et bibat. Qui credit in me sicut (*g*) dixit † Scriptura. flumina de ventre ejus fluent. aquae vivae. Hoc autem dixit. de Spiritu quem accepturi erant. credentes in eum. quia nondum erat Spiritus Sanctus in eis. quia Jesus nondum fuerat glorificatus. Multi

CODEX CORBEIENSIS.

(35) Dixerunt ad ipsos . . . Numquid in dispersionem Graecorum [a] incipit ire, et docere Graecos?
(37) In novissimo autem die illo magno diei festi stabat Jesus.
(39) quam incipiebant accipere credentes in eum.
(*Ibid.*) quia Jesus nondum fuerat honorificatus.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Principes, et Pharisaei ministros. *recent. manu*, Judaei. *Mm.* Principes, et Judaei ministros. *Vulg.* Principes, et Pharisaei ministros.

[2] *Gat. et Mm.* Multi cum audissent. *Vulg.* Ex illa ergo turba, cum audissent.

[3] *Gat.* iturus est docere Gentes.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et text. Gr. ἐποίησεν. — (*b*) Post *de eo*, deest *haec*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Ante *Jesus*, deest *eis*, etiam in cod. Cant.—(*d*) Ita et text. Gr. τῶν Ἑλλήνων — (*e*) τοὺς Ἕλληνας. —(*f*) Post *veniat*, deest *ad me*, in cod. quoque Cant.— (*g*) Ita et text. Gr. εἶπεν.

CODEX VERCELLENSIS.

que qui audierunt sermones hos, dicebant : Est vere Pro-
41. f . . . . D . . . . -bat : Hic est Christus. Quidam vero dicebant : Numquid de Galilea . . . . . -
42. . . . . ? Nonne Scriptura dicit : Quia de semine David, et a Baethlem castello, ubi erat David, Christus venit?
43. Dissensio itaque facta est in turba propter
44. ter illum. Quidam autem ex illis voluerunt adprehendere illum :
. . . nemo . . .
it in illu . . . . .
. . . . . .
45. Venerunt ergo ministri ad Principes Sacerdotum, et Pharisaeos.
Quibus illi . . -xerunt : Quare non adduxistis illum ?
46. Responderunt ministri, dicentes : Numquam . . . h . . mi-
num sic locutus est, quomodo et hic.
47. Responderunt eis Pharisaei :
. . . inquid et
. . . . . d . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
48. credidit in illum v . . . de Pha-
49. risaeis? Sed
h . . c turba,
q . . e ignorant
legem, maledicti sunt.
50. Dicit Nicodemus ad illos,
is, qui prius
venit ad illum,
unus cum
51. esset ex eis : Numqui . . lex nostra judicat
hominem,
nisi audiat
prius ab illo,
et cognoscat quid . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
52. us es? [1] Scrutare Scripturas,
et vide, quia
Prophaeta
de Galilaea non
surgit.

CODEX VERONENSIS.

igitur audientes . . . . . .
haec verba, ...
dicebant : . . . . . .
Hic est vere . . . . . .
Propheta. . . . . .
41. Alii vero . . . . . .
dicebant : Num- . . . . . .
quid ergo ex . . . . . .
Galilaea Chri- . . . . . .
42. stus venit? Non . . . . . .
ne Scriptura . . . . . .
dicit : Quia . . . . . .
ex semine . . . . . .
David, et . . . . . .
Bethlehem municipio, ubi . . . . . .
erat David, ...
Christus venit? . . . . . .
43. Dissensio ergo . . . . . .
facta est in . . . . . .
turba propter . . . . . .
eum. . . . . .
44. Quidam autem . . . . . .
ex eis volebant . . . . . .
adprehendere . . . . . .
eum : sed nemo . . . . . .
in . . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
.

CODEX VERCELLENSIS.

CAPUT VIII.

12. Iterum ergo loquebatur ad illos Jesus, dicens : Ego sum lux hujus mundi : qui me sequitur, non ambulavit in tenebris, sed habebat [1] lucem vitae.
13. Dixerunt illi Pharisaei : Tu de te testificaris : et testi- . . onium tu- . . . non est . . . . . .
14. Respondens Jesus, et dixit illis : Et si ego testimonium dico de me, verum est testimonium meum : quoniam scio [2] unde veni, et quo vado : vos nescitis unde venerim, et quo vadam.
15. Vos secundum carnem judicatis : ego (*a*) neminem † ju-
16. dico : sed et si ego judico, judicium meum [3] verum est, quia solus non sum : sed ego, et Pater, qui me misit.
17. Sed in lege vestra scriptum est, duorum hominum testimonium verum est.
18. Ego sum, qui testimonium dico de me : et qui me misit, Pater, testimonium dicit de me.
19. Dicebant ergo ei : Ubi est Pater tuus? Quibus respondit Jesus : Neque me nostis, neque Patrem meum : si enim me nossetis, utique et Patrem meum nossetis.
20. Haec verba (*c*) locutus est † in gajopilacio, docens in templo : et nemo illum adprehendit, quia nondum venerat hora ejus.
21. Ait illis iterum Jesus : Ego vado, et quaeritis me, et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado, vos non potestis.

CODEX VERONENSIS.

CAPUT VIII.

12. Rursus autem congregatis illis loquebatur Jesus, dicens : Ego sum lux hujus mundi : qui me sequitur, non ambulabit in tenebris, sed habebit lumen vitae.
13. Dixerunt autem ei Pharisaei : Tu de te testimonium perhibes : testimonium tuum non est verum.
14. Respondit Jesus, et dixit eis : Et si ego testimonium perhibeo de me, testimonium meum verum est : quoniam scio unde veni, et quo eam. Vos enim nescitis unde venerim, et
15. quo eam. Et vos secundum carnem judicatis : ego non judico (*a*) nemi-
16. nem † : quod si ego judico, judicium meum verum est, quoniam solus non sum : sed ego sum, et qui me misit, Pater.
17. In lege quoque scriptum est, quoniam duorum hominum testimonium verum est.
18. Ego sum, qu testificor de me : et qui me misit Pater, testimonium perhibet de me.
19. Dicebant igitur ei : Ubi est Pater tuus? Respondit Jesus, (*b*) et dixit eis † : Neque me nostis, neque Patrem meum : si me sciretis, et Patrem meum sciretis.
20. Haec verba (*c*) locutus est † in gazophylacio, docens in templo, et nemo adprahendit eum, quia nondum venerat hora ejus.
21. Dixit autem iterum (*d*) ad eos † : Ego vado, et quaeritis me, et in peccato vestro moriemini. Quo ego eo, vos non potestis

CODEX BRIXIANUS.

Iterum ergo locutus est eis Jesus dicens. Ego sum lux mundi. qui me secutus fuerit. non ambulavit in tenebris. sed habebit lumen vitae. Dixerunt ergo ei Pharisaei Tu de te ipso testimonium perhibes. testimonium tuum non est verum. Respondit Jesus et dixit eis. Et si ego testimonium perhibeo de me ipso. verum est testimonium meum quia scio unde veni. et quo vado. Vos autem. nescitis unde veni aut quo vado. Vos secundum carnem judicatis. ego autem non judico quemquam. et si judico ego. judicium meum verum est. quia solus non sum. sed ego et qui me misit pater. Nam et in lege vestra scriptum est. quia duorum hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimonium perhibeo de me ipso. et testimonium perhibet. de me. qui me misit Pater. Dicebant ergo ei. Ubi est Pater tuus. Respondit Jesus. Neque me scitis. neque Patrem meum. si me sciretis forsitam et Patrem meum. sciretis. Haec verba (*c*) locutus est † in gazofilacia. docens in templo. et nemo adpraehendit eum. quia necdum venerat hora ejus. Dixit ergo iterum eis Jesus. Ego vado et quaeritis me. et in peccato vestro moriemini. Quo ego vado. vos non potestis

CODEX CORBEIENSIS.

12. Iterum locutus est eis, etc.

20. quia nondum erat hora ejus.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* lumen vitae in se. *Vulg.* lumen vitae.
[2] *Gat. et Mm.* unde veni, aut quo. *Vulg.* unde veni, et quo.
[3] *Gat. et Mm.* justum est. *Vulg.* verum est.

BLANCHINI NOTÆ.

«*adulterinis Conjugiis* ad Pollentium, cap. 7, factum esse ait, *ut nonnulli modicæ fidei, vel potius inimici veræ fidei, credo, metuentes peccandi impunitatem dari mulieribus suis, illud quod de adulteræ indulgentia Dominus fecit, auferrent de codicibus suis, quasi permissionem peccandi tribuerit, qui dixit:* « *Jam deinceps noli peccare.* » — (*a*) Ita et tex. Gr. οὐδένα. graeca syntaxis. — (*b*) Addit. *et dixit eis*, etiam cod. Cant.: καὶ εἶπεν αὐτοῖς. — (*c*) Post *locutus est*, deest *Jesus*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Post *ad eos*, deest *Jesus*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

testis venire.
22. Diceban . . . go Judaei : Numquid occidere se habet? quoniam dicit : Ubi ego vado, vos non potestis venire.
23. Et dicebat illis Jesus : Vos de inferioribus estis, ego de superioribus sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo.
24. Dixi vobis quoniam moriemini in peccatis vestris : si enim non crediderit quoniam ego sum, moriemini in peccatis vestris.
25. Dicebant ergo illi : Tu qui es? Ait illi Jesus : [1] Initium, quod loquor vobis.
26. Multa habeo de vobis loqui, et judicare : sed qui me misit, verax est; et ego quae audivi ab illo, haec loquor in hoc
27. mundo. Et non cognoverunt quod [2] Patrem illis diceret
28. Deum. Ait ergo Jesus : Cum exaltaveritis Filium hominis, tunc scietis quod ego sum, et a me facio nihil, sed sicut docuit me Pater, sic loquor :
29. quoniam is, qui me misit, mecum est, non reliquit solum : quoniam ego, quae placent illi, facio semper.
30. Haec illo loquente, multi crediderunt in
31. eum. Dicebat ergo ad Judaeos Jesus, qui crediderunt : Si vos manseritis in verbo meo, vere discipuli mei eritis :
32. et scietis veritatem, et veritas vos
33. liberavit. Responderunt illi, quod Judaei semen Abrahae sumus, et numquam cuiquam servivimus : quomodo tu dices : Quia liberi eritis?
34. Respondit illis Jesus : Amen, amen dico vobis, quod omnis, qui facit peccatum, servus
35. peccati est. Ser-

CODEX VERONENSIS.

venire.
22. Dicebant igitur Judaei : Numquid interficiet se? quoniam dicit : Ubi ego vado, vos venire non potestis.
23. Iterum dicebat eis : Vos ex inferioribus estis, ego de supernis sum. Vos de hoc mundo estis, ego non sum de hoc mundo.
24. Dixi itaque vobis quia moriemini in peccato vestro : si enim non crediderit quoniam ego sum, moriemini in peccato vestro.
25. Dicebant autem ei : Tu quis es? Dixit autem eis Jesus : In primis, quia loquor vobis; cum
26. multa habeam de vobis dicere, et judicare : sed qui me misit, verax est; et ego quae audivi ab eo, haec loquor in hoc
27. mundo. Et non intellexerunt quoniam de (*a*) Deo † Patre diceret eis.
28. Dixit autem illis Jesus : Cum exaltaberitis Filium hominis, tunc scietis quoniam ego sum, et nihil a me facio, sed sicut docuit me Pater, haec loquor :
29. et qui me misit, mecum est, et non reliquit me solum : quia ego, quae sunt ei placita, semper facio.
30. Haec eo loquente, multi crediderunt in eum.
31. Dicebat autem Jesus ad eos, qui crediderant ei ex Judaeis : Si vos permanseritis in verbo meo, vere discipuli mei
32. (*b*) estis † : et scietis veritatem, et veritas ipsa liberavibit vos.
33. Responderunt illi Judaei dicentes : Semen (*c*) Abraham † sumus, et nemini umquam servivimus : quomodo tu dicis : Liberi eritis?
34. Respondit Jesus : Amen, amen dico vobis : quia omnes, qui facit peccatum, servus est (*d*) †.
35. Servus autem

CODEX BRIXIANUS.

stis venire Dicebant ergo Judaei. Numquid interficiet se metipsum quia dixit. Quo ego vado. vos non potestis venire. Et dixit eis Jesus. Vos de deorsum estis. ego autem de supernis sum. vos de hoc mundo estis. ego autem non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis. quia moriemini in peccatis vestris. si enim non crediderit is. quia ego sum. moriemini in peccatis vestris. Dicebant ergo ei. Tu quis es. Et dixit eis Jesus. Principium quod et loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui. et judicare. sed qui me misit. verax est. et ego quae audivi ab eo et loquor in hoc mundo. Et non intellexerunt. quia de Patre eis dicebat. Dixit ergo eis Jesus. Cùm exaltaveritis Filium hominis. tunc cognoscetis quia ego sum. et a me ipso nihil facio. sed sicut docuit me Pater mens. haec loquor. et qui me misit mecum est. non me reliquit solum Pater. quia ego quae placita sunt ei. facio semper. Haec illo loquente. multi crediderunt in eum. Dicebat autem Jesus. ad eos qui ex Judaeis. crediderunt ei. Si vos manseritis in verbo meo. vere discipuli mei (*b*) estis †. et cognoscetis veritatem. et veritas liberabit vos. Responderunt ei Semen Abrahae sumus. et nemini servivimus umquam. quomodo tu dicis Quia liberi eritis. Respondit eis Jesus Amen amen dico vobis. quia omnis qui facit peccatum. servus est peccati. Ser-

CODEX CORBEIENSIS.

23. ego de superioribus sum.
26. haec eloquor in hunc mundum.
28. sicut docuit me Pater, haec eloquor.
31. Si vos manseritis in verbo meo, vere discipuli mei estis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* Principium, quod loquor. *Vulg.* Principium, qui et loquor.

[2] *Gat et Mm.* Patrem eis esse Deum dicebat. *Vulg.* Patrem ejus dicebat Deum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Juxta cod. Cant. τὸν Θεόν; Cant. lat. addit, *suum*. — (*b*) Ita et text. Gr. ἐστέ. — (*c*) *Abraham*. Et ita text. Gr. Ἀβραάμ. — (*d*) Post *est*, deest *peccati*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

vus autem
non manet
in domo Domini
in aeternum :
Filius autem
manet in ae-
36. ternum. Si Fi-
lius vos libera-
verit, vere
liberi eritis.
37. Scio quod (a) semen †
Abrahae estis :
sed quaeri-
tis me occide-
re, quia ser-
mo meus non
requiescit
38. in vobis. Ego
quod vidi a-
pud Patrem
meum, loquor ;
et vos (b) itaque †,
quod vidistis
apud Patrem
vestrum, fa-
39. citis. Qui res-
ponderunt :
Pater noster
Abraham est.
Ait illis Jesus : (c) Si
Filii Abrahae
essetis, opera
Abrahae face-
40. retis †. Nunc
autem quae-
ritis me occi-
dere, hominem,
qui veritatem
locutus sum
vobis, quam
audivi a Deo :
hoc Abraham
41. non fecit, quod
[2] vos facitis,
opera Patris
vestri.

Dixerunt illi :
Nos de forni-
catione non
sumus nati :
unum habe-
mus Patrem
Deum.
42. (e) Ait † illis Jesus : Si
Deus Pater ves-
ter esset, dili-
geretis me.
Nam ego ex
Deo exivi, et
veni : neque
enim a me ve-
ni, sed ille me
43. misit. Quare
loquelam
meam [3] non
adgnoscitis ?
Quia non po-
testis audi-
re verbum
meum.
44. Vos de Patre
diabulo estis :
et desideria
Patris ves-
tri vu . . . s
. . cere. Il . . e
. . . icida
erat ab initio,
et in verita-
tem non ste-
tit : quoniam
non est veri-
tas in illo :
cum loquitur
mendacium,
de suo loqui-
tur, quoniam
mendax est,
sicut et Pater
45. ejus. (f) Ego † quia
veritatem
dico, non cre-

CODEX VERONENSIS.

non manet in
domo in aeter-
num : nam Fi-
lius manet in
aeternum.
36. Si ergo vos
Filius libera-
verit, vere
liberi eritis.
37. Scio quia (a)
semen †
Abrahae
estis : et quae-
ritis me occi-
dere, quoniam
verbum meum
non capet in
38. vobis. Ergo
quod vidi aput
Patrem meum,
hoc loquor :
et vos (b) ergo †
quae vidistis
aput Patrem
vestrum, facite.
39. Responderunt,
et dixerunt :
Pater noster
Abraham est.
Dixit autem
eis Jesus : (d)
Si Fili Abrahae
essetis, opera
utique ejus
faceretis †.
40. Nunc autem
quaeritis me
occidere, homi-
nem, qui veri-
tatem locutus
sum vobis, quam
audivi a Deo :
hoc Abraham
non fecit.
41. (d) Sed † vos
facitis opera
Patris vestri.

Dixerunt ei :
Nos ex fornica-
tione non sumus
nati : unum
Patrem habemus
Deum.
42. (e) Dicit †
eis Jesus :
Si Deus Pater ve-
ster esset, diligere-
retis utique me.
Ego enim ex
Deo processi,
et veni : nec
enim a me
veni, sed ille
43. me misit. Quare loquellam
meam non co-
gnoscitis? Quo-
niam non po-
testis audire
verbum meum.
44. Vos ex Patre
diabulo estis :
et concupiscen-
tiam Patris
vestri vultis
facere. Ille
homicida fuit
ab initio, et in
veritate non
stetit :
quia veritas
in eo non est :
quando loqui-
tur mendacium,
de suis loqui-
tur, quoniam
mendax est,
sicut et Pater
ejus.
45. (f) Ego † quia
veritatem dico
vobis, non

CODEX BRIXIANUS.

vus autem non manet in domo in aeternum Filius manet in aeternum Si ergo Filius vos liberaverit vere liberi eritis. Scio quia (a) semen † Abrahae estis. sed quaeritis me interficere. quia sermo meus non capit in vobis. Ego quae vidi apud Patrem meum loquor. et vos quae audistis a Patre vestro facitis. Responderunt et dixerunt ei. Pater noster Abraham est. Dicit eis Jesus. (c) Si Filii Abrahae essetis. opera Abrahae faceretis †. Nunc autem quaeritis me interficere. hominem qui veritatem vobis locutus sum. quam audivi a Deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera Patris vestri. Dixerunt itaque ei. Nos ex fornicatione non sumus nati. unum Patrem habemus Deum. Dixit ergo eis Jesus. Si Deus Pater vester esset. diligeretis utique me. Quoniam ego a Deo processi et veni non enim a me ipso veni. sed ille me misit. Quare loquellam meam non cognoscitis. Quia non potestis audire sermonem meum. Vos ex Patre diabolo estis. et desideria Patris vestri vultis facere. Ille homicida fuit ab initio. et in veritate non stetit. quia non est veritas in eo. cum loquetur mendacium. ex propriis loquitur. quia mendax est et Pater ejus. Ego autem quia veritatem locutus sum vobis. non cre-

CODEX CORBEIENSIS.

35. Filius manet in aeternum.
40. hominem, qui veritatem locutus est vobis, quam audivit a Deo.
41. Nos ex prostitutione non sumus.
44. ex suis propriis loquitur, quia [3] mendax est, sicut Pater ejus.
45. [4] Ego quia veritatem dico, non creditis mihi.

VARIANTES LECTIONES.

[2] *Mm.* vos facite. *Vulg.* vos facitis.
[3] *Gat.* non custoditis? *Vulg.* non cognoscitis?
[3] *Mm.* Mendax est, sicut et pater ejus.
[4] *Gat.* Ego autem quia veritatem. *Mm.* Ego quia veritatem.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ita et tex. Gr. σπέρμα. — (b) Ita et tex. Gr. οὖν. — (c) Ita et tex. Gr. *εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν.* — (d) Addit *sed*, cod. quoque Cant. δέ. — (e) Post *dicit*, deest *ergo*, etiam in vers. Gothica. — (f) Post *ego*, deest *autem*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

ditis mihi.
46. Quis ex vestrum arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare non credi-
47. tis mihi? Qu . . ex Deo . . . . . - ba Dei audit. Ideo vos non creditis, quia ex Deo non estis.
48. Responderunt Judaei, et dixerunt: Non bene dicimus quod Samaritanus es tu, [1] et daemonium habes?
49. Respondit Jesus: Ego daemonium non habeo, sed honorificabo Patrem meum: vos me non honorifica-
50. tis. Ego autem non quaer . . . . oriam meam: est qui quaerat, et judicet.
51. Amen, amen dico vobis: si quis verbum meum servaverit, mortem non videbit in aeternum.
52. Dicunt illi Judaei: Nunc cognovimus quia demonium habes. Abraham mortuus est, [2] et Profetae: et tu dicis: Si quis verbum meum audierit, et servaverit, non gustabit mortem in aeternum.
53. Numquid tu major es quam Abraham, quia mortuus est? set et Profetae mortui sunt? Quem te facis?
54. Respondit Jesus: Si ego me glorificavero, gloria mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quod Deus
55. [3] vester est, et non agnovistis illum: ego novi illum: Et si dixero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax. Sed novi illum, [4] et verbum e-
56. jus servo. Abraham Pater vester exsultavit ut videret diem meum: (*b*) et † vidit, et ga-

CODEX VERONENSIS.

creditis mihi.
46. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi?
47. Qui est ex Deo, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quoniam ex Deo non estis.
48. Responderunt Judaei, et dixerunt ei: Nonne recte dicimus nos quia Samaritanus es tu, et daemonium habes?
49. Respondit Jesus: Ego daemonium non habeo, sed honorifico Patrem meum: vos (*a*) dehonorifica-
50. tis † me. Ego autem non quaero honorem meum: est qui quaerit, et judicat.
51. Amen, amen dico vobis: si quis verbum meum servaberit, mortem non videbit in aeternum.
52. Dixerunt ei Judaei: Nunc cognovimus quoniam daemonium habes. Abraham mortuus est, et Prophetae: et tu dicis: Si quis verbum meum servaberit, non gustabit mortem.
53. Numquid tu major es Abrahae, qui mortuus est? et Prophetae, qui mortui sunt? Quem te ergo facis?
54. Respondit Jesus: Si ego honorifico me, honor meus nihil est: Pater meus est, qui honorificat me, quem vos dicitis quoniam Deus
55. vester, et non nostis eum: ego autem novi eum: Et si dixero quoniam non novi eum, ero similis vobis, mendax. Sed scio illum, et verbum ejus custodio.
56. Abraham Pater vester laetabatur ut videret diem meum: (*b*) et † vidit, et

CODEX BRIXIANUS.

ditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato. Si veritatem dico. quia vos non creditis mihi. Qui est ex Deo verba Dei audit. Proterea vos non auditis. quia ex Deo non estis. Responderunt igitur Judaei. et dixerunt ei. Nonne benedicimus nos. quia Samaritanus es tu. et daemonium habes. Respondit Jesus. Ego daemonium non habeo. sed honorifico Patrem meum. et vos (*a*) inhonoratis † me. Ego autem non quaero gloriam meam. est qui quaerat et judicet. Amen amen dico vobis. si quis sermonem meum servaverit. mortem non videbit in aeternum. Dixerunt ergo ei Judaei. Nunc cognovimus quia daemonium habes. Abraham mortuus est. et Prophetae. et tu dicis. Si quis sermonem meum servaverit. non gustavit mortem in aeternum. Numquid tu major es Patre nostro Abraham. qui mortuus est. et Prophetae qui mortui sunt. Quem te ipsum facis. Respondit Jesus. Si ego glorifico me ipsum. gloria mea nihil est. est Pater meus qui glorificat me. quem vos dicitis quia Deus noster est. et nescitis eum. ego autem novi eum. Et si dixero quia nescio eum. ero similis vobis mendax. Sed scio eum. et sermonem ejus servo. Abraham Pater vester. exultavit ut videret diem meum (*b*) et † vidit et ga-

CODEX CORBEIENSIS.

46. Si veritatem [5] dico, quare vos non creditis mihi?
47. Propterea vos me non auditis, quia non estis ex Deo.
49. inhonoratis me.
50. non quaero claritatem meam.
51. non videbit mortem in aeternum.
52. non gustabit mortem, *omisso* in aeternum, *quod supplevit recentior manus.*
53. Numquid tu major es quam Abraham, qui mortuus est?
54. Si ego clarificavero meipsum, claritas mea nihil est.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* es, daemonium. *Vulg.* es tu, et daemonium.
[2] *Gat.* et Prophetae mortui sunt: et tu. *Vulg.* et Prophetae? et tu.
[3] *Gat. et Mm.* noster est. *Vulg.* vester est.
[4] *Mm.* et mandata ejus. *Vulg.* et sermonem ejus.
[5] *Gat. et Mm.* dico, quare vos non.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἀτιμάζετέ. — (*b*) Addit, *et;* etiam in text. Gr. καί.

CODEX VERCELLENSIS.

visus est.
57. Dixerunt ergo ad illum Judaei : Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham
58. vidisti ? Dixit illis Jesus : Amen, amen dico vobis, (*a*) ante Abraham ego sum †.
59. Tulerunt itaque lapides Judaei, [1] ut . . . - tarent in illum : Jesus igitur abscondit se, et exiit de templo.

CAPUT IX.

1. Et transiens (*b*) vidit † hominem caecum a nati-
2. vitate sua : et interrogaverunt illum discipuli ejus, dicentes : Rhabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, quod caecus natus est?
3. Respondit illis Jesus : Neque hic peccavit, neque parentis ejus : sed ut manifestetur opera Dei in
4. illo. Me oportet operari opera ejus, qui me misit, dum dies est : venit nox, quando nemo potest
5. operari. Cum sum in hoc mundo, lux sum hujus mundi.
6. Haec dicens, exspuit in terra, et fecit lutum de sputimento, et linuit oculos
7. ejus, et dixit : Vade in natatoriam (*c*) Siloam † (quod est interpraetatum Mis-
sus.) Abiit, et lavit, et venit videns.
8. Vicini ergo ejus, et qui videbant illum
[2] prius quod caecus, et mendicus erat, dicebant : Nonne hic est, qui sedebat, et mendicabat? Alii dicebant : Hic est.
9. Alii dicebant : Similis est illi. Ipse autem dicebat : Ego sum.
10. Dicunt illi : Quomodo ergo aperti tibi sunt oculi?
11. Ille autem (*f*) respondit illis, et dixit : Homo, † qui dicitur Jesus, tetigit

CODEX VERONENSIS.

57. gavisus est. Dixerunt ergo ad eum : Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidisti?
58. Dixit eis Jesus : Amen, amen dico vobis, (*a*) ante Abraham ego sum †.
59. Tulerunt ergo lapides, ut mitterent in eum : Jesus vero abscondit se, et exiit de templo.

CAPUT IX.

1. Et praeteriens (*b*) vidit † caecum ex nativitatem :
2. et interrogaverunt eum discipuli sui, dicentes : Rabbi, quis peccavit, hic, aut parentes ejus, quoniam caecus natus est?
3. Respondit Jesus, et dixit eis : Neque hic peccavit, neque parentes ejus : sed ut manifestentur opera
4. Dei in eo. Me oportet operari opera ejus, qui misit me, cum dies est : veniet enim nox, cum nemo poterit
5. operari. Cum sum in hoc mundo, lumen sum mundi.
6. Haec cum dixisset, expuit in terram, et fecit lutum de sputamento, et superlinuit lutum super oculos illius
7. caeci, et dixit ei : Vade in natatoriam (*c*) Siloam † (quod interpraetatur Missus). Et perressit, et abluit se, et venit videns.
8. Vicini autem illius, et qui viderant eum antea (quoniam mendicus erat, et caecus) dicebant : Nonne hic est, qui sedebat et mendicabat?
9. Alii dicebant : Hic est. Alii dicebant : Non est, sed simi-
lis est illi. Ille autem dicebat : Ego sum.
10. (*d*) Dixerunt † ergo ei : Quomodo aperti sunt oculi
11. (*e*) tui? † Respondit (*f*) ille, et dixit : Homo, † qui dicitur Jesus, lutum fecit, et superlinuit me,

CODEX BRIXIANUS.

visus est. Dixerunt ergo ad eum Judaei. Quinquaginta annos nondum habes. et Abraham vidisti. Dixit eis Jesus. Amen amen dico vobis. antequam. Abraham fieret. ego sum Tulerunt ergo lapides. ut eum lapidarent. Jesus autem abscondit se. et exivit de templo transiens per medium eorum. et ibat. Et praeteriens (*b*) vidit † hominem caecum a nativitate. et interrogaverunt eum discipuli ejus dicentes. Rabbi quis peccavit hic. aut parentes ejus. ut caecus nasceretur. Respondit Jesus. Neque hic peccavit. neque parentes ejus. sed ut manifestetur opera Dei in illo. Me oportet operari opera ejus qui me misit. donec dies est. veniet autem nox. quando nemo potest operari. Quamdiu in hoc mundo sum. lux sum mundi. Haec cum dixisset. expuit in terram et fecit lutum ex sputo. et superlinivit super oculos caeci. et dixit ei. Vade lava in natatoria Siloae. quod interpretatur Missus Abiit ergo et lavit et venit videns. Vicini ergo ejus et qui viderant eum. prius. quia mendicus erat. dicebant. Nonne hic est. qui sedebat et mendicabat. Alii dicebant. Quia hic est. Alii autem quia similis est ei. Ille vero dicebat Quia ego sum. Dicebant ergo ei. Quomodo aperti sunt tibi oculi. Respondit (*f*) ille et dixit Homo † qui dicitur Jesus. lutum fecit. et superlinivit mihi ocu-

CODEX CORBEIENSIS.

58. ante Abraham ego sum.
Cap. IX. — 4. quando non potest operari.
5. Cum in hoc mundo sum, lux sum hujus mundi.
6. et superunxit illud super oculos ejus.
8. Alii dicebant : Hic est.
9. Alii autem dicebant : quia similis est ei.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* ut jactarent. *Vulg.* ut jacerent.
[2] *Gat.* ante quia.... Nonne hic est? Alii autem : Nequaquam. *Vulg.* prius quia... Nonne hic est, qui sedebat, et mendicabat? Alii dicebant : quia hic est. Alii autem : Nequaquam.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. Lat. et Gr. πρὶν Ἀβραὰμ, ἐγώ εἰμι. — (*b*) Ante *vidit*, deest *Jesus* etiam in tex. Gr.— (*c*) Ita et text. Gr. Σιλωάμ. — (*d*) Ita et cod. Cant. εἶπον.—(*e*) Ita et tex. Gr. σοῦ. (*f*) Ita et tex. Gr. ἐκεῖνος καὶ εἶπεν Ἄνθρωπος.

CODEX VERCELLENSIS.

mihi oculos, et dixit : Vade in Siloa, et abluere. Et abii, et lavi, et video.
12. Dixerunt ergo ei : Et ubi est ille ? Dicit : Nescio.
13. Adducunt autem ad Pharisaeos eum, qui fuerat caecus.
14. Erat autem [a] sabbatum qua die lutum fecit Jesus, et aperuit oculos ejus.
15. Iterum interrogaver. . . illum Pharisaei, quomodo visum recepit. Ad ille dixit illis : Lutum posuit in oculos meos, et abii, et lavi, et video.
16. Dicebant itaque quidam ex Pharisaeis : Hic homo non est a Deo, quod sic sabbatum non servat. (*e*) Alii † dicebant : Quomodo potest homo peccator (*d*) talia † signa facere? Et dissensiones erant inter illos
17. Dicebant † ergo caeco (*f*) illi †: Tu quid dicis de illo, quod aperuit oculos tuos? Ad Ille dixit: Quod Profeta est.
18. Non (*g*) credidderunt † Judaei, quoniam caecus fuit et videt, donec vocaverunt parentes ejus [b]:
19. et interrogaverunt illos: Hic est filius vester, quem dicitis vos quia caecus natus est? quomodo nu . . . . videt?
20. Responderunt parentes ejus, et dixerunt : Scimus quod hic est filius noster, et quoniam caecus natus
21. est. Quomodo autem nunc videt, nescimus : aut quis aperuit oculos ejus, nos nescimus : . . . . . rogate : aetatem habet ipse pro se loquatur.
22. Haec dixerunt

CODEX VERONENSIS.

et dixit mihi : Vade (*a*) in Siloam †, et abluere. Et abii, et ablui me, et videre coepi.
12. Dixerunt autem ei : Ubi est ille ? Ait (*b*) illis † : Nescio.
13. Perduxerunt autem eum ad Pharisaeos, qui caecus fuerat.
14. Erat autem sabbatum qua die lutum fecit Jesus, et aperiit illi oculos.
15. Rursus igitur interrogabant eum Pharisaei, dicentes : Quomodo vides ? Et ille dixit eis : Lutum fecit, et imposuit super oculos meos, et ablui me in Siloam, et ecce video.
16. Dicebant autem quidam ex Pharisaeis : Homo hic non est a Deo, quod sic sabbatum non observat. (*c*) Alii † dicebant : Quomodo potest homo peccator (*d*) talia † signa facere? Et dissensio erat inter eos.
17. (*e*) Dicebant † ergo caeco (*f*) illi † : Tu quid dicis de eo, qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit : Quia Propheta est.
18. Non (*g*) credebant † Judaei de illo, qui fuerat caecus, donec vocaverunt parentes
19. ejus : et interrogaverunt eos : Hic est filius vester, quem vos dicitis quia caecus natus est? Quomodo ergo videt modo?
20. Responderunt illis parentes ejus, et dixerunt : Scimus quia hic est filius noster, et quia caecus
21. natus est. Quomodo autem nunc videat, nescimus : aut quis ejus aperuit oculos, nos nescimus : aetatem habet, ipse pro se loquatur.
22. Haec dixerunt

CODEX BRIXIANUS.

los et dixit mihi. Vade lava in natatoria Siloam. Et abii. et lavi et video. Dixerunt autem et Ubi est ille. Qui dixit Nescio. Adducunt eum ad Pharisaeos. qui fuerat caecus Erat autem sabbatum. quando lutum fecit Jesus. et aperuit oculos ejus. Iterum ergo interrogaverunt eum Pharisaei. Quomodo vidisset. Ille autem dixit eis Lutum imposuit mihi super oculos. et lavi et video. Dicebant ergo quidam ex Pharisaeis. Hic homo non est a Deo. quia sabbatum non observat. (*c*) Alii † dicebant. Quomodo potest homo peccator (*d*) talia † signa facere. Et dissensio erat inter eos. Dicunt ergo iterum caeco. Tu quid dicis de eo. quia aperuit tibi oculos. Ille autem dixit. Quia Profeta est. Non (*g*) crediderunt † Judaei de illo. quia caecus erat. et vidit donec vocaverunt parentes ejus qui viderat. et interrogaverunt eos dicentes. Hic est filius vester. quem vos dicitis. quia caecus natus est. Quomodo ergo nunc videt. Responderunt autem parentes ejus. et dixerunt. Scimus quia hic est filius noster. et quia caecus natus est. Quomodo autem nunc videat nescimus. aut quis ei aperuit oculos. nos nescimus. ipsum interrogate aetatem habet. ipse de se loquatur. Haec dixerunt

CODEX CORBEIENSIS.

11. et abii, et lavi, [a] et vidi. †
15. [b] Lutum posuit mihi super oculos, et lavi et ecce video.
16. Quomodo potest peccator haec facere signa ? Et schisma erat in eis.
18. Non credebant Judaei de illo, quoniam caecus fuit et videt, donec evocarentur parentes ejus.
19. et interrogaverunt eos: Hic est filius, etc. Quomodo ergo videt modo ?

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* sabbatum in illo die quando. *Vulg.* sabbatum quando.
[2] *Gat.* qui viderant. *Mm.* qui viderant eum. *Vulg.* qui viderat.
[3] *Ita codices Gat. et Mm.*
[4] *Gat.* Lutum posuit super oculos meos.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod Cant. εἰς τὸν Σιλωάμ.— (*b*) Addit *illis*, etiam cod. cant. αὐταῖς. — (*c*) Post *alii*. deest *autem* in cod. quoque Cant. — (*d*) Ita et text. Gr. τοιαῦτα. — (*e*) Ita et cod. Cant. ἔλεγον. — (*f*) Post *illi*, deest *iterum*, etiam in cod. Cant. — (*g*) Post *credebant*, deest *ergo*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

parentes ejus, quoniam timebant Judaeos: *jam enim* constituerant Judaei ut si quis illum confiteretur (*a*) Christum †, de synagoga ejicere-
23. tur. Et ideo parentes ejus dixerunt: Aetatem habet, ipsum interrogate.
24. Vocaverunt itaque [1] *iterum* hominem, qui fuerat caecus, et dixerunt illi: Da honorem Deo, nos scimus quod hic homo peccator est.
25. Ait (*b*) ille †: Si peccator est, nescio: unum scio, quod caecus eram, et nunc video.
26. Dicunt illi: Quid fecit tibi? quomodo aperuit [2] oculos tu-
27. os? Respondit illis: Dixi vobis, [3] et non audistis: quid vultis iterum audire? numquid et vos vultis discipuli ejus fi-
28. ri? Ad illi maledixerunt illum, et dixerunt: Tu discipulus ejus esto: nos autem Moysi discipu-
29. li sumus. Nos scimus quod Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.
30. Respondit homo, et dixit illis: In hoc mirandum est quod vos nescitis unde sit, et aperuit oculos meos:
31. scimus quod Deus peccatores [4] non exaudit: sed si quis Deum colat, et voluntatem ejus faciat, hunc exaudit Deus.
32. A saeculo non est auditum quod aperuit aliquis oculos caeci na-
33. ti. Nisi. . . . . set a Deo, . . n posset facere quidquam.
34. Res . . . . . runt . . . . . illi, et . . xerunt, [5] in peccatis natus est totus:

CODEX VERONENSIS.

parentes ejus, quia timebant Judaeos: jam enim consiliati erant Judaei, ut si quis eum confiteretur (*a*) Christum †, extra synagogam
23. fieret. Propterea parentes ejus dixerunt: Quia aetatem habet, ipsum interrogate.
24. Vocaverunt ergo hominem iterum, qui fuerat caecus, et dixerunt ei: Da honorem Deo, nos scimus quia hic homo peccator est.
25. Dixit ergo (*b*) ille †: Si peccator est, nescio: unum scio, quia caecus cum essem, modo video.
26. Dixerunt ergo ei: Quid fecit tibi? quomodo aperuit oculos tuos?
27. Respondit eis: Dixi vobis jam, et audistis: quid iterum vultis audire? numquid et vos vultis discipuli ejus fieri?
28. Maledixerunt ei. et dixerunt: Tu discipulus illius sis: nos Moysi discipuli
29. sumus. Nos scimus quia Moysi locutus est Deus: hunc autem nescimus unde sit.
30. Respondit ille homo. et (*c*) dixit †: In hoc mirabile est quia vos nescitis unde sit, et aperuit oculos meos:
31. scio quia peccatores Deus non exaudit; sed si quis Dei cultor est, et voluntatem ejus facit, hunc exaudit Deus.
32. A saeculo numquam auditum est. quia aperuit quis oculos caeci nati.
33. Nisi esset hic a Deo, non poterat facere quicquam.
34. Responderunt, et dixerunt ei: In peccato natus es totus,

CODEX BRIXIANUS.

parentes ejus. quia timebant Judaeos. jam enim conspiraverant Judaei. ut siquis eum confiteretur (*a*) Christum †. extra synagogam fieret. Propterea parentes ejus dixerunt. Quia aetatem habet. ipsum interrogate. Vocaverunt ergo rursum hominem qui fuerat caecus. et dixerunt ei Da gloriam Deo. nos scimus quia hic homo peccator est. Ille autem respondit. Si peccator est nescio. unum scio. quia caecus eram. et modo video. Dixerunt ergo ei iterum. Quid fecit tibi. quomodo tibi aperuit oculos. Respondit eis. Dixi vobis jam. et non audistis. quid iterum vultis audire. numquid et vos vultis discipuli ejus fieri. Ad illi maledixerunt eum et dixerunt. Tu sis discipulus ejus. nos autem Moysi discipuli sumus. Nos scimus. quia Moysi locutus est Deus. hunc autem nescimus unde sit. Respondit ille homo. et dixit eis. In hoc enim mirabile est. quia vos nescitis unde sit. et aperuit oculos meos. scimus autem. quia peccatores. Deus non exaudit. sed siquis Dei cultor est. et voluntatem ejus facit. hunc exaudit. A saeculo. non est auditum. quia aperuit quis oculos caeci nati. Nisi ergo hic esset a Deo. non poterat facere quicquam. Responderunt et dixerunt ei. In peccatis natus es totus.

CODEX CORBEIENSIS.

22. jam enim decreverunt . . . extra synagogam esset.
24. Da honorem Deo.
25. quia caecus eram, et modo video.
32. A saeculo nunquam auditum est.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* ergo hominem, qui caecus erat.... quia homo. *Mm.* qui erat caecus. *Vulg.* ergo rursum hominem, qui fuerat caecus... quia hic homo.

[2] *Gat. et Mm.* tuos oculos? *Vulg.* tibi oculos?

[3] *Gat.* et non audistis. *Vulg.* et audistis.

[4] *Gat.* non exaudivit Deus: sed qui ejus cultor est... hunc exaudivit. *Mm.* Deus non exaudivit, sed qui ejus cultor est. *Vulg.* Deus non audit, sed si quis Dei cultor est... hunc exaudit.

[5] *Gat. et Mm.* In peccato natus es. *Vulg.* In peccatis natus es.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *Christum*, deest *esse*, pariter in text. Gr.—(*b*) Ante *ille*, deest *is*, etiam in text. Gr.—(*c*) Post *dixit*, desideratur *eis*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

et tu doces
nos?
Et ejecerunt
illum foris.
35. Audivit Jesus
quia ejece-
. . un . . lum
foris : (*a*) et inve-
nit illum, et
dixit † illi : Tu
credis in Fili-
um Dei?
36. Respondit : Quis
est, Domine, ut
credam in il-
l . .?
37. Ai . . . . i Jesus : Et
vidisti eum,
et qui loqui-
tur . . . . m,
ipse e . . . . -
38. xit : Credo,
Domine. Et ado-
ravit eum.
39. Ait Jesus : Ad Judi-
cium ego ve-
ni in hunc
mundum :
ut qui non
viden . . . . . -
ant . . . . . -
dent caeci
fiant.
40. [1] Et audierunt
igitur haec
(*b*) ex Pharisaeis †,
qui cum illo
erant, et dixe-
runt illi : Num-
quid et nos
caeci sumus?
41. Ait illis Jesus : Si
caeci essetis,
non haberi-
tis peccatum,
sed dicitis :
Quia vidi-
mus. Peccatum
ergo vestrum
manet in vo-
bis.

CAPUT X.

1. Amen, amen
dico vobis :
qui non in-
trat per ja-
nuam [2] in ovi-
le ovium, est
2. latro. Qui au-
tem intrat per
januam, pas-
tor est ovium.
3. Huic [3] ostiari-
. . . aperit, et
. . . s audiunt
. . ocem ejus,
. . uas oves
proprias vo-
cat nomina-
tim, et ducit
4. illas. Et cum
suas (*c*) omnes †
ejecerit, ante
. . llas vadit, et
. . es eum se-
. . . . ur, quia
. . . . . runt
. . ocem ejus.
5. . . Iterum non
. . . untur, sed
fugiunt ab il-
lo : quia nesci-
unt illius vo-
cem.
6. Hoc proverbi-
um dixit illis
Jesus. Illi autem
non cogno-
verunt quod
locutus est il-
7. lis. Ait ergo ite-

CODEX VERONENSIS.

et tu doces
nos? Et eje-
cerunt eum
foras.
35. Audiit autem
Jesus, quia
ejecerunt
eum foras :
(*a*) et inve-
nit eum, et
dixit † ei :
Tu credis in
Filium Dei?
36. Respondit
ille, et di-
xit : Quis est,
Domine,
ut credam
in illum?
37. Dixit ei Je-
sus : Et vi-
disti, et
qui loquit-
tur tecum,
39. ipse est. In
judicium ego
veni in hunc
mundum : ut
qui non vident
videant, et
qui vident
caeci fiant.
40. Et audierunt
(*b*) ex Phari-
saeis †, qui
cum ipso
erant, et di-
xerunt ei :
Numquid et
nos caeci
sumus?
41. Dixit eis
Jesus : Si caeci
essetis, non
haberetis
peccatum,
sed dicitis :
Quia videmus.
Peccatum ve-
strum manet in vobis.

CAPUT X.

1. Amen, amen
dico vobis : qui
non introit per
januam in cohor-
tem ovium, sed
ascendit aliun-
de, ille fur
est, et latro.
2. Qui autem introit
per januam, hic
pastor est ovium.
3. Huic ostiarius
aperit, et oves
vocem ejus
audiunt, et
suas oviculas
vocat nomina-
tim, et produ-
4. cit illas. Cum
autem oves
suas (*c*) omnes †
emiserit, ante
ipsas vadit, et ovi-
culae illum secun-
tur, quia sciunt
ejus vocem.
5. Alienum autem
non secuntur,
sed fugiunt
ab eo : quia
non noverunt
ejus vocem.
6. Hoc prover-
bium dixit
illis Jesus.
Illi autem
non cognove-
runt quod
loquebatur eis.
7. Dixit ergo eis

CODEX BRIXIANUS.

et tu doces nos. Et ejecerunt eum foris. Audivit autem Jesus. quia ejecerunt eum foras. et cum invenisset eum dixit ei. Tu credis in Filium Dei. Respondit ille et dixit Quis est Domine. ut credam in eum. Et dixit ei Jesus et vidisti eum et qui loquitur tecum ipse est. Ille autem dixit. Credo Domine Et procidens adoravit eum. Et dixit ei Jesus. In judicium ego veni in hunc mundum. ut qui non vident videant. et qui vident caeci fiant. Et audierunt (*b*) ex Pharisaeis †. qui cum ipso erant. et dixerunt ei. Numquid et nos caeci sumus. Dixit eis Jesus. Si caeci essetis non haberetis peccatum. nunc vero dicitis quia videmus Peccatum vestrum manet. Amen amen dico vobis. qui non intrat per ostium in ovile ovium. sed ascendit aliunde. ille fur est et latro. Qui autem intrat per ostium. hic pastor est ovium. Huic ostiarius aperit. et oves vocem ejus audiunt. et proprias oves vocat nominatim. et educit eas. Et cum proprias oves eduxerit. ante eas vadit, et oves illum sequuntur. quia sciunt vocem ejus. Alienum autem. non sequuntur. sed fugiunt ab eo. quia non noverunt vocem alienorum. Hoc proverbium dixit eis Jesus. Illi autem non intellexerunt. quid loqueretur eis. Dixit ergo eis ite-

CODEX CORBEIENSIS.

39. ut qui non videt, videat.
Cap. X. — 1. qui non intrat [4] per januam in † cohortem ovium.
3. et suas [5] oves vocat nominatim, et producit illas.
4. Cum autem oves suas omnes produxerit..... et oviculae eum sequuntur.
6. non cognoverunt quod loquebatur illis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Et audierunt ex Pharisaeis, qui. *Mm.* Et audientes ex Pharisaeis, qui. *Vulg.* Et audierunt quidam ex Pharisaeis, qui.
[2] *Mm.* sed ascendit in aliam partem, ille. *Vulg.* sed ascendit aliunde, ille.
[3] *Gat.* ostearis. *Vulg.* ostiarius.
[4] *Ita Mm.*
[5] *Mm.* oves educerit.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant., καὶ εὗρεν αὐτὸν καὶ εἶπεν. —(*b*) Ante *ex Pharisaeis*, deest *quidam*, etiam in text. Gr.— (*c*) Addit *omnes*, etiam cod. Cant. πάντα.

CODEX VERCELLENSIS.

rum ad illos
Jesus :
Amen, amen
dico vobis, ego
sum janua
8. ovium. Omnes
quicumque
[1] venerunt,
fures sunt, et
latrones ? (*b*) sed †
non audie-
. . unt illos o-
9. . . . . Ego sum
janua. Si quis
per me intra-
verit, salvus
erit, et exiet,
et pascua in-
10. veniet. Fur
non venit
nisi ut fure-
tur, et perdat.
Ego autem
veni ut vitam
habeant, et
abundantius
habeant.
11. Ego sum pastor
bonus. Pasto . .
autem bonus
animam su-
am [2] ponit pro
ovibus. Qui
12. mercena-
rius est, et non
est pastor. . . .
. . jus no . . . . .
oves propri-
ae, videt lupum
venientem,
et relinquit
oves, et fugit;
et lupus rapit
illas, et dispar-
git illas ove . . :
13. mercen . . -
rius autem . .
git, quoni . . .
mercena-
rius est, et non
pertinet ad e-
um de ovibu . .
14. Ego sum pastor
bonus : et no-
vi meas ov . . .
et noveru . .
me me . . . . . -
15. cut no . . . .
Pater, et ego
novi Patrem :
et animam
meam pono
pro ovibus.
16. Et alias quidem
oviculas ha-
beo, quae non
sunt de hoc
ovili : et illas
oportet me
perducere,
ut vocem me-
am audiant,
et fiet una
grex, et unus
17. pastor. Propp-
terea me Pa-
ter diligit : quo-
niam ego po-
no animam
meam pro ovi-
bus, ut iterum
[3] sumam illam.
18. Nemo tollit
eam a me : sed
. . go pono illam
a memetipso,
potestatem
autem habeo
ponendi eam :
et potestatem

CODEX VERONENSIS.

iterum : Amen,
amen dico
vobis, quia
ego sum ja-
nua ovium
8. (*a*). Quodquod †
venerunt, fures
sunt, et latro-
nes : (*b*) sed †
non audierunt
eos oves.
9. Ego sum ja-
nua. Per me
si quis introierit,
salvabitur, et
introibit, et
exiet, et pascua
inveniet.
10. Fur non venit
nisi ut furetur,
et occidat, et
perdat.
Ego veni ut
vitam habeant,
et habundantius
habeant.
11. Ego sum pa-
stor bonus.
Pastor enim
bonus animam
suam tradet
pro ovibus
12. suis. Merce-
narius autem,
et qui non est
pastor, cujus
non sunt pro-
priae oves,
videt lupum
venientem, et
dimittit oves,
et fugit, quia
mercennarius
est : et lupus
rapit, et dis-
pargit oves :
13. mercennarius
autem fugit,
quia mercen-
narius est,
et non perti-
net ad eum
de ovibus.
14. Ego sum pa-
stor bonus : et
cognosco meas,
et cognoscunt
me meae.
15. Sicut
agnoscit
me Pater, et
ego agnosco
Patrem :
et animam
meam pono
pro ovibus
meis.
16. Et alias oves
habeo, quae
non sunt ex
hoc ovile : et
illas oportet
me adducere,
et vocem meam
audient, et fiet
unus grex, et
unus pastor.
17. Propterea
me Pater di-
ligit : quia ego
pono animam
meam, ut ite-
rum sumam
18. illam. Nemo
tollit eam a me :
sed ego pono
eam a me ipso,
potestatem habeo
ponendi eam :
et potestatem

CODEX BRIXIANUS.

rum Jesus. Amen amen dico vobis. quia ego sum ostium ovium. Omnes quotquot venerunt. fures sunt et latrones (*b*) sed † non audierunt eos oves. Ego sum ostium. Per me siquis introierit. salvabitur. et ingredietur. et egredietur. et pascua inveniet. Fur non venit. nisi ut furetur. et occidat. et perdat. Ego veni ut vitam habeant. et abundantius habeant. Ego sum pastor bonus. Pastor bonus. animam suam ponit pro ovibus. Mercennarius autem et qui non est pastor. cujus non sunt oves propriae. videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. et lupus rapit eas. et dispargit oves. mercennarius autem fugit. quia conductitius est et non est illi cura de ovibus. Ego sum pastor bonus. et cognosco oves meas. et cognoscunt me. meae. Sicut novit me Pater. et ego novi Patrem. et animam meam pono pro ovibus meis. Et alias oves habeo. quae non sunt ex hoc ovili. et illas oportet me adducere. et vocem meam audient. et fient unus grex. et unus pastor. Propterea me Pater diligit. quia ego pono animam meam ut iterum sumam eam. Nemo tollit eam a me. sed ego pono eam a me ipso. potestatem habeo ponendi eam. et potestatem

CODEX CORBEIENSIS.

7. Ego sum janua ovium.
8. non audierunt eum fures oves meas. (*vitiose*) *correxit*, non audierunt eos oves.
9. [4] Ego sum [5] janua †.... et introibit, et exiet.
10. ut furetur, et occidat, et perdat. [6] *omittit prior manus*, et abundantius habeant.
13. mercenarius autem fugit, quia conductus est.
15. Sicut cognoscit me Pater, et [7] agnosco Patrem.
16. Et alias oviculas habeo... et fiet unus grex, et unus pastor.
18. potestatem [8] habeo sumendi eam : Hoc praeceptum accepi a Patre.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* venerunt ante me, fures sunt... sed non exaudierunt eos. *Vulg.* venerunt, fures sunt... et non audierunt eos.
[2] *Mm.* tradat pro. *Vulg.* dat pro.
[3] *Gat.* accipiam eam. *Vulg.* sumam eam.
[4] *Mm.* vobis ego sum janua.
[5] *Gat.* osteum ovium. Per me si quis intraverit.
[6] *Mm.* et amplius habeant.
[7] *Gat.* cognosco Patrem. *Mm.* novi Patrem.
[8] *Mm.* habes accipiendi eam.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *quotquot*, deest *omnes*, in cod. quoque Cant. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἀλλά.

CODEX VERCELLENSIS.

habeo iterum sumendi eam. Hoc enim mandatum accepi a (a) Patre †. 19. Dissensio iterum facta est inter Judaeos propter hos sermones. 20. Et dicebant multi ex illis : Daemonium habet, et insanit : quid illum audi- 21. tis ? Alii dicebant : Haec . . rba non sunt daemonium habentes : numquid daemonium potest caecorum oculos aperire ? 22. Facta sunt Encenia in Hierosolymis : et hiemis erat. 23. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Solomonis. 24. Circuierunt ergo illum Judaei, et dicebant illi : Usquequo animam nostram tolles ? si tu es Christus, dic nob . . aperte. 25. Respondit illis Jesus : Dixi vobis, et non creditis : opera quae ego facio in nomine Patris mei, ipsa testimonium dicunt de 26. me : sed vos non creditis, non enim estis de ovibus meis, sicut dixi 27. vobis. Qui sun . . ex ovibus meis, vocem meam audiunt : et ego cognosco illas, et secuntur me : 28. et ego vitam aeternam do illis : et n . . pereunt in perpetuum, et nemo rapit illas [1] de manu me- 29. a. Pater quod dedit mihi, majus est omnibus : et nemo potest rapere illud de manu Patris 30. mei. Ego, et Pater unum su- 31. mus. Tulerunt ergo lapides Judaei, ut illum lapidarent. 32. Respondit eis Jesus : Multa opera bona ostendi vobis ex Patre . . . propter . . od eoru . . . . . me lapidatis ? 33. Responderunt illi Judaei : De bono opere non te lapida-

CODEX VERONENSIS.

habeo iterum sumendi eam : Hoc praeceptum accepi a (a) Patre †. 19. Dissensio iterum facta est inter Judaeos propter sermones hos. 20. Et dicebant multi ex illis : Daemonium habet, et insanit : quid eum audi- 21. tis ? Alii dicebant : Haec verba non sunt daemonium habentis : numquid daemonium potest caecorum oculos aperire ? 22. Facta sunt Encenia Hie- 23. rosolymis.. Et ambulabat Jesus in templo, in porticu Salomonis, 24. Circumdederunt ergo eum Judaei, et dicunt ei : Usquequo animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam. 25. Respondit eis Jesus : Loquor vobis, et non creditis ; opera quae ego facio in nomine Patris mei, haec testimonium perhibent de 26. me : sed vos non creditis, quia non estis ex ovibus meis, sicut dixi 27. vobis. Qui sunt ex ovibus meis vocem meam audiunt : et ego cognosco eas, et secuntur me : 28. et ego vitam aeternam do eis : et non peribunt in aeternum, et non quisquam rapiet eas de manu mea. 29. Pater quod dedit mihi, majus omnibus est : et nemo potest rapere de manu Patris 30. mei. Ego, et Pater unum sumus. 31. Sustulerunt ergo lapides Judaei, ut lapidarent eum. 32. Et respondit eis Jesus : Multa opera ostendi vobis ex Patre meo, propter quod eorum opus me lapidatis ? 33. Responderunt ei Judaei : De bono opere non lapidamus

CODEX BRIXIANUS.

habeo iterum sumendi eam Hoc praeceptum a Patre meo accepi Dissensio iterum facta est inter Judaeos. propter sermones hos. Et dicebant multi ex ipsis. Daemonium habet et insanit. quid eum auditis. Alii dicebant. Haec verba non sunt daemonium habentis. numquid daemonium potest oculos caecorum aperire. Facta est autem Dedicatio in Hierosolymis. et hiems erat Et ambulabat Jesus in templo in porticu Solomonis Circumdederunt ergo eum Judaei. et dicebant ei. Quousque animam nostram suspendis, si tu es Christus. dic nobis palam. Respondit eis Jesus Loquor vobis et non credidi tis. opera quae ego facio in nomine Patris mei. haec testimonium perhibent de me. sed vos non creditis. quia non estis. ex ovibus meis. sicut dixi vobis. Oves meae vocem meam audiunt. et ego cognosco eas. et sequuntur me. et ego vitam aeternam do eis. et non perient. in aeternum. nec quisquam rapiet eas de manu mea. Pater meus quod dedit mihi majus omnibus est. et nemo potest rapere illud de manibus Patris mei. Ego et Pater unum sumus. Sustulerunt ergo iterum Judaei lapides ut lapidarent eum. Respondit eis Jesus. Multa opera bona ostendi vobis a Patre meo. propter quod eorum opus lapidatis me. Responderunt ei Judaei. Pro bono opere. non te lapi-

CODEX CORBEIENSIS.

22. [2] Facta est autem Dedicatio in Jerosolymis. 23. in porticu Salamonis, in templo. 31. Sustulerunt lapides Judaei.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* de manu Patris mei. *Vulg.* de manu mea. [2] *Gat.* Facta autem tunc sunt Enchenia.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Post *Patre*, decst *meo*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

mus, sed propter blaspemiam : et quia cum tu homo sis facis te ipsum Deum.
34. Respondit illis Jesus : Non est scriptum in
le . . . . . .
quoniam
Ego dixi, Dii estis?
35. Si illos dixit Deos, ad quos sermo fiebat Dei, et non potest solvi scrip-
36. tura : quem Pater sanctificavit, et misit [1] in hunc mundum, vos dicitis : Quoniam blasphemat : quia dixi, Filius Dei sum.
37. Si non facio opera Patris, nolite mihi
38. credere. Si autem facio, et non vultis mihi credere, operibus credite, et scitote quoniam in me est Pater. et ego in Patre.
39. Quaerebant ergo illum adprehendere : et evasit de manibus
40. eorum. Et abiit iterum trans Jordanem in locum, ubi fuerat Johannes prius baptizans : et manebat ibi :
41. Venerunt ergo ad illum multi, et dicebant : Quia Johannes quidem nullum signum fe-
42. cit. Omnia autem quae dixit Johannes de hoc, vera sun . . Et multi crediderunt . .
. . um.

CAPUT XI.

1. Erat autem quidam infirmus Lazarus nomine a Bethania, de castel-
. . o Mariae, et Màrthae [2] so-
2. roris ejus. (Erat autem Maria, quae unxerat Dominum unguento, et exterserat pedes ejus capillis suis : cujus frater Lazarus infirmabatur.)
3. Miserunt ergo hae sorores ejus ad il-
. . m, dicentes :
. . . . . .
. . . . . .
4. matur. Cum audisset Jesus, ait illis : Infir-

CODEX VERONENSIS.

te, sed de blasfemia : et quia tu homo cum sis facis te Deum.
34. Respondit Jesus : Nonne scriptum est in (*a*) lege †: quia Ego dixi, Dii estis?
35. Si illos dixit Deos, ad quos sermo fiebat Dei, et non potest solvi scriptura :
36. quem Pater sanctificavit, et misit in hunc mundum, vos dicitis : Quia blasfemat : quoniam dixi, Filius Dei
37. sum. Si non facio opera Patris, nolite credere mihi.
38. Quod si facio, et mihi non vultis credere, vel operibus credite, et (*b*) cognoscetis † quia in me est Pater, et ego in eo.
39. Quaerebant ergo eum adpraehendere : et exiit de manibus eo-
40. rum. Et abiit iterum trans Jordanem in eum locum, ubi erat Johannes baptizans primum :
41. et manebat illic. Et multi veniebant ad eum, et dicebant : Quia Johannes quidem signum fecit nullum.
42. Omnia autem quaecumque Johannes dixit de hoc, vera erant. Et multi crediderunt. in eum.

CAPUT XI.

1. Erat autem quidam infirmus nomine Lazarus a Bethania, de castello Mariae, et Marthae sororis
2. ejus. Maria autem erat, quae unxit Jesum unguento, et extersit pedes ejus capillis suis : cujus frater Lazarus infirmabatur.
3. Miserunt ergo (*c*) ad Jesum †, dicentes : Domine, quem amas, ecce infirma-
4. tur. Audivit Jesus, et dixit :

CODEX BRIXIANUS.

damus. sed propter blasphemia. et quia tu cum sis homo. facis te ipsum Deum. Respondit eis Jesus. Non ne scribtum est in lege vestra. Ego dixi Dii estis. Si ergo illos dixit Deos. ad quos sermo Dei factus est. et non potest solvi scribtura. quem Pater sanctificavit. et misit in hunc mundum. vos dicitis. Quia blasphemas. quia dixi Filius Dei sum. Si non facio opera Patris mei. nolite credere mihi. Si autem facio et non vultis credere mihi. vel operibus credite. ut cognoscatis et credatis. quia in me est Pater et ego in eum. Quaerebant autem eum iterum adprehendere. et exivit de manibus eorum Et abiit iterum trans Jordanem. in eum locum. ubi erat Johannes prius baptizans. et mansit ibi. Et multi venerun ad eum et dicebant. Quia Johannes quidem. signum fecit nullum. Omnia autem quaecumque Johannes dixit de hoc. vera erant. Et multi crediderunt in eum. Erat autem quidam infirmus. nomine Laxarus. a Bethania. de castello Mariae. et Marthae sororis ejus. Maria autem erat. quae unxerat Dominum unguento et extersit pedes ejus capillis suis. cujus frater Lazarus infirmabatur. Miserunt ergo sorores ejus ad eum dicentes. Domine. ecce quem amas infirmatur. Audiens autem Jesus. dixit. Haec infirmitas non

CODEX CORBEIENSIS.

34. Nonne scriptum est in lege : quia ego dixi.
35. [1] ad quos sermo fiebat Dei.
38. Quod si facio : [2] et non vultis mihi credere, † operibus credite, et cognoscetis quia in me est Pater, et ego in eo. Ubi erat Joannes prius baptizans, et manebat illic.

Cap. XI. — 3. *Omissus totus. Supplevit recens manus ad marginem.*

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* in hunc mundum... Quia blasphemat. *Vulg.* in mundum... Quia blasphemas.
[2] *Gat. et Mm.* sororum ejus. *Vulg.* sororis ejus.
[1] *Mm.* apud quos sermo.
[2] *Gat.* et non vultis mihi credere. *Mm.* et mihi non vultis credere.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *lege*, deest *vestra*, etiam in cod. Cant.—(*b*) Post *cognoscetis*, deest *et credatis*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. πρὸς τὸν Ἰησοῦν.

CODEX VERCELLENSIS.

mitas haec
non est ad mor-
tem, sed pro glo-
ria Dei, ut mag-
nificetur Fi-
lius Dei in illo.
5. Amabat enim
Jesus Lazarum,
et sorores e-
jus.
6. Cum ergo au-
diit, [1] quoniam
(a) infirmatur †,
tunc mansit
in eodem lo-
7. co biduo. Dein-
de post haec
ait discipulis :
Eamus iterum
. . Judaeam.
8. Dicunt illi dis-
cipuli ejus : Rhab-
bi, [2] modo quae-
rebant te lapi-
dare Judaei,
et iterum va-
dis illic?
9. Respondit illis
Jesus : Nonne
XII horae sunt
diei? Si quis
ambulave-
rit interdie,
non offendet,
quia lumen
hujus mun-
10. di videt : quod
si quis ambu-
laverit in noc-
tem, offendet,
quia lux non
est in illo.
11. Haec dixit, et po . .
haec (d) ait † . . . .
Lazarus a . . -
cus noster
obdormit : sed
vado ut sus-
cito illum.
12. Dixerunt er-
go ei discipu-
li ejus : Domine,
si dormit, sal-
13. vus erit. Dixe-
rat autem
Jesus de morte
ejus : ad illi . . is-
timaverunt
quod de dor-
mitione som-
14. nus dicit. Tunc
manifeste
ait : Lazarus
mortuus est :
15. et gaudeo . . s-
tri caus . . . . .
ibi non . . . .
. . . . . .
. . . . . .
eram ibi . Sed e-
amus ad illum.
16. Ait Thomas, qui
dicitur Didy-
mus, ad con-
discipulos : Ea-
mus et nos, ut
moriamur
cum illo.
17. Venit ergo Jesus :
et invenit il-
lum jam qua-
driduum ha-
bentem in
monumen-
18. to. Erat autem
Bethania pro-
pe Hierosoly-
ma fere stadi-
is quindecim.
19. Multi autem

CODEX VERONENSIS.

Haec infirmitas
non est ad mor-
tem, sed pro
claritate Dei,
ut clarificetur
Filius Dei
per ipsum.
5. Diligebat autem
Jesus Martham, et
sororem ejus
Mariam, et
Lazarum.
6. Ut ergo audivit,
quia (a) infirma-
tur †, tunc quidem
mansit (b) Je-
sus † in eodem
loco duos (c) dies †.
7. Deinde post
haec dicit disci-
pulis suis : Eamus
in Judaeam
iterum.
8 Dicunt ei
discipuli : Rab-
bi, nunc quae-
rebant te la-
pidare Judaei, et
iterum vadis illuc?
9. Respondit
Jesus : Nonne XII
horae sunt diei?
Si quis ambu-
laverit in-
terdius, non
offendit, quia
lucem mundi
hujus videt :
10. si quis ambu-
laberit nocte,
offendet, quia
lux non est in eo.
11. Haec ait, et
post haec
(d) dicit † eis :
Lazarus ami-
cus noster
dormit : sed
vado ut su-
scitem eum.
12. Dixerunt ei
discipuli : Domi-
ne, si dormit,
salvus erit.
13. Dixerat autem
Jesus de morte
ejus :
illi autem puta-
verunt quod de
dormitione so-
mnus diceret eis.
14. Tunc ergo eis
dixit Jesus ma-
nifeste : Lazar
mortuus est :
15. set gaudeo pro
pter vos, ut
credatis, quo-
niam non eram
ibi. Sed ea-
mus ad eum.
16. Dixit ergo
Thomas, qui
dicitur Didymus,
ad condiscipu-
los : Eamus et
nos, ut moria-
mur cum illo.
17. Venit ergo
Jesus ; et inve-
nit eum quat-
tuor dies jam
in monumento
habentem.
18. Erat autem
Bethania juxta
Hierosolyma
quasi a sta-
diis XV.
19. Multi autem

CODEX BRIXIANUS.

est ad mortem. sed propter gloriam Dei. ut glorificetur Filius Dei per eum. Diligebat autem Jesus Martham. et sororem ejus Mariam et Lazarum. Ut ergo audivit quia (a) infirmatur †. tunc quidem mansit in eodem loco. duobus diebus. Deinde post haec. dicit discipulis suis. Eamus in Judaeam iterum. Dicunt ei discipuli. Rabbi nunc quaerebant te Judaei lapidare. et iterum vadis illuc. Respondit Jesus. Nonne duodecim horae sunt diei. Siquis ambulaverit in die. non offendet. quia lucem hujus mundi videt. siquis autem ambulaverit nocte. offendet quia lux non est in eo. Haec ait. et post haec (d) dicit † eis. Lazarus amicus noster dormit. sed vado. ut suscitem eum. Dixerunt ergo discipuli ejus. Domine. si dormit salvus erit. Dixerat enim Jesus de morte ejus. illi autem putaverunt. quia de dormitione sommi diceret. Tunc ergo dixit eis Jesus. manifeste Lazarus mortuus est. et gaudeo propter vos. ut credatis quoniam non eram ibi Sed eamus ad eum. Dixit autem Thomas. qui dicitur Didymus. condiscipulis suis. Eamus et nos ut moriamur cum eo. Veniens ergo Jesus. invenit eum quatuor dies jam habentem in monumento. Erat autem Bethania. juxta Hierosolymam. quasi ab stadiis quindecim. Et multi ex Ju-

CODEX CORBEIENSIS.

4. sed [3] pro gloria Dei, ut clarificetur Filius Dei in ipso.
5. Diligebat Jesus Lazarum, et Mariam, et sororem ejus.
6. [4] in eodem loco biduo.
11. ut a sommo [5] suscitem eum.
17. [6] quatriduo in monumento habentem.
18. fere a stadiis quindecim.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quia Latzarus infirmatur. *Mm.* quia infirmatur. *Vulg.* quia infirmabatur.
[2] *Gat.* hunc. *Vulg.* nunc.
[3] *Gat.* pro gloria Dei. *Mm.* propter gloriam Dei.
[4] *Gat.* in eo loco biduum.
[5] *Gat.* exsuscitem eum.
[6] *Mm.* jam quartum diem.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ita et tex. Gr. ἀσθενεῖ. — (b) Addit *Jesus*, etiam cod. Cant. ὁ Ἰησοῦς. — (c) Ita et tex. Gr. ἡμέρας. — (d) Ita et tex. Gr. λέγει.

CODEX VERCELLENSIS.

ex Judaeis ve-
. . erant ad
. . . . . a . . . t
Mariam, ut
eas consola-
rentur de
fratre suo.
20. Martha ergo
ut audivit
quia Jesus ve-
nit, occu . . rit
illi : Maria au-
tem domi se-
21. debat. Ait er-
go Martha
ad Jesum : Domine,
si hic fuisses,
non esset mor-
tuus frater
22. meus : et nunc
scio quoniam
quaecum-
que [1] petieris
a Deo, dabit ti-
bi Deus.
23. . . . it illi Jesus : Re-
. . . . . t . . a-
ter tuus.
24. Ait Martha : Sci-
o quod resur-
get in resur-
rectionem
in novissi-
ma die.
25. Dixit illi Jesus : E-
go sum resurrect . . ui
credit in me, et si
mortuus fue-
26. rit, vivet : [2] et
omnis, qui vi-
det, et credet
in me, non
morietur in
aeternum.
Credis in hoc ?
27. Ait illi Martha :
Utique Domine,
ego credidi
quod tu es Christus
Filius (*a*) [3] Dei †, qui in
hunc mund. . .
28. ven. . . . . Haec
dicens, abiit,
et vocavit Ma-
riam sororem
suam silentio,
dicens : [4] Magis-
ter venit, et
vocat te.
29. Illa ut audivit,
surrexit ci-
to, et venie-
bat ad illum :
30. nondum e-
nim venerat
Jesus in castel-
lum : sed ad-
huc erat in
loco illo, in
quo occurre-
rat illi Mar-
tha.
31. Judaei autem,
qui erant cum
il. . in dom. .
. . . . . .
labantur eam,
videntes Ma-
riam quod ve-
lociter sur-
rexit, [5] et exiit,
secuti sunt
illam dicen-
tes : Quia vadit
ad monumen-
tum, ut ploret
32. ibi. Maria
ergo, ut venit
ubi erat Jesus,
et vidit illum,
cecidit ad pe-
des ejus, dicens :
Domine, si hic fuis-
ses, non esset
mortuus fra-
ter meus.

CODEX VERONENSIS.

ex Judaeis ve-
nerant ad Mar-
tham, et Ma-
riam, ut con-
solarentur eas
de fratre suo.
20. Martha ergo
ut audivit
quia Jesus ve-
nerat, occurrit
illi : Maria
autem domi
sedebat.
21. Dixit itaque
Martha ad Je-
sum : Domine,
si hic fuisses,
frater meus
non esset mor-
22. tuus : sed nunc
scio quia quae-
cumque petieris
a Deo, dabit
tibi Deus.
23. Dicit ei Jesus :
Resurget frater tuus.
24. Dicit ei Mar-
tha : Scio quia
resurget in re-
surrectione in
nobissimo die.
25. Dixit autem ei
Jesus : Ego sum
resurrectio,
et vita, qui
credit in me,
etiam si mor-
tuus fuerit,
vivit :
26. et omnis, qui vi-
vit, et credit
in me, non
morietur in
aeternum.
Credis hoc?
27. Ait ei Martha :
Utique Domine,
ego credidi
quia tu es
Christus Filius
(*a*) Dei †, qui
in hunc mun-
dum venisti.
28. Et cum haec
dixisset, abiit,
et vocavit
Mariam soro-
rem suam
silentio, dicens :
Magister adest,
† et vocat te. †
29. Et illa ut audi
vit, surrexit
cito, et venie-
bat ad eum :
30. nondum enim
venerat Jesus
in castellum :
sed erat adhuc
illo loco, ubi
occurrerat ei
Martha.
31. Judaei autem
qui erant cum
ea (*b*) in domo,
qui adloqueban-
tur † cum eam,
cum vidissent
Maria quia
cito surrexit,
et exivit, se-
cuti sunt eam,
dicentes : Quia
vadit ad mo-
numentum, ut
fleat ibi.
32. Maria autem,
ut venit ubi
erat Jesus, et
vidit eum, ce-
cidit ad pedes
ejus, et dixit
ei : Domine,
si hic fuisses,
non esset mor-
tuus frater meus.

CODEX BRIXIANUS.

daeis convenerant ad Martham. et Mariam. ut consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo. ut audivit quia Jesus venit. occurrit illi. Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Jesum. Domine si hic fuisses frater meus non esset mortuus sed et nunc scio. quia quaecumque poposceris a Deo dabit tibi Deus. Dixit ei Jesus. Resurget frater tuus. Dicit ei Martha Scio quia resurget. in resurrectione. in novissimo die. Dixit ei Jesus. Ego sum resurrectio et vita. qui credit in me. etsi mortuus fuerit vivet. et omnis qui vivit et credit in me. non morietur in aeternum Credis hoc. Ait illi. Utique Domine. ego credidi. quia tu es Christus Filius (*a*) Dei †, qui in hunc mundum venisti. Et cum hæc dixisset abiit. et vocavit Mariam. sororem suam occulte dicens. Magister adest. et vocat te. Illa vero ut audivit. surrexit cito. et venit ad eum. nondum enim venerat Jesus in castellum. sed erat adhuc in illo loco. ubi occurrerat ei Martha. Judaei autem. qui erant cum ea in domo. consolantes eam. videntes Mariam. quia cito surrexit. et exiit. secuti sunt eam dicentes. Quia vadit ad monumentum. ut ploret ibi. Maria ergo cum venisset. ubi erat Jesus. videns eum. procidit ei ad pedes. dicens ei. Domine si fuisses hic. non esset mortuus frater meus.

CODEX CORBEIENSIS.

25. licet moriatur, vivit.
29. et veniebat ad eum.
32. ut venit ubi [6] erat Jesus, et vidit eum, etc. . . . si esses hic, non esset.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* petieris a Deo. *Vulg.* poposceris a Deo.
[2] *Mm.* et omnis, qui credit in me. *Vulg.* et omnis, qui vivit, et credit in me.
[3] *Gat.* Dei, qui. *Vulg.* Dei vivi, qui.
[4] *Gat.* Magister venit, et. *Vulg.* Magister adest, et.
[5] *Gat.* et abiit... Quia vadet ad. *Vulg.* et exiit... Quia vadit ad.
[6] *Mm.* erat Jesus, cecidit. *Omittit* et vidit eum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *Dei*, deest *vivi*, etiam in tex. Gr. — (*b*) Juxta Goth. ἐν οἰκίᾳ, παραμυθούμενοι.

CODEX VERCELLENSIS.

33. Jesus autem, [1] ut vidit illam flentem, et Judaeos flentes, qui venerant cum illa, fremuit in spiritu, et turbavit se ipsum, 34 et dixit: ubi illum posuistis? Dicunt illi: Domine, ve- 35. ni, et vide. Et lacrimatus 36. est Jesus. Et dixerunt Judaei: Ecce quomodo amabat il- 37. lum. Quidam autem dixerunt ex illis: Non poterat hic, qui aperuit oculos (*a*) caeci †, facere ut hic non moreretur? 38. Jesus ergo fremens intra se, venit ad monumentum: erat autem spelunca, et lapis superposi- 39. tus ei. Ait Jesus: Tollite lapide . . Dicit ei Martha soror Lazari: Domine, [2] jam faetet, quadriduanus est enim. 40. Ait Jesus: Non tibi dixi quoniam si credideris, videbis majestatem 41. Dei? et tulerunt lapidem: Jesus autem adlevatis oculis susum ad cae. . . . dixit: Pater gratias ago tibi quod au- 42. disti me. Et ego sciebam quod semper me audis, sed [3] propter turbam circumstantem, dixi: ut credant quod tu me 43. misisti. Et haec dicens, voce magna exclamavit: Lazare veni foras. 44. Et (*d*) exiit † qui defunctus erat, : alligatus pedes, et manus institis [4], et facies ejus sudario erat ligata. Dixit Jesus: Solvite illum, et sinite ire. 45. Multi itaque ex Judaeis, qui venerant ad (*e*) Mariam †, videntes [5] quae fecit Jesus, crediderunt in 46. illum. Quidam autem ex illis abierunt

CODEX VERONENSIS.

33. Jesus ergo, ut vidit eam flentem, et Judaeos flentes, qui venerant cum ea, infremuit spiritu, et turbavit semetipsum, 34. et dixit: Ubi posuistis eum? Dicunt ei: Domine, veni: 35. et vide. Et lacrimatus est Jesus. 36. Dixerunt ergo Judaei: Ecce quomodo amabat eum. 37. Quidam autem dixerunt ex ipsis: Non potuit hic, qui aperuit oculos (*a*) caeci †, facere ne et hic moreretur? 38. Jesus ergo fremuit intra semetipsum, et venit ad monumentum: erat autem spelunca, et lapis superpositus ei. 39. Dicit Jesus: Tollite lapidem. Dicit ei Martha: Domine, jam fetet, quadriduum enim 40. habet. Dicit illi Jesus: Non dixi tibi quia si credideris, videbis gloriam 41. Dei? Tulerunt ergo lapidem. Jesus autem (*b*) levavit † oculos (*c*) suos † ad caelum, et dixit: Pater gratias ago tibi quia audisti me. 42. Et ego sciebam quia semper me audis, sed propter turbam, quae circumstat, dixi: ut credant quia tu me 43. misisti. Haec cum dixisset, voce magna clamavit, dicens: Lazare prodi 44. foras. Et (*d*) exiit † ille, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, et manus institis, et facies ejus sudario conligata erat. Et dixit ad eos Jesus: Solvite eum, et sinite ire. 45. Multi ergo ex Judaeis, qui venerant ad (*e*) Mariam †, videntes quae (*f*) fecit †, crediderunt in 46. eum. Quidam vero ex ipsis abierunt ad

CODEX BRIXIANUS.

Jesus ergo ut vidit eam plorantem. et Judaeos qui venerant cum ea flentes. fremuit spiritu. et turbabit se ipsum. et dixit Ubi posuistis eum. Dicunt ei. Domine veni et vide Et lacrimatus est Jesus. Dixerunt ergo Judaei. Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem dixerunt ex ipsis. Non poterat hic. qui aperuit oculos (*a*) caeci. † facere ut hic non moreretur. Jesus ergo iterum fremens in semetipsum. venit ad monumentum. erat autem spelunca. et lapis superpositus erat supra. Ait Jesus Tollite lapidem. Dicit ei Martha. soror ejus qui mortuus fuerat. Domine. jam faetet. quadriduanus enim est. Dixit ei Jesus. Non tibi dixi. quia si credideris. videbis gloriam Dei. Tulerunt ergo lapidem ubi fuerat. Jesus autem elevavit oculos in caelum et dixit. Pater gratias ago tibi. quoniam exaudisti me. Ego vero sciebam. quia semper me exaudis. sed propter populum. circumstantem dixi. ut credant quia tu me misisti. Et cum haec dixisset. voce magna clamavit. Lazare veni foras. Et exiit statim qui fuerat mortuus. ligatus pedes et manus. institis. et facies ejus. orario conligata erat. Dicit ei Jesus. Solvite eum et sinite abire. Multi ergo ex Judaeis. qui venerant ad (*e*) Mariam †. videntes quae fecit Jesus. crediderunt in eum. Quidam vero ex ipsis. abierunt ad

CODEX CORBEIENSIS.

39. quatriduum enim habet.
40. videbis claritatem Dei.
41. Jesus autem levavit oculos suos sursum, et dixit.
44. Et exiit ille mortuus... facies ejus orario conligata erat.
45. Qui venerant [6] ad Mariam, et qui viderant.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* ut audivit eam... fremuit. *Gat.* qui erant cum... fremuit. *Vulg.* ut vidit eam... qui venerant cum... infremuit.
[2] *Mm.* jam putet. *Vulg.* jam foetet.
[3] *Gat. et Mm.* propter turbam, quae. *Vulg.* propter populum, qui.
[4] *Gat.* ligatis manibus, et pedibus institis... et dimittite abire. *Mm.* ligatis pedibus, et manibus ejus institis. *Vulg.* ligatus pedes, et manus institis... et sinite abire.
[5] *Gat. et Mm.* quae fecit, crediderunt. *Vulg.* quae fecit Jesus, crediderunt.
[6] *Gat.* ad Mariam, ut viderunt. *Mm.* ad Mariam, videntes.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *caeci*, deest *nati*, etiam in tex. Gr. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἦρε. — (*c*) Addit *suos*, cod. quoque Cant. αὐτοῦ. — (*d*) Ante *exiit*, deest *statim*, etiam in tex. Gr. — (*e*) Post *Mariam*, deest *et Martham*, etiam in tex Gr. — (*f*) Vulgata addit, *Jesus*. Desideratur tamen in Alexand. Goth. et Copt.

CODEX VERCELLENSIS.

ad Pharisaeos, et dixerunt illis quae fecit Jesus.
47. Congregaverunt ergo Sacerdotes et Pharisaei concilium, et dixerunt: Quid faciemus, quod hic homo multa signa facit?
48. Si dimiserimus illum sic, omnes credent in eum: et venient Romani, et tollent nobis locum nostrum, et gentem.
49. Unus autem ex illis nomine Caiphas, qui erat anno illo Princeps Sacerdotum, dixit illis: Vos nescitis nihil,
50. neque cogitatis quod expedit bobis ut unus homo moriatur pro plebem, et non omnis gens pereat,
51. Hoc autem ab se non dixit: sed quia Princeps erat Sacerdotum anni illius, prophetavit, quod Jesus moriturus erat pro gente,
52. et non solum pro gente, sed ut dispersos quoque Filius Dei in unum congregaret.
53. Ex illa itaque die consilium fecerunt ut illum occiderent.
54. Jesus ergo jam palam non ambulabat inter Judaeos, sed abiit in regionem prope desertum in civitatem quae dicitur [1] Ephraem civitas, et ibi morabatur cum discipulis suis.
55. In illo tempore futura erat Pascha Judaeorum: et ascenderunt multi in Hierosolymis de illa regione ante Pascha, ut se purificarent.
56. Quaerebant ergo Jesum, et dicebant inter se, in templo stantes, et dicentes: [2] Pu-

CODEX VERONENSIS.

Pharisaeos, et dixerunt eis (*a*) id quod † fecit Jesus.
47. Collegerunt ergo Principes Sacerdotum et Pharisaei. concilium, et dicebant: Quid faciemus, quia hic homo talia signa
48. facit? Si relinquamus eum sic, omnes credent in eum: et venient Romani, et tollent nostrum locum, et gentem.
49. Unus autem ex ipsis nomine Caifas, cum esset Princeps Sacerdotum anni illius, dixit eis: Vos nescitis quic-
50. quam, neque cogitatis quia expedit vobis ut unus homo moriatur pro populo, et non tota gens pereat.
51. Hoc autem a se ipso non dicebat: sed cum esset Princeps Sacerdotum anni illius, prophetavit, quia incipit Jesus mori pro gente,
52. et non tantum pro gentem, sed ut Filios Dei, qui sunt dispersi, colligat in unum.
53. Ab illo ergo die cogitaverunt ut interficerent eum.
54. Jesus ergo jam non in palam ambulabat aput Judaeos, sed abiit in regionem longinquam juxta desertum, in civitatem, quae dicitur Efrem, et ibi morabatur cum discipulis suis.
55. Proximum autem erat Pascha Judaeorum. Ascenderunt (*b*) ergo † multi Hierosolyma de regione ante Pascha, ut sanctificarent
56. ✠ se ipsos. ✠ Quaerebant ergo Jesum: et conloquebantur ad alis alium, in templo stantes, et dicentes: Pu-

CODEX BRIXIANUS.

Pharisaeos. et dixerunt eis. quae fecit Jesus. Collegerunt et Principes Sacerdotum et Pharisaei. concilium. dicebant. Quid faciemus. quia hic homo. multa signa facit. Si dimittimus eum sic. omnes credent in eum. et venient Romani. et tollent locum nostrum et gentem. Unus autem ex ipsis. nomine Caiphas. Princeps sacerdotum anni illius. dixit eis. Vos nescitis quicquam. nec cogitatis. quia expedit nobis. ut unus homo moriatur pro populo. et non tota gens pereat. Hoc autem a semetipso non dixit. sed quia erat Princeps Sacerdotum anni illius. prophetavit quia Jesus moriturus erat pro gente. et non solum pro gente. sed ut Filios Dei. qui dispersi erant. congregaret in unum. Ab illo ergo die cogitaverunt Judaei ut interficerent eum. Jesus autem jam non ambulabat palam inter Judaeos. sed abiit inde in regione proxima. juxta desertum in civitatem quae dicitur Efrem. et ibi morabatur cum discipulis suis. Erat autem in proximo Pascha Judaeorum. et ascenderunt multi in Hierosolyma de regione. ante Pascha. ut purificarent se ipsos. Quaerebant ergo Jesum. et conloquebantur ad invicem in templo stantes. Quid vobis videtur

CODEX CORBEIENSIS.

47. Quod hic homo talia signa facit? Si relinquimus eum sic.
49. Cum esset Princeps Sacerdotum anni illius.
50. Neque cogitatis quia [3] expedit vobis.
51. quod incipit Jesus moriens pro gente mori.
52. qui sunt dispersi, colligant in unum.
55. Propterea autem erat Pascha.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Effreem, et illic morabatur. *Mm.* moratur. *Vulg.* Ephrem, et ibi morabatur.
[2] *Gat.* Qui putatis. *Vulg.* Quid putatis.
[3] *Gat.* expedit nobis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gt. ὅ. —(*b*) Ita et cod. Cant. οὖν.

CODEX VERCELLENSIS.

tatis, quod non venit ad diem solemnem?
Dederunt autem Principes Sacerdotum, et Pharisaei mandatum, ut si quis cognovisset ubi . . . et, indicaret, ut adprehenderent illum.

CAPUT XII.

1. Jesus autem ante sex dies Pascae venit in Bethaniam, ubi (*a*) erat Lazarus, . . uem suscita . . . a mor-
2. tuis [1]. . . cerunt illi cenam: et Martha ministrabat, Lazarus autem unus erat de discumbentibus.
3. Maria autem accepit libram nardi unguenti, et unxit pedes Jesu, et . ter . . t . . pillis suis pedes ejus: et domus impleta est odore unguen-
4. ti. Dicit unus ex discipulis ejus, (*d*) Simon † Judas Scarioth, . . ui e . . m . . . dituo
5. rus e . . . . Quare hoc unguentum [2] non venit denariis ccc. et datum est pauperibus?
6. Hoc autem dixit, non quod de pauperibus cura illi esset, sed quia fur er . . . et loculos (*e*) [3] . . . . . t †, et ea, quae mittebantur, auferebat.
7. Ait Jesus: Dim..(*f*)[4].tite illam ut in diem sepulturae meae ser-
8. vet illut. Pauperes enim semper [5] habetis vobiscum: me autem non semper habebitis.
9. Turba autem multa ex Judaeis (*g*) audiit † quia ibi est: et venerunt, non propter Jesum solum, sed ut Lazar. . viderent, q. . . suscitav. . a mortuis.
10. Cogitaverunt

CODEX VERONENSIS.

tatis, quia non venit ad diem festum? Dederant autem Principes Sacerdotum, et Pharisaei praeceptum, ut si quis cognoverit ubi sit, ut indicet, et adprehendant.

CAPUT XII.

1. Jesus ergo ante sex dies Paschae venit Bethaniam, ubi (*a*) erat Lazarus, qui fuit mortuus †, quem suscitavit.
2. Fecerunt (*b*) ergo † ei cenam ibi: et Martha ministrabat, et Lazarus unus erat ex discumbentibus
3. cum eo. Maria itaque accepit libram unguenti (*c*) pistici †, et unxit pedes Jesu, et extersit capillis suis pedes ejus: et domus impleta est ex odore unguenti.
4. Et dicit unus ex discipulis ejus, Judas (*d*) Simon † Scariotes, qui incipiebat eum tradere:
5. Quare hoc unguentum non veniit denariis ccc. et datum est pauperibus?
6. Dixit autem hoc, non quia de pauperibus pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos (*e*) habebat †, et quae mittebantur, exportabat.
7. Dixit ergo ei Jesus: (*f*) Sine † illam ut in diem sepulturae meae servet
8. illut. Pauperes enim semper habebitis vobiscum: me autem non semper.
9. Et turba multa ex Judaeis (*g*) audivit † quia illic est: et venerunt, non propter (*h*) Jesum †, sed ut Lazarum viderent, quem suscitavit a mortuis.
10. Cogitaverunt

CODEX BRIXIANUS.

quia non veniet ad diem festum. Dederant autem Principes Sacerdotum. et Pharisaei mandatum. ut siquis sciret ubi esset. demonstraret. ut adprehenderent eum Jesus autem ante sextum diem Paschae. venit in Bethaniam ubi (*a*) erat Lazarus qui fuerat mortuus quem suscitavit Jesus ex mortuis. Fecerunt (*b*) ergo † ei cenam ibi. et Martha ministrabat. Lazarus autem. unus erat ex discumbentibus. cum eo Maria itaque sumpsit libram unguenti nardi pistici pretiosi. et unxit pedes Jesus. et extersit capillis suis pedes ejus. domus autem repleta est ex odore unguenti. Dixit ergo unus ex discipulis ejus. Judas (*d*) Simonis † Scha-riotes qui traditurus erat eum. Quare hoc unguentum. non venumdatum est in trecentis denariis. et datum est pauperibus. Hoc autem dixit. non quia de pauperibus cura ei erat. sed quia fur erat. et loculum (*e*) habebat †. et ea quae mittebantur portabat. Dixit ergo Jesus. (*f*) Sine † illam in die sepulturae meae servavit illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum me autem non semper habetis. Cognovit ergo turba multa ex Judaeis. quia Jesus illic est. et venerunt non tantum propter Jesum solum. sed et ut Lazarum viderent quem suscitavit a mortuis. Cogitaverunt

CODEX CORBEIENSIS.

56. [6] Quia non veniet ad diem festum?
Cap. XII. — 3. libram unguenti pistici.
4. Judas Simonis Iscariotis, qui incipiebat eum tradere.
6. non quod de pauperibus cura esset illi... [7] exportabat.
8. [8] non semper babebitis †.
9. Et turba multa . . . audivit.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* fecerunt ei coenam: et Martha ibi ministrabat. . unus ex. *Vulg.* Fecerunt autem ei coenam ibi: et Martha ministrabat... unus erat ex.
[2] *Gat.* non venit. *Mm.* non vendidit. *Vulg.* non vaeniit.
[3] *Mm.* habebat, et quae mittebantur, auferebat. *Vulg.* habens, ea, quae mittebantur, portabat.
[4] *Mm.* Sine illam. *Vulg.* Sinite illam.
[5] *Gat. et Mm.* habebitis... semper habebitis. *Vulg.* habetis .. semper habetis.
[6] *Mm.* Quia non veniat. *Gat.* quia non venit, *ut Vulgata.*
[7] *Mm.* auferebat.
[8] *Et ita Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς. — (*b*) Ita et οὖν. — (*c*) Ante *pistici*, deest *nardi*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Addit *Simon*, pariter tex. Gr. Σίμωνος. — (*e*) Ita et tex. Gr. εἶχε. — (*f*) Ita et tex. Gr. ἄφες. — (*g*) Cod. Cant. ἤκουσαν. — (*h*) Post *Jesum*, deest *tantum*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

autem Principes Sacerdotum ut et Lazarum occide-
11. rent : quia multi (*a*) Judaeorum † propter illum ibant et credebant in Jesum.
12. Altera die turbae multae, quae venerant ad diem festum, audites quod Jesus venit in Hie-
13. rosolyma, acceperunt flores palmarum, et exierunt
. . . li obviam,
. . . lamabant, dicentes : Ossanna filius David, benedictus, qui venit in nomine Domini, Rex Istrahel.
14. Et invenit Jesus asinum, et sedit super illum, sicut scrip-
15. Notum est : Noli timere filia Sion : ecce Rex tuus [1] venit mansuetus sedens super pullum asinae.
16. Haec autem non cognoverunt prius discipuli ejus : sed cum glorificatus esset Jesus, tunc rememora-
ti sunt quod haec erant scripta de illo : et haec fecerunt illi.
17. Testimonium itaque reddebant [2] turbae, quae erant cum illo quoniam Lazarum evocavit de monumento, et suscitavit eum a mor-
18. tuis. Ideo occurrit illi turba : quoniam audierunt quod hoc fecit signum.
19. Farisaei ergo dixerunt ad illos : Videtis quod nihil (*b*) proficitis ? † ecce post illum universus mundus abiit.
20. Et erant quidam Graeci ex eis, qui ascenderunt ut adorarent in diem sol-
21. lemnem. Hi accesserunt ad Philippum, qui erat a Bedsaida Galileae et rogabant illum, dicentes : Domine, volumus Jes. .
22. videre. Venit Philippus, et dicit Andreae : Venit Andreas, et Philippus,

CODEX VERONENSIS.

autem Principes Sacerdotum ut et Lazarum interficerent :
11. quia multi propter illum abibant (*a*) Judaeorum †, et credebant in Jesum.
12. In crastinum autem turba, quae venit ad diem festum, cum audissent quia venit Jesus Hiero-
13. solyma, acceperunt flores palmarum, et processerunt obviam ei, et clamabant : Ossanna, benedictus, qui venit in nomine Domini Rex Istrahel.
14. Et invenit Jesus asellum, et sedit super eum, sicut scriptum est :
15. Noli timere filia Sion : ecce Rex tuus venit sedens super pullum asini.
16. Haec non cognoverunt discipuli ejus primum : sed quando clarificatus est Jesus, recordati sunt quia haec erant scripta : et haec fecerunt ei.
17. Testimonium ergo perhibebat turba, quae erat cum eo quia Lazarum vocavit de monumento, et suscitavit eum a mortuis.
18. Propterea obviam ei venit turba : quoniam audierunt quia hoc fecit signum.
19. Pharisaei ergo dixerunt ad semetipsos : Videtis quia non (*b*) prodeestis † quicquam ? ecce omnis mundus post eum abiit. ✠ Erant Graeci quidam ✠ ex his, qui ascenderant ut adorarent in die festo.
20. 21. Hi ergo accesserunt ad Philippum, qui erat a Betsaida Galilaeae, et rogabant eum, dicentes : Domine, volumus Jesum videre.
22. Venit Philippus, et dicit Andreae : Andreas autem, et Philippus iterum

CODEX BRIXIANUS.

autem principes sacerdotum. ut Lazarum occiderent. quia multi. propter eum conveniebant ex Judaeis. et credebant in Jesum. Sequenti autem die turba multa. quae convenerat ad diem festum. audientes quia venit Jesus Hierosolyma. acceperunt ramos palmarum. et exierunt obviam ei, et clamabant. Osanna. benedictus qui venit in nomine Domini. Rex Israhel. Inveniens autem Jesus asellum. sedit super eum. sicut scriptum est. Noli timere filia Sion. ecce Rex tuus venit. sedens super pullum asinae. Haec autem. non cognoverunt discipuli ejus primum. sed postquam glorificatus est Jesus. tunc recordati sunt. quia haec erant scripta de eo. et haec fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba. quae erat cum eo, quando Lazarum vocavit de monumento. et suscitavit eum a mortuis. Propterea et obviam venit ei turba quia audierant eum. fecisse hoc signum. Pharisaei autem dixerunt ad invicem. Videtis quia nihil proficimus ecce mundus totus post eum abiit. Erant aut Gentiles quidam ex his. qui ascenderant. ut adorarent in diem festum. Hi ergo. accesserunt ad Philippum. qui erat a BethsaidaGalilaeae. et rogabant eum dicentes Domine volumus Jesum videre. Venit Philippus. et dicit Andreae. Andreas rursum et Philippus.

CODEX CORBEIENSIS.

13. flores palmarum.
17. quia Lazarum vocavit.
19. quia nihil profecit? ecce unus populus sequitur post illum.
20. Et erant Graeci quidam ex his, qui ascenderant in die festo ut adorarent.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* veult tibi sedens. *Vulg.* tuus venit sedens.
[2] *Mm.* turba de eo quando. *Vulg.* turba, quae erat cum eo quando.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. τῶν Ἰουδαίων. — (*b*) Ita et tex. Gr. ὠφελεῖτε.

CODEX VERCELLENSIS.

et dicunt ad Jesum.
23. Ad ille respondit eis, dicens: Venit hora, ut honorificetur Filius hominis.
24. Amen, amen dico vobis, nisi granum tritici cadens in terra, mo-
25. riatur, ipsum solum manebit; si vero moriatur, multum fructum adferet. Qui amat animam suam, perdet illam: [1] et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodiet il-
26. lam. Si quis mihi ministrat, sequatur me: et ubi ego sum, ibi et minister meus erit. Si quis mihi ministrat, honoravit illum Pater meus.
27. Nunc anima mea turbatur. Et quid dicam? Pater, libera me de hanc hora: sed ideo veni in hanc horam.
28. Pater, [2] honorifica nomen tuum. Venit] autem vox de caelis, dicens: Et honorificavi, et iterum honorificabo.
29. Turba, quae stabat, et audiebat, dicebat: Tonitrua [3] facta] sunt. Alii dicebant: Angelus est illi locutus.
30. Respondit Jesus, et dixit illis: Non propter me vox haec venit, sed prop-
31. ter vos. Nunc judicium est hujus mundi: nunc Princeps hujus mundi mittitur
32. foras. Ego cum exaltatus fuero de terra, omnia traham ad me.
33. (Hoc autem dicebat, significans qua morte erat moriturus.)
34. Respondit illi turba: Nos audivimus scriptum in lege, (*b*) quod † Christus manet in aeternum: et quomodo tu dicis: Quod oportet exaltari Filium hominis? Qui

CODEX VERONENSIS.

dicunt ad Jesum.
23. Jesus autem respondit eis, dicens: Venit hora, ut clarificetur Filius hominis.
24. Amen, amen dico vobis, nisi granum tritici cadens in terram, mortuum fuerit,
25. ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum adferet. Qui amat animam suam in hoc mundo, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam.
26. Si quis mihi ministrat, sequatur me: et ubi ego sum, illic et minister meus erit. Si quis autem mihi ministraverit, honorificabit eum Pater.
27. Nunc anima mea turbatur. Et quid dicam? Pater, salvifica me Pater ex hac hora: sed propterea veni in horam istam.
28. Pater, clarifica tuum nomen. Venit ergo vox de caelo: Et clarificabi, et iterum clarificabo.
29. Turba ergo, quae stabat, et audiebat, dixerunt: (*a*) Tonitruum factum est †. Alii dicebant: Angelus ei locutus est.
30. Respondit Jesus, et dixit: Non propter me vox haec venit, sed propter vos.
31. Nunc juditium est mundi: nunc Princeps mundi hujus mittetur deor-
32. sum. Et ego si exaltatus ero a terra, omnia traham
33. ad me. Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.
34. Respondit ei turba: Nos audivimus ex lege, (*b*) quia † Christus manet in aeternum: et quomodo tu dicis: Quia oportet exaltari Filium hominis? Quis

CODEX BRIXIANUS.

dixerunt ad Jesum Jesus autem. respondit eis dicens. Venit hora ut clarificetur Filius hominis. Amen amen dico vobis nisi granum tritici. cadens in terram mortuum fuerit. ipsum solum remanet. si autem mortuum fuerit multum fructum affert. Qui amat animam suam perdet eam. et qui odit animam suam in hoc mundo in vitam aeternam custodit eam. Siquis mihi ministrat. me sequatur. et ubi sum ego illic et minister meus est. Et siquis mihi ministraverit. honorificavit eum Pater. Nunc anima mea. turbata est. Et quid dicam. Pater salva me ex hac hora. Sed propterea veni. in horam hanc. Pater clarifica nomen tuum. Venit ergo vox de caelo. Et clarificavi. et iterum clarificavo. Turba ergo quae stabat et audierat. dicebat Tonitruum factum esse. Alii dicebant. Angelus ei locutus est. Respondit Jesus. et dixit. Non propter me vox haec facta est. sed propter vos Nunc judicium est hujus mundi. nunc Princeps hujus mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus fuero a terra. omnia traham ad me. Hoc autem dicebat. significans. qua morte esset moriturus. Respondit ei turba. Nos audivimus ex lege. (*b*) quia † Christus manet in aeternum et quomodo tu dicis. Quia oportet exaltari Filium hominis. Quis

CODEX CORBEIENSIS.

24. nisi granum tritici, etc.
27. Pater, libera me ex hac hora.
29. quae stabat, dicebat: Tonitruum factum est.
31. nunc Princeps mundi **mittetur deorsum**.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* et qui perdiderit animam. *Vulg.* et qui odit animam.
[2] *Mm.* clarifica Filium tuum. *Vulg.* clarifica nomen tuum.
[3] *Gat.* factum: Angelus enim ei. *Vulg.* factum. Alii dicebant: Angelus ei.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant., βροντὴ γέγονεν. Favet Vercellensis. — (*b*) Addit *quia*, etiam tex. Gr. ὅτι.

CODEX VERCELLENSIS.

est hic Filius hominis?
35. Ait illi Jesus: Adhuc modicum
(*a*) tempus † lux in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ne vos tenebrae conprehendant:
si quis ambulet in tenebris, [1] nescit
36. quo eat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.
Haec locutus est Jesus: et abiit, et abscon-
37. dit se. Cum tanta autem signa fecisset coram illis,
non credide-
runt in eum:
38. ut verbum Esaeiae Profetae impleretur, quod dixit:
Domine, quis credidit auditui nostro? et bracchium Domini cui revelatum estu?
39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Ese-
40. ias: Obcecavit oculos illorum, et induravit cor eorum:
ut non videant oculis, [2] et non intellegant corde, et convertantur, et sanem illos.
41. Haec dixit Eseias, quando vidit gloriam ejus, et locutus est
42. de illo. Verumtamen et ex Principibus multi crediderunt in illum:
sed propter Pharisaeos non confitebantur, ne de Synagoga ei-
43. cerentur. Amaverunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.
44. Jesus autem (*c*) clamabat, dicens:
Qui credit in me, non credit in me, sed in eum, qui me
45. misit. Et qui me videt, videt eum, [3] qui
46. me misit. Ego lumen in hunc mundum veni; ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat.

CODEX VERONENSIS.

est Filius hominis?
35. Dicit ergo eis Jesus: Adhuc modicum
(*a*) tempus † lux in vobis est. Ambulate dum lucem habetis, ut non tenebrae vos comprehendant: et qui ambulat in tenebris, nescit quo
36. eat. Dum lucem habetis, credite in lucem, ut filii lucis sitis.
Haec locutus est Jesus: et abiit, et abscondit se ab eis.
37. Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non credebant in
38. eum: ut sermo Eseiae Prophetae impleatur, quem dixit:
Domine, quis credidit auditui nostro? et bracchium Domini cui revelatum est?
39. Propterea non poterant credere, quia iterum dixit
40. Eseias: Excaecavit oculos eorum, et induravit cor eorum: ut non videant oculis, et (*b*) intellegant † corde, et convertantur, et sanabo eos.
41. Haec dixit Eseias, quando vidit majestatem ejus, et locutus est de eo.
42. Interim tamen et ex Principibus multi crediderunt in eum: sed propter Pharisaeos non confitebantur, ne de Synagoga eice-
43. rentur. Dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriam Dei.
44. Jesus autem (*c*) clamabat, et dicebat †:
Qui credit in me, credit et in eum, qui misit me.
45. Ego lux in hunc mundum veni: omnis, qui credit in me, in tenebris non
47. manet. Et

CODEX BRIXIANUS.

est iste Filius hominis. Dixit ergo eis Jesus. **Adhuc modicum** (*a*) temporis †. lux in vobis est. **Ambulate** dum lucem habetis. ut tenebrae vos non **conprehendant**. qui ambulat in tenebris nescit quo **vadat**. Dum lucem habetis. credite in lucem. ut filii **lucis** sitis. Haec locutus est Jesus. et abiit. et abscondit **se ab** eis. Cum autem tanta signa fecisset in **conspectu** eorum. non crediderunt in eum. ut sermo **Esaiae** Prophetae impleretur. quem dixit. Domine **quis credidit** auditui nostro. et bracchium Domini **cui revelatum** est. Propterea non poterant credere. **quia iterum** dixit Esaias. Excaecavit oculos eorum. et induravit cor eorum. ut non videant oculis. et non intellegant corde. et convertantur. et sanem eos. Haec dixit Esaias quando vidit gloriam ejus et locutus est de eo. Verumtamen. ex Principibus. multi crediderunt in eum. sed propter Pharisaeos. non confitebantur. ne de Synagoga eicerentur. Dilexerunt enim. gloriam hominum magis quam gloriam Dei Jesus autem clamavit et dixit. Qui credit in me. non credit in me. sed in eum qui me misit. Et qui me videt videt eum qui me misit. Ego lux in mundum veni. ut omnis qui credit in me in tenebris non maneat. Et

CODEX CORBEIENSIS.

35. Adhuc modicum tempus lux est in vobis.
37. non credebant ei.
41. quando vidit [4] majestatem ejus.
42. Interim tamen ex Principibus.
46. in hunc mundum veni.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* nescit quo vadit. *Mm.* nescitis quod vadat. *Vulg.* nescit quo vadat.
[2] *Gat. et Mm.* et intellegant corde. *Vulg.* et non intelligant corde.
[3] *Gat.* qui misit me. Ego lux. *Vulg.* qui misit me.
[4] *Gat.* gloriam Dei.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *tempus*, tex. quoque Gr. χρόνου. Cod. Brix. habet, *temporis*. — (*b*) Ante *intelligant*, deest *non*, etiam in tex. Gr. — (*c*) Ita et cod. Caut. ἔκραζε καὶ ἔλεγεν.

CODEX VERCELLENSIS.

47. Et si quis audierit verba mea, et (*a*) servaverit †, et ego illum non judico : non enim veni judicare hunc mundum, sed ut [1] salvum faciam hunc mun-
48. dum. Qui me spernit, et non accipit verba mea, habet qui eum judicet.
Sermo, quem ego locutus . . m illis, ille . . dicabit de illo novissi-
49. ma die. Quia ego a me non sum locutus, sed qui me misit Pater. Ipse mihi mandatum dedit quid dicam, et quid loquar.
50. Et scio quod mandatum illius vita aeterna est. Quae ergo loquor, sicut dixit mihi Pater, ita loquor.

CAPUT XIII.

1. Ante diem autem solemnem Paschae, sciens Jesus quod venit hora ejus ut transeat de hoc mundo ad Patrem, diligens discipulos suos, qui erant in hoc mundo, usque in finem dilexit illos.
2. Et cena facta, [2] cum diabulus se inmiserat in corde Judae Simonis Scarioth, ut eum tra-
3. deret; sciens quod omnia dedit illi Pater in manus, et quod a Deo exiit, et ad Deum
4. vadit; surrexit a cena, et posuit vestimenta sua : et sumpsit linteum, et cin-
5. xit se. Deinde misit aquam in pelvem, et coepit lavare pedes discipulorum, et tergere linteo, quo erat prae-
6. cinctus. Venit igitur ad Petrum Simonem. Et dicit illi Petrus : Domine, tu mihi lavas pedes?
7. Respondens Jesus, dixit ei : Quid ego facio, tu n . . . . . .

CODEX VERONENSIS.

qui audierit verba mea, et (*a*) custodierit †, ego eum non judico : non enim veni ut judicem mundum, sed ut salvificem mundum.
48. Qui spernit me, et non accipit verba mea, habet qui judicet eum. Sermo, quem ego locutus sum, ille judicabit eum novissimo die.
49. Quia ego ex me ipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi praeceptum dedit quid dicam, et quid
50. loquar. Et scio quia praeceptum ejus vita aeterna[est. Quae ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor.

CAPUT XIII.

1. Ante diem autem festum Paschae, sciens Jesus quia venit ejus horra ut transiret ex hoc mundo ad Patrem, diligens discipulos suos, qui erant in hoc mundo, usque in finem dilexit eos.
2. Et cena facta, cum diabulus jam se misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Scariotes;
3. sciens autem (*b*) Jesus † quia omnia dedit ei Pater in manus. et qnia a Deo exivit, et ad Deum vadit;
4. surgit a cena, et ponit vestimenta : et cum accepisset linteum, praecin-
5. xit se. Deinde misit aquas in pelvem, et coepit lavare pedes discipulorum. et extergere de linteo, quo erat praecinctus.
6. Venit ad Simonem. Et dixit illi : Domine, tu mihi lavas pedes?
7. Respondit Jesus, et dixit ei : Quod ego facio, tu ne-

CODEX BRIXIANUS.

si quis audierit verba mea. et (*a*) crediderit †. ego non judico eum. non enim veni ut judicem mundum. sed ut salvem mundum. Qui spernit me. et non accipit verba mea. habet qui judicet eum. Sermo quem ego locutus sum. ipse judicavit eum in novissimo die. Quia ego. ex me ipso non sum locutus. sed qui misit me Pater. ipse mihi mandatum dedit quid dicam. et quid loquar. Et scio quia mandatum ejus. vita aeterna est. Quae enim ego loquor. sicut dixit mihi Pater sic loquor. Ante diem autem festum Paschae. sciens Jesus quia venit hora ejus. ut transeat ex hoc mundo ad Patrem. diligens suos qui erant in hoc mundo. usque in finem dilexit eos. Et cena facta. cum jam diabolus. misisset in corde Judae. Simonis Scariotis. ut eum traderet. Sciens (*b*) Jesus † quia omnia dedit ei Pater in manus. et quia a Deo exivit. et ad Deum vadit. surrexit de cena. et posuit vestimenta sua. et accipiens linteum praecinxit se. Deinde fudit aquam in pelvem. et coepit lavare pedes discipulorum suorum. et extergere de eodem linteo. quo erat praecinctus. Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus. Domine. tu mihi lavas pedes. Respondit Jesus et dixit ei. Quod ego facio. tu ignoras modo.

CODEX CORBEIENSIS.

47. *Omittit*, sed ut salvificem mundum.
49. ipse mihi præceptum dedit quid dicam.
50. Et scio quia praeceptum ejus sic eloquor.
Cap. XIII. — 1. Qui erant in hoc mundo, usque in finem.
2. in cor Simonis Scariothi [ut traderet eum Judas; sciens.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* salvum faciam. *Vulg.* salvificem.
[2] *Gat.* cum discipulus jam misisset in corde, ut... Simon Scariothis. *Vulg.* cum diabolus jam misisset in cor, ut... Simonis Iscariotae.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Deest *non*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Addit *Jesus*, etiam tex. Gr. ὁ Ἰησοῦς.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . [3] sum enim.
8. Dicit Petrus : Non lavavis pedes meos in aeternum. Respondit illi Jesus : Nisi lave- . . o tibi pedes, non (*b*) habes † partem mecum.
9. Dicit illi Simon Petrus : Domine, non tantum (*c*) pedes †, sed et manus, et caput, et totum corpus.
10. Ait illi Jesus : Qui labit, [4] non habet necessitatem lavandi nisi . . . . - d . . . . . ur . . . . . s . . . . . vos mundi estis, sed non
11. omnes. Sciebat enim quis tr . . diturus ess . . . um : ideo [5] dix . . . Quia omnes non estis . . . ndi.
12. Cum . . . . . t ergo pedes illorum, accepit vestimenta sua : et recubuit iterum, et dixit illis : Intellegitis quid feci vo-
13. bis ? Vos dicitis mihi Magister, et Domine : et bene dicitis :
14. Si igitur ego, qui Dominus sum, et Magister, pedes vestros [4] lavi, quanto mag . . s [6] vobis alterutro debe . . s labare
15. pedes. Exemplum enim d . . . . . bis, ut sicut ego feci vobis, et vos faciatis.
16. Amen, amen dico vobis, non est servus major Domino suo, neque Apostolus (*f*) major † illo, a quo missus
17. est. Si haec scitis, beati (*g*) estis † si illa feceri-
18. tis. Non de omnibus vobis dico : ego scio quod selegerim : sed ut Scriptura adimpleatur : Qui edit mecum panem, levavit in me calca- [1] neum suum.
19. Amodo dico vobis, prius quam fiat ; ut credatis, cum factum fuerit, quia ego sum.
20. Amen, amen dico vobis, [6] qui a . . . ipit eum,

CODEX VERONENSIS.

scis, cognosces
8. postea. ✠ Dicit ei Petrus : Non lavas mihi in aeternum. (*a*) Respondit † Jesus : Si non labero te, non (*b*) habes † partem mecum.
9. Dicit ei Simon Petrus : Domine, non tantum (*c*) pedes †, sed etiam manus, et caput.
10. Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes labet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes.
11. Sciebat enim qui traderet eum, quis esset : propterea dixit : Quia non estis mundi omnes.
12. Et postquam lavit pedes eorum, accepit (*d*) vestimenta † : et cum iterum recubuisset, dicit eis : Scitis quid fecerim vobis ?
13. Vos vocatis me Magister, et (*e*) Dominus † : et bene dicitis : sum enim.
14. Si ergo lavi vestros pedes ego Dominus, et Magister, et vos debetis alter alterius lavare pedes.
15. Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego facio vobis, etiam et vos faciatis.
16. Amen, amen dico vobis, non est servus major Domino suo, neque Apostolus (*f*) major † eum, qui misit
17. eum. Si haec scitis, beati (*g*) estis † si feceritis ea.
18. Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim : sed ut impleatur Scriptura : Qui edit mecum panem, levavit super me calcaneum
19. suum. Amodo dico vobis, prius quam fiat ; ut credatis, cum factum fuerit, quoniam ego sum.
20. Amen, amen dico vobis. qui accipit eum, quem

CODEX BRIXIANUS.

scies autem postea. Dicit ei Petrus. Non lavabis mihi pedes in aeternum. Respondit ei Jesus. Si non lavero tibi pedes. non habebis partem mecum. Dicit ei Simon Petrus. Domine non tantum pedes meos. sed et manus et caput. Dicit ei Jesus. Qui lotus est non indiget. nisi pedes lavare. sed est mundus totus. Et vos mundi estis sed non omnes. Sciebat enim qui traditurus esset eum. propterea dixit. Quia non omnes mundi estis. Cum ergo lavisset pedes eorum. accepit vestimenta sua. et recumbens. iterum dixit eis. Scitis quid fecerim vobis. Vos me vocatis magistrum et Dominum et bene dicitis. sum enim. Si ergo ego lavi vobis pedes. Dominus et magister. et vos debetis alter alterius pedes lavare. Exemplum enim dedi vobis. ut quemadmodum ego feci vobis. ita et vos faciatis. Amen amen dico vobis. non est servus major Domino suo. neque Apostolus (*f*) major † illo qui misit eum. Si haec scitis. beati eritis. si feceritis ea. Nonne omnibus vobis dico. ego scio. quos elegerim. sed ut Scriptura impleatur. Qui manducat mecum panem. levabit super me. calcaneum suum. Amodo dico vobis. antequam fiat. ut cum factum fuerit. credatis quia ego sum. Amen amen dico vobis qui accepit eum

CODEX CORBEIENSIS.

7. cognosces postea.
9. non tantum pedes, sed etiam manus, et caput.
11. qui traditurus erat eum.
14. quanto magis et vos.
20. qui accipit eum, quem misero.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* non indiget ut lavet, sed est. *Mm.* qui semel lavatus est, non indiget ut iterum lavet, sed est. *Vulg.* qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est.
[2] *Gat.* dixit : Et vos mundi estis, sed non omnes. *Vulg.* dixit : Non estis mundi omnes.
[3] *Mm.* et sum. *Vulg.* sum etenim.
[4] *Gat.* ergo lavi. *Vulg.* ergo ego lavi.
[5] *Mm.* quanto magis debetis et vos.
[6] *Gat.* qui accipit eum, si quem. *Mm.* qui accipit eum', quem. *Vulg.* qui accipit, si quem.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *respondit*, deest *ei*, etiam in cod. Cant. —(*b*) Ita et tex. Gr. ἔχεις.— (*c*) Post *pedes*, deest *meos*, in cod. quoque Cant. — (*d*) Post *vestimenta*, deest *sua*, pariter in cod. Cant. — (*e*) Ita et tex. Gr. κύριος. — (*f*) Post *major*, deest *est*, etiam in tex. Gr. — (*g*) Ita et tex. Gr. ἐστέ.

CODEX VERCELLENSIS.

q . . . m mi . . e-
ro, me a [. . . . . .
. . . . . e
accipit, acci-
pit eum qui
me misit.
21. Haec locutus
est Jesus, et tur-
batus est in
spiritu : et testifi-
tus est, dicens :
Amen, amen di-
co vobis, quia
unus ex vo-
bis tradet me.
22. Discipuli au-
tem ejus res-
piciebant ad
invicem, stu-
pentes de quo
23. diceret. Erat
autem recum-
bens unus
ex discipulis
ejus in sinu
Jesu, etiam
quem dilige-
24. bat Jesus. Innu-
it ergo huic
Simon Petrus,
dicens : Inter-
roga qui est,
de quo dicit?
25. Recumbens
ergo ille su-
pra pectus
Jesu, ait illi : Domine,
qui est?
26. Respondit er-
go Jesu : Ille est,
cui ego intinc-
tum panem
porrexero.
Intinxit er-
go panem, et
tradidit Ju-
dae Scarioth.
27. [1]Et, ut acce-
pit panem, in-
travit in eum
Satanas.
Dicit illi Jesus : Quod
facis, fac cele-
28. rius. Nemo au-
tem ex his, qui
recumbebant,
intellexit, quid
29. illi dixerit. Ple-
rique enim
existimabant,
quia loculos
habebat Juda,
quea dixit illi
Jesus : Ut emeret,
quae necessa-
ria erant ad
diem sollem-
nem ; aut ut
pauperibus
daret.
30. Ut accepit igitur
ille panem,
confestim
exiit. Erat au-
31. tem nox. Cum
ergo exisset,
dicit Jesus :
Nunc honora-
tus est Filius
hominis; et Deus
honorifica-
tus est in illo.
32. Et Deus honori-
ficavit eum
in ipso, et con-
festim hono-
rificabit eum.
33. Filioli, adhuc pus-
illum vobis-
cum sum. Quae-
ritis me; et quem-
admodum
dixi Judaeis :
Quia ubi sum

CODEX VERONENSIS.

misero, me
accipit : qui
autem me ac-
cipit, accipit
eum, qui me
misit.
21. Haec cum di-
xisset Jesus,
turbatus est
spiritu : et
protestatus est,
et dixit :
Amen, amen
dico vobis, quia
unus ex vobis
tradet me.
22. Aspiciebant
ergo ad alis
alium discipuli,
esitantes de quo
diceret.
23. Erat ergo re-
cumbens unus
ex discipulis
ejus in sinu
Jesu, quem di-
ligebat Jesus.
24. Innuit
ergo huic
Simon Petrus,
et dixit ei : Dic
quis est?
25. Itaque, cum
recubuisset ille
supra pectus
Jesu, dicit ei :
Domine, quis
26. est? Respondit
Jesus : Ille est,
cui intinctum
panem porre-
xero.
Et cum intin-
xisset panem,
dedit Judae
Simoni Sca-
27. riotae. Et ut
accepit panem,
introivit in
eum Satanas.
Dicit (*a*) ergo †
ei Jesus : Quod
facis, fac ce-
28. lerius. Hoc au-
tem nemo
sciit discum-
bentium, quid
dixerit ei.
29. Quidam enim
putabant,
quia loculos
habebat Judas,
quoniam dicit
ei Jesus : Eme
ea, quae opus
sunt in vobis
ad diem festum;
aut ut egenis
aliquid daret.
30. Cum ergo
accepisset pa-
nem, exivit
continuo. Erat
autem nox.
31. Cum ergo
exisset, dicit
Jesus : ✠ Nunc
clarificatus est
Filius hominis;
et Deus cla-
rificatus est
32. in eo. Et Deus
clarificavit
eum in se-
metipso, et
continuo cla-
rificabit eum.
33. Filioli, ad-
huc modicum
vobiscum
sum. Quae-
ritis me; et
sicut dixi Ju-
daeis :Quo eo

CODEX BRIXIANUS.

quem ego misero. me accipit. qui autem me accipit. accipit eum qui me misit. Haec cum dixisset Jesus. turbatus est spiritu. et protestatus est. et dixit. Amen amen dico vobis, quia unus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo ad invicem discipuli. hesitantes. de quo diceret. Erat autem recumbens unus ex discipulis ejus in sinu Jesu. quem diligebat Jesus. Innuit ergo huic Simon Petrus. et dicit ei. Interroga quis est de quo dicit. Recumbens ergo ille super pectus Jesu. ait illi Domine quis est. Respondit Jesus. Ille est. cui ego intinctum panem dedero. Et cum intinxisset panem. dedit Judae Simoni Scariothe. Et post panem acceptum. tunc introibit in eum Satanas. Dicit ei Jesus. Quod facis fac celerius. Hoc autem. nemo intellexit. de discumbentibus. quare dixerit ei. Quidam enim putabant. quia loculum habebat Judas. quia dixisset ei Jesus Eme. ea quae opus sunt nobis ad diem festum. aut pauperibus ut aliquid daret. Accipiens ergo ille panem. continuo exivit. Erat autem nox. Cum ergo exisset. dicit Jesus. Nunc clarificatus est Filius hominis. et Deus clarificatus est in eo. Si ergo Deus clarificatus est in eo. et Deus clarificavit eum in semetipso et continuo clarificavit eum. Filioli adhuc modicum temporis vobiscum sum. Quaeritis me. et sicut dixi Judaeis. Quia ubi ego vado.

CODEX CORBEIENSIS.

21. turbatus est in spiritu.
23. quem diligebat valde.
24. Innuit ergo ei Simon Petrus, et dixit ei : Interroga quis est ?
25. Recumbens autem ille.
28. Hoc autem nemo discumbentium scivit, quid dixerit ei.
32. Et Deus clarificabit eum in semetipso et continuo clarificabit eum. *omittit*, Si Deus clarificatus est in eo.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Et tunc introivit. *Mm.* Et post buccellam acceptam, introivit. *Vulg.* Et post buccellam, introivit.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. οὖν.

CODEX VERCELLENSIS.

ego, vos non potestis venire : et nunc vobis di . . .
34. . . . . tum . . . . vobis do, ut diligatis invicem, [1] sicut (*a*) ego † dilexi vos; ita et vos diligatis in-
35. vicem. In hoc [2] scient omnes quia mei discipuli estis, si veram dilectionem habueritis inter vos.
36. Dicit illi Simon Petrus : Domine, quo vadis? Respondit Jesus : Quo ego vado, [3] non potes nunc me sequi : sequeris autem pos-
37. tea. Dicit illi Petrus : (*c*) Domine † quare non possum te sequi modo? animam meam pro te ponam.
38. Respondit Jesus : Animam tuam pro me ponis? Amen, amen dico tibi, non prius gallus cantabit, donec tu me ter abneges. Et ait discipu-

CAPUT XIV.

1. lis suis : Ne conturbetur cor vestrum. [4] Credite in Deum, et in me credi-
2. tis. In domo Patris mei mansiones multae sunt; [5] alioquin dixissem vobis, eo, ut praeparem vobis lo-
3. cum. Si abiero, et [6] praeparavero vobis. rursum veniam, et adsumam vos ad me, et ego ubi sum, et vos
4. sitis. Et quo (*d*) vado †, nostis vi
5. am. Dicit illi Thomas : Domine, nescimus quo vadis : quomodo (*e*) [7] novimus † viam?
6. Ait illi Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per
7. me. Si me cognovistis, et Patrem meum cognovistis : jam ex hoc nostis illum, et vidistis illum.
8. Dixit illi Philippus : Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.
9. Respondit Jesus : Tanto tempo-

CODEX VERONENSIS.

ego, vos non potestis venire : et vobis dico modo.
34. Præceptum novum do vobis, ut diligatis invicem, sicut (*a*) ego † dilexi vos; ut et vos diligatis in-
35. vicem. In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad alis alium.
36. Dixit ei Simon Petrus : Domine, quo vadis? Respondit Jesus : Quo ego vado, non potes me modo sequi : sequeris autem (*b*) me † postea.
37. Dicit ei Petrus : (*c*) Domine †, quare non possum te sequi modo ? animam meam ponam pro te. ✠ Respondit ei Jesus : Animam tuam pro me ponis?

CAPUT XIV.

1. Amen, amen dico tibi, non cantavit gallus, donec tu me ter neges. Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, et in me credite.
2. dite. In domo Patris mei mansiones multae sunt; si quotminus dixissem vobis quia vado parare vobis locum.
3. Et si abiero, et praeparavero vobis locum, iterum venio, et accersio vos ad me, ut ubi ego sum, et vos sitis.
4. Et quo (*d*) vado † scitis, et viam scitis.
5. Dicit ei Thomas : Domine, nescimus quo vadis : quomodo viam (*e*) scimus † ?
6. Dicit ei Jesus : Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.
7. Si cognovistis me, et Patrem meum cognovistis : et amodo nostis eum, et vidistis eum.
8. Dicit ei Philippus : Domine, ostende nobis Patrem, et sufficit nobis.
9. Dicit ei Jesus : Tanto tem-

CODEX BRIXIANUS.

vos non potestis venire. et vobis dico modo. Mandatum novum do vobis. ut diligatis invicem. sicut (*a*) ego † dilexi vos. ut et vos invicem diligatis. In hoc cognoscent omnes. quia mei discipuli estis. si dilectionem habueritis invicem Dicit ei Simon Petrus. Domine quo vadis. Respondit Jesus Quo ego vado. non potes me modo sequi. sequeris autem postea. Dicit ei Petrus, (*c*) Domine † quare non possum te sequi modo. animam meam pro te ponam. Respondit illi Jesus Animam tuam pro me pones. Amen amen dico tibi. non cantavit gallus donec me ter neges. Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum et in me credite. In domo Patris mei. mansiones multae sunt. alionquin. dixissem vobis. vado parare vobis locum. Et si abiero. praeparare vobis locum iterum venio. et accipiam vos ad me ipsum. ut ubi ego sum et vos sitis. Et quo ego vado nostis. et viam scitis. Ait illi Thomas Domine nescimus quo vadis, et quomodo possumus viam scire. Dicit ei Jesus. Ego sum via et veritas. et vita. Nemo venit ad Patrem. nisi per me. Si cognoscetis me. utique et Patrem meum cognoscetis et amodo cognoscetis eum et videtis eum. Ait illi Philippus. Domine. ostende nobis Patrem. et sufficit nobis. Dixit ei Jesus. Tanto tempore vobiscum sum.

CODEX CORBEIENSIS.

34. Praeceptum novum.
Cap. XIV. — 3. et accersio vos ad meipsum.
7. Si cognovistis [8] me, et Patrem meum cognovistis : et amodo nostis eum, et vidistis eum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* sicut et ego dilexi vos, ita et vos. *Mm.* sicut et ego dilexi vos, ut et vos. *Vulg.* sicut dilexi vos, ut et vos.
[2] *Mm.* cognoscent homines. *Vulg.* cognoscent omnes.
[3] *Gat.* non potes tu sequi me. *Vulg.* non potes me modo sequi.
[4] *Gat.* et *Mm.* Credite in Deum. *Vulg.* Creditis in Deum.
[5] *Mm.* alioquin dixissem. *Vulg.* si quo minus dixissem.
[6] *Gat.* paravero .. et ubi sum ego, et vos sitis. *Vulg.* præparavero.... ut ubi sum ego, et vos sitis.
[7] *Gat.* possumus viam nosse. *Vulg.* viam scire.
[8] *Gat.* me, et Patrem meum cognovissetis. *Mm.* me, et forsitan et Patrem meum utique cognovissetis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *ego*, etiam cod. Cant. ἐγώ. — (*b*) addit *me*, tex. quoque Gr. μοι. — (*c*) Addit *Domine*, pariter tex. Gr. κύριε. — (*d*) Ante *vado*, deest *ego*, etiam in cod. Cant. — (*e*) Ita et cod. Cant. οἴδαμεν.

CODEX VERCELLENSIS.

re vobiscum sum, et [1] non me cognovistis? Philippe, qui me vidit, vidit et Patrem. Quomodo tu dicis : Ostende nobis Patrem? 10. Non (*a*) credis † quia ego in Patre, et Pater in me est? Verba, quae vobiscum loquor, non a me loquor. Sed Pater, qui in me manet, ipse loquitur, et opera, quae. ego facio, ip- 11. se facit. (*b*) Credite mihi † quia ego in Patre, et Pater in 12. me : alioquin vel propter opera ipsa credite mihi. Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera, quae ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet : et quia ego ad Patrem va- 13. do. Et quidquid [2] petieritis in nomine meo, hoc faciam, ut honorificetur Pater 14. in Filio. Si quid petieritis in nomine meo, ego faciam. 15. Si diligitis me, mandata mea servate. 16. tc. Et ego rogabo Patrem, et alium advocatum dabit vobis, ut vobiscum sit in æternum, 17. Spiritum veritatis, [3] quem hic mundus non potest accipere, quoniam non videt illum, nec agnoscit. Vos agnoscitis eum, quia vobiscum (*c*) manet †, et in vobis (*d*) est †. 18. Non relinquam vos orphanos : veniam ad 19. vos. Adhuc pusillum, et hic mundus amplius me [4] non videbit. Vos videbitis me : quia ego vivo, et 20. vos vivitis. Illa die scietis vos quia (*g*) ego † in Patre meo, et vos in me, et ego

CODEX VERONENSIS.

poris vobiscum sum, et non cognovistis me ? Philippe, qui vidit me, vidit et Patrem. Quomodo tu dicis : Ostende nobis Patrem ? 10. Non (*a*) credis † quia ego in Patre, et Pater in me est? Verva, quæ ego loquor vobis, a me ipso non loquor. Pater autem in me manens, ipse loquitur, et opera, quæ ego facio, ipse 11. facit (*b*) Credite mihi †. quia ego in Patre, et Pater in me : 12. alioquin propter opera ipsa credite mihi. Amen, amen dico vobis, quia, qui credit in me, opera, quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet : quia ego ad Patrem vado. 13. Et quodcumque ab eo petieritis in nomine meo, ego faciam, ut honorificetur Pater in Filio. 15. Si diligitis me, præcepta mea 16. servate. Et ego rogabo Patrem, et alium paracletum dabit vobis, ut vobiscum in æternum sit, 17. Spiritum veritatis, quem hic mundus non potest accipere, quia non videt eum, nec cognoscit eum. Vos videtis eum, et cognoscitis, quia aput vos (*c*) manet †, et vobiscum (*d*) est †. 18. Non relinquam vos orfanos : (*c*) venio † ad 19. vos. Adhuc modicum, et hic mundus me non videt. Vos autem videbitis me : quia ego vivo, et vos vivetis. 20. In illo die (*f*) cognoscetis †, quia (*g*) ego † in Patre meo, et vos in me, et ego in vo-

CODEX BRIXIANUS.

et non cognovistis me. Philippe. qui me vidit vidit et Patrem. Et quomodo tu dicis Ostende nobis Patrem. Non (*a*) credis †. quia ego in Patre. et Pater in me est. Verba quae ego loquor vobis. a me ipso non loquor. Sed Pater qui in me manet. ipse facit haec opera. (*b*) Credite mihi †. quia ego in Patre. et Pater in me. alioquin. vel propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis. qui credit in me opera quae ego facio. et ipse faciet. et majora horum faciet. quia ego ad Patrem vado. Et quidquid petieritis in nomine meo. haec faciam. ut honorificetur Pater in Filio. Siquid petieritis me in nomine meo. ego faciam. Si diligitis me. mandata mea servate. Et ego rogabo Patrem. et alium paracletum. davit vobis. ut vobiscum sit in aeternum. Spiritum veritatis. quem hic mundus non potest accipere. quia non videt eum. nec novit eum Vos autem cognoscitis eum quia aput vos (*c*) manet †. et in vobis (*d*) est †. Non relinquam vos orfanos. veniam ad vos. Adhuc modicum. et hic mundus me. jam non videbit. Vos autem videbitis me. quia ego vivo et vos vivetis. In illa die vos cognoscetis. quia (*g*) ego † in Patre meo. et vos in me et ego

CODEX CORBEIENSIS.

9. Tantum temporis vobiscum sum.
10. Pater autem, qui in me manet, ipse loquitur, et opera, quae facio, ipse facit.
12. propter opera credite mihi.
13. ut clarificetur Pater in Filio.
14. Et si quid [2] petieritis a Patre meo in nomine meo, ego faciam.
15. praecepta mea cústodite.
16. ut vobiscum sit in aeternum.
17. Vos autem nostis eum, quia apud vos manet, et vobiscum est.
18. venio ad vos.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* non nostis ? *Vulg.* non cognovistis ?
[2] *Gat. et Mm.* petieritis in. *Vulg.* petieritis Patrem in.
[3] *Gat.* quem hic mundus... nescit eum. *Mm.* quia qui non videt eum, nescit eum. *Vulg.* quem mundus... quia non videt eum, nec scit eum.
[4] *Gat.* non videbit. *Vulg.* non videt.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. πιστεύεις. — (*b*) Ita et tex. Gr. πιστεύετέ μοι. — (*c*) Ita et tex. Gr. μένει. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἐστίν. — (*e*) Ita et tex. Gr. ἔρχομαι. — (*f*) Post *cognoscetis*, deest *vos*, etiam in cod. Alex. — (*g*) Post *ego*, deest *sum*, in tex. quoque Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

21. in vobis. Qui habet præcepta mea, et custodit illa, ille est, qui me diligit. Qui autem me diligit, diligitur a Patre meo : et ego diligam illum, et ostendam illi me ipsum.
22. Ait illi Judas, non ille Scarioth : Domine, quid factum est, quod manifestas te nobis, et non huic mundo ?
23. Respondit Jesus, et dixit illi : Si quis me diligit, sermonem meum custodiat, et Pater meus diligit illum, et ad illum veniemus, et aput eum manebi-
24. mus. Qui non me diligit, sermones meos non custodit. Et sermo meus, non est meus ; sed ejus, qui me misit, Patris.
25. Hæc locutus sum vobis aput vos ma-
26. nens. Advocatus est autem Paracletus ille Spiritus sanctus, quem mis-surus est Pater in nomine meo, ille vos docebit, et commemorabit vos omnia, quæcumquæ dixero.
27. [1] Pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis : non quomodo hic mundus dat, ego do vobis. Non conturbetur cor vestrum, neque formidet.
28. Audistis quia dixi vobis : Eo, et venio ad vos. Si me amaretis, gauderetis, quia eo ad Patrem : quia Pater meus major est me.
29. Et nunc dixi vobis antequam fiat; ut, cum factum fuerit, [2] credatis.
30. Jam non multa loquor [3] vobiscum. Venit enim hujus mundi princeps, et in me nihil habet in-
31. venire. Sed, ut cognoscat hic mundus quia ego dili-

CODEX VERONENSIS.

21. bis. Qui audit præcepta mea, et servat ea, ille est, qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo : et ego diligam eum, et manifestabo ei me ipsum.
22. Dicit Judas, non ille Scariotes, sed alius : Domine, quid factum est, quia nobis incipis manifestare te ipsum, et non huic mundo ?
23. Respondit Jesus, et dixit ei : Si quis diligit me, sermonem meum servavit, et Pater meus diligit eum, et ad eum veniemus, et mansionem aput eum fa-
24. ciemus. Qui non diligit me, sermones meos non servat. Sermonem, quem audistis, meus non est ; sed ejus, qui misit me, Patris.
25. Haec locutus sum vobis aput vos ma-
26. nens. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, quaecumque dixero.
27. Pacem do vobis, pacem meam relinquo vobis : non quomodo hic mundus dat, ego do vobis. Non turbetur cor vestrum, neque formidet.
28. Audistis quia dixi vobis : Vado, et venio ad vos. Si diligeretis me, gauderetis, quia vado ad Patrem : quoniam Pater major me est.
29. Nunc dixi vobis priusquam fiat ; ut, cum factum fuerit, credatis.
30. Jam non multa loquor vobis. Venit enim hujus mundi princeps, et in me non habet
31. quicquam. Sed, ut cognoscat hic mundus quia diligo

CODEX BRIXIANUS.

in vobis. Qui habet mandata mea. et servat ea. ipse est qui diligit me. Qui autem diligit me. diligitur a Patre meo. et ego diligam eum. et manifestabo ei me ipsum. Dicit ei Judas. non ille Scariothes. Domine quid factum es. quia nobis manifestaturus es te ipsum. et non huic mundo. Respondit Jesus et dixit ei. Siquis me diligit. sermonem meum servabit. et Pater meus diligit eum. et ad eum veniemus. et mansionem aput eum faciemus. Qui autem me non diligit. sermones meos non servat. Et sermonem quem audistis. non est meus. sed ejus qui misit me Patris. Haec locutus sum vobis apud vos manens. Paracletus autem Spiritus sanctus. quem missurus est Pater. in nomine meo. ille vos docebit omnia. et commonefaciet vos omnia quaecunque dixi vobis. Pacem relinquo vobis. pacem meam do vobis. non quomodo hic mundus. dat. ego do vobis. Non turbetur cor vestrum. neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis. Vado et venio ad vos. Si diligeretis me. gauderetis utique. quia vado ad Patrem quoniam Pater meus. major me est. Et nunc dixi vobis. antequam fiat. ut cum factum fuerit credatis. Jam non multa loquor vobis. Veniet enim hujus mundi princeps. et in me non inveniet quicquam. Sed ut cognoscat hic mundus quia ego diligo

CODEX CORBEIENSIS.

21. Qui habet praecepta mea.
22. non ille Scariothi, sed alius... [4] quia nobis incipis manifestare te ipsum, et non huic mundo?
26. Paraclitus ille Spiritus Sanctus.... quaecumque dixero, *omisso*, vobis.
27. [5] Pacem meam relinquo vobis... non quomodo hic mundus dat.
28. gauderetis, quoniam vado, etc.
30. Jam non vobis multa [6] loquar.
31. ut cognoscat hic mundus... sicut praeceptum dedit mihi.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* Pacem meam relinquo. *Vulg.* Pacem relinquo.
[2] *Gat.* credatis, quia ego sum. Jam. *Vulg.* credatis. Jam.
[3] *Mm.* Vobiscum. Quia venit enim. *Vulg.* vobiscum. Venit enim
[4] *Mm.* quod nobis manifestas te, et non huic mundo? *Etiam Gat. habet*, huic mundo.
[5] *Gat.* pacem meam relinquo vobis, non quomodo.
[6] *Mm.* loquor.

CODEX VERCELLENSIS.

go Patrem, et sicut Pater mandatum dedit mihi, sic facio. Surgite, eamus hinc.

CAPUT XV.

1. Ego sum vitis vera, et Pater meus agricul-
2. tor est. Omne sarmentum in me, [1] quod non adferet fructum, (*a*) tollit † illut : et omnem fructiferum purgat, ut fructum ampliorem adferat.
3. Jam vos mundi estis propter verbum, quod locutus
4. sum vobis. Manete in me, et ego in vobis. Sicut sarmentum vitis non potest fructum ferre a se, nisi maneat in vineam ; [2] sic et vos, si in me non manseritis.
5. Ego enim sum vitis, [3] vos estis sarmenta : si quis manserit in me, et ego in illo, hic adferet fructum copiosum : quia sine me nihil facere potestis, nisi in me quis manserit.
6. Si quis autem in me non manserit, proicitur foras sicut sarmenta, et [4] arescet, et congregabunt illa, et in ignem mittent, et ardebunt.
7. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque petere volueritis, fiet vo-
8. bis. In hoc honorificabitur Pater meus, ut fructum multum feratis, et sitis mei
9. discipuli. Sicut dilexit me Pater, et ego vos dilexi. Manete in caritate
10. mea. Et si praecepta mea custodieritis, manebitis in mea caritate, sicut et ego Patris mandata servavi, et maneo in hujus caritate.
11. Haec locutus sum

CODEX VERONENSIS.

Patrem, sicut praeceptum mihi dedit Pater, sic facio. Surgite, eamus hinc.

CAPUT XV.

1. Ego sum vitis vera, et Pater meus agricola est.
2. Omnem palmitem in me non ferentem fructum, (*a*) tollit † eum Pater : et omnem, qui adferet fructum, purgabit eum, ut fructum plurimum adferat.
3. Jam vos mundi estis propter sermonem, quem locutus sum vobis.
4. Manete in me, et ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum a se, nisi manserit in vite ; sic, et qui in me non manserit.
5. Ego sum vitis, vos palmites estis. qui manet in me, et ego in eo, hic adferet fructum multum : quia sine me nihil potestis facere.
6. Si quis autem in me non manserit, praecisus est, sicut palmes, et (*b*) missus est foras, et aruit, et colligent eos, et in ignem mittunt †, et
7. ardent. Si manseritis in me, et verba mea in vobis manserint, quodcumque volueritis, (*c*) petite †, et fiet vobis.
8. In hoc clarificatus est Pater meus, ut fructum plurimum adferatis, et efficiamini mei discipuli.
9. Sicut dilexit me Pater, et ego vos dilexi. Manete in dilectione mea.
10. Si praecepta mea servaberitis, manebitis in dilectione mea, sicut et ego Patris praecepta servavi, et maneo in ejus dilectione.
11. Haec locutus

CODEX BRIXIANUS.

Patrem meum. et sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio. Surgite eamus hinc. Ego sum vitis vera. et Pater meus agricola est. Omne sarmentum quod in me non affert fructum (*a*) tollit † eum. et omne quod affert fructum. purgat eum. ut fructum plurimum afferat. Jam vos mundi estis. propter sermonem. quem locutus sum vobis. Manete in me. et ego in vobis. Sicut sarmentum. non potest fructum afferre a semetipso. nisi manserit in vite, sic nec vos nisi in me manseritis. Ego sum vitis, et vos sarmenta qui manet in me. et ego in illo. hic affert fructum multum. quia sine me. nihil potestis facere. Qui non manserit in me praecidetur sicut sarmentum. et proicietur foras. et arefiet, et colligent ea. et in ignem (*b*) mittunt †. et ardent. Si autem manseritis in me. et verba mea in vobis manserint. quidquid volueritis petere fiet vobis. In hoc clarificatus est Pater meus. ut fructum plurimum afferatis. et possitis fieri mei discipuli. Sicut dilexit me Pater ita ego dilexi vos. Manete in dilectione mea. Si praecepta mea servaveritis. manebitis in dilectione mea. sicut et ego praecepta Patris mei custodivi. et maneo in ejus dilectione. Haec locutus sum

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. XV.— 2. [5] omnem, qui adfert † fructum... ut fructum plurimum adferat.

4. non potest ferre fructum a se, nisi manserit in vite : sic, et qui in me non manet.

5. [6] hic adfert † fructum copiosum.

6. Si quis in me non manserit, praecisus est sicut palmes, et missus est foras, et aruit.

7. quodcumque volueritis, petite.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* non facientem fructum. *Vulg.* non ferentem fructum.

[2] *Gat. et Mm.* sic et vos. *Vulg.* sic nec vos.

[3] *Mm.* vos autem palmites estis : qui. *Vulg.* vos palmites : qui.

[4] *Gat.* aruat, et colligent eos... mittunt, et ardent. *Mm.* arescent, et projectes, et colligent eum ... mittunt, et ardet. *Vulg.* arescet, et colligent eum, ... mittent, et ardet.

[5] *Et ita Gat. et Mm.*

[6] *Et ita Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. αἴρει. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἐβλήθη... ἐξηράνθη... αὐτὰ... βάλλουσι. — (*c*) Ita et cod. Cant. αἰτήσασθε.

CODEX VERCELLENSIS.

vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur. 12. Hoc est mandatum meum, ut diligatis invicem, sicut et ego dilexi vos. 13. Majore hanc caritatem nemo habet, ut animam suam (*a*) ponat † pro amicis suis. 14. Vos amici mei estis, si feceritis quod praecipio vobis. 15. Jam non (*b*) [1] dico † vos servos, sed amicos. . . . nescit servus, quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quae audivi a Patre meo, nota vobis feci. 16. Non vos me elegistis; sed ego vos elegi, et posui vos, ut eatis, et fructum afferatis, et fructus vester maneat, ut quodcumque [2] petieritis a Patre in nomine meo, det vobis. 17. Haec mando vobis, ut diligatis invicem. 18. Si mundus vos odit, scitote quia me priorem (*c*) odit. 19. Si de hoc mundo essetis, mundus vos utique amaret: quia autem de hoc mundo non estis, sed ego elegi vos de hoc mundo, ideo vos odit mundus. 20. Memores estote sermonis, quod ego dixi vobis: Non est servus major Domino suo, nec Apostolus major ejus, qui misit eum. Si haec nostis, felices estis, si feceritis ea: non de omnibus vobis dico. Ego scio, quos elegerim. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. 21. Sed haec omnia faciunt vobis propter nomen meum: quia ignorant eum, qui me misit. 22. Si non venissem, et locutus illis fuissem, peccatum non haberent:

CODEX VERONENSIS.

sum vobis, ut gaudium meum in vobis sit, et gaudium vestrum impleatur. 12. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis invicem, sicut dilexi vos. 13. Majorem hac dilectionem nemo habet, ut animam suam (*a*) ponat † pro amicis suis. 14. Vos amici mei estis, si feceritis quae ego praecipio vobis. 15. Jam non (*b*) dico † vos servos, quia servus nescit quid facit Dominus ejus. Vos autem dixi amicos, quia omnia, quaecumque audivi a Patre meo, nota feci vobis. 16. Non vos me elegistis; sed ego elegi vos, et posui vos, ut eatis, et fructum adferatis, et fructus vester maneat: ut quodcumque petieritis a Patre in nomine meo, det vobis. 17. Haec mando vobis, ut diligatis invicem. 18. Si mundus vos odit, scitote quoniam me (*c*) priorem † odio habuit. 19. Si de mundo fuissetis, mundus, quod suum erat, diligeret: vero enim quia de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus. 20. Mementote sermonem quem ego dixi vobis: Non est servus major Domino suo. Si me persecuti sunt, et vos persequentur: si sermonem meum servaverunt, et vestrum servabunt. 21. Sed haec faciunt omnia (*d*) circa vos † propter nomen meum; quia nesciunt eum, qui me misit. 22. Si non venissem, et locutus fuissem eis, peccatum non haberent:

CODEX BRIXIANUS.

vobis. ut. gaudium meum in vobis maneat. et gaudium vestrum impleatur. Hoc est praeceptum meum. ut diligatis invicem. quemadmodum dilexi vos. Majore hac dilectione. nemo habet. ut animam suam quis ponat pro amicis suis. Vos amici mei estis. si feceritis quae ego praecipio vobis. Jam non (*b*) dico † vos servos. quia servus nescit quid faciat Dominus ejus. Vos autem dixi amicos quia omnia quaecumque audivi a Patre meo nota feci vobis. Non vos me elegistis. sed ego vos elegi. et posui vos. ut et vos fructum afferatis. et fructus vester maneat. ut quidquid petieritis Patrem in nomine meo det vobis. Haec mando vobis. ut diligatis invicem. Si hic mundus vos odit. scitote. quia me priorem vobis odio habuit. Si de hoc mundo fuissetis. mundus utique quod suum est diligeret. quia vero de hoc mundo non estis. sed ego elegi vos de hoc mundo. propterea odit vos mundus. Mementote sermonis. quem ego dixi vobis. Non est servus major Domino suo. Si me persecuti sunt. et vos persequentur. si sermonem meum servaverunt. et vestrum servabunt. sed haec omnia facient vobis. propter nomen meum. quia ignorant eum qui me misit. Si non venissem et locutus eis fuissem. peccatum non haberent.

CODEX CORBEIENSIS.

12. ut diligatis invicem, qua dilectione dilexi vos.
18. quia me priorem odio habuit.
21. Sed haec omnia faciunt circa vos.
22. excusationem non habent de peccato, *omisso* suo.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* dico vos. *Mm.* dico vobis servos, sed amicos, quia.... quid faciet. *Vulg.* dicam vos servos, quia.... quid faciat.

[2] *Gat. et Mm.* petieritis a Patre meo in. *Vulg.* petieritis Patrem in.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *ponat*, deest *quis*, etiam in cod. Cant. Gr. et Lat. — (*b*) Ita et tex. Gr. λέγω. — (*c*) Post *priorem* deest *vobis*, etiam in cod. Cant.— (*d*) Cod. Cant. εἰς ὑμᾶς.

CODEX VERCELLENSIS.

nunc vero excusationem non habent de peccato suo.
23. Qui me odit, et Patrem meum
24. odit. Si opera non fecissem in illis, quae nemo alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem et viderunt, et oderunt me, et Patrem
25. meum. Sed ut impleatur verbum, quod in lege eorum scriptum est : Quoniam oderunt me gratis.
26. Cum ergo venerit Paracletus ille, quem ego mittam vobis a Patre meo, spiritum veritatis, qui de Patre meo procedit, ipse testificabitur de me :
27. et vos testimonium perhibetis, quia ab initio mecum estis.

CAPUT XVI.

1. Haec locutus sum vobis, ne scandalizemini.
2. Extra Synagogam vos facient ; sed venit hora, ut omnis, qui occiderit vos, aestimet se sacrificium Deo
3. offerre : et haec [1] facient vobis, quia non noverunt Patrem, neque me.
4. Haec locutus sum vobis ; ut, cum venerit hora, memores sitis, quia ego dixi vobis.
5. Haec autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram : nunc (a) vero † eo ad eum, qui me misit· et nemo ex vobis interrogat me, Quo
6. . . . ? Sed quia haec locutus sum vobis, tristitia cor vestrum im-
7. plevit. Sed ego veritatem vobis dico : expedit vobis ut ego eam : nam, si non abiero ego, Paracletus non veniet ad vos : si autem ego abiero, mittam illum ad vos.
8. Et cum venerit ipse, arguet mundum de peccato, et de justitia, et
9. de judicio. De

CODEX VERONENSIS.

nunc autem excusationem non habent de peccato suo.
23. Qui me odit, et Patrem meum odit.
24. Si opera non fecissem in eos, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent : nunc autem et viderunt, et odio habuerunt et me, et Patrem
25. meum. Sed ut impleatur sermo, qui in lege eorum scriptus est : Quia odio habuerunt me gratis.
26. Cum ergo venerit Paracletus, quem ego mittam vobis a Patre, spiritum veritatis, qui a Patre meo procedit, ille testimonium perhibebit de
27. me : et vos testimonium perhibebitis, quia ab initio mecum estis.

CAPUT XVI.

1. Haec locutus sum vobis, ut non scandalize-
2. mini. Absque Synagogis facient vos ; sed venit hora, ut omnis, qui interfecerit vos, aestimet se obsequium Deo
3. praestare : sed haec facient, quia non noverunt Patrem, neque me.
4. Haec autem locutus sum vobis ; ut, cum venerit hora eorum, reminiscamini quia ego dixi vobis.
5. Haec autem vobis ab initio non dixi, quia vobiscum eram : nunc (a) autem † vado ad eum, qui misit me ; et nemo ex vobis interrogat me, Quo
6. vadis? Sed, quia haec locutus sum vobis, tristitia implevit cor vestrum.
7. Sed ego veritatem dico vobis ; expedit vobis ut eam : si non habiero ego, Paracletus non veniet ad vos : si autem habiero, mittam illum ad vos.
8. Et cum venerit ille, arguet mundum de peccato, et de justitia, et judicio.
9. De peccato

CODEX BRIXIANUS.

nuncautem. excusationem non habent de peccato suo. Qui me odit et Patrem meum odit. Si opera non fecissem in eis. quae nemo alius fecit. peccatum non haberent. nunc autem et viderunt. et oderunt. et me et Patrem meum. Sed ut impleatur sermo qui in lege eorum scribtus est. Quia odio me habuerunt gratis. Cum autem venerit Paracletus. quem ego mittam vobis a Patre. spiritum veritatis. qui a Patre procedit. ille testimonium perhibebit de me. et vos testimonium perhibetis. quia ab initio mecum estis. Haec locutus sum vobis. ut non scandalizemini. De synagoga vos expellent. sed veniet hora. ut omnis qui interfecerit vos arbitretur se sacrificium obtulisse Deo. sed haec facient vobis. quia non cognoverunt Patrem neque me. Haec autem locutus sum vobis. ut cum venerit hora illorum. reminiscamini quia ego dixi vobis. Haec autem vobis ab initio non dixi. quia vobiscum eram. nunc (a) autem † vado ad eum qui me misit. et nemo ex vobis interrogat me Quo vadis. Sed quia haec locutus sum vobis. tristitia replevit cor vestrum. Sed ego veritatem dico vobis. quoniam expedit vobis ut ego vadam. nam si ego non abiero Paracletus non veniet ad vos. si autem abiero. mittam eum ad vos. Et veniens ille. arguet mundum de peccato. et de justitia. et de judicio. De

CODEX CORBEIENSIS.

24. Si opera non feci in illis.

Cap. XVI. — 2. [2] Extra Synagogas fecerunt vos.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* facient, quia. *Vulg.* facient vobis, quia.
[2] *Gat.* Extra synagogam facient vos. *Mm.* eis, quæ in synagogis venient vobis.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ita et tex. Gr. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

peccato quidem, quia non crediderunt 10. in me : de justitia autem, quod eo ad Patrem, et jam me non vide- 11. bitis : de judicio, quia Princeps hujus mundi judicatus est. 12. Adhuc multa habeo, quæ dicam vobis : sed non potestis (*b*) illa † modo 13. portare. Sed cum venerit Spiritus veritatis, ille vos deducet in omnem veritatem. Non enim [1] loquitur a se, sed quaecumque audierit, loquetur, et quae ventura sunt, adnuntiavit vobis. 14. Ille me honorificavit, quia de meo accipiet, et adnuntiavit vobis. 15. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Ideo dixi vobis : Quia de meo accipit, et adnuntiavit 16. vobis. Pusillum, et non videbitis me : et iterum pusillum, et videbitis me. 17. Dixerunt ergo [2] discipuli ejus ad invicem : Quid est hoc, quod dixit nobis : Ecce pusillum, et non videbitis me, et post pusillum, et videbitis me : et quod dixit : Eo ad Patrem, 18. (*d*) Quid est [3] hoc pusillum†? non intellegimus quid dixit. 19. Cognovit (*e*) Jesus†, quia volebant eum interrogare, et [4] ait illis : De hoc quaeritis ad invicem, quia dixi : Pusillum, et non videbitis me, et iterum pusillum, et videbitis me. 20. Amen, amen dico vobis, quoniam vos flebitis, et lugebitis, mundus autem gaudebit : (*f*) vos † tristes eritis, sed tristitia ves-

CODEX VERONENSIS.

quidem, quia non (*a*) credunt† 10. in me : de justitia vero, quia eo ad Patrem, et jam non videbitis 11. me : de judicio autem, quia Princeps mundi hujus jam judicatus est. 12. Adhuc habeo multa vobis dicere : sed non potestis (*b*) ea † portare 13. modo. Cum enim venerit ille Spiritus veritatis, (*c*) deducet vos in veritate omni †. Non enim loquitur a semetipso, sed haec, quae audit, loquetur, et quae venient, adnunciabit 14. vobis. Ille me clarificabit, quia de meo accipiet, et adnunciabit vobis. 15. Omnia quaecumque habet Pater, mea sunt. Propterea dixi : Quia de meo accipiet, et adnuntiabit vobis. 16. Modicum, et jam non videbitis me : et iterum modicum, et videbitis me. 17. Dixerunt ergo discipuli ejus ad alterutrum : Quid est hoc, quod dicet nobis : Modicum, et non videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me : et : Quia vado ad 18. Patrem. (*d*) Quid est hoc modicum †? nescimus quid loquitur. 19. Cognovit (*e*) Jesus †, quia volebant eum interrogare, et dixit eis : De hoc quaeritis cum alis alio, quia dixi : Modicum, et non videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me. 20. Amen, amen dico vobis, quia vos flebitis, et lugebitis, mundus autem gaudebit : (*f*) vos † tristes eritis, sed tristitia

CODEX BRIXIANUS.

peccato quidem quia non crediderunt in me, de justitia vero. quia vado ad Patrem meum. et jam non videbitis me. de judicio autem. quia Princeps hujus mundi damnatus est. Adhuc multa habeo vobis dicere sed non potestis portare modo. Cum autem venerit ille Spiritus veritatis diriget vos in omnem veritatem. Non enim loquetur a semetipso. sed quaecunque audierit loquetur. et quae ventura sunt adnunciavit vobis. Ille me clarificat. quia de meo accipiet. et adnunciavit vobis. Omnia quaecunque habet Pater mea sunt. Propterea dixi vobis. Quia de meo accipiet, et adnunciavit vobis. Modicum adhuc. et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me quia vado ad Patrem. Dixerunt ergo discipuli ejus ad alterutrum. Quid est hoc quod dicit nobis. Modicum. et non videbitis me. et iterum modicum. et videbitis me. et quia vado ego ad Patrem. Dicebant ergo Quid est hoc quod dicit modicum nescimus quid loquitur. Cognovit autem Jesus. quia volebant eum interrogare. et dixit eis. De hoc quaeritis inter vos. quia dixi Modicum et non videbitis me. et iterum modicum et videbitis me. Amen amen dico vobis quia vos plorabitis et flebitis mundus autem gaudebit. (*f*) vos † tristes eritis. sed tristitia vestra

CODEX CORBEIENSIS.

9. quia non credunt in me.
11. Quia princeps hujus mundi judicatus est.
13. ille Spiritus veritatis [5] deducet vos in omnem veritatem. . . . quaecumque audierit, [6] loquitur †.
16. quia eo ad Patrem.
18. Quid est hoc modicum?
19. quia incipiebant eum interrogare. . .[7] quaeritis ad invicem.
20. Quoniam [8] vos flebitis, et lugebitis. . . tristitia vestra in gaudium veniet.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* loquitur... haec loquetur, et quae adventura sunt. *Vulg.* loquetur... loquetur, et quae ventura sunt.
[2] *Mm.* discipuli ejus... hoc, quid. *Vulg.* ex discipulis ejus... hoc, quod.
[3] *Mm.* hoc? quid dicit. *Vulg.* hoc, quod dicit.
[4] *Gat.* dixit : De hoc. *Vulg.* dixit eis : De hoc.
[5] *Gat.* docebit omnem.
[6] *Et ita Gat.*
[7] *Gat.* conqueritis inter vos.
[8] *Mm.* plorabitis vos.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. πιστεύουσιν. — (*b*) Addit *ea*, etiam cod. Cant. αὐτά.— (*c*) Ita et cod. Cant. ὁδηγήσει ὑμᾶς ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ.—(*d*) Ita et cod. Cant., τί ἐστι τοῦτο τὸ μικρόν, omissis verbis *dicebant ergo*.—(*e*) Ante *Jesus*, deest *autem* in cod. quoque Cant. — (*f*) Post *vos*, deest *autem*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

tra in gaudium [1] converter 21. tetur. Mulier cum parturit, tristitiam habet, quia venit (*a*) dies † ejus : cum autem genuerit puerum, amplius non est memor tribulationis propter gaudium, quia natus est homo in hunc mundum. 22. Et vos igitur modo tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo aufe- 23. ret a vobis. Sed in illa die nihil me interrogabitis. Amen, amen dico vobis, quoniam si quid petieritis [2] Patrem in nomine meo, da- 24. vit vobis. Usque adhuc non petistis quicquam in nomine meo : petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit plenum. 25. Haec dixi vobis in similitudinibus. Veniet hora ut jam non in similitudinibus vobis loquar, sed palam de Patre nuntiavo vobis. 26. In illa die in nomine meo petite, et ego rogabo prop- 27. ter vos. Ipse enim Pater amat vos : me amastis, et credidistis, quoniam ego a Deo 28. exivi, et a Patre veni in hunc mundum : iterum relinquo hunc mundum, et vado ad Patrem. 29. Dicunt illi discipuli : Ecce nunc palam loqueris, et similitudinem nul- 30. lam dicis. Nunc scimus te omnia nosse, nec indigeri ut te quisquam interroget : in hoc credimus, quia a Deo venisti. 31. Respondit illis Jesus : Amodo cre- 32. ditis ? Ecce venit hora, et jam venit, ut dispargamini unusquisque in sua regio-

CODEX VERONENSIS.

vestra in gaudium conver- 21. tetur. Mulier cum parit, tristitiam habet, quoniam venit (*a*) dies † ejus : cum autem peperit puerum, jam non meminit pressurae propter gaudium, quia natus est homo in hunc 22. mundum. Et vos nunc quidem tristitiam habebitis, iterum autem videbo vos, et gaudebit cor vestrum, et gaudium vestrum nemo (*b*) tollit † a 23. vobis. Et in illo die nihil me interrogatis. Amen, amen dico vobis, si quid petieritis a Patre in nomine meo, dabit 24. vobis. Usque modo non petiistis nihil in nomine meo : petite, et accipietis, ut gaudium vestrum sit impletum. 25. Haec in proverbiis locutus sum vobis. Veniet hora cum jam non in proverbiis loquar vobis, sed palam de Patre manifestabo vobis. 26. Illo die in nomine meo petitis, et non dico vobis, quia ego rogabo 27. Patrem ; ipse enim Pater diligit vos, quia vos me diligitis, 28. et creditis, quia a Deo (*c*) exivi †, et veni in hunc mundum : iterum relinquo mundum, et vado ad Patrem. 29. Dicunt ei discipuli ejus : Ecce nunc palam loqueris, et proverbium nullum dicis. 30. Nunc scimus quoniam scis omnia, et non opus est tibi ut quis te interroget : in hoc credimus, quoniam a Deo existi. 31. Respondit eis Jesus : Modo 32. creditis ? Ecce venit hora, et jam venit, ut dispargamini unusquisque in sua regione,

CODEX BRIXIANUS.

in gaudium erit. Mulier cum parit tristitiam habet. quia venit hora ejus. cum autem natus fuerit infans. ultra non meminit tribulationis. prae gaudio. quia natus est homo in mundo. Et vos igitur. nunc quidem tristitiam habetis. iterum autem videbo vos. et gaudebit cor vestrum. et gaudium vestrum. nemo (*b*) aufert † a vobis. Et in illo die. me non rogabitis quicquam. Amen amen dico vobis. siquid petieritis Patrem in nomine meo dabit vobis Usque modo. non petistis quicquam. in nomine meo Petite et accipietis ut gaudium vestrum sit adimpletum. Haec in proverbiis locutus sum vobis. Sed veniet hora cum jam non in proverbiis loquar vobis. sed palam de Patre adnunciabo vobis. In illa die. in nomine meo postulabitis. et non dico vobis. quia ego rogabo Patrem de vobis. Ipse enim Pater diligit vos quia vos me diligitis. et credidistis quia ego a Deo exii. Exivi a Patre. et veni in hunc mundum. iterum relinquo hunc mundum. et vado ad Patrem. Dicunt ei discipuli ejus. Ecce nunc palam loqueris. et proverbium nullum dicis. Nunc ergo cognoscimus quia scis omnia, et non opus est ut quis te interroget. in hoc credimus quia tu a Deo venisti. Respondit eis Jesus. Modo creditis. Ecce veniet hora. et nunc venit. ut dispergamini unusquisque in pro-

CODEX CORBEIENSIS.

21. quia veniet dies ejus.
22. nemo auferet a vobis.
23. me non interrogabitis quidquam.
24. ut gaudium vestrum sit impletum.
27. quia vos me amatis, et creditis [3]. . a Deo Patre exivi.
28. et veni in hunc mundum.
30. In hoc dixi vobis, quia a Deo exivi.
32. unusquisque in sua.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* convertetur. *Vulg.* vertetur.
[2] *Gat.* a Patre meo in. *Mm.* Patri meo in. *Vulg.* Patrem in.
[3] *Gat.* ego a Deo, exivi a Patre. *Mm.* ego a Patre meo a Deo exivi.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ὑμῖρα. — (*b*) Ita et tex. Gr. αἴρει. — (*c*) Post *exivi*, deest iterum, *Exivi a Patre*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

ne, et me solum
[1] relinquatis :
sed non ero
solus, quia Pa-
ter mecum
est.
33. Haec locutus sum
vobis, ut in
me pacem ha-
beatis. In hunc
mundum ve-
xationem [2] ha-
bebitis : sed gau-
dete, quia ego
vici mundum.

CAPUT XVII.

1. Haec locutus
est Jesus : et adle-
vatis oculis
suis in caelum,
dixit :
Pater venit ho-
ra, honorifi-
ca Filium tuum,
ut Filius tuus
te honorificet :
2. sicut dedisti
illi potestatem
universae
carnis, ut om-
ne, quod de-
disti ei, det il-
lis vitam ae-
ternam.
3. Haec est autem
vita aeterna,
ut sciant te
unum verum
Deum, et quem
misisti Jesum
4. Christum. Ego te ho-
norificavi
super terram :
opus, quod de-
disti mihi ut
facerem, per-
5. feci illud : et
nunc hono-
rifica me tu
Pater, aput te
ipsum, gloria,
quam habebam
aput te, ante
quam mun-
6. dus esset. Ma-
nifestavi no-
men tuum
hominibus,
quos mihi de-
disti de hoc
mundo. Tui
erant, et mihi
illos dedisti,
et [3] verbum
tuum custo-
dierunt.
7. Nunc (*a*) cogno-
vi † quoniam
omnia, quae
mihi dedisti,
8. a te sunt; qu . . a
verba, quae
mihi dedis-
ti, dedi illis; et
[4] ipsi acceperunt
illa vere, quia
a te (*b*) exierunt : †,
. . t crédide-
runt, quia tu me
9. misisti. Ego
pro illis ro-
go : non pro
mundo hoc
rogo, sed pro
illis, quos mi-
hi dedisti, qui-
10. a tui sunt : et
mea omnia,
tua sunt, et
quae tua sunt,
mea sunt : et

CODEX VERONENSIS.

et me solum
relinquatis : et
non sum solus,
quoniam Pater
mecum est.
33. Haec locutus
sum vobis, ut
in me pacem
habeatis. In
hoc autem
mundo praessu-
ram habebitis :
sed bono animo
estote, ego
vici mundum.

CAPUT XVII.

1. Haec locutus
est Jesus : et
allevatis oculis
in caelum,
dixit : Pater
venit hora,
clarifica Filium
tuum, ut Filius
tuus clarificet
2. te : sicut de-
disti ei pote-
statem omnis
carnis, ut omne,
quod dedisti
ei, det eis
vitam aeter-
nam.
3. Haec est autem
vita aeterna,
ut cognoscant
te solum et
verum Deum,
et quem mi-
sisti Jesum
Christum.
4. Ego te clarifi-
cavi super
terram, uno
opere consum-
mato, quod
dedisti mihi
ut facerem :
5. et nunc cla-
rifica me tu
Pater, aput
temetipsum, cla-
ritatem, quam
habui, priusquam
mundus esset,
6. aput te. Ma-
nifestavi nomen
tuum homini-
bus, quos de-
disti mihi de
hoc mundo. Tui
erant, et mihi
illos dedisti,
et sermonem
tuum servabe-
7. runt. Et nunc
(*a*) cognovi †
quia omnia,
quaecumque
dedisti mihi,
abs te sunt :
8. quia verba,
quae dedisti,
dedi eis; et
ipsi acceperunt
ea, et cogno-
verunt, quia
vere a te
(*b*) exierunt † :
et crediderunt,
quia tu me mi-
9. sisti. Ego pro
eis rogo : Non
pro mundo rogo,
sed pro eis,
quos dedisti
mihi, quia
10. tui sunt : et
mea omnia,
tua sunt, et
tua, (*c*) mea † :

CODEX BRIXIANUS.

pria, et me solum relinquatis. et non sum solus. quia Pater mecum est. Haec locutus sum vobis. ut in me pacem habeatis. In hoc autem mundo. tribulationem habebitis. sed constantes estote. quia ego vici mundum. Haec locutus est Jesus. et elevavit oculos suos in caelum et dixit. Pater. venit hora. clarifica Filium tuum. ut Filius tuus clarificet te. sicut dedisti ei potestatem omnis carnis. ut omne quod dedisti ei. det ei vitam aeternam. Haec est autem vita aeterna. ut cognoscant te solum verum Deum. et quem misisti Jesum Christum. Ego te clarificavi super terram opus consummavi quod dedisti mihi ut facerem. et nunc glorifica me tu Pater. gloriam quam habui aput te ipsum. priusquam mundus esset. Manifestavi nomen tuum hominibus. quos dedisti mihi de hoc mundo. Tui erant. et mihi eos dedisti. et sermonem tuum custodierunt. Nunc (*a*) cognovi † quia omnia quae dedisti mihi abs te sunt. quia verba quae dedisti mihi. dedi eis. et ipsi acceperunt et cognoverunt. quia vere a te exivi, et crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo. sed pro his quos dedisti mihi. quia tui sunt. et mea omnia tua sunt. et tua (*c*) mea †.

CODEX CORBEIENSIS.

33. In hoc autem mundo pressuram habebitis : sed gaudete, [2] quoniam ego vici mundum.

Cap. XVII. — 3. Deum, et quem misisti, etc.
4. opere consummato, quod dedisti.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* ut relinquatis : et non sum solus. *Vulg.* et... relinquatis : et non sum solus.
[2] *Mm.* habetis. *Vulg.* habebitis.
[3] *Gat. et Mm.* sermonem meum. *Vulg.* sermonem tuum.
[4] *Mm.* ipsa acceperunt... crediderunt vere, quia. *Vulg.* ipsi acceperunt... crediderunt, quia.
[5] *Gat. et Mm.* quia ego vici, etc.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et Goth. ἔγνωκα. — (*b*) Tex. Gr. habet ἐξῆλθον, quod et *exivi*, et *exierunt*, significat. — (*c*) Post *mea*, deest *sunt*, etiam in tex. Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

honorificatus sum in il-
11. lis. Et hi in hoc
mundo sunt,
et ego ad te ve-
nio, et jam non
sum in hoc
mundo, [1] et in
hoc mundo
sunt.
Pater sancte,
serva eos in
nomine tuo :
et, in hoc mun-
12. do cum essem
cum illis, ego
servabam
eos in nomi-
ne tuo. Quos
dedisti mihi,
custodivi; et
neimo [2] perit
de illis, nisi fi-
lius perditio-
nis, ut Scriptu-
ra implere-
13. tur. Nunc au-
tem at te venio,
et haec loquor
in hoc mun-
do, ut habeant
gaudium me-
um expletum
in semetipsis.
14. Ego dedi illis
verbum tu-
um, et hic mun-
dus odit illos,
quia non sunt
de hoc mun-
do, sicut ego
non sum de
hoc mundo.
15. [3] Non rogo, ut
16. tollas illos de
mundo : non
sunt, s. . c. . t (*a*) ego †
non sum de
hoc mundo.
17. Sanctifica il-
los in verita-
tem. Verbum
tuum verum
18. est. Sicut (*b*) me †
misisti in (*c*) hunc †
mundum, et
ego misi illos
in hunc mun-
19. dum : et pro il-
lis ego me sanc-
tifico; ut sint
ipsi sanctifi-
cati in veri-
20. tatem. Non
pro his tantum
rogo, sed pro
illis, q. . i crediturі sunt per
verbum illo-
21. rum in me; [4] ut
omnes unum
sint, sicut tu
Pater in me,
et ego in te, ut
et illi quoque
in nobis (*e*) sint † :
ut mundus
sic credat, quia
tu me misisti.
22. Et ego gloriam,
quam dedisti
mihi, [5] dedi illis ;
ut sint unum,
sicut et nos
unum sumus.
23. Et ego in illis,

CODEX VERONENSIS.

et clarificatus
11. sum in eis. Et
jam non sum
in hoc mundo,
et hi in hoc
mundo sunt,
et ego ad te
venio.
Pater sancte,
serva eos
in nomine
12. tuo. Cum
essem cum
eis, ego serva-
bam eos in
nomine tuo.
Quos dedisti
mihi, custodivi;
et nemo ex
eis perit, nisi
filius perditionis,
ut Scriptura
impleatur.
13. Nunc autem
ad te venio,
et haec loquor
in hoc mundo,
ut habeant
gaudium meum
inpletum in
semetipsis.
14. Ego dedi
eis sermonem
tuum, et
mundus odio
habuit eos,
quia non sunt
de mundo.
15. Non rogo,
ut tollas eos de mundo,
sed ut serves
eos a malo.
16. De hoc mundo
non sunt,
sicut (*a*) ego †
non sum de
hoc mundo.
17. Sanctifica eos
in veritate.
Sermo tuus
veritas est.
18. Sicut (*b*) me †
misisti in
(*c*) hunc † mun-
dum, et ego
misi eos
in hunc mun-
19. dum : et pro
eis sanctifico
me ipsum;
ut sint ipsi
sanctificati
in veritate.
20. Non pro his ro-
go tantum, sed
pro his, (*d*) qui
credunt † per
sermonem eo-
rum in me ;
21. ut omnes
unum
sint, sicut
tu Pater in
me, et ego in
te, ut et ipsi
in nobis (*e*) sint † :
ut mundus
credat, quia
tu me misisti.
22. Et ego cla-
ritatem, quam
dedisti mihi, dedi
eis ; ut sint unum,
sicut et nos
unum sumus.
23. Ego in eis,

CODEX BRIXIANUS.

et glorificatus sum in eis. Et jam non sum in hoc mundo. et ipsi in hoc mundo sunt. et ego ad te venio. Pater sancte conserva eos in nomine tuo quos dedisti mihi. ut sint unum sicut et nos. Cum essem cum eis in hoc mundo. ego servabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi. custodivi. et nemo ex his periit. nisi filius perditionis. ut Scribtura impleatur. Nunc autem ad te venio et haec loquor in hoc mundo. ut habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum. et mundus odio habuit eos. quia non sunt de hoc mundo. sicut et ego non sum de hoc mundo. Non rogo ut tollas eos de mundo. sed ut conserves eos a maligno. De hoc mundo non sunt. sicut et ego non sum de hoc mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus veritas est. sicut tu me misisti in (*c*) hunc † mundum. ego misi eos in hunc mundum. et pro eis ego me ipsum sanctifico. ut sint et ipsi sanctificati in veritate Non pro his autem rogo tantum. sed et pro illis qui crediturі sunt in me per verbum illorum. ut omnes unum sint. Sicut tu Pater in me. et ego in te. ut et ipsi in nobis unum sint. ut hic mundus credat. quia tu me misisti. Et ego gloriam quam dedisti mihi dedi eis. ut sint unum sicut et nos unum sumus. Ego in eis.

CODEX CORBEIENSIS.

11. in hoc mundo. . . . *recent. manu*, quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos.

16. *Ab hoc versiculo usque ad nonum capitis* XVIII, *Codex ms. truncatus est.*

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* et nos unum sumus. Pater, cum. *Vulg.* et nos. Cum.
[2] *Mm.* peribit, nisi. *Vulg.* periit, nisi.
[3] *Gat.* ex malo. *Mm.* quia non rogo... ex malo. *Vulg.* non rogo... a malo.
[4] *Mm.* ut omnes unum sint, sicut et nos unum sumus, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut ipsi in nobis in unum sint. *Vulg.* ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint.
[5] *Mm.* do illis. *Vulg.* dedi eis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *ego*, deest *et*, etiam in tex. Gr. — (*b*) Ante *me*, deest *tu*, item in tex. Gr. — (*c*) Addit *hunc*, cod. quoque Cant. τοῦτον.—(*d*) Ita et cod. Cant. τῶν πιστευόντων.— (*e*) Ante *sint*, deest *unum*. etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

et tu in me; ut
sint perfecti
in unum; ut
sciat hic mun-
dus, q . . . a tu me
emisisti, et (*a*) [1] di-
lexi † i . . . os, sicut
et tu me dile-
xisti.
24. Pater, quos dedis-
ti mihi, volo
ut ubi ego sum,
et illi sint me-
cum; ut vide-
ant gloriam
meam, quam
dedisti mihi:
quoniam di-
lexisti me an-
te constitut . . .
nem mundi.
25. Pater juste, et hic
mundus te
non cogno-
vit: ego autem
te adgnovi, et
hi cognove-
runt, quia tu
26. me misisti. Et
notum ad illis
feci nomen
tuum, et cogni-
tum . . . ciam;
ut caritas, qua
me dilexisti, sit
in eis, et ego in
illis.

CAPUT XVIII.

1. His dictis, Jesus exi-
it, et discipu-
li ejus trans
torrentem
(*b*) Cedri †, ubi erat
hortus, in quem
introiit simul
cum discipulis
2. suis. Sciebat
autem et locum
illum: quia fre-
quenter con-
venerat ibi
Jesus cum dis-
cipulis suis.
3. Igitur Judas, ac-
cepta cohorte a
[2] Principibus
Sacerdotum,
et de Pharisaeis
ministros,
venit ibi cum
lancternis, et
lampadibus, et
armis.
4. Jesus (*c*) autem † sci-
ens omnia,
quae erant
sibi ventura,
exiit, et ait il-
lis: [3] Quem quae-
ritis?
5. Responderunt
illi: Jesum Na-
zaraenum.
Dixit illis: Ego
sum. Jesus autem
stabat, et Judas,
qui eum tra-
diturus erat,
cum illis.
6. Ut ergo dixit il-
lis: Ego sum: abie-
runt retro,
et ceciderunt
in terram.
7. Iterum illos in-
terrogavit:
Quem quaeri-
tis? Ad illi dixe-
runt: Jesum Na-
8. zaraenum. [4] Di-
xi vobis, ego
sum: si ergo
me quaeritis,
sinite hos ire:
9. ut [5] impleatur
verbum, quod
dixit: Quoniam,
quos dedisti

CODEX VERONENSIS.

et tu in me;
ut sint consum-
mati in unum;
et cognoscat
mundus, quia
tu me misisti,
et (*a*) dilexi †
eos, sicut et
tu me dilexisti.
24. Pater, quos de-
disti mihi, volo
ut ubi ego sum,
et illi sint me-
cum; ut videant
claritatem meam,
quam dedisti
mihi: quoniam
dilexisti me
ante constitutio-
nem mundi.
25. Pater juste,
mundus te non
cognovit: ego
autem te cogno-
vi, et hi cogno-
verunt, quia tu
me misisti.
26. Et notum feci
eis nomen
tuum, et notum
faciam; ut dile-
ctio, qua dile-
xisti me, in ipsis
sit, et ego in ipsis.

CAPUT XVIII.

1. Haec cum di-
xisset Jesus, exivit
cum discipulis
suis trans tor-
rentem fluminis
(*b*) Cedri †, ubi
erat hortus, in
quem introivit
ipse, et discipuli
2. ejus. Sciebat
autem et Ju-
das, qui trade-
bat eum, ipsum
locum: quia
frequenter
Jesus convene-
rat illuc cum
discipulis suis.
3. Judas ergo,
cum accepisset
a cohorte,
et a Principi-
bus Sacerdotum,
et Farisaeis
ministros, venit
illuc cum lan-
ternis, et facibus,
et armis.
4. Jesus (*c*) autem †
sciens omnia,
quae ventura
erant super
eum, processit.
et dixit eis:
Quem quaeritis?
5. Responderunt
ei: Jesum Nazoreum.
Dicit eis: Ego
sum. Stabat
autem et Ju-
das, qui trade-
bat eum cum
6. ipsis. Ut ergo
dixit eis: Ego
sum: abierunt
retrorsum, et
ceciderunt in
terram.
7. Iterum ergo
eos interrogavit
Jesus: Quem
quaeritis? Illi
autem dixerunt:
Jesum Nazoreum.
8. Respondit Jesus:
Dixi vobis, quia
ego sum: si ergo
quaeritis me,
sinite hos abire:
9. ut impleretur
sermo, quem
dixit: Quia, quos

CODEX BRIXIANUS.

et tu in me ut sint perfecti in unum. et ut cognoscat hic mundus quia tu me misisti. et dilexisti eos. sicut me dilexisti. Pater quos dedisti mihi volo ut ubi ego sum. et illi sint mecum: ut videant gloriam meam, quam dedisti mihi, quia dilexisti me. ante constitutionem mundi. Pater juste. hic mundus te non cognovit. ego autem te non cognovi et hi cognoverunt quia tu me misisti. Et notum feci eis nomen tuum. et notum faciam ut dilectio, quia dilexisti me. in ipsis sit et ego. in ipsis. Haec cum dixisset Jesus egressus est cum discipulis suis. trans torrentem Cedron. ubi erat hortus. in quem introibit ipse. et discipuli ejus. Sciebat autem et Judas qui traditurus erat eum ipsum locum. quia frequenter Jesus convenichat illuc cum discipulis suis. Judas ergo accepta cohortem militum. et quibusdam. ex Principibus Sacerdotum et Pharisaeorum ministris. venit illuc cum laternis. et facibus. et armis. Jesus (*c*) autem † sciens omnia quae ventura erant super eum. procedens foras dixit eis. Quem quaeritis. Respondentes ei dixerunt Jesum Nazoreum. Dicit eis Jesus. Ego sum. Stabat autem et Judas. qui tradebat eum. cum ipsis. Postquam ergo dixit eis. Ego sum. abierunt retrosum. et ceciderunt in terram. Iterum ergo interrogavit eos. Quem quaeritis. Illi autem dixerunt Jesum Nazoreum. Respondit eis Jesus. Dixi vobis. quia ego sum si ergo me quaeritis. sinite hos abire. ut impleretur sermo quem dixit. Quia quos

CODEX CORBEIENSIS.

Codex ms. Corbeiensis usque ad versum nonum hujus capitis XVIII *truncatus est.*

VARIANTES ECTIONES.

[1] *Gat.* dilexi eos. *Vulg.* dilexisti eos.
[2] *Mm.* a Pontificibus, Pharisaeis ministros missos, venerunt illuc. *Vulg.* et a Pontificibus, et Pharisaeis ministros, venit illuc.
[3] *Gat. et Mm.* Quid quaeritis? *Vulg.* Quem quaeritis?
[4] *Gat.* Jam dixi. *Vulg.* Dixi.
[5] *Gat.* impleatur. *Mm.* impleatur sermo, quem dixi. *Vulg.* impleretur sermo, quem dixit.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἠγάπησα. — (*b*) Ita et cod. Cant. lat. et Gr. τοῦ κέδρου. — (*c*) Ita et cod. Cant. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

mihi, neminem ex his perdi-
10. di. Simon igitur Petrus habens gladi-
um, eduxit illum, et percussit servum Principis Sacerdotum, et amputavit illi auriculam dextram. Erat autem nomen servi illius Malachus.
11. Ait ergo Jesus Petro : Remitte (*a*) gladium † in theca sua. Calicem, quem mihi dedit Pater, non vis bibam illum?
12. Cohors igitur, et tribunus, et ministri Judaeorum adprehenderunt Jesum, et adligaverunt
13. eum, et duxerunt ad Annam primum; erat enim socer Caiphae, qui fuit Princeps Sacerdotum anno il-
14. lo. Hic est autem Caiphas, qui consilium Judaeis [1] dederat : Quia expedit unum hominem mori pro plebe, et non tota gens pere-
15. at. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, et alius discipulus.
Discipulus autem ille notus erat Principi Sacerdotum, et (*b*) simul † intravit cum Jesu in atrium Principis Sacerdo-
16. tum. Petrus vero stabat foris ad januam. Egressus ergo discipulus ille alius, qui erat notus Principi Sacerdotum, dixit ostiariae : et induxit Petrum.
17. Dicit ergo ancilla ostiaria Petro : Numquid et tu de discipulis es hominis illius? Et ait ille : Non sum.
18. Stabant autem servi, et ministri ad carbones, quia frigus erat : stabat autem et Petrus cum illis callicions se.
19. Princeps igitur Sacerdotum interrogavit Jesum de discipulis ejus, et de doctrina.
20. Respondit Jesus : Ego palam locutus sum

CODEX VERONENSIS.

dedisti mihi, non perdidi ex eis quemquam.
10. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum, et percussit servum Principis Sacerdotum, et abscidit auriculam ejus ; dextram. Erat autem nomen servo Malchus.
11. Dixit ergo Jesus Petro : Mitte (*a*) gladium † in vagina sua. Calicem, quem dedit mihi Pater, non vis bibam illum?
12. Cohors ergo, et tribunus, et ministri Judaeorum comprehenderunt Jesum, et ligaverunt,
13. et adduxerunt eum ad Annam primum ; erat enim socer Caiphae, qui erat Princeps Sacerdotum anni illius.
14. Erat autem Caifas, qui consilium dedit Judaeis : Quia expedit unum hominem mori pro populo.
15. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus Principi Sacerdotum, et (*b*) simul introivit † cum Jesu in atrium Principis Sacerdotum.
16. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus ille alius, qui erat notus Principi Sacerdotum, et dixit ostiariae : et introduxit Petrum.
17. Dixit ergo Petro illa ancilla ostiaria : Numquid et tu ex discipulis es hominis hujus? Dicit ille : Non sum.
18. Stabant autem servi et ministri ad carbones, quia frigus erat : erat autem cum eis et Petrus stans, et calefaciens se.
19. Princeps ergo Sacerdotum | interrogavit Jesum de discipulis ejus, et de doctrina ejus.
20. Respondit Jesus : Ego palam locutus sum

CODEX BRIXIANUS.

dedisti mihi nullum perdidi ex ipsis. Simon ergo Petrus habens gladium. eduxit eum. et percussit servum Principis Sacerdotum. et abscidit auriculam ejus dextram. Erat autem nomen servo illi. Malchus. Dixit ergo Jesus Petro. Remitte (*a*) gladium † in vagina sua. Calicem quem dedit mihi Pater. non bibam illum. Cohors igitur et tribunus. et ministri Judaeorum comprehenderunt Jesum. et ligaverunt eum. et adduxerunt eum. Ad Annam primum. erat enim socer Caiphae qui erat Princeps Sacerdotum anni illius. Erat autem Caiphas. qui consilium dedit Judaeis. Quia expedit unum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Jesum Simon Petrus, et alius discipulus. Discipulus autem ille notus erat Principi Sacerdotum. et (*b*) simul introibit † cum Jesu. in atrio Principis Sacerdotum. Petrus autem stabat ad ostium foris. Exivit ergo discipulus ille alius qui erat notus Principi Sacerdotum. et dixit ostiariae. et introduxit Petrum. Dicit ergo Petro illa ancilla ostiaria. Numquid et tu ex discipulis es hominis hujus. Ad ille ait. Non sum. Stabant autem servi et ministri ad prunas. quia frigus erat. et calefaciebant se. erat autem cum eis Petrus. stans et calefaciens se. Princeps autem Sacerdotum interrogavit Jesum de discipulis ejus. et de doctrina ejus. Respondit ei Jesus. Ego palam locutus sum

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. XVIII. — 11. in vaginam suam. . . [2] nonne bibam illum?
18. ad carbones. . . *recentiori manu*, et calefaciebant se.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* dedit. *Vulg.* dederat.
[2] *Gal. et Mm.* non vis bibam?

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *gladium*, deest *tuum*, etiam in cod. Capt. et Goth. — (*b*) Ita et tex. Gr. συνεισῆλθε.

CODEX VERCELLENSIS.

huic mundo : et ego semper docui in Synagoga, et in templo, quo omnes Judaei conveniunt, et in occulto nihil locutus 21. sum. Quid me interrogas? Interroga, qui audierunt quid illis locutus sum : et ecce hi sciunt, quae dixi ego. 22. Cum haec ille dixisset, unus adstans ex ministris dedit palmam in faciem Jesu. dicens. Si. . respondis Principi Sacerdotum ? 23. Respondit illi Jesus : Si male locutus sum, testimonium [1] dic de malo ; si autem bene, quid me caedis? 24. Misit ergo illum Anna vinctum ad Caiphan Principem Sacerdotum. 25. Erat autem Simon Petrus stans, et calficiens se ad ignem. Dixerunt ergo illi : Numquid et tu unus es de discipulis ejus? Ad ille negavit, et dixit : Non sum. 26. Dicit unus ex servis Principis Sacerdotum, qui cognatus erat illius, cujus abciderat Petrus auriculam : Nonne ego te vidi in hor- 27. to cum eo? Iterum ergo negavit, et statim gallus cantavit. 28. Adducunt ergo Jesum missum ad Caipham Principem Sacerdotum in praetorium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt in praetorium, polluerentur, sed ut manducarent Pascha. 29. Exiit autem Pilatus ad illos foris, et dixit : Quam accusationem adfertis de hoc homine? 30. Responderunt Judaei, et dixerunt illi : Si non esset malefaciens hic, numquam illum tradidissemus. 31. Ait illis Pilatus : Accipite illum ergo vos, et secundum

CODEX VERONENSIS.

mundo : ego semper docui in Synagoga, et in templo, quo omnes Judaei conveniunt, et in occulto locutus sum nihil. 21. Quid me interrogas? Interroga eos, qui audierunt quid locutus sum ipsis : ecce hi sciunt, quæ dixerim ego. 22. Haec autem cum dixisset, unus de adstantibus ministris dedit palmam Jesu, dicens : Sic respondes Principi Sacerdotum ? 23. Respondit ei Jesus : Si male locutus sum, testimonium perhibe de malo ; si autem bene, quid me caedis? 24. Misit ergo eum Annas vinctum ad Caiphan pontificem. 25. Erat autem Simon Petrus stans, et calefaciens se. Dixerunt ergo ei : Numquid et tu ex discipulis ejus es? Negavit ille, et dixit : Non sum. 26. Dicit unus ex servis Pontificis, cognatus ejus, cujus abscidit Petrus auriculam : Non ego te vidi in horto cum 27. illo? Iterum ergo negavit, et statim gallus cantavit. 28. Adducunt Jesum a Caiphan in praetorium. Erat autem mane, et ipsi non introierunt in praetorium, ut non contaminarentur, (a) sed † manducarent Pascha. 29. Exivit ergo Pilatus ad eos foras, et dixit : Quam accusationem adfertis adversus hominem hunc ? 30. Responderunt, et dixerunt ei : Si non esset hic malefactor, non tibi traderemus eum. 31. Dicit eis Pilatus : Accipite eum vos, et secundum le-

CODEX BRIXIANUS.

huic mundo. ego semper docui in Synagoga. et in templo ubi omnes Judaei conveniunt. et in occulto non sum locutus quidquam. Quid me interrogas. Interroga eos qui me audierunt. quid illis sum locutus. ecce hi sciunt quae dixerim ego. Haec autem cum dixisset. unus de adstantibus ministris. alapam percussit Jesum dicens. Sic respondis Principi Sacerdotum. Respondit ei Jesus. Si male locutus sum. testimonium perhibe de malo. si autem bene quid me caedis. Misit ergo eum Annas vinctum ad Caiphan Principem Sacerdotum. Erat autem Simon Petrus stans et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Numquid et tu ex discipulis ejus es. Ille autem negavit. et dixit. Non sum. Dicit unus ex servis Principis Sacerdotum. cognatus ejus. cujus abscidit Petrus auriculam. Nonne ego te vidi in horto cum illo. Iterum ergo negavit Petrus. et statim gallus cantavit. Illi autem adducunt Jesum ad Caipha. in praetorio. Erat autem mane. et ipsi non introierunt in praetorium. ut non contaminarentur. sed ut manducarent Pascha. Exivit ergo Pilatus ad eos foras. et dixit. Quam accusationem adfertis. adversus hominem hunc. Responderunt et dixerunt ei. Si non esset hic malefactor. non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus. Accipite eum vos. et secundum

CODEX CORBEIENSIS.

22. unus adstans ex ministris dedit palmam Jesu, dicens : Sic respondes Principi Sacerdotum ? 28. [2] ad Caipham in † praetorium, ne polluerentur.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* perhibeo de. *Vulg.* perhibe de.

[2] *Et ita cod. Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Post *sed*, deest *ut*, etiam in Cod. Cant. et Goth.

CODEX VERCELLENSIS.

legem vestram judicate de illo. Dixerunt [1] ergo illi Judaei : Nobis non licet quemquam occide-
32. re ; ut verbum Jesu impleretur, quod dixit, significans [2] qua morte esset moriturus.
33. Intravit ergo iterum in prætorium Pilatus et vocavit ad se Jesum, et dixit ad eum : Tu es Rex Ju-
34. daeorum ? Et respondit Jesus : A te haec dicis, an alii tibi dixerunt ?
35. Respondit Pilatus : Numquid et ego Judaeus sum ? Gens tua, et Principes Sacerdotum tradiderunt te mihi : quid fecis-
36. ti ? Respondit Jesus : Regnum meum non est de hoc mundo : si [3] ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei concertarent, ne ego traderer Judaeis : nunc autem regnum meum non est hinc.
37. Ait Pilatus : Tu ergo Rex es Judaeorum ? Respondet Jesus : Tu dicis, quia Rex sum ego. Ad hoc natus sum, et ad hoc veni in hunc mundum, ut testimonium perhibeam veritati : omnis, qui de veritate est, audit vocem meam.
38. Ait illi Pilatus : Quid est veritas ? Et, cum hoc dixisset, iterum foris [4] egressus est ad Judaeos, et ait illis : Ego nullam in illo invenio
39. causam. Est autem vobis [5] consuetudo, ut unum dimittam vobis : vultis ergo Regem Judaeorum ?
40. Clamaverunt autem omnes, dicentes : Non hunc, sed Barabban. Erat autem Barabbas latro.

CODEX VERONENSIS.

gem vestram Judicate de eo. Dixerunt ergo ei Judaei : Nobis non licet interficere quem-
32. quam ; ut sermo Jesu impleatur, quem dixit, significans qua morte moreretur.
33. Introivit ergo iterum in praetorium Pilatus, et vocavit Jesum, et dixit illi : Tu es Rex Judaeorum ?
34. Respondit Jesus : A te metipso (a) tu † hoc dicis, an alii tibi dixerunt de me ?
35. Respondit Pilatus : Numquid ego Judaeus sum ? Gens tua, et Princeps Sacerdotum tradiderunt te mihi : quid fecisti ?
36. Respondit Jesus ; Regnum meum non est de mundo hoc : si de hoc mundo esset regnum meum, ministri mei decertarent, ut non traderer Judaeis : nunc autem regnum meum non est hinc.
37. Dixit itaque ei Pilatus : Ergo Rex es tu ? Respondit Jesus : Tu dicis, quia Rex sum ego. Ego ad hoc natus sum, et ad hoc veni in hunc mundum, ut testimonium perhibeam veritati : omnis qui est ex veritate, audit meam vocem.
38. Dicit ei Pilatus : Quid est veritas ? Et, cum hoc dixisset, iterum exivit ad Judaeos, et dicit eis : Ego nullam invenio in eo causam.
39. Est autem consuetudo vobis, ut unum dimittam in Pascha vobis : ergo dimittam vobis Regem Judaeorum ?
40. Clamaverunt ergo omnes : Non hunc, sed Barabban. Erat autem Barabbas latro.

CODEX BRIXIANUS.

legem vestram judicate eum. Dixerunt ergo ei Judaei. Nobis non licet occidere quemquam. ut sermo Jesu impleretur quem dixit. significans qua morte esset moriturus. Introibit ergo iterum in prætorium Pilatus. et vocavit Jesum et dixit ei. Tu es Rex Judaeorum. Respondit Jesus. A te metipso hoc dicis an alii tibi dixerunt de me. Respondit Pilatus. Numquid ego Judaeus sum. Gens tua. et Principes Sacerdotum. tradiderunt te mihi. quid fecisti. Respondit Jesus. Regnum meum non est de hoc mundo. si ex hoc mundo esset regnum meum. ministri mei utique concertarent. ne traderer Judaeis. nunc autem. regnum meum non est hinc. Dixit itaque ei Pilatus. Ergo Rex es tu. Respondit Jesus Tu dicis. quia Rex sum ego. Ego in hoc natus sum. et ideo veni in mundo. ut testimonium perhibeam veritati. omnis qui est ex veritate. audit vocem meam. Dicit ei Pilatus. Quid est veritas. Et cum hoc dixisset. iterum exivit ad Judaeos. et ait illis. Ego nullam invenio causam in eo. Est autem consuetudo vobis. ut unum dimittam vobis in Pascha. vultis ergo. dimittam vobis Regem Judaeorum. Exclamaverunt iterum omnes dicentes. Non hunc, sed Barabban. Erat autem Barabbas latro.

CODEX CORBEIENSIS.

40. Rabbi Barabam.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* ergo Judaei : Nobis. *Mm.* ergo ei : Nobis. *Vulg.* ergo ei Judaei : Nobis.

[2] *Mm.* quia esset morte moriturus. *Vulg.* qua morte esset moriturus.

[3] *Gat.* de mundo... ne traderer. *Vulg.* de hoc mundo... ut non traderer.

[4] *Gat.* exivit ad Judaeos, et dicit eis... Ego nullam causam mortis invenio in eo. *Mm.* ad Judaeos foras, et dicit ad eos : Ego. *Vulg.* exivit ad Judaeos, et dixit eis. Ego nullam invenio in eo causam.

[5] *Mm.* consuetudo vobiscum, ut unum dimittam vobis vinctum in Pascha. *Vulg.* consuetudo vobis, ut unum dimittam vobis in Pascha.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Addit *tu*, etiam tex. Gr. σὺ.

CODEX VERCELLENSIS.

CAPUT XIX.

1. Tunc ergo Pilatus acceptum Jesum, flagella-
2. vit eum; et milites nectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti ejus, et vestimentum purpureum induerunt
3. eum, et veniebant ad illum, dicentes: Habe Rex Judaeorum: et dabant illi palmas in faciem.
4. [1] Egressus est rursum Pilatus foris, et ait illis: Ecce ego adduco illum vobis foris, ut scatis quia non invenio in eo causam.
5. Exiit ergo Jesus (*c*) foris † habens spineam coronam, et purpuream tu-
6. nicam. Quem cum vidissent Sacerdotes, et ministri, exclamaverunt, cruci eum figerent. Ait illis Pilatus: Sumite eum vos, et crucifigite: ego enim in eo culpam [2] non invenio.
7. Responderunt Judaei: Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, quia Filium se Dei fecit.
8. Cum audisset autem Pilatus hunc verbum, magis timuit,
9. et intravit rursus in praetorio, et ait ad Jesum: Unde es tu? Jesus autem responsum non dedit.
10. Ait ergo illi Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quia potestatem habeo crucifigendi te, et potestatem habeo dimittendi te?
11. Respondit ei Jesus, et dixit: Non haberes potestatem . . me nullam, nisi data tibi fuisset de-
s . . . Propter hoc, qui me tibi tradidit, magnum peccatum . . .
12. bet. Et ex hoc Pilatus quaerebat illum dimittere. Judaei autem exclamaverunt, dicen-

CODEX VERONENSIS.

CAPUT XIX.

1. Tunc ergo adprehendit Pilatus Jesum, et flagellis
2. cecidit; et milites ornatam coronam de spinis imposuerunt capiti ejus, et (*a*) vestem purpuream † circumdederunt
3. eum, et veniebant ad eum, et dicebant: Habe Rex Judaeorum: et dabant ei palmas.
4. Exivit itaque (*b*) Pilatus † foris, et dicit eis: Ecce adduco eum vobis foras, ut cognoscatis quia non invenio causam in eo.
5. Exivit ergo Jesus (*c*) foras † habens spineam coronam, et purpureum vestimentum, et dixit eis: Ecce homo.
6. Cum ergo vidissent eum Princeps Sacerdotum, et ministri, clamabant: Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus: Accipite eum vos, et crucifigite: ego enim non invenio causam in eo.
7. Responderunt Judaei: Nos legem habemus, et secundum legem debet mori, qui Filium se Dei fecit.
8. Cum ergo audisset Pilatus hunc sermonem magis timuit,
9. et introivit [1] (*d*) in † praetorium iterum, et dixit ad Jesum: Unde es tu? Jesus vero responsum non dedit ei.
10. Dicit ergo ei Pilatus: Mihi non loqueris? nescis quoniam potestatem habeo crucifigere] te, et potestatem habeo dimittere te?
11. Respondit Jesus: Non haberes potestatem adversus me ullam, nisi esset tibi data desuper. Propterea qui tradidit me tibi, majus peccatum ha-
12. bet. (*e*) Exinde † quaerebat dimittere eum. Judaei autem clamabant, di-

CODEX BRIXIANUS.

Tunc ergo accepit Pilatus Jesum. et flagellavit. et milites texuerunt. coronam de spinis. et inposuerunt capiti ejus. et veste purpurea. induerunt eum. et dicebant. Habe Rex Judaeorum. et dabant ei alapas. Exivit iterum Pilatus foras. et dixit eis. Ecce adduco vobis eum foras. ut sciatis quia non invenio ullam causam in eo. Exiit ergo Jesus (*c*) foras †. habens spineam coronam et tunicam purpuream. et dixit eis. Ecce homo. Cum ergo vidissent eum Principes Sacerdotum et ministri eorum. exclamaverunt dicentes. Crucifige crucifige eum. Dicit eis Pilatus Accipite eum vos. et crucifigite ego enim. non invenio in eo causam. Responderunt Judaei. Nos legem habemus. et secundum legem. debet mori. quia Filium Dei se fecit. Cum ergo audisset Pilatus hoc verbum. magis timuit. et introivit iterum in praetorio. et ait ad Jesum. Unde es tu. Jesus autem responsum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus. Mihi non loqueris. Nescis quia potestatem habeo crucifigere te. et potestatem habeo dimittere te. Respondit Jesus. Non haberes in me ullam potestatem. nisi tibi data fuisset desuper. Propterea. qui me tibi tradidit. majus peccatum habet. Et exinde quaerebat Pilatus dimittere eum. Judaei autem clamabant dicentes

CODEX CORBEIENSIS

Cap. XIX. — 2. et milites ornatam coronam de spinis imposuerunt.
3. dabant [2] ei palmas †.
5. [*Recent. manu*, Et dicit eis: Ecce homo.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Exiit iterum. (*Deest hic versiculus in Mm.*) *Vulg.* Exivit ergo iterum.
[2] *Mm.* non invenio causam. *Vulg.* non invenio in eo causam.
[2] *Et ita Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἱμάτιον πορφυροῦν. — (*b*) Ante *Pilatus*, deest *iterum*, etiam in vers. Goth. — (*c*) Addit *foras*, pariter tex. Gr. ἔξω. — (*d*) Addit *in*, etiam tex. Gr. εἰς. — (*e*) Ante *exinde*, deest *et*, pariter in tex. Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

tes : si hunc dimiseris, non es amicus Caesaris. Omnis enim, qui Regem se facit, contradicit Caesari.
13. Cum audisset ergo Pilatus haec verba, produxit fo . . . Jesum, et sedit pro tribunali (*a*) in locum †, qui appellatur [1] Lithostrotus, Hebreice autem Gennae-
14. sa. Erat autem praeparatio Phaschae, hora erat circiter sexta, et [2] ait Judaeis : Ecce Rex vester.
15. Ad illi (*b*) exclamaverunt : † Tolle, tolle, cruci eum fige. Ait illis Pilatus : Regem vestrum crucifigam ? . . esponderunt Sacerdotes : Nos non habemus Regem, nisi Caesarem.
16. Tunc tradidit eum illis, ut crucifigeretur. Adsumpserunt (*c*) igitur † Jesum ;
17. et gestans sibi crucem, pervenit in locum, qui appellatur Calbariae locus, quod dicitur Haebraice [3] Golgotha,
18. ubi illum crucifixerunt, et cum eo alios duos latrones, hinc, adque illinc, medium autem Jesum.
19. Scripsit autem et titulum Pilatus, et posuit supra crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarenus Rex Judaeorum.
20. Hunc ergo titulum multi legerunt Judaeorum, quia in proximo erat civitati locus, ubi crucifixus erat Jesus : et erat scriptum Hebraeice, Graece, et Latine.
21. Dicebant ergo Pilato Principes Sacerdotum, et Principes Judaeorum : Noli scribere Rex Judaeorum ; sed, quia ipse dixit : Rex sum Judaeorum.
22. Respondit illis Pilatus : Quod scribsi, scrib-

CODEX VERONENSIS.

centes : Si hunc dimittes, non es amicus Caesaris. Omnes, qui Regem facit se, contradicit Caesari.
13. Pilatus ergo, cum audisset hos sermones, adduxit foras Jesum, et sedit pro tribunali (*a*) in locum †, qui dicitur Lithostrotus, Hebraeice autem Gennetha.
14. Erat autem parasceve Paschae, hora quasi sexta, et dicit Judaeis : Ecce Rex vester.
15. (*b*) Clamaverunt † ergo illi : Tolle, tolle, crucifige eum. Dicit eis Pilatus : Regem vestrum crucifigam ? Responderunt Pontifices : Non habemus Regem, nisi Caesarem.
16. Tunc ergo tradidit eis illum, ut cruci eum figerent. Susceperunt (*c*) ergo † Jesum ;
17. et bajulans sibi crucem, exiit in eum locum, qui dicitur Calvariae locus, Habraeice
18. Golgotha, ubi eum crucifixerunt, et cum eo alios duos, hinc, et hinc, medium autem Jesum.
19. Scripsit autem et titulum Pilatus, et posuit super crucem. Erat autem scriptum : Jesus Nazarenus Rex Judaeorum.
20. Hunc ergo titulum multi legerunt Judaeorum, quia prope civitatem erat locus, ubi crucifixus est Jesus : et erat scriptum Hebraeice, Graece, et Latine.
21. Dicebant ergo Pilato Principes Judaeorum : Noli scribere Rex Judaeorum ; sed, quia dixit : Rex sum Judaeorum.
22. Respondit Pilatus : Quod scripsi scripsi.

CODEX BRIXIANUS.

Si hunc dimiseris. non es amicus Caesaris. Omnis enim qui se Regem facit. contradicit Caesari. Pilatus autem his verbis auditis. adduxit foras Jesum. et sedit pro tribunali (*a*) in locum † qui dicitur Lithostratus. Hebraice autem Gennesar. Erat autem parasceve Paschae. hora quasi sexta. et dixit Judaeis. Ecce Rex vester. Illi autem (*b*) exclamaverunt. † Tolle. tolle. crucifige eum. Dixit eis Pilatus. Regem vestrum crucifigam. Responderunt Principes Sacerdotum. Non habemus Regem nisi Caesarem. Tunc ergo. tradidit eis illum. ut crucifigeretur. Illi vero susceperunt Jesum. et duxerunt. et portans sibi crucem. exivit in locum qui dicitur Calvariæ locus. quod dicitur Hebreice. Golgotha. ubi eum crucifixerunt. et cum eo alios duos. hinc et hinc. medium autem Jesum. Scribsit autem et titulum Pilatus. et posuit super crucem. Erat autem scriptum. Jesus Nazoreus. Rex Judaeorum. Hunc ergo titulum multi legerunt Judaeorum. quia prope civitatem erat locus ubi crucifixus est Jesus. et erat scriptum Hebraeice Graece et Latine. Dicebant ergo Pilato Principes Judaeorum. Noli scribere Rex Judaeorum. sed quia ipse dixit. Rex sum Judaeorum. Respondit eis Pilatus Quod scribsi scribsi.

CODEX CORBEIENSIS.

14. Erat autem praeparatio Paschae ; hora autem, hora quasi sexta.
15. At illi clamaverunt... Principes Sacerdotum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Lithostratus. *Mm.* Lithosstrotus. *Vulg.* Lithostrotos.
[2] *Gat.* dicit eis : Ecce. *Mm.* dicit eis Judaeis. *Vulg.* dicit Judaeis : Ecce.
[3] *Gat.* Golgota, et cum eo. *Vulg.* Golgotha, ubi crucifixerunt eum, et cum eo.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. εἰς τόπον. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἐκράυγασαν. — (*c*) Ita et cod. Cant. οὖν.

CODEX VERCELLENSIS.

23. si. Milites ergo, cum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quattuor partes, unicuique militi partem. Erat autem tunica de summo, sed texta in . . tum.
24. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus illam, set sortiamur cujus sit : ut Scriptura adimpleretur :
Diviserunt vestimenta mea sibi,
[1] et supra vestimentum meum miserunt sortem.
25. Stabant autem secus crucem Jesu mater ejus Maria, et soror matris ejus maria Cleophaes.
26. Jesus autem, ut vidit matrem suam, et discipulum (*a*) adstantem †, quem diligebat, dicit matri suae : Mulier, ecce Filius tuus.
27. Deinde dicit discipulo : [2] Ecce mater tua. Ex illa hora accepit illam discipulus ille in sua.
28. Post hoc, videns Jesus [3] quod perfecta sunt omnia, et consumantur Scripturae, ait : Si-
29. tio. Pelvis posita erat aceto plena : hysopo circumdantes, optulerunt
30. ori ejus. Cum accepisset acetum, dixit : Consumatum est. Et inclinans caput, tradidit spiritum.
31. Judaei ergo, quoniam cena pura erat, ne sabbato manerent corpora in cruce, (erat aut . . magnus d . . . illius sabbati) rogaver . . Pilatum, ut crura illis frangere . . tur, [4] et tollerentur de cru-
32. ce. Venerunt ergo milites ; et primi quidem, crura

CODEX VERONENSIS.

23. Milites ergo, cum crucifixissent Jesum, acceperunt vestimenta ejus, et fecerunt quattuor partes, unicuique militi partem. Erat autem tunica rudis, desuper contexta per totum.
24. Dixerunt ergo ad invicem : Non scindamus eam, sed sortiamur de ea cujus sit ; ut Scriptura impleatur : Diviserunt vestimenta mea et in vestem meam miserunt sortem. Et milites quidem haec fecerunt.
25. Stabant autem juxta crucem Jesu mater ejus, et soror matris ejus Maria Cleope, et Maria Magdalene.
26. Cum vidisset autem Jesus matrem, et discipulum (*a*) adstantem †, quem diligebat, dicit matri : Mulier, ecce Filius
27. tuus. Deinde dicit discipulo : Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit illam discipulus in sua.
28. Postea Jesus, sciens quia omnia consummata sunt, ut compleatur Scriptura, dixit :
29. Sitio. Vas positum erat aceto plenum. Spongiam ergo plenam aceto perticae circumponentes, obtulerunt ori ejus.
30. Cum ergo accepisset Jesus acetum, dixit : Consumatum est. Et inclinato capite, tradidit spiritum.
31. Judaei ergo, quia cena pura erat, ut non remanerent in crucem corpora sabbato, (erat enim magnus dies illius sabbati) rogaverunt Pilatum, ut frangerentur crura eorum, et tollerentur.
32. Venerunt ergo milites ; et (*b*) illius † quidem primi, fregerunt

CODEX BRIXIANUS.

tes : Quid nam	. . . . .	dicentes :	Patrem no-
puer iste erit ?	. . . . .	Quid utique	strum, da-
. . . . .	73. trum pare	erit puer iste ?	turum se
nus . . . . . cum	74. nobis : ut si-	Etenim ma-	74. nobis : ut
67. illo. Et Za-	ne timore	nus Domini	sine timore
c . . . . . a-	[2] de manu ini-	cum illo	de manus
ter ejus [1] inple-	micorum	67. est. Et Za-	inimicorum
tus est Spiritu	nostrorum	charias im-	nostrorum libe-
Sancto, et p . . -	liberatos	pletus est	rati serviamus
phetavit, . . -	servire ipsi.	Spiritu	75. illi. In san-
cens :	75. In castitate,	Sancto, et pro-	ctitate, et
68. Benedictus	et justi . . .	phetabat, dicens :	justitia co-
Deus Istrahel,	in consp . .	68. Benedictus	ram ipso
. . . a visita-	tu ejus om-	Deus Istra-	omnibus
. . . t, et fecit	nes dies . . . -	hel, quia	diebus no-
redemptio-	tros.	visitavit,	76. stris. Et tu
ne . . popu-	76. Et tu puer, . . . -	et fecit re-	puer, Pro-
69. lo . . . . . cor-	pheta Alt . . .	demptionem	pheta Altis-
n	simi voca-	plebis suae.	simi voca-
. . . . nobis, in	beris : prae-	69. Et erexit	veris : prae-
. . . o Da	ibis enim . . -	cornum sa-	ibis enim
. . . . .	te faci . . .	lutis nobis,	ante faciem
. . . . .	Domini p	in domo	Domini para-
. . . . .	vias ejus . . .	David pueri	re vias ejus.

CODEX BRIXIANUS.

Et mirati sunt omnes. Apertum est autem illico. os ejus. et lingua ejus. et loquebatur. benedicens Deum. Et factus est timor. super omnes vicinos eorum. et (*b*) in universa montana † Judae. divulgabantur omnia verba haec. et posuerunt omnes qui audierunt. in corde suo. dicentes. Quid putas erit puer iste. Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zaccharias pater ejus. repletus est Spiritu Sancto. et prophetavit dicens. Benedictus Dominus Deus Sdrahel. quia visitavit. et fecit redemtionem plebis suae. Et erexit cornum salutis nobis. in domo David pueri sui. sicut locutus est. per os Sanctorum Prophetarum suorum. quae a saeculo sunt. Dare salutem ex inimicis nostris. et de manu omnium. qui nos oderunt. Ad faciendam misericordiam. cum Patribus nostris et memorari testamenti sui sancti. Jus jusjurandum quod juravit Abrahae Patri nostro. daturum se nobis. ut sine timore. de manu inimicorum nostrorum liberati. serviamus illi. In sanctitate et justitia. coram ipso. omnibus diebus nostris. Et tu puer. Propheta Altissimi vocaberis. praeibis enim ante faciem Domini. parare vias ejus.

CODEX CORBEIENSIS.

64. Et continuo resoluta est lingua ejus, et apertum est os ejus.
66. [4] Quid utique erit puer iste?
70. Sicut locutus est per os Sanctorum Prophetarum, qui ab aevo sunt.
71. Et liberavit nos ab inimicis nostris.
72. Et rememorari testamenti sancti sui.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* impletus est... prophetabat. *Vulg.* repletus est... prophetavit.
[2] *Gat.* Salutem : et liberavit nos ex inimicis. *Vulg.* Salutem ex inimicis.
[3] *Gat.* de manibus. *Vulg.* de manu.
[4] *Gat.* quid putas?

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *magnus*, etiam cod. Cant. *μέγας*. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἐν ὅλῃ τῇ ὀρεινῇ.

CODEX VERCELLENSIS.

77. . . ndam . . . entiam salutis [1] populo ejus : in remissionem peccatorum
78. ipsorum. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos, oriens ex al-
79. to : inluminare i in tenebris, et umbra mortis sedentes : ad dirigendos pedes nostros in viam
80. pacis. Puer autem crescebat, et confirmabatur [2] in spiritu : et erat in desertis usque in diem ostensionis suae ad Istrahel.

CAPUT II.

1. Factum est autem in illis diebus, exiit edictum a Caesare A . . gusto, ut profiteretur per universum o . . bem.
2. Haec . . . ma fac . . . . . pro- fes . . . . . aeside Syria . . [3] Cyr . . no : et ibant omnes profi . . . ri unus- . . . . que [4] in . . . m civi- . . . . . m.
4. Ascendit autem et Joseph a Galilaea de civitate Nazaret in terram Judeam in civitatem David, quae vocatur Bethlem : eo quod esset de domo, et patria
5. David, profiter . . um Mari . . . . . re s . . . . regnan . . .
6. Factum est autem, . . m ibi essent, inpleti sunt dies ut . . . . .
7. ret. Et pe . . . rit Fili . . . suum primogenitum, et pannis eum involuvit, et conlocavit eum in praesepio; quoniam non erat locus in diversorio.
8. Pastores (*a*) autem † erant in illa regione, vigilantes et custo-

CODEX VERONENSIS.

77. Ad dandam scientiam salutis plebi ejus : in remissionem pecca-
78. torum eorum. Per viscera misericordiae Dei nostri, in quibus visitavit nos, oriens
79. ex alto : inluminare iis, qui in tenebris, et in umbra mortis sedent : ad dirigendos pedes nostros in viam pacis.
80. Puer autem crescebat, et confortabatur in spiritu : et erat in deserto usque in diem suum ad Istrahel.

CAPUT II.

1. Factum est autem in diebus illis, exiit edictum a Caesare Augusto, ut profiteretur universus orbis terrarum..... pro-
2. fessio prima a Praesi- de Siriae Cyrino : et ibant
3. omnes, ut profiterentur singuli in suam civitatem.
4. Ascendit autem et Joseph a Galilaea de civitate Nazareth in Judaeam in civitatem David, quae vocatur Bethlem : eo quod esset de domo, et patria David,
5. ut profiteretur cum Maria uxore sua pregnante.
6. Factum est autem, cum esset ibi, impleti sunt dies ut
7. pareret. Et peperit Filium primogenitum, et pannis eum involvit, et posuit in praesepio; quia locus non erat in diversorio.
8. Pastores (*a*) autem † erant in illa regione, vigilantes, et

CODEX BRIXIANUS.

Ad dandam scientiam salutis plebi ejus. in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordiae Dei nostri. in quibus visitavit nos oriens ex alto. inluminare his qui in tenebris et in umbra mortis sedent. ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat. et confortabatur spiritu. et erat in desertis. usque in diem ostensionis suae ad Sdrahel. Factum est autem in diebus illis. exiit edictum a Caesare Augusto. ut describeretur universus orbis. Ilaec descriptio prima facta est. Praeside Syriae Cyrino. et ibant omnes ut scriberentur singuli. in suam civitatem. Ascendit autem. et Joseph a Galilea. de civitate Nazareht. in Judaeam. civitatem David. quae vocatur Bethleem. eo quod esset de domo et patria David ut profiteretur cum Maria desponsata sibi. quae erat pregnans. Factum est autem cum essent ibi. impleti sunt dies ut pareret. Et peperit filium suum primogenitum. et pannis eum involvit. et posuit eum in praesepio. quia non erat eis locus in diversorio. Pastores (*a*) autem † erant in eadem regione vigilantes et custo-

CODEX CORBEIENSIS.

77. Ad dandam scientiam plebis ejus.
Cap. II.—1. [5] Ut profiteretur universus orbis terræ.
2. [6] Haec [7] professio † prima facta est a Praeside.
4. De domo, [8] et patria David. †
5. Cum Maria desponsata sibi uxore, [9] cum esset in utero habens.
7. Quia non erat locus in diversorio.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* plebis ejus. *Vulg.* plebi ejus.
[2] *Gat.* in spiritu : et gratia Dei erat cum illo, et erat in. *Vulg.* confortabatur spiritu, et erat in.
[3] *Gat.* Cyrino nomine. *Vulg.* Cyrino.
[4] *Gat.* in suam regionem. *Vulg.* in suam civitatem.
[5] *Gat.* ut censum describeretur, *recenti manu*, profiterentur.
[6] *Gat. primis curis*, haec descriptio.
[7] *Et ita Gat. secundis curis.*
[8] *Et ita Gat.*
[9] *Gat.* praegnante de Spiritu sancto.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. δί.

CODEX VERCELLENSIS.

dientes vigi-
lias noctis
super gre-
9. gem suum. Et
ecce Ange-
lus Domini ste-
tit [1] super eos,
et majestas
Domini circum-
luxit eos, et ti-
muerunt
timore mag-
10. no. Dixit-
que eis An-
gelus : Nolite
timere; ecce
enim [2] evan-
gelizo vobis
gaudium
magnum,
quod erit om-
11. ni populo : quia
natus est vo-
bis hodie Sal-
vator, qui est
Christus Dominus, in
civitate Da-
12. vid. Et hujus
hoc vobis
signum is-
tut : inve-
nietis infan-
tem pannis
involutum,
positum in
praesepio.
13. Et subito fac-
ta est [3] cum
illis Angelo-
rum multi-
tudo exer-
citus caeles-
tis laudan-
tium Deum, et
dicentium :
14. Gloria [4] in ex-
c. . sis Deo,
et super ter-
ram pax ho-
minibus bo-
nae voluntа-
15. tis. Et fac-
tum est, ut
abierunt
. . . . n cae-
lum Angeli,
pastores lo-
quebantur
ad invicem,
et dixerunt :
Pertranseа-
mus usque
Bethlem, et
videamus
hoc verbum
quod factum
est, sicut Dominus
ostendit no-
16. bis. Et vene-
runt [5] festi-
nantes; e. . . n-
venerunt
Mariam, et
Josef, et infan-
tem positum
in praesepio.
17. Videntes au-
tem, et [6] cog-
no. . . . . .
de ver. . .,
quod eis dic-
tum erat de
18. puero; et om-
nes, qui audie-
runt, mira-
ti sunt (*b*) de iis †,
quae ad eos
locuti sunt
pastores.
19. Maria vero
conservabat
omnia ver-
ba ista, com-
mittens in
corde suo.
20. Et reversi sunt
[7] pastores mag-
nificantes,
et laudantes
Deum in omni-

CODEX VERONENSIS.

custodientes
vigilias noctis
supra graegem
suum.
9. Et ecce An-
gelus Domini
stetit juxta
illos, et (*a*) cla-
ritas † cir-
cumfulsit
illos, et timuerunt
timore ma-
10. gno. Et di-
xit illis : No-
lite timere;
ecce enim
evangelizo
vobis gau-
dium magnum,
quod erit
omni plebi :
11. quia natus
est vobis
hodie Sal-
vator, qui
est Christus
Dominus,
in civitate
David.
12. Et hujus
hoc vobis
signum :
invenietis
infantem
in pannis
involutum,
et positum
in praesepio.
13. Et subito fa-
cta est multi-
tudo exer-
citus caele-
stium laudan-
tium Deum,
et dicentium :
14. Gloria in
altissimis
Deo, et in
terra pax
hominibus
bonae vo-
luntatis.
15. Et factum est,
ut discessit ab
illis Angelus
in caelum,
pastores lo-
quebantur
ad invicem,
et dixerunt :
Transeamus
usque Bethleem,
et videamus
hoc verbum,
quod factum
est, quod
sic Dominus
ostendit nobis.
16. Et venerunt
festinantes;
et invene-
runt Mariam,
et Joseph,
et infantem
positum in
praesepio.
17. Et cogno
verunt de
verbo, quod
dictum est
illis de pue-
18. ro hoc. Et
omnes, qui
audierunt,
mirati sunt
(*b*) de his †,
quae dicta
erant a pa-
storibus ad ipsos.
19. Maria autem
conservabat
omnia verba
haec, confe-
rens in corde
20. suo. Et re-
versi sunt
pastores ma-
gnificantes,
et laudantes
. . . . in omnibus,

CODEX BRIXIANUS.

dientes vigilias noctis supra gressum suum. Et ecce Angelus Domini. adstitit illis et claritas Domini circumfulsit illos. et timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus. Nolite timere. ecce enim adnuncio vobis gaudium magnum. quod erit omni populo. quia natus est vobis hodie Salvator qui est Christus Dominus in civitate David. Et hoc vobis signum invenietis infantem pannis involutum. et positum in praesepio. Et subito facta est cum Angelo multitudo militiæ caelestis. laudantium Deum et dicentium. Gloria in excelsis Deo. et in terra pax. hominibus bonae voluntatis. Et factum est. ut discesserunt ab eis Angeli in caelum. pastores loquebantur ad invicem. Transeamus usque Bethleem. et videamus hoc verbum. quod factum est. quod Dominus ostendit nobis. Et venerunt festinantes. et invenerunt Mariam et Joseph. et infantem positum in praesepio. Videntes autem cognoverunt de verbo quod dictum erat illis de puero. Et omnes qui audierunt mirabantur (*b*) de his † quae dicebantur a pastoribus ad ipsos. Maria autem conservabat omnia verba haec conferens in corde suo. Et reversi sunt pastores magnificantes et laudantes Deum. in omnibus

CODEX CORBEIENSIS. [1]

9. Majestas circumfulsit illos.

12. Et hujus hoc signum vobis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* circa eos. *Vulg.* juxta illos.
[2] *Gat.* nuntio vobis. *Vulg.* evangelizo vobis.
[3] *Gat.* cum Angelis multitudo exercitus. *Vulg.* cum Angelo multitudo militiae.
[4] *Gat.* in excelsis. *Vulg.* in altissimis.
[5] *Gat.* festinanter. *Vulg.* festinantes.
[6] *Gat.* cognoverunt eum de verbo. *Vulg.* cognoverunt de verbo.
[7] *Gat.* pastores laudantes, et benedicentes Dominum. *Vulg.* pastores glorificantes et laudantes Deum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *claritas*, deest *Dei*, etiam in cod. Cant.—(*b*) Ante *de his*, deest *et*, etiam in tex. Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

bus, quae audierunt, et viderunt sicut dicta sunt ad eos.
21. Et, cum inpleti sunt dies octo, ut eum circumciderent, vocatum est nomen ejus Jesum, quod vocatum erat ab Angelo priusquam conciperetur
22. in utero. Et, cum expleti essent dies purgationis ejus secundum legem Moysi, duxerunt eum in Hierusalem, ut offerrent eum Domino,
23. sicut scriptum est in lege Domini : Quia [1] omne masculinum, quod aperit vulvam, sanctum Domino vocabitur.
24. Et, ut darent hostias secundum quod dictum est in lege Domini, par turturum, vel duos pullos columbarum.
25. Et ecce erat homo in Hierusalem, cui [2] nomen Symeon, et homo iste justus, et timoratus, expectans exortationem Istrahel, et Spiritus Sanctus erat super
26. eum. Et erat ei responsum a Spiritu Sancto, non visurum eum mortem, priusquam videret Christum Domini.
27. Et venit in spiritu in templum. Et, cum inducerent parentes puerum Jesum, ut facerent de illo secundum consuetudinem le-
28. gis ; et ipse accepit eum in amplexum, et benedixit Deum, et ait :
29. [3] Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace :
30. quia viderunt oculi mei salutare tuum,
31. quod praeparasti secundum omnium faciem populo-
32. rum. Lumen revelationem gentium, et gloriam

CODEX VERONENSIS.

quae audierant, et viderant sicut dicta sunt ad illos.
21. Et, postquam consummati sunt dies octo, ut circumcideretur, vocatum est nomen ejus Jesum, quod vocatum est ab Angelo priusquam in utero conci-
22. peretur. . . postquam impleti sunt dies purificationes ejus secundum legem Moysi, tulerunt illum in Hierusalem, uti sisterent eum Domino,
23. sicut scriptum est in lege Domini : Quia omne masculum adaperiens vulvam, sanctum Domino vocabitur.
24. Et, ut darent ostiam secundum quod dictum est in lege Domini, par turtures, et duos pullos columbarum.
25. Et ecce homo erat in Hierusalem, cui nomen erat Symaeon, et homo iste justus, et timoratus, erat expectans consolationem Istrahel, et Spiritus Sanctus erat in ipso.
26. Responsum (a) autem † accepit ab Spiritu Sancto, non visurum mortem, nisi prius videret Christum Dominum.
27. Et venit in spiritu in templo. Et, cum inducerent puerum Jesum parentes ejus, ut facerent secundum consuetudinem l. . . . pro eo,
28. et ipse accepit eum in manibus, et benedixit Deum, et dixit :
29. Nunc dimitte servum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace :
30. quia viderunt oculi mei salutarem
31. tuum, quod parasti ante faciem omnium popu-
32. lorum. Lumen ad revelationem oculorum, et gloriam

CODEX BRIXIANUS.

quae audierant et viderant. sicut dictum est ad illos. Et postquam consummati sunt dies octo. ut circumcideretur. vocatum est nomen ejus Jesus quod dictum est ab Angelo. priusquam in utero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis ejus secundum legem Moysi. adduxerunt eum in Hierosolyma. ut sisterent eum coram Domino. sicut scriptum est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vulvam sanctum Domino vocabitur. Et ut offerrent pro eo sacrificium Domino. secundum quod dictum est in lege Domini par turturum aut duos pullos columbarum. Et ecce homo erat in Hierusalem. nomine Symeon. et homo iste justus. et timoratus. expectans consolationem Isdrahel. et Spiritus Sanctus erat in eo. Et responsum acceperat ab Spiritu Sancto non visurum se mortem nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerent puerum Jesum. parentes ejus. ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo. et ipse accepit eum in manus suas. et benedixit Deum et dixit. Nunc dimittis servum tuum Domine. secundum verbum tuum in pace. quia viderunt oculi mei salutare tuum. quod praeparasti in conspectu omnium populorum. Lumen ad revelationem gentium et gloriam

CODEX CORBEIENSIS.

22. Ut statuerent Domino.
24. Par turturum, et duos pullos, etc.
28. *Omittit*, [4] in ulnas suas.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* omne masculum. *Vulg.* omne masculinum.
[2] *Gat.* nomine Semeon. *Vulg.* cui nomen Simeon.
[3] *Gat.* Nunc dimitte. *Vulg.* Nunc dimittis.
[4] *Gat.* in ulnis.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ita et cod. Cant. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

populi tui Israhel.
33. Et erat (*a*) Joseph, et Mater ejus † mirantes in his, quae dicebantur
34. de eo. Et benedixit (*b*) illos † Symeon, et ait ad Mariam Matrem ejus : Ecce hic positus est in ruinam, et resurrectionem multorum in Israhel, et in signum, quod contra-
35. dicitur. Et tuam vero ipsius animam pertransiit gladius, uti revelentur (*c*) multorum cordium † cogitationes.
36. Et erat Anna Prop... issa, filia P. . . nuel de trib. . Aseri : haec processerat in diebus multis, quae vixerat cum viro annis VII. a virginitate sua.
37. [1] Et haec vidua (*f*) annorum † LXXXIIII. quae non descendebat de templo, in jejuniis, et orationibus serviens noc-
38. te, ac die. Et haec, stans ipsa hora, c. . nfitebatur Deum. . . . et lo. . ebatur. . . . . omn . . bus expectantibus redemptionem Israhel.
39. Et, ut perfecerunt omn . . quem . . . . . dum legem Domini, regressi sunt in Galileam in civitatem suam Nazaret, sicut dictum est per Prophetam : qu . . . . Nazoreus vocabitur.
40. Puer autem crescebat, et confortabatur repletus in sapientia : et gratia Dei [2] erat super
41. eum. Et ibant Joseph, et Maria per omnes annos in Hierusalem, die sollemni Paschae.
42. Et cum essent illi (*g*) anni duodecim, et ascenderunt in Hierosolyma secundum consuetudinem di-

CODEX VERONENSIS.

plebis tuae Istrahel.
33. Et erat (*a*) Joseph, et Mater ejus † mirantes super his, quae dicebantur
34. de illo. Et benedixit (*b*) illos † Symaeon, et dixit ad Mariam Matrem ejus : Ecce hic positus est in casum, et resurrectionem multorum in Istrahel, et in signum, quod contradicetur. Et
35. tuam ipsius animam pertransiet gladius, ut revelentur (*c*) multorum cordium † cogitationes. (*d*)
36. Et † Anna Prophetissa, filia Fanuel de tribu Aser : haec processerat in diebus multis, et vixerat (*e*) annos † cum viro suo VII.
37. a virginitate sua. Et haec vidua (*f*) annorum † LXXXIIII. quae non discedebat de templo, jejuniis, et observationibus serviens nocte, ac die.
38. Et haec, ipsa hora stans, confitebatur Domino, et loquebatur de illo omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem.
39. Et, ut perfecerunt omnia secundum legem Domini, reversi sunt in Galilaeam in civitatem suam Nazareth.
40. Puer autem confortabatur, et crescebat, et implebatur sapientia : et gratia Dei erat cum illo.
41. Et ibant Joseph, et Maria per omnes annos in Hierusalem, in diem sollemni Paschae.
42. Et cum facti essent illi (*g*) anni † XII. et ascendissent in Hierusolima secundum consuetudinem di-

CODEX BRIXIANUS.

populi tui Isdrahel. Et erat (*a*) Joseph. et Mater ejus † mirantes de his quae dicebantur de illo. Et benedixit (*b*) illos † Symeon. et dixit ad Mariam Matrem ejus. Ecce hic positus est in ruinam. et resurrectionem. multorum in Isdrahel. et in signum quod contradicetur. Et tuam ipsius animam. pertransiet gladius. ut revelentur ex multis cordibus cogitationes. Et erat Anna Profetissa. filia Fanuel de tribu Aser. haec processerat in diebus multis. quae vixerat cum viro suo annis septem a virginitate sua. Et haec vidua. usque ad annos octoginta quattuor. quae non discedebat de templo. jejuniis. et obsecrationibus serviens nocte ac die. Et haec ipsa ora. stans confitebatur Domino. et loquebatur de illo. omnibus qui expectabant redemptionem Hierusalem. Et cum perfecissent omnia. secundum legem Domini. reversi sunt in Galileam in civitatem suam Nazareth. Puer autem crescebat. et confortabatur spiritu. et inplebatur sapientia. et gratia Dei erat in illo Et ibant parentes ejus per omnes annos in Hierusalem. in die solemni Pascae. Et cum factus esset annorum duodecim. ascendentibus illis in Hierosolyma secundum consuetudinem di-

CODEX CORBEIENSIS.

33. Et erat Joseph, et Mater ejus.
34. Signum, quod contradicetur.
35. Ut revelentur [3] multorum cordium cogitationes. †
38. Et haec, ipsa hora [4] stans, confitebatur Domino... redemptionem Jerusalem.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Et haec erat vidua... serviens Deo die, ac nocte. *Vulg.* Et haec vidua... serviens nocte, ac die.
[2] *Gat.* erat cum illo. *Vulg.* erat in illo.
[3] *Et ita Gat.*
[4] *Gat.* adsistens, confitebatur.... redemptionem in Hierusalem.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. — (*b*) Ita et tex. Gr. αὐτούς. — (*c*) Ita et cod. Cant. πολλῶν καρδιῶν. — (*d*) Post *et*, deest *erat*, etiam in cod. Cant. —(*e*) Ita et tex. Gr. ἔτη. — (*f*) Ita et Cod. Cant. ἐτῶν.—(*g*) Ita et cod. Cant. ὡς ἐγένετο αὐτῷ ἔτη.

CODEX VERCELLENSIS.

ei solemnis] azymorum.
43. Et eum consummassent dies, revertentibus illis, remansit Jesus in Hierusalem, et nescierunt parentes ejus.
44. Arbitrati enim esse eum in comitatu, venerunt iter diei, et quaerebant eum inter cognatos, et no-
45. tos. Et non invenientes eum, reversi sunt Hierusalem, (*b*) q . . erentes † eum.
46. Et factum est, post dies tres invenerunt eum et in templ . . sedentem in medio docentium . . dientem illos, ed interrogan-
47. tem. Stupe- . . . . . utem omnes, qui audiebant eum, super sapientia, et respon-
48. sis ejus. Et videntes eum, expaverunt. Et dit ad illum Mater ejus : Fili, quid ita fecisti nobis? dolentes, et tristes quaerebamus te.
49. Et ait ad illos : Quid e . . quod me qu . . erebatis? (*c*) [1] nescitis † qu . . in . . . Patris mei oportet me
50. esse? Et. . . non . . . . . lexeru . . verbum, quod locutus est illis.
51. Et descendit cum illis, et venit Nazaret, et erat subjectus illis. Et Mater ejus conservabat verba ejus omnia in corde suo.
52. Et Jesus proficiebat aetate, et sapientia, et gratia aput Deum, et homines.

CAPUT III.

1. In anno autem quintodecimo imperii Tiberi Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeae, Tetrarcha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Ituree, et Drachoni-

CODEX VERONENSIS.

43. ei festi, consummatisque diebus, cum redirent, remansit Jesus puer in Hierusalem, et non cognovit (*a*) Joseph, et Mater ejus †.
44. Existimantes illum esse in comitatu, venerunt iter diei, et requirebant eum inter cognatos, et notos.
45. Et non invenientes eum, regressi sunt in Hierusalem, (*b*) quaerentes † eum.
46. Et factum est, post triduo invenerunt illum in templo sedentem in medio doctorum, audientem illum, et interrogantem eos.
47. Stupebant autem omnes, qui eum audiebant, super prudentiam, et responsis
48. ejus. Et viso illo, expaverunt. Et dixit Mater ejus ad illum : Fili, quid fecisti nobis sic? dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos : Quid est quod me quaeritis?
49. (*c*) nescitis † quia in propria Patris mei oportet me esse?
50. Et ipsi non intellexerunt verbum, quod locutus est ad
51. illos. Et venit Nazareth, et erat subditus illis. Et Mater ejus conservabat omnia verba haec in corde suo.
52. Et Jesus proficiebat aetate, et sapientia, et gratia aput Deum, et homines.

CAPUT III.

1. Anno autem quintodecimo imperii Tiberi Caesaris, procurante Pontio Pilato Judaeae, Tetracha autem Galilaeae Herode, Philippo autem fratre ejus Tetracha Itureae, et Traconidis

CODEX BRIXIANUS.

ei festi. et consummatis diebus cum jam redirent. remansit puer Jesus in Hierusalem. et nescierunt (*a*) Joseph. et Mater ejus. † existimantes illum esse in comitatu et venerunt iter diei. et requirebant eum. inter cognatos et inter notos. Et non invenientes eum. reversi sunt in Hierusalem requirentes eum. Et factum est post triduum invenerunt illum in templo. sedentem in medio doctorum. audientem et interrogantem illos. Stupebant autem omnes qui eum audiebant. super prudentiam et responsis ejus. Et videntes eum. admirati sunt.
Et dixit ad eum Mater ejus Fili. quid fecisti nobis sic. ecce Pater tuus et ego dolentes quaerebamus te. Et ait ad illos. Quid est quod me quaerebatis (*c*). nescitis †. quia in his quae Patris mei sunt oportet me esse. Et ipsi. non intellexerunt verbum quod locutus est ad illos Et descendit cum eis. Et venit Nazareth. Et erat subditus illis. Et Mater ejus. conservabat omnia verba haec in corde suo. Et Jesus. proficiebat sapientia. et aetate. et gratia aput Deum et homines. Anno autem quintodecimo imperii Tiberii Caesaris. procurante Pontio Pilato Judaeam. et Tetrarcha Galileae Herode. Philippo autem fratre ejus Tetrarcha Itureae. et Traconitidis

CODEX CORBEIENSIS.

43. Et non cognoverunt Jesus (*lege* Joseph), et Mater ejus.
44. Existimantes autem Jesum secum comitari.
48. Et viso illo, expaverunt... quid fecisti nobis sic [2]? dolentes, et tristes quærebamus te. †
49. Et ait ad illos..... quia in Patris mei oportet me esse?

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* nescitis quia. *Vulg.* nesciebatis quia.
[2] *Et ita Gat.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ. — (*b*) Ita et tex. Gr. ζητοῦντες. — (*c*) Ita et cod. Cant. οὐκ οἴδατε.

CODEX VERCELLENSIS.

tidis regionibus, et Lysaniae (a) Abilianae Tetrar-
2. cha, sub Principibus Sacerdotum † Anna, et Caipha, factum est verbum (c) Dei † super Johannem filium Zachariae in deserto.
3. Et venit in totam regionem Jordanis, praedicans baptismum paeni-
4. tentiae, sicut scriptum et in libro sermonum Esaeiae Prophaetae : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domino, rectas facite semi-
5. tas ejus : omnis vallis implebitur, et omnis mons, et collis humiliabitur : et erunt prava in directa, et aspera in vias pla-
6. nas : et videbit omnis caro salutarem Dei.
7. Dicebat ergo procedentibus turbis, ut ab eo baptizarentur : Progenies viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ventu-
8. ra? Facite itaque fructus dignos paenitentiae : ne vellitis dicere : Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis, quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abraha. .
9. Jam quid enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis itaque arbor non faciens fructum, excidetur, et in ignem mittetur.
10. Et interrogabant eum turbae, dicentes : Quid ergo
[1] faciemus?
11. Respondens autem, dixit illis : Qui habet duas tunicas, det non habenti : et qui habent escas, similiter faciant.
12. Venerunt autem et publicani similiter ut baptizarentur, et dixerunt ad eum : Ma-

CODEX VERONENSIS.

regionis, et Lysaniae (a) Abilianae † tetrarchae,
2. sub Sacerdotum (b) Principe † Anna, et Caipha, factum est verbum (c) Dei † super Johannen Zachariae filium in deserto.
3. Et venit in omnem regionem Jordanes, praedicans baptismum paenitentiae,
4. sicut scriptum est in libro sermonum . . . . ae Prophetae : Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus : omnes
5. vallis implebitur, et omnis collis humiliabitur : et erunt prava in directa, et aspera in vias planas :
6. et videbit omnis caro salutarem Dei.
7. Dicebat ergo ad turbas, quae exiebant, ut baptizarentur (d) coram ipso † :

Generatio viperarum, quis ostendit vobis fugere ab ira ven-
8. tura? Facite ergo fructos dignos paenitentiae; et ne coeperitis dicere : Patrem habemus Abraham. Dico autem vobis, quia potest Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae.
9. Jam (e) autem † securis ad radicem arborum posita est. Omnis arbor non faciens fructum bonum, excidetur, et igne mittetur.
10. Et (f) interrogaverunt † illum turbae, et dixerunt ei : (g) Quid † faciemus, ut vivamus?
11. Respondens autem, dixit illis : Qui habet duas tunicas, det non habenti : et qui habet escas, similiter faciat.
12. Venerunt autem et publicani ut baptizarentur, et dixerunt ad illum :

CODEX BRIXIANUS.

regionis. et Lisaniae (a) Abiliane † Tetrarcha sub Principibus Sacerdotum. Anna et Caipha factum est verbum (c) Dei † ad Johannen. Zachariae filium in deserto. Et venit in omnem regionem Jordanis. praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. sicut scriptum est in libro sermonum Esaiae Prophetae dicentis. Vox clamantis in deserto. Parate viam Domini. rectas facite semitas ejus. omnis vallis implebitur. et omnis mons et collis humiliabitur. et erunt prava in directum et aspera in vias planas. et videbit omnis caro salutare Dei. Dicebat autem ad turbas quae veniebant ut baptizarentur ab eo. Progenies viperarum. quis ostendit vobis fugere ab ira ventura. Facite ergo fructus dignos paenitentiae et ne incipiatis dicere intra vos Patrem habemus Abraham. Dico enim vobis. quia potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahae Jam enim securis. ad radices arborum posita est Omnis ergo arbor. non faciens fructum bonum excidetur et in ignem mittetur. Et interrogabant eum turbae dicentes. Quid ergo faciemus. Respondens autem dicebat illis. Qui habet duas tunicas. det non habenti. et qui habet escas. similiter faciat. Venerunt autem et publicani. ut baptizarentur. et dixerunt ad illum Ma-

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. III. — 7. Generatio viperarum.
9. Omnis arbor non faciens fructum, excidetur.
11. qui habet bonas escas, faciat similiter.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* faciemus, ut vivamus? Respondens. *Vulg.* faciemus? Respondens.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Cod. Cant., Ἀβιλιανῆς; Cant. Lat., *Abillianetis*. — (b) Ita et cod. Cant., ἀρχιερέως. — (c) Ita et tex. Gr., θεοῦ. — (d) Ita et cod. Cant., ἐνώπιον αὐτοῦ. — (e) Ita et tex. Gr., δέ. — (f) Ita et cod. Cant., ἐπηρώτησαν. — (g) Post *quid*, deest *ergo* in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

gister, quid
13. faciemus? Quibus ipse ait : Nihil plus exegeritis, [1] quam quod constitutum est vo-
14. bis. Interrogabant autem eum et milites, dicentes : Et nos quid faciemus? Et ait illis : Neminem concusseritis, neque calumniam feceritis : et sufficientes estote stipendiis vestris.
15. Arbitrante autem populo, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Johannen, ne forte ipse esset Christus,
16. respondit omnibus, dicens : Ego quidem vos aqua baptizabo (*b*) [2] in paenitentiam † : venit autem fortior me. . . . us non sum dignus calciamenta portare ; ipse vos baptizabit in Spiritu Sancto, et ig-
17. ni : habens ventilabrum in manu sua, ad purgandam aream suam ; et congregat triticum in horreum suum, paleas vero comburet igni inextinguibili.
18. Multa quidem, et alia hortatus, (*c*) populum † evangelizab. . .
19. Erodes autem Tetrarchas, cum argueretur ab eo de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis, quae [3] fecit Herodes,
20. adjecit hoc super omnia, et inclusit Johannen in carcerem.
21. Factum est autem, cum baptizatus esset omnis populus, et Jesu baptizato, et orante, apertum est caelum,
22. et descendit Spiritus Sanctus c. . rporali specie, sicut columbam, [4] in eum, et vox de caelo facta est : Filius

CODEX VERONENSIS.

Magister.
et nos quid faciemus?
13. Ille dixit : Nihil amplius exigatis, quam quod constitutum est vobis.
14. (*a*) Interrogaverunt † autem illum et milites, dicentes : Quid faciemus et nos?
Ait illis : Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis : et contenti estote stipendiis vestris.
15. Existimante autem populo, et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Johannen, ne forte ipse esset Christus,
16. respondens, ait omnibus : Ego quidem vos aqua baptizo (*b*) in paenitentiam † : veniet autem fortior me, cujus non sum dignus calciamenta portare ; ipse vos baptizavit in Spiritu Sancto, et igni :
17. habens ventilabrum in manu ejus, et purgavit aream suam, et congregavit triticum in horreum suum, paleas autem comburet igni inextinguibili.
18. Multa quidem, et alia exhortans, evangelizabat (*c*) populum †.
19. Herodes autem Tetrarcha, cum corriperetur ab illo de Herodiade uxore fratris sui, et de omnibus malis, quae fecit Herodes,
adjecit hoc super omnia, inclusit Johannen in carcere.
21. Factum est autem, cum baptizatus esset omnis populus, et Jesu baptizato, et orante, apertum
22. est caelum, et discendit Spiritus sanctus corporali specie, sicut columba, in ipsum, et vox de caelo facta est : Filius

CODEX BRIXIANUS.

gister. quid faciemus. Ad ille dixit eis. Nihil amplius. quam quod constitutum est vobis exigatis. Interrogabant autem eum. et milites dicentes. Quid faciemus et nos. Et ait illis Neminem concutiatis neque calumniam faciatis. sed contenti estote stipendiis vestris.

Sperante autem populo. et cogitantibus omnibus in cordibus suis de Johanne. ne forte ipse esset Christus.

respondit Johannes dicens omnibus Ego quidem baptizo vos aqua. venit autem fortior me. cujus non sum dignus solvere corrigiam calciamentorum ejus. ipse vos baptizavit in Spiritu Sancto et igni.

habens ventilabrum in manu sua. et purgavit aream suam. et congregavit triticum in horreum suum paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidem et alia exhortans evangelizabat populo.

Herodes autem Tetrarcha. cum argueretur ab eo de Herodiade uxore fratris sui. et de omnibus malis. quibus fecit Herodes adjecit. et hoc supra omnia. et inclusit Johannen in carcere. Factum est autem cum baptizatus esset omnis populus. et Jesu baptizato et orante apertum est caelum. et descendit Spiritus Sanctus corporali specie sicut columba super ipsum. et vox de caelo facta est dicens Tu es Filius meus

CODEX CORBEIENSIS.

16. fortior me, cujus non sum dignus calceamenta portare.

21. cum baptizatus esset omnis populus, et Jesu baptizato.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quam constitutum est vobis, exigatis. *Vulg.* quam quod constitutum est vobis, faciatis.

[2] *Gat* vos in paenitentia : venit autem. *Vulg.* vos : veniet autem.

[3] *Gat.* faciebat Herodis. *Vulg.* fecit Herodes.

[4] *Gat.* super eum, et vox facta est, dicens : Tu es... complacuit mihi. *Vulg.* in ipsum, et vox de caelo facta est : Tu es... complacui mihi.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant., ἐπηρώτησαν.—(*b*) Addit *in paenitentiam* etiam cod. Cant., εἰς μετάνοιαν.— (*c*) Ita et tex. Gr. τὸν λαόν.

CODEX VERCELLENSIS.

meus es tu,
(*a*) ego hodie ge-
nui te †.
23. Et ipse Jesus erat
fere anno-
rum xxx. in-
cipiens, Fili-
us, ut existi-
mabatur, Jo-
seph,
qui fuit Heli,
qui fuit [1] Mat-
24. theae, qui Le-
vi, quibus
Melchi, qui
Anne, qui Jo-
25. seph, qui Na-
um, qui Sed-
di, qui Nan-
26. ce, qui [2] Mattha-
thiae, qui Se-
meja, qui Jo-
seph, qui Ju-
27. da, qui [3] Johanna,
qui Resae . . .
. . . . a . . . babel, qui
S. . . . atiel, qui Ne-
28. ri, qui Melchi,
qui Ad . ., qui
Cosan, qui
Elmadan, qui
29. Er, qui Jesu,
qui Eliezer,
qui Jorim, qui
Matthatae,
30. qui Levi, qui
Simeon, qui
Juda, qui Joseph,
qui Jona,
qui Eliacim,
31. qui Enam
[4] . . . . (*c*) Mattha-
tha †, qui Nathan,
32. qui David, qui
Jessae, qui O-
beth, qui Boos,
qui Salmon,
qui Na . . . son,
33. qui Amina-
dab, qui Aram,
qui Esrom,
qui Fares, qui
34. Judae, qui Ja-
cob, qui Isac,
qui Abraham,
qui Thara, qui
35. Nachor, qui
(*d*) [5] Seruch †, qui
Ragau, qui
Falg. qui Eber,
qui Sale, qui
36. Cainan, qui Arfa-
xad, qui Sem,
qui Noe, qui
37. Lameci, qui
[6] Mathus . . .
qui Enoc, qui
Jaret, qui Ma-
leel, qui C . . . n-
38. an, qui Enos,
qui Set, qui A-
dam, qui Dei.

CAPUT IV.

1. Jesus autem ple-
nus Spiritu Sanc-
to reversus
est ab Jorda-

CODEX VERONENSIS.

meus tu es, (*a*) ego
hodie genui te †.
23. Et ipse Jesus
erat incipiens
fere annorum . . . .
quod videbatur,
et dicebatur (*b*) esse †
24. Filius Joseph,
qui fuit Eli,
qui fuit Matthei,
qui fuit Levi,
qui fuit Melchi,
25. qui fuit Jannae,
qui fuit Joseph,
qui fuit Naum,
qui fuit Sedi,
qui fuit Maggae,
26. qui fuit Mattathiae,
qui fuit Semein,
qui fuit Josech,
qui fuit Judae,
qui fuit Jonae,
qui fuit Resae,
qui fuit Zorobabel,
qui fuit Salatiel,
qui fuit Neri,
qui fuit Melchi,
28. qui fuit Addi,
qui fuit Cosae,
qui fuit Hermadam,
29. qui fuit Er,
qui fuit Jesu,
qui fuit Eliezer,
qui fuit Jorim,
qui fuit Mattha,
30. qui fuit Symae,
qui fuit Judae,
qui fuit Joseph,
31. qui fuit Jonae,
qui fuit Eliachim,
qui fuit Enan,
qui fuit (*c*) Mattatha †,
qui fuit Natan, qui fuit
32. David, qui fuit Jessae,
qui fuit Obeth, qui fuit
Boos, qui fuit Salmon,
qui fuit Naasson,
33. qui fuit Aminadab,
qui fuit Aram, qui
fuit Joaram, qui Esron,
34. qui fuit Fares,
qui fuit Judae, qui
fuit Jacob, qui fuit Isac,
qui fuit Abraham,
qui fuit . . . . .,
35. qui fuit N . . . .,
qui fuit (*d*) Seruc †,
qui fuit Ragau,
qui fuit (*e*) Phalec †,
qui fuit Eber,
36. qui fuit Salec,
qui fuit Cainan,
qui fuit Arfaxat,
qui fuit Sem,
qui fuit Noe,
37. qui fuit Lamech,
qui fuit Matusale,
qui fuit Enoc,
qui fuit Jareth,
38. qui fuit Malaleel,
qui fuit Aenan,
qui fuit Enos,
qui fuit Seth,
qui fuit Adam,
qui fuit filius Dei.

CAPUT IV.

1. Jesus autem plenus
Spiritu Sancto reversus

CODEX BRIXIANUS.

dilectus in quo bene complacui.
Et ipse Jesus erat fere annorum triginta. sicut extimabatur Filius Joseph

1	2	3	4	5	6
filii Heli	filii Semei	filii Jesu	filii Nathan	filii Isaac	filii Lamech
filii Mathi	filii Joseph	filii Heliezer	filii David	filii Abrahae	filii Matusale
filii Levi	filii Judae	filii Joram	filii Jesse	filii Thare	filii Enoc
filii Melchi	filii Johanna	filii Matthat	filii Obed	filii Nacor	filii Jared
filii Janne	filii Resa	filii Levvi	filii Booz	filii (*d*) Seruch †	filii Maleleel
filii Jose	filii Zorobabel	filii Symeon	filii Salmon	filii Ragau	filii Cainan
filii Matthatiae	filii Salatiel	filii Judae	filii Naasson	filii (*e*) Falech †	filii Enos
filii Amos	filii Nerim	filii Josef	filii Aminadab	filii Eber	filii Seth
filii Naum	filii Melchi	filii Jonae	filii Aram	filii Sale	filii Adam
filii Eslim	filii Addi	filii Eliachim	filii Esrom	filii Cainan	filii Dei
filii Nagges	filii Cosam	filii Mele	filii Fares	filii Arfaxad	
filii Mahat	filii Elmodam	filii Mainan	filii Judae	filii Sem	
filii Matthatiu	filii Iler	filii(*c*)Matthata†	filii Jacob	filii Noe	

Jesus autem plenus Spiritu Sancto regressus est ab Jor-

CODEX CORBEIENSIS.

22. Filius meus es tu, ego hodie genui te. *recenti manu*, Filius meus dilectus, in te [7] complacuit mihi. †
23. quod putabatur Filius Joseph... Heliae, Matthiae.
25. Anum, Sedi, Naggae.
26. Osche, Judae.
28. *Addit* Jozes, *inter* Her, et Jesu.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Melchi. *Vulg.* Mathat.
[2] *Gat.* Mathusalem. *Vulg.* Mahath.
[3] *Gat.* Manathae. *Vulg.* Joanna.
[4] *Gat.* Mecha.... Mathathia. *Vulg.* Melea.... Mathatha.
[5] *Gat.* Serug. *Vulg.* Sarug.
[6] *Gat.* Mathusalem. *Vulg.* Mathusale.
[7] *Et ita Gat.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit, *ego hodie genui te*, etiam cod. Cant., ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. — (*b*) Addit *esse*, etiam cod. Cant. εἶναι. — (*c*) Tex. Gr. Ματταθά. — (*d*) Ita et cod. Cant. Σερούχ. Vide ejusdem cod. Cantabrig. genealogiam pag. 154, col. 1, in notis; apud Millium hic. — (*e*) Ita et cod. Cant. Φαλέχ.

CODEX VERCELLENSIS.

nen, et ferebatur a spiritu (*a*) in deserto † 2. diebus XXXX. cum [1] temptaretur a Diabulo, et non ed . . quicquam in diebus illis, et consummatis eis, esuriit. 3. Dixit autem illi diabolus : Si Filius Dei es, dic lapidibus . . . . . fiant pan . . . . 4. Et respondit ad illum Jesus, (*b*) et dixit † : Scriptum est : Quia non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo Dei. 5. Adduxit eum [2] Hierusalem, et statuit eum supra pinnam templi, et ostendit illi omnia regna orbis terrarum in momento temporis, 6. et dixit ad illum diabolus : Tibi dabo potestatem hanc omnem, et gloriam ipsorum : quoniam mi . . i tradita est, et [3], cuicumque volo, do i- 7. llan. Tu ergo, si procidens adoraveris ante me, erunt tua omnia. 8. Et respondens dixit illi Jesus : (*c*) Scriptum est † : Diliges Dominum Deum tuum, et ipsi soli servies. 9. Et adduxit illum in Hie- . . . . alem, et statuit illum super pinnam templi, et dixi illi : Si Filius Dei es, mitte 10. te hinc. Scriptum est enim, quoniam Angelis suis mandavit de te, ut custodi- 11. ant te : super manus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum, 12. Et respondens, dixit illi Jesus : Quia scriptum est : Non temptabis Dominum Deum tuum. 13. Et consummata omni temptatione, diabolus discessit ab eo, usque in tempore. 14. Et reversus est Jesus in virtute Spiritus in Galilaeam, et fama exi-

CODEX VERONENSIS.

2. est ab Jordanen, et agebatur (*a*) in deserto † diebus XL, temptabatur a diabulo. et nihil manducabit diebus illis, et consummatis illis diebus esuriit. 3. Dixit autem illi diabolus : Si Filius Dei es, dic lapidi huic, ut fiat 4. panis. Et respondit ad illum Jesus, (*b*) et dixit † : Scriptum est : Qui non in pane solo vivet homo, sed in omni verbo Dei. 9. Et duxit illum in Hierusalem, et statuit illum super pinnam templi, et dixit illi : Si Filius Dei es, mitte te hinc 10. deorsum. Scriptum est enim, quod Angelis suis mandabit de te, ut conservent te, et in manibus tollant te, 11. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. 12. Et respondens, dixit illi Jesus : (*c*) Scriptum est † : Non tentabis Dominum Deum tuum. 5. Et duxit illum diabolus ostendit illi omnia regna orbis terrae in momento 6. temporis, et ait ad illum : Tibi dabo potestatem hanc universam, et gloriam illorum : quia mihi tradita sunt, et, cui voluero, do eam. 7. Tu ergo, si procidens adoraveris ante me, erunt omnia tua haec. 8. Et respondens, dixit illi Jesus : (*d*) Vade post me Satanas †. Scriptum est (*e*) enim † Dominum Deum tuum adorabis, et illi soli servies. 13. Et consummata omni tempatione, diabolus recessit ab illo, usque ad tempus. 14. Et egressus est Jesus in virtute Spiritus in Galilaeam, et fama ejus exiit per uni-

CODEX BRIXIANUS.

dane et agebatur in spiritu in desertum diebus quadraginta. et tentabatur a diabolo. et nihil manducavit in diebus illis. et consummatis illis diebus postea esuriit. Dixit autem illi diabolus. Si Filius Dei es dic lapidi huic. ut panis fiat. Et respondit ad illum Jesus (*b*) dicens. † Scriptum est. Quia non in pane solo vivet homo. sed in omni verbo Dei. Deinde duxit illum in Hierusalem. et statuit eum super pinnam templi. et dixit illi Si Filius Dei es mitte te hinc deorsum Scriptum est enim. quod Angelis suis mandavit de te ut conservent te. et quia in manibus tollent te. ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Et respondens Jesus ait illi. (*c*) Scriptum est †. Non temptabis Dominum Deum tuum. Et duxit illum diabolus iterum in montem excelsum. et ostendit illi omnia regna mundi. in momento temporis. et ait ei. Tibi dabo potestatem hanc universam. et gloriam illorum. quia mihi tradita sunt et cui volo do illa Tu ergo si procidens adoraveris me. erunt tua omnia. Et respondens Jesus dixit illi. Scriptum est Dominum Deum tuum adoravis et illi soli servies. Et consummata omni temptione. diabolus recessit ab illo usque ad tempus. Et regressus est Jesus in virtute Spiritus in Galileam. et fama exiit

CODEX CORBEIENSIS.

CAP. IV. — 1. agebatur in spiritu in desertum.
4. non in solo pane vivet homo.
5. in montem altum.
11. ne forte perdas ad lapidem.
13. *Omittit*, sanare contritos corde.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* temptatur. *Vulg.* tentabatur.
[2] *Gat.* diabolus, et. *Vulg.* diabolus.
[3] *Gat.* ad illum... cui voluero. *Vulg.* illi... cui volo.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἐν τῇ ἐρήμῳ. — (*b*) Addit *et dixit*, etiam cod. Cant. καὶ εἶπεν. Cod. Brixianus, *dicens*. — (*c*) Ita et cod. Cant. γέγραπται. — (*d*) Addit *vade post me, Satanas*, etiam tex. Gr. ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ. ex Matthaeo. — (*e*) Addit *enim*, pariter tex. Gr. γάρ.

CODEX VERCELLENSIS.

it per omnem finitimam regionem
15. de illo. Et ipse docebat in (*a*) Synagogis †, honorem accipiens ab omnibus.
16. Et venit (*b*) in † Nazaret, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem die sabbato in Synagoga, et surrexit legere.
17. Et porrectus est illi liber Prophaetae Eseiae, et revolvens librum, invenit locum, ubi erat scriptum :
18. Spiritus Domini super me : propter [1] quod unxit me, evangelizare humilibus misit me,
19. (*c*) praedicare † captivis remissionem, et caecis visum, dimittere confractos in requiem, praedicare annum Domini acceptum, et diem redemptionis.
20. Et revolvens librum, et reddens ministro, sedet. Et omnium in Synagoga oculi erant intuentes
21. in eum. Coepit autem dicere ad illos : Quoniam hodie impleta est Scriptura haec in auribus vestris.
22. Et omnes testimonium dabant illi, et mirabantur in verbis gratiae quae prodibant de ore illius, et dicebant : Nonne Filius Joseph
23. hic? Et dixit ad illos : Forsitam dicetis mihi parabolam hanc : Medice cura te ipsum : quaecumque audivimus facta in Capharnaum, fac et hic in patria tua.
24. Dixit autem : Amen dico vobis, quia nullus Propheta acceptus est in patria

CODEX VERONENSIS.

versam regionem de illo.
15. Et ipse docebat in (*a*) Synagogis †, et magnificabatur ab omnibus.
16. Et venit (*b*) in † Nazareth, ubi erat nutritus, et intravit secundum consuetudinem suam die sabbati in Synagogam, et surrexit
17. legere. Et traditus est illi liber Prophetae Eseiae, et, ut revolvit librum, invenit locum, ubi scriptum erat :
18. Spiritus Domini super me : propterea u. . . . me, evangelizare pauperibus misit
19. me, (*c*) praedicare † captivis remissionem, et caecis visum, remittere confractos in remissionem, praedicare annum Domini acceptum, et diem redditionis.
20. Et, cum plicuisset librum, reddidit ministros, et sedit. Et omnium in Synagoga erant oculi intendentes in eum.
21. Coepit autem dicere ad illos : Quia hodie impleta est haec Scriptura in auribus vestris.
22. Et omnes testimonium illi reddebant ; et mirabantur in verbis gratiae, quae procedebant de ore ipsius, et dicebant : Nonne hic est Filius Joseph ?
23. Et ait illis : Utique dicetis mihi hanc similitudinem : Medice cura te ipsum : quanta audivimus facta Cafarnaum ; fac et hic in patria tua.
24. Dixit autem Jesus : Amen dico vobis, quod nemo Propheta acceptus est in patria sua.

CODEX BRIXIANUS.

per universam regione de illo. Et ipse docebat in Synagogis eorum. et magnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth ubi erat nutritus. et intravit secundum consuetudinem suam die sabbatho in Synagogam. et surrexit legere. Et traditus est illi liber Iesaiae Prophetae. et ut revolvit librum invenit locum. ubi scriptum erat. Spiritus Domini super me propter quod unxit me evangelizare pauperibus misit me sanare contritos corde praedicare captivis remissionem. et caecis visum. dimittere confractos in requiem. praedicare annum Domini acceptum et diem retributionis. Et cum plicasset librum reddidit ministro et sedit. Et omnium in Synagoga oculi. erant intendentes in eum. Coepit autem dicere ad illos. Quia hodie impleta est haec Scriptura. in auribus vestris Et omnes testimonium perhibebant illi. et mirabantur in verbis gratiae quae procedebant de ore ipsius. et dicebant. Nonne hic est Filius Joseph.

Et ait illis. Utique dicetis mihi hanc similitudinem Medice cura te ipsum. quanta audivimus facta in Capharnaum. fac et hic in patria tua. Ait autem Amen dico vobis quia nemo Propheta acceptus est in patria sua.

CODEX CORBEIENSIS.

19. dimittere conquassatos in requiem, praedicare annum Domini acceptum.
22. Filius Joseph fabri.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* eo quod. *Vulg.* propter quod.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *Synagogis*, deest *eorum*, etiam in cod Cant. — (*b*) Addit *in*, etiam tex. Gr. εἰς. — (*c*) Ante *prædicare*, deest *sanare contritos corde*, in cod. quoque Cant. nec non in versionibus Copt., Æthiop. et Saxon. ac in Patribus Orig., Ambros. et August. Probabilius, inquit Grotius, additum ex Esaia ab Interpretibus LXX, quam ab aliis exscriptoribus omissum.

CODEX VERCELLENSIS.

25. sua. In veritate dico vobis : Multæ viduae erant in diebus Heliae, quando clausum est caelum per triennium, et menses sex : quomodo facta est famis magna super omnem terram ; 26. et ad nullam earum missus est Helias, nisi in Sarepta Sidonia, ad mulierem viduam. 27. Et multi leprosi erant in Israhel sub Heliseo Propheta : set nullus eorum purgatus est, nisi Ineman Surus. 28. Et repleti sunt omnes ira in Synaga audien- 29. tes h. . c. Et surgentes, eiciebant illum extra civitatem ; et adduxerunt eum usque ad supercilium montis, super quem civitas aedificata erat ip- 30. sorum. Et praeteriens permedio illorum, ibat. 31. Et devenit in Capharnaum civitatem Galilaeae, et erat docens illos sab- 32. batis. Et stupebant in doctrina ejus, quoniam in potestate erat verbum illius. 33. Et erat in Synagoga homo habens daemonium immundum, et exclamavit voce magna, 34. dicens : Quid nobis est, et tibi Jesu Nazarene ? venisti perdere nos ? scio te qui sis, Sanctus Dei. 35. Et objurgavit illum Jesus, dicens : Ommutesce, et exi ab illo. Et, cum projecisset illum daemonium, [2] exiit ab illo, nihil nocens illum. 36. Et factus est [3] pavor super omnes, et conloquebantur ad alterutrum,

CODEX VERONENSIS.

25. In veritate dico vobis : Multæ viduae fuerunt in diebus Eliae in Istrahel, quando clusum est caelum annis tribus, et mensibus sex : cum facta est f. . . magna in omni terra ; 26. et ad nullam illarum missus est Elias, nisi Sarapta Sidoniae ad mulierem vi- 27. duam. Et multi leprosi erant in Istrahel sub Elisaeo Propheta : et nemo eorum mundatus est, nisi Naaman Syrus. 28. Et repleti. . . omnes in Synagoga ira haec audientes. 29. Et surrexerunt, et ejecerunt illum extra civitatem ; et deduxerunt illum usque ad supercilium montis, super quem civitas eorum erat aedificata, ut praecipitarent 30. illum. ✠ Ipse autem transiit per medium illorum, et abiit. 31. Et discendit in Cafarnaum civitatem Galileae, ibique docebat illos sabbatis. 32. Et stupebant in doctrina ejus, quia in potestate erat sermo ejus. 33. Et erat in Synagoga homo habens daemonium immundum, et exclamavit voce magna, di- 34. cens : Quid nobis, et tibi Jesu Nazarene ? quid ante tempus venisti perdere nos ? scio te qui sis, tu es Sanctus Dei. 35. Et increpavit illum Jesus dicens : Ommutesce, et exi ab illo. Et cum projecisset . . . . daemonium, exiit ab illo, nihilque illum nocens. 36. Et factus est pavor (*a*) magnus † in omnibus, et conloquebantur ad invi-

CODEX BRIXIANUS.

Veritatem autem dico vobis. Quia multae viduae fuerunt in diebus Heliae in Israhel quando clausum est caelum annis tribus et mensibus sex. cum facta esset famis magna in omni terra et ad nullam earum missus est Helias nisi in Sarepta Sidoniae ad mulierem viduam. Et multi leprosi erant in Israhel sub Elisseo Propheta. et nemo eorum mundatus est nisi Neaeman Syrus. Et repleti sunt omnes furore in Synagoga audientes haec. Et exsurgentes ejecerunt illum extra civitatem et duxerunt illum usque ad supercilium montis. supra quem civitas illorum erat aedificata ut praecipitarent eum. Ipse autem transiens per medium illorum ibat. Et descendit in Capharnaum in civitatem Galileae et erat docens eos sabbatis. Et mirabantur in doctrina ejus quia in potestate erat sermo ipsius. Et erat in Synagoga homo habens daemonium immundum. et exclamavit voce magna dicens. Quid nobis et tibi Jesus Nazarene venisti perdere nos scio te qui sis Sanctus Dei. Et comminatus est ei Jesus. dicens. Ommutesce et exi ab illo. Et jactans illum daemonium in medium exiit ab illo. nihil illum nocens. Et factus est pavor in omnibus et conloquebantur ad invicem

CODEX CORBEIENSIS.

27. [4] Neman † Syrus
30. Ille autem per medium illorum, et ibat.
34. scio [5] qui es, tu Sanctus Dei.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* in Hierusalem sub... Neman. *Vulg.* in Israel sub... Naaman.
[2] *Gat.* exiit ab homine. *recenti manu*, ab illo. *Vulg.* exiit ab illo.
[3] *Gat.* pavor magnus in omnibus, et conloquebatur. *Vulg.* pavor in omnibus, et colloquebantur.
[4] *Et ita Gat.*
[5] *Gat.* qui sis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *magnus*, etiam cod Cant. μέγας.

CODEX VERCELLENSIS.

dicentes: Quod est hoc verbum, quia in potestate, et virtute imperat immundis spiritibus, et exeunt? 37. Et exibat fama de eo in omnem finitimam Regionem. 38. Surgens (*a*) autem † de Synagoga, intravit in domum Simonis. Socrus autem Simonis detinebatur febre magna: et rogaverunt illum pro ea. 39. Et adstans super eam, imperavit febri: et reliquid eam. Confestim autem surgens, ministrabat his. 40. Occidente autem sole, omnes, quodquod habebant aegros languoribus variis, adducebant illos ad eum. Qui unicuique eorum manibus impositis curabat illos. 41. Exibant autem et [1] daemonia a multis exclamantia, et dicentia: Tu es Filius Dei: et objurgans, non sinebat ea loqui; quoniam sciebant Christum illum esse. 42. Orta autem die, egressus abiit in desertum locum, et turbae requirebant illum, et venerunt usque ad eum, et detinebant illum, ne discederet ab ipsis. 43. Qui dixit ad illos: Quoniam et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ob hoc missus 44. sum. Et erat praedicans in Synagogis Galilaeae.

CAPUT V.

1. Factum est autem, dum turba incumbit ei ad audiendum verbum Dei, et ipse erat stans juxta stagnum (*d*) [2] Gennesaret †. 2. Vidit naviculas duas

CODEX VERONENSIS.

cem, dicentes: Quod est hoc verbum, quod in potestate, et virtute imperat immundis spiritibus, et exeunt? 37. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum Regionis illius. 38. Surgens (*a*) autem † de Synagoga, intravit in domum Simonis, (*b*) et Andreae †. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: et rogaverunt illum 39. pro ea. Et stans super illam, imperabit febri: et remisit illam. Et continuo surgens, ministrabat illis. 40. Cum sol autem occidisset, omnes, qui habebant infirmos magnis languoribus, ducebant illos ad eum. Ad ille singulis manum imponens curabat eos. 41. Exiebant autem daemonia (*c*) multa † clamantia, et dicentia: Tu es Filius Dei: et increpans, non sinebat ea loqui; quia sciebant ipsum esse Christum. 42. Facta autem die, egressus ibat in desertum locum, et turbae requirebant eum, et ven . . . . . usque ad ipsum, et retinebant illum, ut ab ipsis non discederet. 43. Quibus ille ait: Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei: quia ideo missus sum. 44. Et erat praedicans in Synagogis Galilaeae.

CAPUT V.

1. Factum est autem, cum turbae inruerent in eum ut audirent verbum Dei, et ipse stabat secus stagnum (*d*) Gennesaret †. 2. Vidit duas naves stare

CODEX BRIXIANUS.

dicentes. Quod est hoc verbum, quia in potestate et virtute imperat inmundis spiritibus et exeunt. Et divulgabatur fama de illo in omnem locum Regionis. Surgens (*a*) autem † de Synagoga introivit in domum Simonis.

Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus. et rogaverunt illum pro ea. Et stans super illam increpavit febri. et dimisit illam. Et confestim surgens ministrabat illis. Cum autem sol occidisset. omnes qui habebant infirmos. variis languoribus ducebant illos ad eum Ille autem singulis manus imponens curabat eos. Exiebant autem et daemonia a multis clamantia et dicentia Quia tu es Christus Filius Dei. et increpans eos. non sinebat ea loqui. quia. sciebant eum Christum esse. Facta autem die. egressus ibat in desertum locum, et turbae requirebant eum et venerunt usque ad ipsum et detinebant eum, ne discederet ab eis. Ille autem dixit eis. Quia et aliis civitatibus oportet me evangelizare regnum Dei. quia ad hoc missus sum. Et erat praedicans in Synagogis Galileae. Factum est autem cum turbae inruerent in eum. ut audirent verbum Dei. et ipse stabat secus stagnum Gennesar. Et vidit duas naviculas

CODEX CORBEIENSIS.

38. in domum Simonis, et Andreae. 39. febri: et remisit eam.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* daemonia etiam a multis. *Vulg.* daemonia a multis.

[2] *Gat.* Genesar. *Vulg.* Genesareth.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *autem*, deest *Jesus*, pariter in tex. Gr. — (*b*) Addit *et Andreae*, cod. quoque Cant. καὶ Ἀνδρέου, e Marco. — (*c*) Addit *multa*, etiam cod. Cant. πολλά. — (*d*) Ita et text. Gr. Γεννησαρέτ.

CODEX VERCELLENSIS.

dum esset ipse in una civitatium, et ecce vir plenus lepra, et ipse prostratus in faciem, orabat illum, dicens : Quoniam, si vis, potes me mundare.
13. Et extendens manum, tetigit illum, dicens : Volo mundare. Et protinus lepra discesserat ab illo ; et ipse praecepit ei nemini diceret : sed : Vade, et ostende te Sacerdoti, et offers pro purgatione tua, sicut praecepit Moyses, (*a*) ut sit in testimonium hoc vobis. †
15. Divulgabatur autem magis fama de eo ; et conveniebant turbae multae audire, et curari a languoribus
16. suis. Ipse autem [1] erat secedens in desertis, et orans.
17. Et factum est in una dierum, et ipse (*b*) erat † docens. Et er . . . . . arisae . . . . . ente . . . . . doctores, qui convenerat ex omni municipio Galileae, et de Judaea, et Hierusalem : et virtus erat Domini ad sanandum eos.
18. Et ecce viri adferentes super lectum hominem, qui erat paralyticus : et quaerebant inferre illum, et ponere ante eum.
19. Et, cum non . . . . . issent . . . . . erre . . . . . propter turbam, ascenderunt super tectum, et per tegulas dimiserunt eum cum lectulo in conspectu Jesu.
20. Et, visa fide illorum, dixit homini : Remissa sunt tibi peccata
21. tua. Et coeperunt cogitare Scribae, et Pharisaei, dicentes : Quis est, qui loquitur blasphe-

CODEX VERONENSIS.

est, cum esset in una civitatum, ecce vir plenus lepra, et ipse procidens in faciem, rogabat eum, dicens : Domine, si vis, potes me mundare.
13. Et extendens manum, tetigit illum, dicens : Volo mundare. Et confestim lepra ejus discesserat
14. sit ab illo ; et ipse praecepit illi nemini diceret : sed : Vade, ostende te Sacerdotibus, et offers munus pro emundatione tua, sicut praecepit Moyses .... (*a*) ut sit in testimonium ... vobis †.
15. Perambulabat autem magis sermo de illo, et conveniebant turbae multae, ut audirent, et curarentur ab infirmitatibus suis.
16. Ipse autem secedebat in deserto, et orabat.
17. Et factum . . . . . una dierum, et ipse (*b*) erat † docens. Et erant Pharisaei sedentes, et legisdoctores, qui venerant ex omni castello Galilaeae, et Judeae, et Hierusalem : et virtus erat Domini ad sanandum eos.
18. Et ecce viri portantes in lecto hominem, qui erat paralyticus : et quaerebant eum inferre, et ponere ante eum.
19. Et, non invenientes qua parte illum inferrent prae turba, ascenderunt supra tectum, (*c*) et discoperuerunt tectum †, et summiserunt illum cum lecto in medio ante
20. Jesum. Quorum ut vidit fidem, dixit homini : Remissa sunt tibi peccata
21. tua. Et coeperunt cogitare Scribae, et Pharisaei (*d*) in cordibus suis †, dicentes : Quis est hic, qui loquitur blasphe-

[CODEX BRIXIANUS.

cum esset in una civitatum. et ecce vir plenus lepra. cum vidisset Jesum procidens infaciem. rogavit eum dicens. Domine si vis potes me mundare. Et extendens manum tetigit illum dicens. Volo mundare. Et confestim lepra discessit ab eo. et ipse praecepit illi. ut nemini diceret. sed Vade ostende te Sacerdoti, et offer illi pro mundatione tua sicut praecepit Moyses in testimonium illis.

Et divulgabatur magis sermo de illo. et conveniebant turbae multae ut audirent et curarentur ab infirmitatibus suis.

Ipse autem secedebat in deserto. et orabat. Et factum est in una dierum. et ipse (*b*) erat † docens et erant Pharisaei sedentes. et legisdoctores qui venerant ex omni castello Galileae et Judeae et Hierusalem et virtus erat Domini. ad sanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus. et quaerebant quomodo eum inferre et ponere ante eum. Et non invenientes qua parte illum inferrent prae turba. ascenderunt supra tectum et per tegulas submiserunt eum cum lecto in medio ante Jesum. Et videns fidem eorum dixit paralytico. Homo dimissa sunt tibi peccata tua. Et coeperunt cogitare Scribae et Pharisaei dicentes. Quis est hic qui loquitur blasphe-

CODEX CORBEIENSIS.

12. vir plenus lepra, et ipse procidens in faciem, rogabat....
14. ut sit in testimonia hoc vobis.
17. erant Pharisaei docentes.
20. Remissa sunt tibi peccata tua.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* secedebat in deserto. *Vulg.* secedebat in desertum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod Cant. ἵνα εἰς μαρτύριον ἦν ὑμῖν τοῦτο. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἦν. — (*c*) Ita et cod. Cant. [καὶ ἀποστεγάσαντες τοὺς κεράμους. — (*d*) Addit *in cordibus suis*, etiam cod. Cant. ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν.

CODEX VERCELLENSIS.

mias ? Quis poterit dimittere peccata, nisi unus
22. Deus ? Cognitis . . . . . Jesus cogitationibus eorum, (a) dixit † ad illos : Quid cogitatis in cordibus
23. vestris ? Quid est facilius dicere : Remittuntur tibi peccata tua : aut dicere : Surge, et ambula ?
24. Ut sciatis autem quia potestatem habet Filius hominis in terra [1] remittendi peccata, ait paralytico : Tibi dico, surge, et tolle lectu- . . . tuum, et vade in domum tuam.
25. Et confestim surgens coram omnibus, sustulit grabattum suum, in quo jacebat . . abiit in domum suam honorificans Deum.
26. Et pavor adprehendit omnes. Et impleti sunt timore, dicentes : Quoniam vid . . . . . .

rifi . . . . . .
27. Et . . . . . exiit, et intuitus est publicanum . . . ine [2] Levi sedentem ad theloneum, et dixit illi : Seque-
28. re me. Et, relictis omnibus, surgens sequebatur illum.
29. Et fecit illi cenam magnam Levi in domo sua : et erat turba ingens publicanorum, et aliorum, qui. . rant cum illis d. . cum
30. b. . . . . Et m. . . uraverunt Pharisaei, et Scribae eorum, dicentes ad discipulos illius : Quare cum publicanis, et peccatoribus (b) manducat, et bibit †.
31. Et responden Jesus, dixit ad illos : Non egent sani medicos, sed qui se male habent.
32. Non veni vocare justos, sed peccatores in paenitentiam.
33. Qui dixerunt ad illum : Qua-

CODEX VERONENSIS.

mias ? Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus ?
22. Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum, (a) dixit † ad illos : Quid cogitatis in cordibus
23. vestris ? Quid est facilius dicere : Dimissa sunt tibi peccata tua : aut dicere : Surge, et ambula ?
24. Ut sciatis autem quia Filius hominis potestatem habet super terram dimittere peccata, ait paralytico, Tibi dico surge, et tolle lectum tuum, et vade in domum tuam.
25. Et confestim surgens coram illis, tulit lectum, in quo jacebat : et abiit in domum suam magnificans Deum.
26. Et stupor adpraehendit omnes, et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore, dicentes : Quia vidimus mira-

bilia hodie.
27. Et post haec exiit Jesus, et vidit publicanum nomine Levi sedentem ad teloneum, et ait illi : Sequere me.
28. Et relictis omnibus, surgens secutus est eum.
29. Et fecit illi convivium magnum in domum suam ; et erat turba multa publicanorum, et aliorum, qui cum illis erant discum-
30. bentes. Et murmuraverunt Pharisaei, et Scribae eorum, dicentes ad discipulos ejus : Quare cum publicanis, et peccatoribus (b) manducat, et bibit †.
31. Et respondens Jesus, dixit ad illos : Non egent, qui sani sunt, medicum, sed qui male ha-
32. bent. Non veni vocare justos, sed peccatores in paenitentiam.
33. Ad illi dixerunt ad eum :

CODEX BRIXIANUS.

mias. Quis potest dimittere peccata nisi solus Deus. Ut cognovit autem Jesus cogitationes eorum respondens dixit ad illos. Quid cogitatis in cordibus vestris. Quid est facilius dicere dimittuntur tibi peccata. an dicere Surge et ambula. Ut autem sciatis quia Filius hominis potestatem habet super terram dimittendi peccata. ait paralytico Tibi dico surge tolle lectum tuum et vade in domum tuam. Et confestim surgens coram illis tulit in quo jacebat. et abiit in domum suam. magnificans Deum. Et stupor adpraehendit omnes. et magnificabant Deum. Et repleti sunt timore dicentes. Quia vidimus mirabilia hodie. Et post haec exiit et vidit publicanum nomine Levi. sedentem ad theloneum. et ait illi Sequere me. Et relictis omnibus surgens secutus est eum. Et fecit ei convivium magnum Levi in domo sua. et erat turba multa publicanorum. et aliorum qui simul erant discumbentes. Et murmurabant Pharisaei et Scribae dicentes. ad discipulos ejus. Quare cum publicanis et peccatoribus (b) manducat et bibit †. Et respondens Jesus dixit eis. Non egent sani medicum sed qui male habent. Non enim veni vocare justos. sed peccatores in paenitentiam. Illi autem dixerunt ad eum. Qua-

CODEX CORBEIENSIS.

21. Quis potest dimittere peccatum.
23. Remissa sunt tibi [3] peccata tua : aut dicere.
30. Et murmuraverunt... et peccatoribus manducat, et bibit.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* dimittere peccata. *Vulg.* dimittendi peccata.
[2] *Gat.* Lewin... ad thiloneum. *Vulg.* Levi... ad telonium.
[3] *Gat.* peccata tua : an

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ante *dixit*, deest *respondens*, etiam in cod. Cant. — (b) Ita et versio Æthiop. ἐσθίει καὶ πίνει, ex Matthaeo.

CODEX VERCELLENSIS.

scipuli
nnis je-
nt fre-
nter,
harisaeo-
n (et) ora-
nes faci-
t: tui autem
anducant,
bibent?
4. Qui dixit ad il-
s: Numquid
b) [1] possunt filii
ponsi, quan-
diu sponsus
cum illis
est, jeju-
35. nare? † Veni-
ent dies; et
cum abla-
tus fuerit
ab illis spon-
sus, tunc je-
junabunt
in illis die-
36. bus. Dixit
autem et pa-
rabolam ad
eos: Quia ne-
mo insumen-
tum tuni-
cae rudis
adsuit pan-
no veteri:
alioquin et
novum scin-
det, et vete-
ri non con-
veniet in-
sumentum
a novo.
37. Et nemo mit-
tit vinum
novum in
utres vete-
res: alioquin
rumpet vi-
num n. . vum
utres, et ipse
effunditur,
et utres peri-
38. bunt. Sed vi-
num in utres
novos (*c*) mit-
tunt †, et am-
bo servan-

CAPUT VI.

1. tur. (*d*) Et fac-
tum est in
sabbato se-
cundo pri-
mo, cum tran-
siret per sa-
ta et velle-
rent di. . ci-
puli illius
spicas, mani-
bus conteren-
tes, et edebant.
2. Quidam au-
tem Phari-
. . . orum
. . . . . ant:
Quid . . . . . .
sabbatis, quod
non licet?
3. Et respondens,
dixit illis
Jesus: Nec hoc
legistis, quod
fecit David,
cum esuriit
ipse, et qui cum
4. eo erant? Quo-
modo intra-
vit in domum
Dei, et panes
propositio-
nis accepit,
et manduca-
vit, et de-

CODEX VERONENSIS.

Quare discipuli
Johannes je-
junant fre-
quenter, Pha-
risaeorum
obsecrationes
faciunt:
tui autem
(*a*) discipuli †
edunt, et
bibunt?
34. Quibus ipse
ait: Numquid
(*b*) possunt filii
sponsi jeju-
nare, quandiu †
cum illis est
35. sponsus? Ve-
nient autem
dies, cum
auferetur ab
illis sponsus,
et tunc jeju-
nabunt in illis
diebus.
36. Dixit autem
et similitudi-
nem ad illos
talem: Quia
nemo commissu-
ram a vesti-
mento novo
in vestimento
veteri: alio-
quin et no-
vum rumpit,
et veteri
non convenit
commissura
37. a novo. Et
nemo mittit
vinum novum
in utres ve-
teres: alio-
quin rumpit
vinum novum
utres, et ip-
sum effunde-
tur, et utres
38. peribunt. Sed
vinum novum
in utres novos
(*c*) mittunt, et
utrique † con-
servantur. (*d*)

CAPUT VI.

1. Factum est
autem in sab-
bato, cum
transiret per
segetes, (*e*) et
coepissent
discipuli. . . .
vellere † spi-
cas, et man-
ducarent, con-
fricantes ea
manibus suis:
2. aliqui autem
ex Pharisaeo-
rum dicebant
ad eos: Quid
facitis sabba-
tis, quod non
licet?
3. Et respondens
dixit illis
Jesus: Nec
hoc legistis,
quid fecerit
David, cum
esuriret ipse,
et qui cum
eo erant?
4. Quomodo in-
travit in
domum Dei,
et panes pro-
positiones sum-
psit, et manu-
cavit, et dedit eis,

CODEX BRIXIANUS.

re discipuli Johannis jejunant frequenter. et obsecrationes faciunt similiter et Pharisaeorum tui autem (*a*) discipuli † manducant et bibunt. Jesus autem dixit eis. Non potestis filios sponsi. quamdiu sponsus cum illis est facere jejunare. Venient autem dies. cum auferetur ab eis sponsus. et tunc jejunabunt in illis diebus. Dixit autem et parabolam ad illos. Quia nemo commissuram vestimenti novi immittit in vestimentum vetus. alioquin et novum rumpit. et veteri non convenit commissura a novo. Et nemo mittit vinum novum in utres veteres. alioquin rumpit vinum novum utres. et vinum effundetur. et utres peribunt. Sed vinum novum. in utres novos (*c*) mittunt. et utraque † conservantur. Et nemo bibens vetus. statim vult novum. dicit enim Vetus melius est.

Factum est autem in [a] sabbato secundo a primo cum transiret per segetem. vellebant discipuli ejus spicas et confricantes manibus manducabant. Quidam autem pharisaeorum. dicebant illis. Quid facitis sabbatis quod non licet. Et respondens Jesus dixit illis. Nec hoc legistis quid fecit David cum esurisset ipse et qui cum eo erant Quomodo intravit in domum Dei. et panes propositionis [b] sumpsit et manducavit et de-

CODEX CORBEIENSIS.

39. *Omittitur, sed supplevit recentior manus.*
Cap. VI. — 1. per semina sata.
2. Quid facitis? sabbatis non licet.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* possunt. *recenti manu,* potestis jejunare. *Vulg.* potestis.... facere jejunare.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Verba ista *in sabbato secundo a primo* rasa sunt in codice, adhuc tamen apparentibus litteris.

[b] Vocula ista, *sumpsit* sic se habet in margine et dicis, uti hic describitur.

(*a*) Addit *discipuli*, etiam cod. Cant. μαθηταί. — (*b*) Ita et cod. Cant. δύνανται οἱ υἱοὶ τοῦ νυμφῶνος νη στεύειν ἐφ' ὅσον. — (*c*) Ita et cod. Cant. βάλλουσιν. Ibidem, *utrique.* Nescio an Interpretis vitio, vel Scribæ Græcus enim textus habet, ἀμφοτέροι, nempe ὁ οἶνος, ὁ ἀσκός ambo masculini generis. — (*d*) Totus versus deest etiam in cod. Cant. — (*e*) Juxta cod. Cant., οἱ δὲ μαθηταὶ αὐτοῦ ἤρξαντο τίλλειν.

CODEX VERCELLENSIS.

dit eis, qui
secum erant;
quos [1] non li-
cet ede. . . . -
si (*b*) so. . . † . . acer-
5. dotibus? Et
diceb. . illis :
Quoniam
Dominus est Fili-
us hominis
etiam sab-
bati.
6. Factum est
autem in ali-
o sabbato in-
trare illum
in Synago-
ga, et doce-
re. Et erat
ibi homo, et
manus illi-
us dextra
erat arida.
7. Observabant
autem Scri-
bae, et Phari-
sa. . . . (*c*) sab-
bato † . . ur. .
ret. . . . . ;
nir. . . . t et
[2] ac. . . arent
8. illum. Ipse
autem scie-
bat cogita-
tiones illo-
rum.
Dixit autem
homini, qui
habebat ma-
num aridam :
Surge, et sta
(*f*) in medio †. [3] Et
surgens, ste-
9. tit. Dixit
autem Jesus
ad illos : In-
terrogabo
vos, si licet
sabbatis be-
. . . acere,
. . . . ale
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
10. Circumspi-
ciens omnes
(*g*) illos † esse (*h*) in
ira, † dixit ho-
mini : Exten-
de manum
tuam. Et ex-
tendit : et res-
tituta est ma-
nus illius.
11. Ipsi autem
inpleti sunt
stupore, et
conloque-
bantur ad
invicem
quidnam
facerent
J. . u.
12. Factum. . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .
rat pernoc-
tans in ora-
13. tione Dei. Et
cum dies hor-
ta est, voca-
vit discipu-
los suos, et eli-
gens ex eis
duodecim,
quos et Apos-
tolos nomi-
navit.
14. Simonem, quem
et cognomi-
navit Petrum,
et Andream
fratrem ejus,

CODEX VERONENSIS.

qui secum erant;
quos non (*a*) li-
cebat † man-
ducare, ni-
si (*b*) solis †
Sacerdotibus ?
5. Et dicebat
illis : Quia
Dominus
est Filius
hominis etiam
sabbati.
6. Factum est
autem alio
sabbato ut
intraret in
Synagogam,
et doceret.
Et erat ho-
mo manum
habens aridam
dexteram.
7. Observabant
autem Scri-
bae, et Pha-
risaei, si
(*c*) sabbato †
curaret, ut
invenirent
quemadmo-
dum accusa-
rent illum.
8. Ipse autem
(*d*) sciens †
cogitationes
eorum (*e*) ait †
homini illi,
qui habebat
manum aridam.
Surge, et sta
(*f*) in medio †.
Et surgens,
stetit.
9. Ait autem
ad illos Jesus :
Interroga. . .
licet sa. . . . . .
benefacere,
an male : ani-
mam salvam
facere, an
perdere ?
10. Et circumspe-
ctis (*g*) illis †
omnibus (*h*) in
ira †, dixit
homini : Ex-
tende manum
tuam. Et
extendit : et
restituta est
manus ejus,
(*i*) sicut
alia †.
11. Ipsi autem
. . . . . ti
sunt. . . . . .
itate, et
conloquebantur
ad invicem
quidnam fa-
cerent de
Jesum.
12. Factum est
autem in illis
diebus exiit
in monte ora-
re, et erat
pernoctans
in oratione
Dei.
13. Et cum dies
factus esset,
vocavit ad
se discipulos
suos, et ele-
git XII. ex
ipsis, quos
et Apostolos
nominavit.
14. Simonem,
quem cogno-
minavit Pe-
trum, et An-
dream fra-
trem ejus,

CODEX BRIXIANUS.

dit his qui cum ipso erant. quos non (*a*) licebat † manducare. nisi (*b*) solis † Sacerdotibus. Et dicebat illis Quia Dominus est Filius hominis etiam sabbati. Factum est autem in alio sabbato ut intraret in Synagogam et doceret. Et erat illic homo habens dexteram manum aridam Observabant autem Scribae et Pharisaei. si in sabbato curaret. ut invenirent occasionem accusandi illum Ipse vere (*d*) sciens cogitationes eorum (*e*) ait † homini qui habebat manum aridam. Surge et sta (*f*) in medio † Et surgens stetit. Ait autem ad illos Jesus. Interrogo vos. si licet sabbatis benefacere. an male. animam salvam facere an perdere. Et circumspiciens eos omnes dixit homini. Extende manum tuam Et extendit. et restituta est manus ejus (*i*) sicut altera †. Ipsi autem repleti sunt iniquitatem et conloquebantur ad invicem quid nam facerent Jesu. Factum est autem in illis diebus. exiit Jesus in montem orare. et erat pernoctans in oratione Dei. Et cum dies factus esset convocavit discipulos suos. et elegit ex eis duodecim quos et Apostolos nominavit. Simonem. quem cognominavit Petrum et Andream fratrem ejus

CODEX CORBEIENSIS.

9. Interrogabo vos.
10. Et circumspectis illis omnibus in ira.
11. repleti sunt iniquitate..... quid facerent de Jesu.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* non licebat eis manducare, nisi solis Sacerdotibus? Aut non legistis in lege, quia Sacerdotes in templo sabbatum violant, et sine crimine sunt? Et dicebat. *Vulg.* non licet manducare, nisi tantum sacerdotibus? Et dicebat.
[2] *Gat.* accusare illum. *Vulg.* accusarent eum.
[3] *Gat.* stetit, et surgens. *Vulg.* et surgens, stetit.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἐξὸν ἦν. — (*b*) Ita et tex. Gr. μόνους. — (*c*) Ante *sabbato*, deest *in*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et cod. Cant. γινώσκων. — (*e*) Ita et cod. Cant. λέγει.—(*f*) Ita et cod. Cant. ἐν μέσῳ.—(*g*) Addit *illis*, etiam text. Gr. αὐτους. Favent etiam Vercell. et Brixian.—(*h*) Addit *in ira* etiam cod. Cant. ἐν ὀργῇ, ex Marco. —(*i*) Addit *sicut alia* (Brix., *sicut altera*), tex. quoque Gr., ὡς ἡ ἄλλη.

CODEX VERCELLENSIS.

(a) et † Jacobum, et Johannen, et Philippum, . . Ba. . . . . 15. . . . . et Ma. . heum, et Thoman, et Jacobum Alphei †, et Simonem qui appellatur 16. Zelotes, et Judan Jacobi, et Judan, qui erat proditor. 17. Et descendens cum illis, stetit in loco campense, et turba discipulorum ejus, et multitudo ingens populi ab omni Judea, et Hierusalem, et trans fretum, et maritima Tyri, et Sidonis, 18. qui venerant audire illum, et curari a languoribus suis. Et qui vexabantur ab spiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnis turba quaerebat tangere eum; quoniam virtus ab illo exibat, et sanabat omnes 20. nes. Et ipse adlevans oculos in discentes suos, dicebat: Beati [1] pauperes spiritu; quoniam vestrum est regnum Dei. 21. Beati, qui esuritis nunc, et sititis; quoniam saturi eritis. Beati, qui ploratis nunc; quoniam ridebitis. 22. Beati estis, cum odierint vos homines, et cum segregaverint vos, et cum ejecerint vos, et cum exprobraverint nomen vestrum, tamquam nequam, causam Fili ho- 23. minis. Gaudete in illa hora, et exultamini; ecce enim merces [2] vestra copiosa est in caelo: similiter faciebant Profetis Patres illorum. 24. Verumtamen vae vobis divitibus, [3] quoniam habetis consola-

CODEX VERONENSIS.

(a) et † Johannem, et Jacobum, et Philippum, et 15. Bartholomeum, et Matthaeum, et Thomam, et Jacobum Alphei †, et Simonem qui vocabatur Zelotes, 16. et Judam Jacobi, et Judam qui fuit proditor ejus. 17. Et discendit cum illis, et stetit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et multitudo copiosa plebis ab omni Judaea, et Hierusalem, et trans fretum, et ma- . . . . . Tyrii, 18. et Sidonis, qui venerant ut audirent eum, et sanarentur a languoribus suis. Et qui vexabantur ab spiritibus immundis, curabantur. 19. Et omnes turba quaerebant eum tangere; quia virtus de illo exiebat, et sanabat omnes. . . . . 20. elevatis oculis in discipulis suis, dicebat: Beati pauperes; quia vestrum est regnum Dei. 21. Beati, qui nunc esuriunt, et sitiunt; quia ipsi saturabuntur. Beati, qui nunc fletis; quoniam ridebitis. 22. Beati eritis, cum vos oderint homines, et cum separabunt vos, et cum eicient, et exprobrabunt nomen vestrum, tamquam malum, propter Filium hominis. 23. Gaudete in illa die, et exultate; ecce enim merces vestra copiosa est in caelo: secundum haec enim faciebant et Prophetis Patres eorum. 24. Verumtamen væ vobis divitibus; quia habetis consola-

CODEX BRIXIANUS.

Jacobum et Johannem Philippum et Bartholomeum. Mattheum. et Thomam. Jacobum Alphei et Simonem qui vocatur Zelotes. Judam Jacobi. et Judam Scarioth. qui fuit traditor ejus. Et descendens cum illis stetit in loco plano et turba discipulorum ejus et multitudo ingens populi ex omni Judaea. et Hierusalem et maritima Tyri et Sidonis qui venerunt audire eum et sanari a languoribus suis. Et qui vexabantur a spiritibus immundis curabantur. Et omnis turba quaerebant eum tangere. quia virtus de illo exiebat. et sanabat omnes. Et ipse elevatis oculis in discipulos suos dicebat. Beati pauperes spiritu. quia vestrum est regnum caelorum. Beati qui esuritis nunc quia saturabimini. Beati qui nunc fletis quia ridebitis. Beati eritis cum vos odio habuerint homines. et cum separaverint vos. et exprobraverint. et ejecerint nomen vestrum tamquam malum. propter Filium hominis. Gaudete et exultate in illa die. ecce enim merces vestra multa in caelis. secundum haec enim faciebant et Prophetis Patres eorum. Verumtamen. vae vobis divitibus quia jam habetis consola-

CODEX CORBEIENSIS.

16. qui factus est proditor.
17. et Jerusalem, et trans fretum, et maritima Tyri, et Sidonis,
20. quoniam ipsorum est, etc,
21. Beati qui nunc esuriunt, et sitiunt; quia saturabuntur.
22. et cum separabunt vos, et ejicient, et exprobrabunt nomen vestrum,

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* pauperes spiritu; quia. *Vulg.* pauperes: quia.
[2] *Gat.* multa, copiosa est in caelo: secundum haec faciebant. *Vulg.* multa est in caelo: secundum haec enim faciebant.
[3] *Gat.* qui habetis. *Vulg.* quia habetis.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Ubicumque codd. Veron., Vercell. et Brix. addunt *et*, addit etiam cod. Can. *καί*.

CODEX VERCELLENSIS.

37. retur. Nolite judicare, ne judicemini : nolite condemnare, ut non condemnemini. Dimittite, et dimittetur vobis ; mensuram bonam, (*a*) agitatam, [1] cumulatam, superfluentem † dabunt in sinu vestro. Eadem mensuram, qua metitis, remetietur vobis.
39. Dicebat autem et parabolam illis : Numquid potest caecus caecum ducere ? nonne utrique in foveam
40. incident ? Non est discens super magistrum : consumatus autem omnis erit, si sit sicut magister illius.
41. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non con-
42. sideras ? Aut quomodo potes dicere fratri tuo : (*c*) sine † eiciam festucam de oculo tuo : (*d*) et ecce in oculo tuo trabes subiacet † ? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo ; et tunc [2] perspicies eicere festucam de oculo fratris tui.
43. Non est arbor bona, faciens fructus malos : nec arbor mala, faciens fructos
44. bonos. Unaquaeque arbor ex fructu suo dinoscitur. Neque (*e*) legunt de spinis † ficus ; sed nec de rubo vindemiant uvam.
45. Bonus enim homo, de bono [3] thensauro cordis sui profert bonum ; et (*f*) ne-

CODEX VERONENSIS.

37. retur. Nolite judicare, et de vobis non judicabitur : nolite condemnare, et non condemnamini. Dimittite et dimittemini.
38. Date, et dabitur vobis : mensuram bonam. (*a*) confersam, conmotam, superefluentem † dabunt in sinum vestrum. Eadem mensuram, qua metitis, (*b*) metietur † vobis.
39. Dicebat autem illis et similitudinem istam : Numquid potest caecus caeco ducatum praebere ? nonne ambo in foveam cadent ?
40. Non est discipulus super magistratum : perfectus autem erit, ut sit sicut magister ejus.
41. Quid autem vides festucam in oculo fratirs tui, trabem autem, quae in oculo tuo est, non consideras ?
42. Aut quomodo potes dicere fratri tuo (*c*) sine † eiciam festucam de oculo tuo ; (*d*) et ecce in oculo tuo trabis subjacet † ? Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo ; et tunc respicies, ut educas festucam de oculo fratris tui.
43. Non est . . . . arbor bona, quae fecit fructus malos ; neque iterum arbor mala, faciens fructos
44. bonos. Unaquaeque arbor ex fructu suo cognoscetur. Neque (*e*) legunt de spinis † uvas ; neque de rubo vindemiant uvam.
45. Bonus enim homo, de bono thensauro cordis sui profert bonum ; et (*f*) malus †,

CODEX BRIXIANUS.

ricors est. Nolite judicare. ne judicemini. nolite condemnare et non condemnabimini. Dimititte et dimittitemini. Date et davitur vobis mensuram bonam comulatam et coagitatam. et super effundentem dabunt in sinum vestrum Eadem enim mensura qua mensi fueritis remetietur vobis.

Dicebat autem illis et similitudinem. Nunquid potest caecus caecum ducere. nonne ambo in foveam cadent. Non est discipulus super magistrum perfectus autem omnis erit. si sit sicut magister ejus. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui. trabem autem in tuo oculo non consideras. Aut quomodo potes dicere fratri tuo. Frater sine eiciam festucam quae est in oculo tuo. ipse in oculo tuo trabem non videns Ypocrita. eice primum trabem de oculo tuo et tunc perspicies eicere festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quae facit fructus malos neque arbor mala faciens fructus bonos. Unaquaeque enim arbor ex fructu suo cognoscitur. Non enim de spinis colligunt ficus neque de rubo vindemiant uvam. Bonus enim homo de bono thensoro cordis sui profert bonum et ma-

CODEX CORBEIENSIS.

37. Nolite judicare, et de vobis non judicabitur : nolite condemnare, ut non condemnemini.
38. mensuram bonam, commodatam, confestam, superfluentem dabunt in sinum vestrum.
40. ut sit sicut magister.
42. ejiciam festucam de oculo tuo : et ecce in oculo tuo trabes subjacet.
44. Neque legunt de spinis ficus; neque de rubo vindemiant uvam.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gal.* confestam, et supereffluentem. *Vulg.* confertam, et coagitatam, et supereffluentem.
[2] *Gal.* perspicies ejecere fistucam. *Vulg.* perspicies, ut educas festucam.
[3] *Gal.* thesauro cordis sui profert mala. *Vulg.* thesauro profert malum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Deest triplex conjunctio *et*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Ita versio Gothica, et S. Clemens (Epist. ad Corinthios) μετρηθήσεται. — (*c*) Ante *sine*, deest *frater*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et cod. Cant., καὶ ἰδοὺ ἡ δοκὸς ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ ὑπόκειται. — (*e*) Ita et cod. Cant., λέγονται ἐξ ἀκανθῶν. — (*f*) Post *malus*, deest *homo*, vel *nequa*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

qua †, de malo profert malum. Ex abundantia cordis os (*a*) illius † loquitur.
46. Quid autem me vocatis, Domine, Domine; et non facitis [1] quae
47. dico? Omnis, qui venit ad me et, audit verba mea, et facit illa, demonstrabo vobis cui sit similis:
48. similis est homini aedificanti [2] domum, qui fodit in altum, et posuit fundamenta super petram; tempestate horta, (*b*) impulit † flumen domui illi, nec valuit movere illam: fundata enim erat supra petram.
49. Qui autem audit, et non facit, similis est homini aedificanti domum [3] supra terram sine fundamento: inpulit flumen domui illi, et cecidit, et facta est ruina domus illius magna.

CAPUT VII.

1. (*c*) Factum est autem, cum inplesset † omnia verba in auribus populi, intravit in Caphar-
2. naum. Centurionis autem cujusdam servus male habens, incipiebat mori, qui erat ei carus.
3. Audiens autem de Jesu, misit seniores Judaeorum rogans illum, ut veniret, et sanaret servum illius.
4. Qui, cum venissent, rogabant Jesum sollicite, dicentes: Quoniam dignus est, ut illi praestes
5. hoc; diligit enim gentem nostram, et Synagogam ipse aedificavit
6. nobis. Ibat autem cum illis Jesus. Cumque jam non longe abes-

CODEX VERONENSIS.

de malo thensauro proferet mala. Ex abundantia enim cordis os (*a*) ejus † loquitur.
46. Quid autem vocatis me, Domine, Domine; et non facitis quae dico?
47. Omnis, qui venit ad me, et audit sermones meos hos, et facit eos, ostendam vobis cui simile
48. est: similis est homini aedificanti domum, qui fodit in altum, et posuit fundamenta supra petram; innundantia autem facta, (*b*) allisit † flumen domui illi, et non potuit eam movere: fundata enim erat super pe-
49. tram. Nam qui audit, et non facit, similis est homini aedificanti domum suam supra arenam sine fundamento: allisit flumen domui illi, et continuo concidit, et facta est ruina domus . . . . . magna.

CAPUT VII.

1. (*c*) Et factum est, cum implesset † omnia verba in aures plebis, intravit Capharnaum.
2. Centurionis autem cujusdam servus male habens, erat moriturus, qui illi erat praetiosus.
3. Et, cum audisset de Jesu. misit se. . . . Judaeorum, rogans eum, ut veniens salvaret servum ejus.
4. Ad illi, venientes ad Jesum, rogabant eum solicite, dicentes: Quia dignus est, ut hoc illi
5. praestes: diligit enim gentem nostram, et Synagogam ipse aedificabit nobis.
6. Jesus autem abiit cum eis. Et, cum jam non longe esset

CODEX BRIXIANUS.

lus homo de malo thensauro cordis sui profert malum. Ex abundantia enim cordis. os (*a*) ejus † loquitur. Quid autem vocatis me Domine Domine. et non facitis. quae dico.

Omnis qui venit ad me. et audit verba mea et facit ea. ostendam vobis cui similis est. similis est homini aedificanti domum qui fodit in altum. et posuit fundamentum supra petram. inundatione autem facta inlisum est flumen domui illi. et non potuit eam movere fundata enim erat supra petram. Qui autem audivit et non fecit. similis est homini aedificanti domum suam supra terram sine fundamento in quam inlisus est fluvius. et continuo cecidit et facta est ruina domus illius magna. Cum autem implesset omnia verba sua in auribus plebis. intravit Capharnaum. Centurionis autem cujusdam servus male habens. erat moriturus. qui erat illi praetiosus. Qui cum audisset de Jesu misit ad eum seniores Judaeorum rogans eum ut veniret et salvaret servum ejus At illi venientes ad Jesum rogabant eum sollicite dicentes ei Quia dignus est ut hoc illi praestes diligit enim gentem nostram. et Synagogam ipse aedificavit nobis. Jesus autem ibat cum illis. Et cum jam non longe esset

CODEX CORBEIENSIS.

45. os ejus loquitur.
48. inlisit flumen domui illi.
49. allisit flumen domui illi.

Cap. VII. — 1. [4] Et factum est, cum implesset omnia verba in aures plebis.
3. ut veniret, [5] et liberaret.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quae dico vobis? *Vulg.* quae dico?
[2] *Gat.* domum suam, qui. *Vulg.* domum, qui.
[3] *Gat.* supra arenam sine... ejus domus magna, *Vulg.* super terram sine.... domus illius magna.
[4] *Gat.*. Cum implesset omnia verba haec.
[5] *Gat. et sanaret.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *ejus*, etiam tex. Gr. αὐτοῦ. — (*b*) Juxta tex. Gr. προσέρρηξεν. — (*c*) Ita et cod. Cant., καὶ ἐγένετο ὅτε ἐτέλεσεν.

CODEX VERCELLENSIS.

set a domo, misit ad illum [1] Centurio amicos, dicens ei; Domine, noli vexare te: non sum enim dignus, ut sub tectum meum [2] intres; (a) sed dic † verbo, et sanabitur puer me-
8. us. Nam et ego homo sum potestati subjectus: habeo sub me milites: dico huic vade, et vadit: et alio veni, et venit: et [3] servo meo fac hoc, et fa-
9. cit. His auditis, Jesus miratus est: et conversus sequenti se turbae, dixit: Amen dico vobis, in nullo tantam fidem inveni in Istra-
10. hel. Et reversi sunt domum, qui missi erant, et invenerunt servum [4] sanum.
11. Et factum est, deinceps ibat Jesus in civitatem, quae appellatur Nain; et comitabantur cum illo discipuli sui, et turba magna.
12. Factum est autem cum adpropinquaret † portae civitatis; (e) et † ecce efferebatur mortuus filius unicus matris suae; et haec erat vidua, et turba civitatis magna
13. cum illa. Et [5] visam eam Dominus, misertus est ei, et dixit ei: Noli flere.
14. Et accedens, tetigit loculum, (et qui portabant, steterunt) et ait: [6] Adulescens, adulescens, tibi dico, sur-
15. ge. Et consedit mortuus, et coepit loqui. Et dedit illum matri suae.

CODEX VERONENSIS.

a domo, misit ad illum Centurio amicos suos, dicens: Domine noli te vexare: non enim dignus sum, ut sub tecto meo
7. intres; (a) sed dic † verbo, et sanabitur puer meus.
8. Nam et ego homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites: et dico huic vade, et vadit: et alio veni, et venit: et servo meo fac hoc, et facit.
9. Audiens autem haec Jesus, miratus est: et conversus sequentibus se, dixit: (b) Dico vobis, in nullo tantam fidem. . . . in Istrahel.
10. Et reversi domum, qui missi fuerant, invenerunt servum sanum.
11. Et factum est, deinceps ibat in civitatem, quae vocatur Naim; et ibant cum illo discipuli ejus (c) multi †, et turba co-
12. piosa. (d) Et factum. . . . m adpropinquaret † portae civitatis; (e) et † ecce efferebatur defunctus filius unicus matris suae; et haec vidua erat, et turba (f) multa † cum illa.
13. Quem cum videret Dominus, misertus est super eam, et dixit illi: Noli flere.
14. Et accessit, et tetigit loculum, (Hi autem, qui portabant, steterunt) et ait: Adulescens, tibi dico, surge.
15. Et resedit, qui erat mor-

CODEX BRIXIANUS.

a domo. misit ad eum Centurio amicos dicens ei. Domine noli te vexare. quia non sum dignus ut sub tectum meum intres. propter quod nec me ipsum dignus arbitratus sum ad te venire. sed dic verbo et sanabitur puer meus Nam et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites. et dico huic vade. et vadit. et alio veni. et venit et servo meo fac hoc et facit. His auditis Jesus miseratus est. et conversus sequentibus se turbis dixit. Amen dico vobis nec in Isdrahel tantam fidem inveni. Et reversi qui missi fuerant domum invenerunt servum qui languebat sanum. Et factum est in sequenti die ibat in civitatem quae vocatur Naim, et ibant cum illo discipuli ejus et turba copiosa. Ut autem adpropinquavit portae civitatis (e) et † ecce defunctus efferrebatur filius unicus matri suae. et haec erat vidua. et turba civitatis multa cum illa. Quam cum vidisset Jesus misericordia motus super ea. dixit illi. Noli flere Et accessit et tetigit loculum Hi autem qui portabant. steterunt. et ait Jesus. Adulescens tibi dico surge. Et resedit protinus qui erat mor-

CODEX CORBEIENSIS.

7. [7] *Omittit*, propter quod et meipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: † *quod supplevit recens manus.*
9. in nullo tantam fidem inveni in Israel.
10. invenerunt servum sanum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Centurio [a] (rogans) amicos, dicens: Domine, noli vexari (Magister.) *Vulg.* Centurio amicos, dicens: Domine, noli vexari.

[2] *Gat.* intres; sed dic verbo. *Vulg.* intres. Propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te: sed dic verbo.

[3] *Gat.* servo meo dico, fac. *Vulg.* servo meo, fac.

[4] *Gat.* qui languebat. *Vulg.* qui languerat.

[5] *Gat.* vidisset Jesus. *Vulg.* vidisset Dominus.

[6] *Gat.* Adolescenti: Tibi dico. *Vulg.* Adolescens, tibi dico.

[7] *Et ita Gat.*

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Aut *rogans*, aut *dicens*; item vel *Magister* vel *Domine* in cod. Gat. sunt variantes lectiones e margine in textum illatæ.

(a) Ante *sed dic*, deest *propter quod et me ipsum non sum dignum arbitratus, ut venirem ad te*, etiam in cod. Cant.—(b) Deest *Amen*, item in tex. Gr. Ibidem *in nullo*. Et ita nonnulli Latini codices olim, teste S. Ambrosio. —(c) Addit *multi*, etiam tex. Gr. ἱκανοί. — (d) Ita ex cod. Cant., ἐγένετο δὲ ὡς ἤγγισεν. — (e) Addit *et*, tex. quoque Gr. καί. — (f) Ante *multa*, deest *civitatis*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

us, et coepit loqui. Et dedit eum matri suae.
16. Adprehendit autem timor omnes, et honorificabant Deum, dicentes : Quoniam Prophe-
ta magnus surrexit in nobis; et quia visitavit Deus populum su-
um in bono.
17. Et exibit verbum hoc in tota Judaea, de illo, et in omni finiti-
ma regione.
18. Et renuntiaverunt Johanni discipuli sui. Et, convocatis duobus quibusdam ex discipulis suis, Johannes misit ad Dominum, dicens :
Tu es, qui venturus es, an alium expec-
20. tamus ? Et venerunt viri ad eum, et dixerunt : Johannes Baptista misit nos, dicens : Tu es, qui venturus es, an alium expec-
21. tamus ? Eadem hora (*b*) curabat † multos a languoribus, et verberibus, et spiritibus malignis; et caecis multis donavit
22. visum. Et respondens, dixit illis : Euntes renuntiate Johanni, quae vidistis, et audistis : Caeci vident, clodi ambulant, leprosi purgantur, surdi audiunt, mortui resurgent, pauperes evangelizantur :
23. et, beatus erit, quicumque non scandalizabitur in me.
24. Cumque discessissent nuntii Johannis, coepit dicere de Johannen ad turbas : Quid existis in deserto videre ? harundinem a vento mo-
25. veri ? [1] Sed quid existis videre ? hominem mollibus vestimentis indutum ? Ecce, qui in veste praetiosa et in delici-

CODEX VERONENSIS.

tuus, et coepit loqui. Et dedit illum matri ejus.
16. Accepit autem timor magnus omnes, et magnificabant Deum dicentes : Quod Propheta magnus surrexit in nobis; et quia visitavit Deus plebem suam in bono.
17. Et exiit hic sermo (*a*) in universa Judaea, Et omni confinio regionis illius † de eo.
18. Et nuntiaverunt Johanni discipuli ejus de omnibus his.
19. Et convocavit duos Johannes de discipulis suis. . . . ad Jesum. . . . Tu es, qui venturus es, an alium expectamus ?
20. Advenientes autem ad eum viri, dixerunt : Johannes misit nos Baptista ad te, dicens : Tu es, qui venturus es, an alium expectamus ?
21. In ipsa hora (*b*) curabat † multos a languoribus, et plagis, et spiritibus immundis; et caecis multis donavit visum.
22. Et respondens, dixit illis : Ite, nuntiate Johanni, quae vidistis, et audistis : Caeci vident, clodi ambulant, leprosi mundantur, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur :
23. et, beatus est, qui in me non fuerit scanda-
24. lizatus. Et, cum discessissent nuntii illi Johannis, coepit dicere ad turbas de Johanne : Quid existis in desertum videre ? arundinem a vento mo-
25. veri ? Sed quid existis videre ? hominem mollibus vestimentis indutum ? Ecce, qui in veste praetiosa sunt, et in deliciis, in

CODEX BRIXIANUS.

tuus et cœpit loqui. Et reddidit illum matri suae. Adprehendit autem omnes timor. et magnificabant Deum dicentes. Quia Propheta magnus surrexit in nobis. et quia visitavit Deus plebem suam. Et exiit hic sermo in universam Judaeam de eo. et in omnem regionem.

Et nuntiaverunt Johanni discipuli ejus de his omnibus et convocavit duos de discipulis suis Johannes. et misit ad Jesum dicens. Tu es qui venturus es. an alium expectamus. Cum autem venissent ad eum viri dixerunt. Johannes Baptista misit nos ad te dicens. Tu es qui venturus es. an alium expectamus. Eadem autem hora curavit multos a languoribus et plagis. et spiritibus malis. et caecis multis donavit visum. Et respondens Jesus dixit illis. Euntes nuntiate Johanni quae vidistis. et audistis. quia caeci vident. clodi ambulant. leprosi mundantur. surdi audiunt. mortui resurgunt. pauperes evangelizantur et beatus est quicunque non fuerit scandalizatus in me. Cum autem discessi essent nuncii Johannis coepit dicere Jesus de Johanne ad turbas. Quid existis in desertum videre harundinem a vento moveri. Sed quid existis videre hominem mollibus vestimentis indutum Ecce qui in veste pretiosa sunt et deliciis

CODEX CORBEIENSIS.

16. visitavit plebem suam in bono.
17. in omni confini regione.
24. arundinem [2] a vento moveri.
25. in veste pretiosa sunt, et in deliciis superabundant, in domibus Regum sunt.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* sed existis. *Vulg.* Sed quid existis.
[2] *Et ita Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ περὶ αὐτοῦ, καὶ ἐν πάσῃ τῇ περιχώρῳ. Favet Vercell.—(*b*) Ita et cod. Cant., ἐθεράπευε·

CODEX VERCELLENSIS.

is superabundant, in domibus regum sunt.
26. Sed quid existis videre? Prophetam? Etiam dico vobis : Nemo major in natis mulierum, amplior est Johannen Baptista, [1] et amplius quam Propheta.
27. Hic est, de quo scriptum est : Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparavit viam tuam.
28. Dico autem vobis : Major in natis mulierum Johannen Baptista nemo est. Et qui minimus est in regno Dei, major illo
29. est. Et [2] omnis populus cum audissent, et publicani justificaverunt Deum, baptizati (*b*) baptismum † Jo-
30. hannis. Pharisaei autem, et legis doctores consilium. . ei spreverunt [3] in se, cum non . . . . nt bap- . . . ati.
31. (*c*) Cu. . † ergo adsimilabo homines gentis hujus ? et cui sunt si-
32. miles? Similes sunt infantibus in foro sedentibus, qui clamant ad alterutrum,
(*d*) dicentes † : Cantavimus vobis, et non saltastis : lamentavimus vobis, et non planxistis.
33. Venit Johannis. . aptista ne. . . (*e*) cans, ne. . . . bibens †, e. . . . . citis : Daem. . nium habet.
34. Venit Filiu hominis manducans, et bibens, et dicitis : Ecce homo [4] devorator, et bibens vinum, amicus publica-
35. norum. Et justificata est sapientia [5] ab omnibus filiis suis.
36 (*f*) Rogavit † au-

CODEX VERONENSIS.

domibus regum sunt.
26. Sed quid existis videre; Prophetam? Utique dico vobis, et plusquam Prophetam.
27. Hic est (*a*) enim †, de quo scriptum est : Ecce. . . . Ange. . . . ante faciem tuam, qui praeparavit viam tuam ante te.
28. Dico autem vobis : Major inter natos mulierum Johanne Baptista nemo est. Nam, qui minor est in regno Dei, major est illo.
29. Et omnis populus audiens, et publicani. . . . averunt Deum baptizati (*b*) baptismum † Johannis.
30. Pharisaei autem, et Legisperiti consilium Dei.spraceverunt in semetipsos non baptizati.
31. (*c*) Cui † similes dicam ergo homines hujus generationes?
32. Similes sunt pueris sedentibus in foro, et loquentes ad invicem,
(*d*) dicentes † : Cantavimus vobis, et non saltastis : lamentavimus vobis, et non
33. plorastis. Venit enim Johannes Baptista, neque (*e*) manducans, neque bibens †, et dicitis : Daemonium habet.
34. Venit Filius hominis manducans, et bibens, et dicitis : Ecce homo devorator, et bibens vinum, publicanorum, et peccatorum amicus.
35. Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis.
36. (*f*) Rogavit †

CODEX BRIXIANUS.

in domibus regum sunt. Sed quid existis videre Prophetam. Ita dico vobis etiam plusquam Propheta Hic est de quo scribtum est. Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam qui praeparavit viam tuam ante te. Dico enim vobis. Major inter natos mulierum Propheta Johannes Baptista. nemo est. Qui autem minor est. in regno Dei major est illo. Et omnis populus audiens et publicani justificaverunt Deum baptizati baptismo Johannis. Pharisaei autem et Legisperiti. consilium Dei spreverunt in semetipsos non baptizati ab eo. tunc ergo Jesus dixit. (*c*) Cui † ergo adsimilabo homines generationis hujus et cui similes sunt. Similes sunt. pueris. sedentib. in foro. et clamantib. ad invicem et dicentib. Cantavimus vobis et non saltastis. lamentavimus vobis et non plorastis. Venit enim Johannes Baptista non manducans panem neque bibens vinum et dicitis Daemonium habet. Venit filius hominis manducans et bibens et dicitis Ecce homo devorator et bibens vinum. amicus publicanorum et peccatorum Et justificata est sapientia ab omnibus filiis suis. Rogabit

CODEX CORBEIENSIS.

28. Nam qui minor est [6] in regno Dei.
30. non baptizati.
31. (*c*) [7] Cui ego † similes dicam.
33. neque manducans, neque bibens, et dicitis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* et utique... et amplius quam Propheta. *Vulg.* Utique.,. et plusquam Prophetam.
[2] *Gat.* omnis populus, et *Mm.* omnes populi audiens, et. *Vulg.* omnis populus audiens, et.
[3] *Gat. et Mm.* in semetipsis. *Vulg.* in semetipsos.
[4] *Gat.* voratur. *Mm.* vorator. *Vulg.* devorator.
[5] *Mm.* ab omnibus a filiis suis. *Vulg.* ab omnibus filiis suis.
[6] *Mm.* in regno caelorum.
[7] *Et ita Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Veron. addit *enim*, cum quamplurimis cod. Latinis et Græcis. E Matthaeo, inquit Lucas Brugensis, desumptum est. — (*b*) Ita et tex. Gr., τὸ βάπτισμα, Græca syntaxis.—(*c*) Ante *cui*, deest *ait autem Dominus*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et cod. Cant. λέγοντες. — (*e*) Deest *panem vinum*, etiam in cod. Cant. — (*f*) Ita et cod. Cant. ἠρώτησεν.

CODEX VERCELLENSIS.

tem eum qui dam Pharisaeus, ut cibum caperet secum. Et ingressus in domum Pharisaei, discubuit 37. . . t ecce mulier (*a*) in civitate, quae erat † peccatrix, cognito eo [1] accumbere in domo Pharisaei, adferebat ampullam ungu- 38. enti : et stans a retro pedes illius, flens lacrimis in- (*b*) rigabat, † et capillis capitis sui extergebat, et osculabatur pedes illius, et ungebat unguento. 39. Videns autem Pharisaeus, qui invitaverat eum, dixit intra se dicens : Hic, si erat Propheta, [2] sciret utique quæ, et qualis est mulier, quae tangit illum ; quoniam peccatrix est. 40. Et respondens Jesus, dixit ad illum : Simon, habeo tibi aliquid dicere. Qui ait : Dic, Magister. 41. Duo debitores erant cuidam feneratori : unus debebat denarios quingentos, et alius denarios quinquagin- 42. ta. Non habentibus illis unde redderent, utrisque donavit. Quis ergo [3] illum amplius diliget ? 42. Respondens autem Simon, dixit : Aestimo, quod is, cui amplius redonavit. Qui dixit ei : Recte judicasti. 44. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni : Vides hanc mulierem ? Intravi in domum tuam, aquam in pedibus mihi non dedisti : haec autem lacrimis irrigavit mihi pedes, et capillis suis extersit. 45. Osculum mihi non dedis-

CODEX VERONENSIS.

autem illum quidam Pharisaeus, ut manducaret cum. . . . . Et ingre. . . . . domum Pharisaei dicu- 37. buit. Et ecce mulier (*a*) in civitate, quæ erat † peccatrix, ut cognovit, quod recubuit in domo Pharisaei, attulit alabastrum un- 38. guenti : et stans retro secus pedes ejus, lacrymis (*b*) rigabat † pedes. . . . . et capillis capitis sui tergebat, et osculabatur pedes ejus, et unguebat unguento. 39. Videns autem Pharisaeus, qui vocaverat eum, ait intra se, dicens : Hic, si esset Propheta, sciret utique quae, et qualis mulier est, quae tangit eum ; quia peccatrix est. 40. Et respondens Jesus, dixit ad illum : Simon, habeo tibi aliquid dicere. Ad ille ait : Magister, dic. (*c*) Dixit ergo Jesus † : 41. Erant duo debitores cuidam faeneratori : unus debebat denarios D. alius L. 42. Non habentibus (*d*) autem † illis unde redderent, donavit utrisque. Quis ergo eum plus dilexit ? 43. Respondens Simon dixit : Aestimo, quia is, cui plus donavit. Ad ille dixit ei : Recte judicasti. 44. Et conversus ad mulierem, dixit Simoni : Vides hanc mulierem ? Intravi in domum tuam, aquam . . . . . dibus meis non dedisti : haec autem lacrymis suis rigavit pedes meos, et capillis suis 45. tersit. Osculum mihi non dedisti :

CODEX BRIXIANUS.

autem illum quidam ex Pharisaeis ut manducaret cum illo. Et ingressus in domum Pharisaei discubuit. Et ecce mulier quae erat in civitate peccatrix. ut cognovit. quia discubuit in domum Pharisaei. attulit alabastrum unguenti. et stans retro ad pedes ejus flens lacrimis coepit rigare pedes ejus. et capillis capitis sui detergebat. et osculabatur pedes ejus et unguento unguebat. Videns autem Pharisaeus qui vocaverat eum. ait intra se dicens. Hic si esset propheta sciret utique quae et qualis mulier est quae tangit eum quia peccatrix est. Et respondens Jesus dixit ad [a] Petrum Simon habeo tibi aliquid dicere. At ille ait. Magister dic. (*c*) Dixit autem Jesus. † Duo debitores erant cuidam feneratori. unus debebat denarios quingentos et alius quinquaginta. Non habentibus (*d*) autem † illis unde redderent omne debitum utrisque donavit. Quis ergo eorum plus illum diligit. Respondens autem Simon dixit Aestimo quia is. cui plus donavit. At ille dixit ei. Recte judicasti. Et conversus ad mulierem dixit Simoni Vides hanc mulierem. Introivi in domum tuam aquam pedibus meis non dedisti. haec autem lacrimis suis rigavit pedes meos et capillis suis detersit. Osculum mihi non dedisti.

CODEX CORBEIENSIS.

44. aquam pedibus mihi non dedisti.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quod accubuit. *Mm.* Jesus accubuit. *Vulg.* quod accubuisset.
[2] *Gat. et Mm.* scisset... qualis mulier. *Vulg.* sciret... qualis est mulier.
[3] *Mm.* eum amplius. *Vulg.* eum plus.

BLANCHINI NOTÆ.

[a] Derasæ sunt in codice litteræ *p...tr.* a correctore

(*a*) Ita et text. Gr. ἐν τῇ πόλει ἥτις ἦν. — (*b*) Cod. Cant. ἔβρεξεν. — (*c*) Cod. Cant. addit ὁ δὲ εἶπεν. — (*d*) Addit *autem*, etiam text. Gr. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

ti : haec autem, ex quo [1] intravit, non desiit osculando pedes meos.
46. Oleo non unxisti pedes meos : haec autem unguento (*a*) un-
47. xit †. Qua ex causa tibi dico : Remittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum.
Cui autem minus dimittitur, minus dili-
48. git. Et ait [2] ad illam Jesus : Remittuntur tibi peccata.
49. Et coeperunt, qui [3] discumbebant, pariter dicere intra se : Quis est hic qui peccata remit-
50. tit? Dixit autem ad mulierem : Fides tua te salvam fecit : vade in pace.

CAPUT VIII.

1. Et factum est deinceps, et ipse circuibat [4] per civitates et vicos, praedicans, et adnuntians regnum Dei : et duodecim discipuli cum illo,
2. Et mulieres quaedam, quae erant curatae ab [5] spiritibus inmundis : Maria, quae cognominatur Magdalene, ex qua daemonia septem exierant, et Johanna uxor [6] Chuza procuratoris Erodis, et Susanna, et aliae conplures, quae et ministrabant illi de facultatibus suis.
4. Convenientе autem turba magna, et eorum, qui ex civitatibus adveniebant, dixit parabolam :
5. [7] Ecce exiit, qui seminat, seminare semen suum : dum seminat, quoddam cecidit juxta viam, et conculcatum est, et (*e*) volucres † [8] comederunt il-

CODEX VERONENSIS.

hæc autem, ex quo intravi, non cessavit osculari pedes
46. meos. Oleo non uncxisti caput meum : haec autem unguento (*a*) uncxit †.
47. Propter quod dico tibi : Remissa sunt (*b*) tibi peccata multa, quia dilexit multum. Cui autem minus dimittitur minus diligit.
48. Dixit autem Jesus ad eam : Mulier, remissa sunt tibi peccata.
49. Et coepit, qui simul recumbebant, dicere intra se : Quis est, qui etiam peccata remittit?
50. Dixit Jesus ad mulierem : Fides tua te salvam fecit : vade in pace.

CAPUT VIII.

1. Et factum est deinceps, et ipse iter faciebat per civitates, et castella, praedicans, et evangelizans regnum Dei : et XII. discipuli cum illo,
2. Et mulieres, quae erant curatae ab spiritibus immundis, et infirmitatibus : Maria, quae vocabatur Magdalene, a qua daemonia VII. exierant,
3. et Johanna uxor Chusae procuratoris Herodis, et Susannae, et aliae multae, quae ministrabant ei de facultatibus suis.
4. Cum ergo turba convenisset, et de civitatibus (*c*) advenirent †, dixit (*d*) similitudinem ad illos talem †:
5. Ecce exiit, qui seminat, seminare semen suum : et dum seminat, aliut cecidit secus viam, et conculcatum est, et (*e*) volucres † illud comede-

CODEX BRIXIANUS.

haec autem ex quo intravi non cessavit osculari pedes meos. Oleo caput meum non unxisti. haec autem unguento unxit pedes meos. Propter quod dico tibi Dimittuntur ei peccata multa quia dilexit multum. Cui autem minus dimittitur. minus diligit Dixit autem ad illam Jesus Dimissa sunt tibi peccata tua. Et coeperunt qui simul discumbebant dicere intra semetipsos Quis est hic qui etiam peccata dimittit Ipse autem dixit ad mulierem. Fides tua te salvam fecit vade in pace.

Et factum est deinceps. et ipse iter faciebat per civitates et castella praedicans et evangelizans regnum Dei. et duodecim discipuli cum illo.

Et mulieres quaedam quae fuerant curatae ab spiritibus inmundis et ab infirmitatibus. Maria quae vocatur Magdalene ex qua daemonia septem exierant. et Johanna uxor Cuzae procuratoris Herodis. et Susanna et aliae multae. quae ministrabant eis. de facultatibus suis.

Cum autem turba plurima convenisset. et de civitatibus (*c*) advenirent † multi. dixit per similitudinem Exiit qui seminat seminare semen suum. et dum seminat aliud cecidit secus viam et conculcatum est. et volucres coeli comederunt illud

CODEX CORBEIENSIS.

46. oleo non unxisti pedes meos : hæc autem unguento unxit.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* intravit, non cessit. *Vulg.* intravit, non cessavit.
[2] *Gat.* ad illam Jesus... peccata tua. *Vulg.* ad illam... tibi peccata.
[3] *Gat.* recumbebant. *Mm.* decumbebant. *Vulg.* accumbebant.
[4] *Mm.* per civitatem, et castellum. *Vulg.* per civitates, et castella.
[5] *Mm.* spiritibus immundis. *Vulg*, spiritibus malignis.
[6] *Gat.* Chuziae... eis de. *Mm.* Chusiae. *Vulg.* Chusae... ei de.
[7] *Gat. et Mm.* Ecce exiit. *Vulg.* Exiit.
[8] *Gat.* comedunt. *Vulg.* comederunt.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *unxit*, desunt verba, *pedes meos*, etiam in cod. Cant. et aliis apud Millium.—(*b*) Lege *ei* cum Ambrosio.—(*c*) Text. Gr. habet, ἐπιπορευόμενον.—(*d*) Ita et cod. Cant. παραβολὴν ταυτὴν πρὸς αὐτούς.—(*e*) Post *volucres*, deest *caeli*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

6. lud. Et aliud cecidit [1] super petram, et enatum exaruit, propter quod non haberet umorem.
7. Et aliut cecidit inter spinas, et creverunt spinae, et suffocaverunt illud. Et aliud cecidit super terram optimam, et bonam, et ortum fecit fructum centies tantum.
Et haec dicens, clamabat : Qui habet aures audiendi, au-
9. diat. Interrogabant autem illum discipuli, quidnam esset haec
10. parabola. Qui dixit : Vobis traditum est mysterium regni Dei : ceteris autem in parabolis, ut videntes non videant, et [2] audientes non intellegant.
11. Est autem haec parabola : Semen, est ver-
12. bum Dei. Qui autem [3] secus viam, hi sunt, qui audiunt; venit autem diabolus, et tollet de corde eorum verbum, ne credentes salvi fiant.
13. Qui autem super petram, hi sunt, qui, cum audierint, cum gaudio recipient verbum : et ipsi [4] radices non habent; qui ad tempus credunt, et in tempore temptationis discedunt.
14. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, et a sollicitudinibus, et divitiis, et luxuriis saeculi ingredientes, suffocantur, et [5] non dant fructum.
15. Quod autem in terram bonam : hi sunt, qui in corde (*a*) bono † audientes verbum, retinent, et fructum dant in patientia.
16. Nemo autem [6] lucernam accensam

CODEX VERONENSIS.

6. runt. Et aliud cecidit supra terram, et natum aruit, quia non habebat hu-
7. morem. Et aliut cecidit inter spinas, et simul exhortae spinae suffocaverunt
8. illut. Et aliud cecidit. in terram bonam, et natum fecit fructum centuplum.
Haec dicens, clamabat : Qui habet aures audiendi, audiat.
9. Interrogaverunt autem eum discipuli, quae esset haec parabola.
10. Quibus ipse dixit : Vobis datum est nosse mysterium regni Dei :
ceteris autem in parabolis loquor, ut videntes non videant, et audientes non intellegant.
11. Est autem haec parabola talis ; Semen, est verbum Dei
12. Qui autem secus viam seminati sunt, hi sunt, qui audiunt verbum Dei ; venit autem diabolus, et tollit . . . . . de illorum . . . . . verbum, ne credentes salvi fiant.
13. Nam qui supra petram, hi sunt, qui, cum audierint verbum, cum gaudio recipiunt illud : et hi radices non habent ; quia ad tempus credunt, et in tempore temptationis recedunt.
14. Quod autem in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt, et a solicitudinibus, et divitiis et voluptatibus vitae euntes, simul suffocantur, et non referunt fru-
15. ctum. Quod autem in bonam terram : hi sunt, qui in corde (*a*) bono † audientes, verbum retinent, et fructum adferent per patientiam.
16. Nemo autem accendit lucernam, et

CODEX BRIXIANUS.

Et aliud cecidit supra petram et natum aruit. quia non habebat umorem. Et aliud cecidit inter spinas. et simul exortae sunt spinae et suffocaverunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam et germinavit. et fecit fructum centuplum Haec cum loqueretur dicebat. Qui habet aures audiendi audiat. Interrogaverunt autem eum discipuli ejus dicentes, quae est haec parabola. Quibus ille dixit Vobis datum est. nosse mysterium regni Dei.

ceteris autem in parabolis ut videntes non videant et audientes non intelligant.

Haec est autem parabola Semen est verbum Dei. Quod autem secus viam cecidit. hi sunt qui audiunt deinde venit diabolus. et tollit de corde illorum verbum. ne credentes salvi fiant. Nam qui supra petram hi sunt qui cum audierint. cum gaudio suscipiunt verbum. et hi radices non habent. quia ad tempus credunt, et in tempore temptationis recedunt Quod autem in spinis cecidit hi sunt. qui cum audierint verbum a sollicitudine divitiarum et voluptatibus vitae euntes suffocantur et non dant fructum Quod autem in terram bonam cecidit hi sunt qui in corde bono et benigno audientes verbum retinent. et fructum adferunt per patientiam. Nemo autem lucernam accendens

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. VIII. 10. — Vobis datum est scire mysterium Dei.
14. euntes, simul suffocantur.
15. et fructum afferunt per patientiam.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* super petrosa. *Vulg.* supra petram.
[2] *Gat.* audientes, non audiant, et non intelligant. *Vulg.* audientes, non intelligant.
[3] *Gat.* secus viam sunt seminati, hi sunt. *Mm.* secus viam sunt, hi sunt. *Vulg.* secus viam, hi sunt.
[4] *Gat. et Mm.* radicem. *Vulg.* radices.
[5] *Mm.* non fecerunt. *Vulg.* non referunt.
[6] *Gat.* accendens lucernam, operuit eam vasso... ut. *Mm.* lucernam accensam operit eam vaso. *Vulg.* lucernam accendens, operit eam vase, aut.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *bono*, deest *et optimo*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

operiet illam vase, aut suptus lectum ponit, sed supra candelabrum ponit, ut omnes intrantes, videant lumen. 17. Nihil enim est occultum, quod non palam fiat : sed nec absconsum, nisi ut cognoscatur, et in palam veniat. 18. Videte, quomodo audiatis? Quisque enim habuerit, dabitur illi : et qui non habuerit, et quod putat se habere, auferetur ab eo. 19. Venerunt autem ad illum mater, et fratres illius, set non poterant conloqui ei propter 20. turbam. Nuntiatum est autem [1] illi: (*a*) Quoniam † mater tua, et fratres tui stant foris, volentes te videre. 21. Qui respondens, dixit ad illos: Mater mea, et fratres mei, illi sunt, qui [2] verbum Dei audiunt, et faciunt. 22. Factum est autem in una dierum : et ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus, et dixit ad illos : Transfretemus stagnum. Et (*b*) sustulerunt . . . † 23. [3] Navigantibus autem eis, condormiit, et descendit turbo in stagnum venti, et conplebantur, et periculabantur. 24. Accidentes autem discipuli, suscitaverunt illum, dicentes : Magister, perimus. Tunc surgens, imperavit vento, et tempestati aquae, et (*d*) destiterunt : † et facta est [4] tranquillitas. 25. Dixit autem illis : Ubi

CODEX VERONENSIS.

ponit sub modio, sed supra candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen. 17. Non enim est occultum, quod non manifestetur : et nec absconsum, nisi cognoscatur, et in palam veniat. 18. Videte, quomodo audiatis? Qui enim habet, dabitur illi : et quicumque non habet, etiam quod putat se habere, auferetur ab illo. 19. Venerunt autem ad illum mater, et fratres ejus, et non poterant adire ad eum prae . . . . . Nonciatum . . . autem illi : 20. (*a*) Quia † mater tua, et fratres tui stant foris, volentes te videre. 21. Qui respondens, dixit ad eos : Mater, et fratres mei, hi sunt, qui verbum Dei audiunt, et faciunt. 22. Factum est autem in una dierum : et ipse ascendit in naviculam, et discipuli ejus, et ait ad illos : Transfretemus trans stagnum. Et (*b*) levaberunt †. 23. Navigantibus autem illis, obdormiit, et discendit procella venti, et (*c*) implebatur a fluctibus naviculа †, et periclitabantur. 24. Accedentes autem suscitaverunt eum, dicentes : Praeceptor, perimus. Ad ille surgens, imperavit vento, et tempestati aquae, et (*d*) cessaverunt † : et facta est tranquillitas (*e*) magna †. 25. Dixit autem illis : Ubi est

CODEX BRIXIANUS.

operit eam vaso. aut subtus lectum ponit. sed supra candelabrum. ut intrantes videant lumen.

Non enim est occultum quod non reveletur, nec absconditum quod non cognoscatur. et in palam veniat. Videte ergo quomodo auditis. Qui enim habet davitur illi. et qui non habet. et id quod putat se habere auferetur ab illo.

Venerunt autem ad illum mater et fratres ejus. et non poterant adire ad eum prae turba. Et nuntiatum est ei. (*a*) Quia † mater tua et fratres tui stant foris. volentes te videre. Ad ille respondens dixit ad eos Mater mea et fratres mei hi sunt qui verbum Dei audiunt et faciunt. Factum est autem in una dierum et ipse ascendit in naviculam et discipuli ejus. et ait ad illos. Transfretemus trans stagnum Et ascenderunt. Navigantibus autem illis obdormiit. et descendit procella venti in stagnum et (*c*) navicula complebatur fluctibus † et periclitabantur. Accedentes autem suscitaverunt eum dicentes Praeceptor perimus. Ad ille surgens increpavit ventum et tempestate maris. et cessavit et facta est tranquillitas[a]... Dixit autem illis Ubi

CODEX CORBEIENSIS.

17. nec absconsum, nisi cognoscatur.
18. Videte quomodo auditis?
22. trans stagnum. Et levaverunt.
23. et [5] complebatur fluctibus navicula, et periclitabantur. †

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* illi : Ecce mater. *Vulg.* illi : Mater.
[2] *Mm.* verbum audiunt, et faciunt. *Vulg.* verbum Dei audiunt, et faciunt.
[3] *Gat. et Mm.* Navigantibus autem illis, dormivit. *Mm.* obdormivit. *Vulg.* Et navigantibus illis, obdormivit.
[4] *Mm.* tranquillitas magna. Dixit. *Vulg.* tranquillitas. Dixit.
[5] *Et ita Gat. et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

[a] ..... In codice est hiatus, derasis ad finem lineae quinque litteris, quae sequebantur, ita ut vix vestigium supersit. Videtur tamen scriptum fuisse, *magna*, ut in Veron.

(*a*) Addit *quia*, etiam cod. Cant., ὅτι. — (*b*) Juxta tex. Gr. ἀνήχθησαν. — (*c*) Juxta Colb. 2, apud Millium hic, συνεπληροῦτο... τὸ πλοῖον. — (*d*) Ita et tex. Gr. ἐπαύσαντο. — (*e*) Addit *magna*, ex Matthæo, aut Marco.

CODEX VERCELLENSIS.

est fides vestra? . . mentes autem mirati sunt ad alis alium, dicentes : quisnam, ut hic, est, qui et ventis imperat, et aquae, et obaudiunt illi? 26. Enavigaverunt autem in regionem Gerasenorum, quae et trans fretum Galilaeae 27. ae. Gresso autem illo, occurrit illi vir, qui daemonem habebat ex temporibus multis, et vestimentum non induebatur, nec in domo manebat, sed in monumentis. 28. Videns autem Jesum, prostravit se, et, exclamans voce magna, dixit : Quid mihi est tecum [1] Jesu Fili Dei Summi? oro te, ne me torqueas. 29. Praecepiebat enim spiritui inmundo exire de homine. Multis enim temporibus arripuerat illum ; alligabatur (c) enim † catenis, et conpedibus, ut custodiretur ; et, erumpens vincula, fugabatur a daemone in desertis. 30. Interrogavit autem illum (d) Jesus † : Quod tibi nomen est? Qui dixit : Legio : [2] quoniam daemonia multa erant 31. in eo. Et rogabant i . . um, ne imperaret eis in abyssum ire. 32. Erat autem ibi grex porcorum magna, quae pascebatur ; et rogaverunt illum, (f) ut in eis intrarent. † Et permisit illis. 33. Et, cum exissent daemonia ab homine, intraverunt in porcos ; et inpetum fecit grex per praeceps. [3] in mare, et suf- 34. focata est. Vident. . s autem pastores, fu-

CODEX VERONENSIS.

fides vestra? Et timentes, mirati sunt ad invicem, dicentes : quis est hic, quod mari, et ventis imperat, et obediunt imperio ejus? 26. Et navigaverunt ad regionem Gerasenorum, quae est contra Galilaeam. 27. Et, cum egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam (a) de civitate † . . . . habebat daemonium temporibus multis, et vestimentum non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. 28. Is, ut vidit Jesum, procidit ante illum, et exclamans voce magna, dixit : Quid mihi, et tibi (b) Jesu † Fili Dei Altissimi? obsecro te, ne me torqueas. 29. Praecipiebat enim spiritui immundo, ut exiret ab homine. Multis enim temporibus ruperat illum ; (c) nam † vinctus catenis, et compedibus custodiebatur, et, ruptis vinculis, agebatur a daemonio in loca deserta. 30. Interrogavit] autem illum (d) Jesus † : Quod tibi nomen est? Ad ille dixit : Legio : (e) quia multi sumus †. 31. Et rogabant illum, ne imperaret illis, ut in abissum irent. 32. Erat autem ibi grex porcorum multorum pascentium, et rogaverunt illum, (f) ut in illos irent † Et permisit illis. 33. Exierunt ergo daemonia ab homine, et intraverunt in porcos ; et impetu abiit grex per praeceps in stagnum, et suffocati sunt. 34. (g) Videntes autem qui pascebant, quod factum est †, fuge-

CODEX BRIXIANUS.

est fides vestra. Timentes autem mirati sunt dicentes ad invicem. Quis putas hic est qui et ventis imperat et mari. et obaudiunt ei. Enavigaverunt autem ad regionem Gerasenorum quae est contra Galileam. Et cum engressus esset ad terram occurrit illi vir quidam (a) de civitate † qui habebat daemonium jam temporibus multis et vestimentis non induebatur. neque in domo manebat sed in monumentis. Qui cum vidisset Jesum procidit ante illum et exclamans voce magna dixit Quid mihi et tibi est Jesu Fili Dei Altissimi obsecro te ne me torqueas. Praecipiebat enim spiritui immundo ut exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat eum. et ligabatur conpedibus et catenis. et disrumpens vincula agebatur a daemonio in deserto. Interrogavit autem illum Jesus dicens. Quid tibi nomen est. At ille dixit Legio. quia multa daemonia erant in illo. Et rogabant eum ne juberet eis in abyssum ire. Erat autem ibi. grex porcorum multorum pascentium in monte. et rogaverunt eum ut permitteret eos in illos ingredi Et permisit illos. Exierunt ergo daemonia ab homine et introierunt in porcos. et impetu abiit grex per præceps in stagnum et suffocatus est. (g) Videntes autem qui pascebant quod factum est † fu-

CODEX CORBEIENSIS.

26. Enavigaverunt autem ad.
29. nam vinctus catenis, et compedibus custodiebatur, et ruptis vinculis agebatur [4] in loco deserto.
32. rogaverunt eum, ut in illis irent. Et permisit illis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* Jesu Christe Fili. *Vulg.* Jesu Fili.
[2] *Mm.* quia multi intraverunt. *Vulg.* quia intraverant daemonia multa.
[3] *Gat.* in mare. *Vulg.* in stagnum.
[4] *Gat.* in deserta loca.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Addit *de civitate*, etiam tex. Gr. ἐκ τῆς πόλεως. — (b) Ante *Jesu*, deest *est*, etiam in tex. Gr.— (c) Ita et cod. Cant. γάρ. — (d) Post *Jesus*, deest *dicens*, in versione quoque Goth. — (e) Cod. Cant. ὅτι πολλὰ ἦσαν. — (f) Juxta cod. Cant. ἵνα εἰς τοὺς χοίρους εἰσέλθωσιν. — (g) Juxta tex. Gr., ἰδόντες δὲ οἱ βόσκοντες τὸ γεγενημένον.

CODEX VERCELLENSIS.

gerunt, et renuntiaverunt quod factum est in civitatem, et in agros.
35. Exierunt autem videre quod factum est, et venerunt ad Jesum, et invenerunt sedentem [1] hominem, a quo daemonia exierant, vestitum, et constantem mente ante pedes Jesu, et timuerunt.
36. Adnuntiaverunt autem illis, (*a*) [2] qui † viderant, quomodo sanatus est is, qui (*b*) a daemoniis † erat vexatus.
37. Rogavit autem illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab eis; quoniam timore magno detinebantur. Ipse autem ascendens in nave, reversus
38. est. [3] Rogabat autem eum ille vir, a quo exierant daemonia, ut esset secum.

Dimisit autem Jesus illum, dicens :
39. Revertere domi aput te, et enarra quanta tibi [4] fecerit Deus.
Et abiit per totam civitatem praedicans quanta Jesus fecisset illi.
40. Factum est autem, dum reverteretur Jesus, et excepit . . . um tur . . . . erant eni . . . . . s expectantes eum.
41. Et ecce venit vir nomine Jairus, et hic erat Princeps Synagogae : et, prostratus ad pedes Jesu, rogabat illum, ut intraret in domum suam
42. Quia filia unica erat illi fere annorum duodecim, et haec moriebatur.
Et factum est, dum iret (*d*) tur- ba . . . . . at et con . . . . . me- . . . . . ita ut suffocarent
43. eum. Et mulier, quae erat in profluvio sanguinis ab

CODEX VERONENSIS.

runt, et nuntiaverunt in civitatem, et in villas.
35. Exierunt autem videre quod factum est, et venerunt ad Jesum, et invenerunt hominem sedentem, a quo daemonia exierant, vestitum, ac sanae mentis, ad pedes ejus, et timuerunt valde.
36. Nuntiaverunt autem illi, (*a*) qui † viderant, quomodo salvus factus est, qui (*b*) a daemoniis † vexabatur.
37. Et rogaverunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorum, ut discederet ab ipsis ; quia timore magno tenebantur.
Ipse autem ascendens navem, reversus est.
38. Et rogabat illum vir, a quo daemonia exierant, ut cum ipso esset. Dimisit autem illum, (*c*) dicens † :
39. Redi domum, et narra quanta tibi Dominus fecerit.
Et abiit per universam civitatem praedicans quanta Jesus fecit illi.
40. Factum est autem, cum redisset Jesus, excepit illum turba : erant enim omnes expectantes
41. illum. Et ecce venit vir, cui nomen Jairus, et ipse Princeps Sinagogae erat, et cecidit ad pedes Jesu, rogans eum, ut intraret in domum ejus,
42. qu . . . . unica erat . . li fere annorum XII. et haec moriebatur.
Et contigit, dum iret Jesus, (*d*) praemebat eum populus. † !
43. Et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab

CODEX BRIXIANUS.

gerunt. et nuntiaverunt in civitatem et in villas. Exierunt autem videre quod factum fuerat et venerunt ad Jesum et invenerunt hominem sedentem a quo daemonia exierunt. vestitum ac sana mente ad pedes Jesu et timuerunt. Narraverunt autem illis (*a*) qui † viderant quomodo sanus factus esset a legione. Et rogaverunt eum omnis multitudo regionis Gerasenorum ut discederet ab ipsis quia timore magno tenebantur.

Ipse autem ascendens navem reversus est. Et rogabat illum vir a quo daemonia exierant ut cum eo esset. Dimisit autem eum Jesus dicens. Redi in domum tuam. et narra quanta tibi Deus fecit. Et abiit per universam civitatem praedicans quanta fecisset ei Jesus. Factum est autem cum redisset Jesus. excepit illum turba. erant enim omnes expectantes eum Et ecce venit vir cui nomen Jabirus. et hic erat Princeps Synagogae. et cecidit ad pedes Jesu rogans eum ut intraret in domum ejus quia filia unica erat illi fere annorum duodecim et haec moriebatur. Cumque iter ageret a turbis comprimebatur. Et mulier quaedam erat in fluxu sanguinis ab

CODEX CORBEIENSIS.

42. comprimebatur, ut suffocarent eum.
43. mulier [5] in profluvio sanguinis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* hominem, a quo daemonia exierunt, vestitum, sana mente. *Gat.* sanae mentis. *Vulg.* hominem sedentem, a quo daemonia exierant, vestitum, ac sana mente.
[2] *Gat.* quae viderant, et quomodo. *Vulg.* qui viderant, quomodo.
[3] *Mm.* Rogavit. *Vulg.* Rogabat.
[4] *Mm.* fecerit Deus. *Vulg.* fecit Deus.
[5] *Gat.* in fluvio.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *qui*, deest *et*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Juxta tex. Gr., ὁ δαιμονισθείς. — (*c*) Ante *dicens*, deest *Jesus*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Juxta tex. Gr., οἱ ὄχλοι συνέθλιβον αὐτόν.

CODEX VERCELLENSIS.

annis duodecim, [1] quae in medicis consumpserat omnem substantiam suam, nec potuit ab aliquo 44. curari, accedens de retro, tetigit vestimentum ejus, et protinus stetit fluxus sanguinis ejus. 45. Jesus autem, sciens quod exierit ab eo virtus, dixit : Qui tetigit me? Negantibus autem omnibus, ait Petrus, et qui cum illo erant : Magister, turbae tam magnae conprimunt te, et dicis : Quis tetigit me? 46. Qui dixit : Tetigit me aliquis ; ego enim cognovi virtutem exisse a me. 47. Ut vidit autem mulier, se non latuisse, venit tremens, [2] et procidens ante pedes illius ; et ob quam causam tetigit eum, indicavit coram omni populo ; et quomodo sanata est confestim. 48. Qui dicit ei : Filia, fides tua te salvam fecit : vade in pace. 49. Adhuc loquente eo, venit (*a*) a Principe Synagogae †, dicens ei. . . ortua est filia tua, noli [3] vexare illum. 50. Jesus autem, cum audisset. . . . . dixit. . . at. . . i puellae : Noli timere : tantum crede, et vivet. 51. Cumque venisset domi, non est passus intrare secum quemquam, nisi Petrum, et Johannen, et Jacobum, et patrem, et matrem puellae. 52. Pl. . rabant autem omnes, et plangebant eam. Qui dixit : Nolite flere, [4] no. . . nim (*b*) mo. . . a est †, s. . . d dormit. 53. Et. . . ridebant eum, scientes eam mortuam esse.

CODEX VERONENSIS.

annis XII. quae in medicos erogaverat omnem substantiam suam, nec ab ullo potuit curari : 44. accessit retro, et tetigit vestimenti ejus fimbriam, et confestim stetit fluxus sanguinis ejus. 45. Et ait Jesus : Qnis est qui me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, et qui cum illo erant : Praeceptor, turbae te conprimunt tam magnae, et dicis : Quis me tetigit? 46. Ad Jesus dixit : Tetigit me aliquis ; nam et ego cognovi virtutem de me exisse. 47. Videns autem mulier, quia non latuit illum, venit timens, et procidit ante pedes illius : et ob quam causam tetigerit illum, indicabit coram omnibus ; et quemadmodum confestim sanata est. 48. Ad ipse dixit illi : Filia, fides tua te salvam fecit : vade in pace. 49. Adhuc illo loquente, venit (*a*) a Principe Synagogae †, dicens ei : Quia mortua est filia. . . . . noli vexare. 50. Jesus autem, audito hoc verbo, ait patri puellae : Noli timere, crede tantum, et salva erit. 51. Et cum venisset domum. non permisit intrare secum quemquam, nisi Petrum, et Johannen, et Jacobum, et patrem, et matrem puellae. 52. Flebant autem omnes, et plangebant illam. Ad ille dixit : Nolite flere, non est (*b*) mortua †, sed dormit. 53. Et deridebant eum, scientes quod mortua esset.

CODEX BRIXIANUS.

annis duodecim quae in medicis erogaverat omnem substantiam suam. et non potuit ab ullo curari. accedens retro. tetigit fimbriam vestimenti ejus. et confestim stetit fluxus sanguinis ejus. et ait Jesus Quis est qui me tetigit. Negantibus autem omnibus ait Petrus et qui cum illo erant. Praeceptor. turbae te circumdant et comprimunt. et dicis Quis me tetigit. Et Jesus ait Tetigit me aliquis. ego enim cognovi virtutem de me exisse. Videns autem mulier quia non latuit eum tremens, venit et procidit ante eum. et ob quam causam tetigerit eum indicavit coram omni populo et quemadmodum confestim sanata est. Ad ille dixit ei. Filia fides tua te salvam fecit vade in pace. Adhuc illo loquente venit quidam ad Principem Synagogae dicens ei Quia mortua est filia tua noli vexare eum. Jesus autem audito hoc verbo. ait patri puellae Noli timere tantum crede et salva erit. Et cum venisset in domum non permisit intrare secum quemquam. nisi Petrum et Johannem et Jacobum et patrem et matrem puellae. Flebant autem omnes et plangebant illam Ad ille dixit. Nolite flere non est enim (*b*) mortua † sed dormit. Et deridebant eum scientes quod

CODEX CORBEIENSIS.

45. turbae te comprimunt tam magnae, et dicis, etc.
46. nam et ego cognovi virtutem exisse de me.
47. quia non latuit illum, venit tremens.
53. scientes [5] eam mortuam esse.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quae in medicis. *Mm.* quae medicis. *Vulg.* quae in medicos.
[2] *Gat.* et procedens ad pedes... indicavit. *Mm.* narravit. *Vulg.* et procidit ante pedes ejus :... indicavit.
[3] *Gat.* vexaai illum. *Mm.* vexare magistrum. *Vulg.* vexare illum.
[4] *Gat. et Mm.* non est tamen mortua, sed. *Vulg.* non est mortua puella, sed.
[5] *Gat.* quia mortua esset. *Mm.* quia mortua est.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr., παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου. — (*b*) Post *mortua*, deest *puella*, etiam in tex. Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

54. Ipse autem, adpraehensa manu ejus exclamavit, dicens : Puel-
55. la, surge. Et reversus est spiritus ejus, et surrexit statim. Et jussit dari ei manducare.
56. Obstupuerunt autem parentes ejus, praecepitque illis, ut nemini dicerent quod factum

CAPUT IX.

1. est.[1] Convocatis autem duodecim Apostolis, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia daemonia, et languores curan-
2. di. Et misit illos praedicare regnum Dei, et sanare
3. aegrotos. Et dixit ad illos : Nihil tollatis in via, neque virgam, neque pera. . . neque calciamenta, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas habeatis.
4. In quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde (*c*) exi-
5. te. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, pulverem vestrum de pedibus excutite . . n testimonium illis.
6. [2] Exeuntes autem, circuib . . . r muni. . . . evangeli . . ntes, et curantes ubique.
7. Audiit autem Herodes Tetrarcha omnia, quae fiebant, et stupebat, eo quod diceretur
8. a quibusdam : Quia Johannes surrexit a mortuis : a quibusdam autem : Quia Helias apparu- . . . ab aliis autem : Quia Propheta de antiquis surre-
9. xit. Dixit (*d*) au. . . †. . . . . Joha . . nem . . . . . collavi. Quis autem

CODEX VERONENSIS.

54. Ipse autem, tenens manum ejus, clamavit, dicens : Puella,
55. surge. Et (*a*) convertit spiritum ejus †, et surrexit continuo. Et jussit illi dari manducare.
56. Et stupuerunt parentes ejus : quibus praecepit, ne alicui dicerent, quod factum est.

CAPUT IX.

1. Convocatis autem XII. (*b*) discipulis suis †, dedit illis virtutem, et potestatem super omnia daemonia, et ut languores curarent.
2. Et misit illos praedicare regnum Dei, et sanare in-
3. firmos. Et ait ad illos : Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neque calciamenta, neque panem, neque pecuniam, neque duas tunicas. . . . . is.
4. Et in quamcumque domum intraveritis, ibi manete, et inde (*c*) proficiscimini †.
5. Et quicumque non receperint vos, exeuntes de civitate illa, etiam pulverem vestrum de pedibus excutite in testimonium supra illos.
6. . . . . autem . . . . . per castella, et civitates evangelizantes, et curantes.
7. Audivit autem Herodes Tetrarcha omnia, quaecumque erant facta, et consternebatur, eo quod diceretur
8. a quibusdam : Quod Johannes surrexit a mortuis : a quibusdam autem : Quod Helias apparuit : ab aliis autem : Quod Propheta unus de antiquis surrexit.
9. Ait (*d*) autem † Herodes : Johannen ego decollavi. Hic, quis

CODEX BRIXIANUS.

mortua esset. Ipse autem eiciens omnes foras. et tenens manum ejus clamavit dicens. Puella surge Et reversus est spiritus ejus et surrexit continuo Et jussit illi dare manducare. Et stupuerunt parentes ejus quibus praecepit ne alicui dicerent quod factum est.

Convocatis autem duodecim Apostolis. dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia et ut languores sanarent Et misit illos praedicare regnum Dei. et sanare omnes infirmitates. Et ait ad illos. Nihil tuleritis in via neque virgam. neque peram neque panem neque pecuniam. neque duas tunicas habeatis. Et in quamcumque domum introieritis. ibi manete donec exeatis. Et quicumque non receperint vos exeuntes de civitate illa. excutite pulverem de pedibus vestris in testimonium illis. Egressi autem circumibant per castella. evangelizantes et curantes ubique. Audivit autem Herodes Thetrarca omnia quae fiebant ab eo et hesitabat. eo quod diceretur a quibusdam Quia Johannes surrexit a mortuis. a quibusdam vero Quia Helias apparuit ab aliis autem Quia Propheta unus de antiquis surrexit. Ait (*d*) autem † Herodes Johannem ego decollavi Quis autem

CODEX CORBEIENSIS.

55. Et convertit spiritum ejus.

Cap. IX. 3. — neque peram, neque calceamentum, neque panem.

4. ibi [3] manete, et inde proficiscimini.
5. pulverem de pedibus vestris excutite.
7. consternabatur, eo quod diceretur.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* Convocavit autem XII Apostolos, et dedit. *Vulg.* Convocatis autem duodecim Apostolis, dedit.

[2] *Gat.* exeuntes autem, circumibant. *Vulg.* Egressi autem, circuibant.

[3] *Mm.* manete donec exeatis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr., ἐπέστρεψε τὸ πνεῦμα αὐτῆς. — (*b*) Ita et tex. Gr., μαθητὰς αὐτοῦ. — (*c*) Deest *ne*, etiam in tex. Greco. — (*d*) Ita et cod. Cant. δέ.

CODEX VERCELLENSIS.

est hic, de quo audio ego talia? Et quaerebat videre illum.
10. Et reversi Apostoli, narraverunt illi quaecumque fecerunt : et adsumens eos, secessit seorsum in locum desertum, qui vocabatur [1] Be-
11. t. . da. . . Turbae autem, cum cognovissent, secutae sunt eum : et, excipiens illos, loquebatur illis de regno Dei, eos. . . .
[2] necesse habebant curari, sana-
12. bat. Dies autem coeperat declinare. Accedentes autem duodecim, dixerunt illi : Dimitte (*c*) turbam †, ut, euntes adjacentes vicos, et agros, reficiant se, et inveniant escas : quoniam hic in deserto loco sumus.
13. Dixit autem ad illos : Date eis manducare. Qui dixerunt : Non sunt nobis plusquam quinque panes, et pisces duo : nisi nos, euntes, emamus in omnem populum hunc
14. escas. Erant autem viri fere quinque milia.
Dixit autem ad discipulos suos : Facite illos [3] recumbere per con- . . . . . quin . . . . . no . . . . . -
15. runt . . . . . recu . . . . . nt omnes.
16. Acceptis autem quinque panibus, et duobus piscibus, respiciens in caelum, benedixit (*e*) super illos † ; et confregit, et dabat (*f*) discipulis †, ut adponerent turbae.
17. bis. Et manducaverunt, et satiati sunt. Et sublatum est, quod superfuit illis, fragmentorum cophi-

CODEX VERONENSIS.

est, de quo ego audio talia ? Et quaerebat illum videre.
10. Et reversi Apostoli, narraverunt illi quaecumque fecerant : et, adsumptis illis, secessit seorsum in locum desertum, quòd est Betsaida.
11. Quod, cum cognovissent turbae, (*a*) secuti † sunt illum : et excepit illos, et loquebatur illis de regno Dei, et eos, qui cura indi . . . .
12. sanabat . . . . . autem coeperat declinare. Et accesserunt (*b*) ad eum † XII. discipuli, et dixerunt illi : Dimitte (*c*) turbam †, ut eant circa castella, et villas, et reficiant se, et inveniant escas : quia hic in loco deserto sumus
13. . . . . autem ad . . . . Date illis manducare vos. Ad illi dixerunt : Non sunt nobis plusquam quinque panes, et duo pisces : nisi nos eamus, et emamus in omnem hanc turbam
14 escas. Erant (*d*) enim † fere viri quinque milia. Ait autem ad discipulos : Facite illos discumbere per convivia quinquagenos.
15. Et ita fecerunt. Et discubuerunt omnes.
16. Acceptis autem Jesus quinque panibus, et duobus piscibus, respexit in caelum, et benedixit (*e*) super illos †; et fregit, et distribuit (*f*) discipulis †, ut ponerent ante turbas.
17. Et manducaverunt, et saturati sunt. Et sublatum est, quod superfuit illis, fragmentorum cophinos

CODEX BRIXIANUS.

est iste de quo audio talia. Et quaerebat videre eum. Et reversi Apostoli ad Jesum narraverunt illi omnia quae fecerunt. et adsumens illos secessit seorsum in locum desertum. qui dicitur Bethsaida Quod cum cognovissent turbæ (*a*) secuti † sunt illum et excepit eos. et loquebatur illis de regno Dei. et eos qui curam indigebant. sanabat. Dies autem jam coeperat declinare. Et accesserunt duodecim discipuli ejus (*b*) ad eum † et dixerunt illi. Dimitte (*c*) turbam † ut eant in castella et villas. quae in circuitu sunt et emant sibi escas quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos Jesus Date illis vos manducare. At illi dixerunt. Non sunt nobis plusquam quinque panes et duos pisces nisi forte nos eamus et emamus in omnem hanc turbam escas. Erant (*d*) enim † viri fere quinque millia. Ait autem ad discipulos suos Facite illos discumbere per convivia quinquagenos. Et ita fecerunt Et discumbere fecerunt omnes. Acceptis autem quinque panibus. et duobus piscibus respexit in caelum et benedixit eos. et fregit et dedit (*f*) discipulis † ut ponerent ante turbas. Et manducaverunt omnes et saturati sunt Et tulerunt quod superavit illis fragmentorum cophinos duode-

CODEX CORBEIENSIS.

9. Hic, qui est, de quo audio talia ?
12. ut eant circa castella, et villas, et reficiant se, et inveniant escas.
13. nisi eamus, et emamus.
16. benedixit super illos.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Bethsaida. *Mm.* Betzaida. *Vulg.* Bethsaidae.
[2] *Gat.* qui curari indigebant. *Vulg.* qui cura indigebant.
[3] *Mm.* discumbere super terram per convivia centenos, et quinquagenos. *Vulg.* discumbere per convivia quinquagenos.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Veron. et Brix. *secuti*, forte, quia masculini generis sunt οἱ ὄχλοι ? — (*b*) Addit *ad eum*, etiam Vers. Goth. αὐτῷ. — (*c*) Ita et tex. Gr., τὸν ὄχλον. — (*d*) Ita et tex. Gr., γάρ. — (*e*) Ita et cod Cant., ἐπ' αὐτούς. — (*f*) Post *discipulis*, deest *suis*, etiam in tex. Gr.

CODEX VERCELLENSIS.

n . . . . . decim.
18. E . . . . . um est,
. . . . . esset in
. . . . reto, ade-
rant illi dis-
cipuli sui, et
interroga-
vit eos, dicens :
Quem me di-
cunt turbae
19. esse? Qui res-
pondentes,
dixerunt : Jo-
hannem Bap-
tistam ; alii au-
tem Heliam ;
aliqui vero,
quia Profe-
ta unus [1] de
prioribus
20. surrexit. Di-
xit autem
illis : Vos au-
tem quem
me dicitis
esse? Respon-
dens autem
Petrus, dixit :
21. Christum. Qui, cum
obiurgasset
illos, praece-
pit ne cui di-
cerent hoc,
22. dicens : Quo-
niam oportet
Filium homi-
nis multa pa-
ti, et reproba-
ri [2] a Seniori-
bus, et Ponti-
ficibus, et Scri-
bis, et inter-
fici, et post ter-
tium diem re-
23. surgere. Di-
cebat autem
ad omnes :
Si quis vult
post me veni-
re, abneget
se ipsum, et
sequatur me.
24. Quisque enim
voluerit ani-
mam suam
salvam face-
re, perdet il-
lam : et, qui per-
diderit ani-
mam suam
causa mei,
salvabit il-
25. lam. Qu . . .
enim pro . . . .
homini lu-
crari mun-
dum totum,
se autem ip-
sum perde-
re, aut (*b*) jac-
turam fa-
26. ciat. † Quisqu . .
enim con-
fusus fuer . .
me, et m . . .
hunc Fil . . .
homin . . . . .
fundet . . . .
cum ven . . -
rit in gl . . -
ria sua, et . . -
tris, et San . . -
torum Ange-
lorum.
27.. . . co autem vo-
. . . [3] vere : sunt
. . . dam hic
. . . ntes, qui
non gusta-
bunt mortem,
' . onec vide-
. . nt regnum
. . ei. Fac-
28. . . um est autem
. . ost haec ver-
. . a, [4] circiter
. . ost dies oc-
. . o adsumptis

CODEX VERONENSIS.

XII.
18. Et factum est,
cum solus
esset orans,
erant autem
et cum illo
discipuli, et
interrogavit
i . . . . . Quem
. . . . dicunt
esse turbae?
19. Ad illi re-
sponderunt
ei, et dixe-
runt : Johannen
Baptistam ; alii
autem Helian ;
alii, quia
Propheta unus
de prioribus
ressurexit.
20. Dixit autem
illis : Vos
autem me
quem dicitis
esse? Respon-
dens. . . .
Petrus . . . . .
. . . . Dei . . . . . .
21. Ille, increpans
illos, praece-
pit ne cui
haec dicerent,
22. dicens : Quod
opportet Fi-
lium hominis
multa pati,
et reprobari
a Principibus
Sacerdotum,
et Scribis,
et occidi, et
post dies
tres resurgere.
23. Dicebat au-
tem ad omnes :
Si quis vult
ad me ve-
nire, abneget
se ipsum, et,
sublata cruce
sua, sequatur
24. me. Qui
enim voluerit
animam suam
salvam facere
perdet illam :
nam, qui per-
diderit ani-
nam suam
propter me,
(*a*) ille † salvam
faciet illam.
25. ✠ Quid enim
prodeest ho-
mini, si lu-
cretur univer-
sum mundum,
se autem
perdat, et
(*b*) detrimentum
faciat? †
26. Nam qui
me erubuerit,
et meos
sermones,
hunc Filius
hominis eru-
bescet, cum
venerit in
majestate sua,
et Pa. . . . . ,
Sanctorum
Angelorum.
27. Dico autem
vobis vere :
aliqui sunt
hic stantes,
qui non gu-
stabunt mor-
tem, donec
videant regnum Dei.
28. Factum est
autem post
haec verba,
fere post
dies octo
adsumpsit

CODEX BRIXIANUS.

cim. Et factum est cum solus esset orans. occurrerunt ei discipuli ejus et interrogavit illos dicens Quem me dicunt esse turbae. At illi respondentes dixerunt. Johannem Baptistam. alii autem Heliam alii quia Propheta unus de prioribus surrexit. Dixit autem illis Vos autem quem me dicitis esse. Respondens autem Simon Petrus dixit. Tu es Christus Filius Dei. At ille increpans eos praecepit ne cui dicerent hoc dicens. Quia oportet Filium hominis multa pati et reprobari a Senioribus et Principibus Sacerdotum et Scribis. et occidi. et tertia die resurgere. Dicebat autem ad omnes. Si quis vult post me venire. abneget semetipsum. et tollat crucem suam cottidie et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam nam qui perdiderit animam suam propter me. salvam faciet eam. Quid enim prodest homini. si lucretur universum mundum. se autem ipsum perdat. et detrimentum sui faciat. Qui enim me confusus fuerit. aut meos sermones. hunc Filius hominis confundet eum cum venerit in majestate sua. et Patris et Sanctorum Angelorum. Dico autem vobis. vere sunt quidam de hic stantibus qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. Factum est autem post haec verba. fere dies octo. et adsumpsit

CODEX CORBEIENSIS.

24. salvabit illam.

25. se autem perdat., aut detrimentum faciat.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* de senioribus. *Vulg.* de prioribus.
[2] *Mm.* pati a Senioribus, et reprobari a Principibus. *Vulg.* pati, et reprobari a Senioribus, et Principibus.
[3] *Gat.* vere : sunt aliqui, qui hic stantes. *Mm.* quia sunt aliqui hic stantes. *Vulg.* vere ; sunt aliqui hic stantes, qui.
[4] *Gat. et Mm.* fere post dies octo,.. Johannem, et Jacobum. *Vulg.* fere dies octo et..... Jacobum et Joannem.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *ille*, etiam tex. Gr. οὗτος.— (*b*) Veron. et Vercell. omittunt *sui* ; juxta tex. Gr., τὴν ζημιωθεὶς.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . m Petro,
(*a*) . . . ohanne, et
. . . . bo, † ascen-
. . . in mon-
. . . m, ut ora-
29. . . . t. Et factum
. . st, dum o-
. . at ipse, et fac-
ta est efigies
vultus ejus
alia, et ves-
tis ejus can-
dida, praeful-
30. gens. Et ecce
viri duo con-
loquebantur
ei. Erat autem
Moyses, et He-
31. lias, apparen-
tes in gloriam :
dicebant con-
summatio-
nem illius,
quam inple-
turus erat in
Hierusalem.
32. Petrus autem,
et qui cum
eo erant, gra-
vati sunt som-
no. Evigilan-
tes autem, vi-
derunt glo-
riam ejus, et
duos viros ad-
sistentes ei.
33. Et factum est
[1] dum discerent
ab illo, dixit
Petrus : Magis-
ter, bonum
est nos hic es-
se; et faciamus
tabernacu-
la tria, unum
Tibi, et unum
Moysi, et unum
Heliae : nesci-
ens quid di-
34. ceret. Haec
autem eo di-
cente, facta
est nubs, et ob-
umbrabat il-
los : timuerunt
autem, dum
illi intrarent
35. in nubem. Et
vox facta est
de nub. . . i-
cens. . . . . t
Filius. . . s
electus; ipsum
audite.
36. Et, cum facta
est vox, in-
ventus est
Jesus solus. Et
ipsi tacuerunt,
et nemini
indicaverunt
in illis diebus
quidquam
ex iis, [2] quae vi-
derant.
37. Factum est au-
. . . (*d*) per diem †,
descenden-
tibus eis de
monte, oc-
currit illis
turba mag-
38. na. Et ecce vir
de. . . rba ex-
c. . . avit, di-
cens : Magis-
ter, oro te, res-
picias in fili-
um meum,
quia unicus
39. mihi est : et
ecce spiritus ar-
ripit illum
subito, et con-

CODEX VERONENSIS.

Petrum (*a*), et
Johannen,
et Jacobum †,
et ascendit
in monte,
ut oraret.
29. Et dum orat,
facta est spe-
cies adspectus
ejus albus,
refulgens.
30. Et ecce duo
viri loque-
bantur cum
illo. Erant
autem Moy-
ses, et He-
31. lias, visi in
majestate :
et dicebant
excessum
ejus, quem
completurus
erat in
Hierusalem.
32. Petrus vero,
et qui cum
illo (*b*), erant
grabati †
a somno. Et
evigilantes,
viderunt
majestatem
ejus, et duos
viros, qui
stabant cum
illo.
33. Et factum est
cum discede-
rent ab illo,
ait Petrus :
Magister,
bonum est
nos hic esse :
et faciamus
tabernacula tria,
unum tibi,
et unum Moysi,
et unum Heliae :
nesciens quid
diceret.
34. Haec autem illo
loquente, facta
est nubs, et
inumbrabavit eos :
et timuerunt.
Et, intrantibus
illis in nube,
v. . . . . est
35. de. . . . . Hic
est Filius meus
dilectus, ipsum
36. audite. Et,
dum fit vox,
inventus est
Jesus solus.
Et ipsi tacue-
runt, et nemini
(*c*) nihil † di-
xerunt in
illis diebus
ex his, quae
viderant.
37. Factum est
autem (*d*) per
diem †, descen-
dentibus illis
de monte,
occurrit illi
turba multa,
38. Et ecce vir
de turba
exclamavit
dicens : Ma-
gister, obse-
cro te, re-
spice in fi-
lium meum,
quia unicus
39. est mihi : et
ecce spiritus
adprehendit
illum, et su-
bito clamat,

CODEX BRIXIANUS.

Petrum (*a*) et Johannem et Jacobum † et ascendit in montem ut oraret. Et factum est dum oraret visa est species vultus ejus. altera. et vestitus ejus albus. refulgens. Et ecce duo viri loquebantur cum eo. Erant autem Moyses. et Helias. qui visi sunt in gloria et dicebant exitum ejus quem impleturus erat in Hierusalem. Petrus vero. et qui cum illo erant gravati erant somno. Evigilantes autem viderunt gloriam ejus et duos viros qui stabant cum illo. Et factum est cum discerent ab illo dixit Petrus ad Jesum Praeceptor bonum est nos hic esse. et faciamus tria tabernacula unum tibi. et unum Moysi et unum Haliae. nesciens quid diceret. Hæc autem illo loquente facta est nubes et obumbravit eos et timuerunt Et intrantibus illis in nubem. vox facta est de nube dicens. Hic est Filius meus dilectus. ipsum audite Et dum fieret vox inventus est Jesus solus. Et ipsi tacuerunt. et nemini dixerunt in illis diebus quicquam. ex his quae viderant. Factum est autem in illa die descendentibus illis de monte. occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba. exclamavit dicens. Magister obsecro te. respice in filium meum quia unicus est mihi. et ecce spiritus immundus adprehendit eum. et subito clamat

CODEX CORBEIENSIS.

29. [3] Et dum orat, facta est species aspectus ejus altera, et vestitus ejus albus, refulgens.
35. Hic est Filius [4] meus electus. †
36. et dum vox fit.
37. Factum est autem per diem, descendentibus.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* ut discederunt. *Vulg.* cum discederent.
[2] *Mm.* quae audierant. *Vulg.* quae viderant.
[3] *Gat.* Et factum est dum oraret species... refulgens. *Mm.* Et factum est, dum oraret, facta est species... refulgens.
[4] *Ita et Gat.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Juxta ordinem tex. Gr., καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον. — (*b*) Veron. omittit *erant*, post *cum illo*, juxta Græcam syntaxin : καὶ οἱ σὺν αὐτῷ, ὄντων βεβαρημένοι. — (*c*) Juxta Græcam syntaxin, οὐδέν. — (*d*) Ita et cod. Cant. Lat. et Gr. διὰ τῆς ἡμέρας.

CODEX VERCELLENSIS.

cidit, et discarpit illum cum spuma, et [1] vix recedi. . ab illo, contribulans 40. eum : et p. . . catus sum discipulos tuos, ut eicerent illum, et non potuerunt. 41. Respondens autem Jesus, dixit : [2] O generatio incredibilis; quousque ero aput vos, et sufferam vos? Adduc hoc filium 42. tuum. (*b*) Adhuc autem † accedente illo, adlisit illum ille spiritus malus, et concarp- 43. sit. Imperavit autem Jesus (*c*) spiritui † inmundo, et sanavit puerum, et reddidit illum patri suo. 44. Stupebant autem omnes in magnalia Dei : omnibus autem mirantibus, de omnibus, quae faciebat, dixit ad discipulos : Ponite vos in auribus vestris verba haec: Filius enim hominis incipit tradi in manibus ho- 45. minum. Ad illi ignorabant verbum hoc; et erat occultum ab eis, ne intellegerent, et timebant interrogare eum de ver- 46. bo hoc. I . . travit autem [3] cogitatio (*d*) in eis †, quis nam esset major illorum. 47. Jesus autem, visa cogitatione cordis illorum, adprehensum infantem, statuit apud 48. se, et (*e*) dixit †: quicumque me recipit, non me recipit, sed eum, qui me misit. Qui enim minimus in omnibus vobis est, hic est magnus. 49. Resp . . ndens autem Johannes, dixit : Ma-

CODEX VERONENSIS.

50. ut exquiratur sanguis
omnium
Prophetarum,
qui effusus
est ab origine mundi,
usque in gente hac,
51. a sanguine Abel, usque ad
sanguinem
Zachariae,
quem occiderunt inter altarium,
et aedem. Ita dico vobis :
exquiretur
a gente hac.
52. Vae vobis Legis doctoribus, quoniam
(*d*) abscondistis †
clavem scientiae, (*e*) et † ipsi non intratis, et introeuntes, prohibuistis.
53. Dicente autem
illo haec co-
ram omni populo, coeperunt tam Scribae, quam et
Legis doctores male se
habere, et comminare illi
de pluribus,
54. quaerentes
occansonem
aliquam invenire [1] ab illo, ut accusarent eum.

CAPUT XII.

1. Multa autem
turba. . . . .
tinen. . . . . um
in. . . . . t
ita, ut. . . . .ali-
um. . . . . -
culcarent,
coepit dicere ad discentes : Primum
cavete a fermento Pharisaeorum, [2] quod
est adfecta-
2. tio. Nihil enim
opertum est,
quod non revelabitur, et
occultum,
quod non
co. . . . cat. . .
3. Qua. . . . n tenebris. . . . ritis, .
in lu. . . . raet. . buntur ; et
quod ad aurem
locu. . fueri-

CODEX VERONENSIS.

occiderunt
eos, vos autem
(*a*) aedificatis †.
49. (*b*) Ideo †
mitto in illos
Prophetas,
et Apostolos ;
et ex illis
occident, et
persequentur :
50. ut inquiratur sanguis
omnium Prophetarum,
qui effusus
est a constitutione mundi, (*c*) usque
ad † generationem
51. istam †, a
sanguine
Abel, usque
ad sanguinem
Zacchariae,
qui periit
inter altare,
et aedem.
Ita dico
vobis : requiretur ab hac
generatione.
52. Vae vobis
Legisperitis,
quia (*d*) absconditis †
clavem scientiæ, (*e*) et †
ipsi non introitis, et
eos, qui
introibant,
prohibuistis.
53. Cum ad illos
diceret coram
(*f*) omni plebe, † coeperunt Pharisaei,
et Legisperiti (*g*) male
habere, et
committere
54. cum illo, quaerentes de multis occansionem
aliquam invenire de illo †, ut eum
accusarent.

CAPUT XII.

1. Multis autem turbis
circumstantibus, ita
ut se invicem
conculcarent,
ita coepit
dicere ad
discipulos
suos : Attendite (*h*) vobis †
a fermento
Pharisaeorum,
quae est hypocrisis.
2. Nihil autem
opertum est,
quod non reveletur, neque
occultum, quod
non sciatur.
3. Quoniam quae
in tenebris
dixistis, in
lumine dicentur ; et quod
in aure locuti

CODEX BRIXIANUS.

occiderunt | eos. vos autem aedificatis † eorum monumenta. Propterea et sapientia Dei dixit. Mittam ad illos Prophetas. et Apostolos. et ex illis occident et persequentur. ut inquiratur sanguis omnium Prophetarum qui effusus est a constitutione mundi a generatione ista. a sanguine Abel. usque ad sanguinem Zaccharіae qui periit inter altare et aedem. Ita dico vobis requiretur ab hac generatione. Vae vobis Legisperitis. quia tulistis clavem scientiae ipsi non introistis. et eos qui introibant prohibuistis. Cum haec ad illos diceret coram omni populo coeperunt Pharisaei et Legisperiti contristari et altercari cum illo de multis interrogantes eum quaerentes capere aliquid ex ore ejus. ut occasionem invenirent accusare eum. Multis autem turbis congregatis. ita ut se invicem conculcarent. coepit dicere ad discipulos suos. primo Adtendite (*h*) vobis † a fermento Pharisaeorum. quod est hypocrisis. Nihil autem opertum est. quod non reveletur. neque occultum quod non sciatur. Ideoque quae in tenebris dixistis in lumine audientur. et quod in aurem locuti

CODEX CORBEIENSIS.

Mutilus est cod. usque ad versum 8 *capitis* XII.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* ex ore ejus. *Vulg.* de ore ejus.

[2] *Gat. et Mm.* quae est. *Vulg.* quod est.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

49. in illos. 50. usque ad generationem istam. 51. Abel justi. 52. quia abstulistis.... et ipsi... et introeuntes (*sic*) perhibuistis. 53. Cum haec ad illos diceret, et coram omni plebe, coeperunt Legisperiti, et Pharisaei graviter habere, et committere cum illo de multis. 54. quaerentes occasionem aliquam invenire in illo, ut eum accusarent.

Cap. XII. — 1. ad discipulos : Primum attendite. 3. In luce... in aure... in cellariis, praedicabitur super tecta, et in plateis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *aedificatis*, deest *sepulcra eorum*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Post *ideo*, deest, *et sapientia Dei dixit*, pariter in cod. Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. ἕως τῆς γενεᾶς ταύτης. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἐκρύψατε. — (*e*) Addit *et*, cod. quoque Cant. καί. — (*f*) Ita et cod. Cant. ἐνώπιον παντὸς τοῦ λαοῦ.— (*g*) Ita et cod. Cant. κακῶς ἔχειν, καὶ συμβάλλειν αὐτῷ, ζητοῦντες ἀφορμήν τινα λαβεῖν αὐτοῦ.—(*h*) Addit *vobis*, etiam tex. Gr. ἑαυτοῖς.

CODEX VERCELLENSIS.

tis. . cubiculis, praedicabitur supra 4. t. . . a. Dico vobis, quasi amicis : nolite terreri ab his, qui occidunt, et post haec non habent amplius, quod faciant. 5. Demonstrabo autem vobis, quem timeatis : eum, qui, postquam [1] occiderit, habet potestatem mittendi in gehennam. Dico vobis, hunc timete. 6. Nonne quinque passeres [2] depondio veniunt? et unus eorum non est in oblivione in cons- 7. pectu Dei. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite timere; [3] multo vos passeribus differtis. 8. Dico vobis : Omnis, quicumque confessus [4] fuerit me coram hominibus, et Filius hominis confitebitur eum coram Angelis Dei : 9. qui autem negaverit me coram hominibus, abnegabitur coram Ange- 10. lis Dei. Et omnis, qui dixerit verbum in Filium hominis, remittetur illi : qui autem blasphemaverit Spiritum Sanctum, non remittetur illi. 11. Cum autem adducent vos ad Synagogas, et Principes, et Potestates, nolite solliciti esse, quomodo rationem reddatis, aut quid dicatis : 12. Sanctus enim Spiritus docebit vos eadem hora, (*d*) quae † oporteat dicere.

CODEX VERONENSIS.

estis, praedicabitur super tecta, nec non et in plateis. 4. Dico autem vobis amicis meis : videte ne terreamini ab his, qui occidunt corpus, et post haec non habent amplius, quod faciant. 5. Ostendam autem vobis, quem timeatis : timete eum, qui postquam occidit, habet potestatem mittere in gehennam. Etiam dico vobis, hunc timete. 6. Nonne duo passeres asse veniunt? et unum ex illis non cadit sine voluntate 7. Dei. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite timere : multis passeribus plures (*a*) estis †. 8. Dico vobis : omnes, quicumque me confessus fuerit coram hominibus, et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. qui autem negaverit me coram hominibus, denegabitur coram Angelis Dei. 9. qui autem negaverit me coram hominibus, negabo et ego eum coram Patre meo, qui est in caelis. 10. Et omnes, qui dicit verbum in Filium hominis, remittetur ei : qui autem in Spiritu Sancto . . . . . 11. non remittetur ei. Cum autem (*b*) ducent † vos in Synagogis, et ad Magistratus, et Potestates, nolite solliciti esse (*c*), qualiter † respondeatis, aut 12. dicatis : Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora, (*d*) quae † oporteat dicere.

CODEX BRIXIANUS.

estis in cubiculis. praedicabitur super tecta. Dico autem vobis amicis meis. Ne terreamini ab his qui occidunt corpus. et post haec. non habent amplius quod faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. timete eum. qui postquam occiderit. habet potestatem mittere in gehennam Ita dico vobis hunc timete. Nonne quinque passeres veneunt dipundio. et unus ex illis non est in oblivione coram Deo. Sed et capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere multis passeribus excellentiores (*a*) estis †. Dico autem vobis. omnis qui me confessus fuerit coram hominibus. et Filius hominis confitebitur illum coram Angelis Dei. qui autem negaverit me coram hominibus. denegavitur coram Angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in Filium hominis remittetur illi ei autem qui in Spiritum Sanctum blasphemaverit non remittetur. Cum autem inducent vos in Synagogis et ad Magistratus. et ad Potestates. nolite solliciti esse. qualiter aut quid respondeatis. aut quid dicatis. Spiritus enim Sanctus docebit vos in ipsa hora (*d*) quae † oporteat dicere.

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. XII. — 8. et Filius hominis confitebitur [5] in illo † cum Angelis.

9. denegabitur et ipse coram Angelis Dei.

10. in Spiritu autem Sancto qui dixerit, non remittetur ei.

11. nolite solliciti esse qualiter respondeatis, aut dicatis.

12. Spiritus enim... [6] quid oporteat dicere. †

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* occidit... etiam dico. *Vulg.* occiderit... ita dico.
[2] *Gat.* depondio. *Mm.* passeres asse veniunt depondio. *Vulg.* passeres veneunt dipondio.
[3] *Gat. et Mm.* plures estis vos. *Vulg.* pluris estis vos.
[4] *Gat.* fecerit in me coram. *Mm.* fecerit coram. *Vulg.* confessus fuerit me coram.
[5] *Et ita Mm.*
[6] *Mm.* quae oporteat vos dicere.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

4. ab eis..... amplius non habent, quod faciant. 5. occidit. 6. dipundio... coram Domino. 7. capilli vestri omnes.... Nolite timere... pluris estis. Dico. 8. Dico vobis : Quicumque confessus fuerit in me... confitebitur in illo. 9. negabitur ipse. 10. remittetur illis : in Spiritum autem Sanctum, qui dixerit, non remittetur ei. 11. inducent vos ad Magistratus, et Potestates..... qualiter respondeatis, aut dicatis. 12. quae oporteat dicere.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *estis*, deest *vos*, etiam in tex. Gr. — (*b*) Ita et cod. Cant. φέρωσιν.— (*c*) Post *qualiter*, deest *aut quid*, etiam in cod. Cant. — (*d*) Ita et tex. Gr. ἃ.

CODEX VERCELLENSIS.

13. Dixit autem illi quidam de turba : Magister, dic fratri meo, ut partiatur mecum hereditatem. 14. Qui dixit ei : [1] Homo, quis . . . . . uit . . . . . r vos . . . . . m? 15. . . . . autem . . . . . cavete ab omni avaritia ; quia non in superando alicui, vita ipsius est, de facul- 16. tate sua. Dixit autem parabolam ad illos, dicens : Hominis cujusdam divitis uberes fructus attu- 17. lit ager : et recogitabat intra se, dicens : Quid faciam, quod non habeo ubi congeram fructus meos? Et cogitans, di- 18. xit : Hoc faciam : deponam horrea ; et majora aedifica- bo ; et ibi congeram omnes fructus 19. meos, et dic . . . animae meae : Habes multa (*b*) bona †; aepula- 20. re. Dixit autem illi Deus : Stulte, hac nocte animam tuam [2] reposcunt a te : quae ergo parasti, cujus erunt? (*c*) 22. Dixit autem ad discipulos suos : Propterea vobis dico : nolite solliciti esse de anima vestra, quid edatis ; neque de corpore vestro, quid [3] induami- 23. ni. Anima, pluris est, quam esca ; et corpus, plus quam vestitus. 24. Considerate corvos, quia non . . . . . , nequ . . . . . nt ; qui . . . . n est cel . . . . . m, n . . q . . . . . et Deus p . . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . ter vester,
25. . . . test . . . . quia [2] haec omnia opus sunt
cere sta . . . . . 31. vobis. [3] Quaerite autem (e) regnum † ejus; et haec adicientur vo-
suae cubitum (a)
26. unum? † Et de
ceteris, quid
solliciti estis?
27. Considerate lilia agri,
quomodo
(b) non texunt, †
neque neunt:
dico vobis, nec
Solomon in
omni gloria
. . . . tus er . . .
tanquam unum ex istis.
28. Quod si faenum . . . . .
hodie . . . . . .
. . . . . veterescunt,
. . . . . um thensaurum
. . . . . ur . . non defici-
. . vestit; entem in-
quanto magis vos parvae caelis, ubi fur
29. fidei? Et vos non accedit,
nolite quaerere quid edatis, aut quid bibatis: nolite [1] solliciti es-
30. se: haec enim omnia gentes saeculi quaerunt.
Scit enim Pa-
32. bis. Nolite timere minima grex; [4] quoniam placuit Patri vestro dare vobis regnum.
33. Vendite bona vestra; et date elemosynam. Facite vobis sacculos, qui non veterescunt, thensaurum non deficientem in caelis, ubi fur non accedit, nec tinea corrumpit.
34. Ubi enim fuerit thensaurus vester, ibi erit et cor vestrum.
35. Et sint lumbi vestri succincti, et lucernae [5] ar-
36. dentes; et vos

CODEX VERONENSIS.

25. Quis autem vestrum cogitando, potest adicere ad statum suum cubitum (a) unum? †
26. Et de ceteris, ut quid solliciti estis?
27. Considerate lilia agri, quomodo crescunt: non laborant, neque neunt, (b) neque texunt †: dico autem vobis, (c) quoniam † nec Solomon in omni illa gloria sua vestiebatur, sicut unus ex istis.
28. Aut videte faenum. . . d ho. . . . . agro est. . cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit; quanto magis vos modicae fidei?
29. Et vos nolite quaerere quid manducetis, aut quid bibatis; et nolite soliciti
30. esse: haec enim gentes hujus mundi quaerunt. Scit.....
Pater vester,
quoniam horum (d) omnium † indigetis.
31. Verumtamen quaerite (e) regnum Dei †; et haec omnia adicientur vobis.
32. Nolite timere pusillus grex; quia conplacuit Patri vestro dare vobis regnum.
33. Vendite, quae possidetis; et date elemosynam: et facite vobis saculos, qui non veterescant, thensaurum indeficientem in caelis, quo fur non adpropiat, neque tinea corrumpit, et ubi fures non effodiunt, et
34. furantur. Nam, ubi thensaurus vester est, ibi erit et cor vestrum.
35. Sint autem lumbi vestri praecincti, et lucernae ardentes.
36. dentes; et

CODEX BRIXIANUS.

Quis autem vestrum cogitando potest adicere ad staturam suam cubitum unum. Si ergo neque quod minimum est potestis quid de ceteris solliciti estis. Considerate lilia quomodo crescunt, non laborant, neque neunt dico autem vobis. (c) quia † nec Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut unum ex istis. Si autem faenum quod hodie in agro est. et cras in clibanum mittitur. Deus sic vestit. quanto magis vos modicae fidei. Et vos nolite quaerere quid manducetis. aut quid bibatis neque solliciti esse. haec enim omnia gentes hujus mundi requirunt Scit autem Pater vester quoniam omnibus his indigetis. Verumtamen. quaerite (e) regnum Dei †. et haec omnia adicientur vobis. Noli timere pusillus grex. quia conplacuit Patri vestro dare vobis regnum. Vendite quae possidetis. et date elemosynam. Facite vobis sacculos qui non veterescunt. thensaurum non deficientem in caelis. quo fur non adpropiat. neque tinea corrumpit. Ubi enim est thensaurus vester. ibi erit et cor vestrum. Sint autem lumbi vestri praecincti et lucernae ardentes. et

CODEX CORBEIENSIS.

26. *Omittit*, Si ergo neque quod minimum est potestis.
27. non laborant, non neunt, neque texunt: ideo dico vobis, Salomon.
28. vos minimae fidei.
29. aut quid bibatis: nolite solliciti esse.
30. haec enim gentes hujus mundi inquirunt.
31. quaerite regnum Dei, *omisso* [6] primum. †
35. Sint autem lumbi vestri adcincti.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* extolli. *Vulg.* tolli.
[2] *Mm.* his omnibus indigetis. *Vulg.* his indigetis.
[3] *Mm.* Quaerite regnum Dei. *Gat.* ..... Dei: et haec. *Vulg.* Quaerite primum regnum Dei, et justitiam ejus. Et haec.
[4] *Gat et Mm.* cui complacuit Patri meo. *Vulg.* quia complacuit Patri vestro.
[5] *Gat.* ardentes, et vos. *Vulg.* ardentes in manibus vestris.
[6] (*Deest* primum *in Mm. et Gat.*)

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

25. cubitum? Et de caeteris, quid Solliciti estis? 27. lilia agri: non crescunt... neque neunt, neque texunt: dico vobis, quoniam nec Salomon... sic vestiebatur. 28. in ... o est... modicae fidei? 29. nolite solliciti esse. Haec enim gentes hujus mundi quaerunt. Scit autem Pater vester. 31. regnum Dei: et haec omnia adiciuntur vobis. Nolite timere, pusillum gregem. 33 date... veterascent. 35. sint autem lumbi ardentes.

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Post *unum*, deest *si ergo neque quod minimum est, potestis*, etiam in cod. Cant. Ibid. quum eodem, καὶ περὶ τῶν λοιπῶν τί. — (b) Addit *neque texunt*, etiam cod. Cant. οὔτε ὑφαίνει. — (c) Addit *quoniam*, etiam cod. Cant. ὅτι. — (d) Addit *omnium*, etiam vers. Æthiop. multique alii cod. Græci apud Millium, conformiter Vercell. et Brix. ex Matthæo. — (e) Ante *regnum*, deest *primum*, pariter in tex. Gr. Ibid. in eodem, Post *Dei*, deest *et justitiam ejus*, ut in Vercell. Veron., et Brixiano.

CODEX VERCELLENSIS.

similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis : et cum venerit, [1] et pulsaverit, confestim aperiant illi.
37. Beati servi illi, quos, cum venerit Dominus, invenerit vigilantes.
Amen dico vobis, quoniam su. . . . get se, et. . . cumbere faciet illos; et transiens, ... vigilia, et ita invenerit; beati sunt : quoniam jubebit illos discumbere, et ministrabit illis.
39. Hoc autem scitote, quia, si sciret Paterfamilias, qua hora fur venit, vigilaret, et non [2] sineret perfodiri domum suam.
40. Et vos estote

CODEX VERONENSIS.

vos similes hominibus expectantibus Dominum suum, quando revertatur a nuptiis; ut, cum venerit, et pulsaverit, confestim aperiant ei.
37. Beati servi illi, quos, cum benerit Dominus, invenerit vigilantes.
Amen dico vobis, quod praecinget se, et jubet illos discumbere; et transiet, et ministravit illis.
38. [1] Et si venerit (*a*) vespertina † vigilia, et ita invenerit; beati sunt : quoniam jubebit illos discumbere, et ministrabit illis.
39. Hoc autem scitote, quia, si sciret Paterfamilias qua hora fur venit, vigilaret utique et non siniret perfodiri domum suam.
40. Et vos estote parati : qua hora non putatis, Filius hominis venturus est.
41. Dixit autem Petrus : Domine, ad nos dicens hanc similitudinem, an et ad omnes?
42. Dixit autem Jesus : Quis est fidelis dispensator, et prudens, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram?
43. Beatus servus ille, quem, cum venerit Dominus (*b*) ejus, inveniet † ita facientem.
44. Vere dico vobis, (*c*) supra † omnia, quæ possidet, constituet illum.
45. Quod si dixerit servus ille in corde

CODEX BRIXIANUS.

vos similes hominibus expectantibus Dominum suum quando revertatur a nubtiis. ut cum venerit. et pulsaverit confestim aperiant ei. Beati servi illi quos cum venerit Dominus invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod praecinget se. et jubet eos discumbere. et transiens ministrabit eis. Et si venerit in secunda vigilia. et si in tertia vigilia venerit et ita invenerit beati sunt servi illi. Hoc autem scitote. quia si sciret Paterfamilias qua hora fur venit. vigilaret utique et non siniret perfodiri domum suam. Et vos estote parati. quia qua hora non putatis Filius hominis venturus est. Ait autem ei Petrus. Domine ad nos dicis hanc parabolam. an ad omnes. Dixit autem Dominus Quis enim est fidelis dispensator et prudens. quem constituet Dominus super familiam suam. ut det illis in tempore tritici mensuram. Beatus ille servus. quem cum venerit Dominus (*b*) inveniet † ita facientem Vere dico vobis quia super omnia quae possidet constituet illum.

CODEX CORBEIENSIS.

36. confestim aperiatis ei.
37. jubebit illos discumbere.
38. si venerit vespertina vigilia, et ita invenerit, beati sunt; quia jubebit illos discumbere, et transiet, et ministrabit eis : si secunda, et si tertia, beati sunt.
41. hanc [4] similitudinem. †
42. Quis est fidelis dispensator.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* et pulsaverit ostium, confestim. *Vulg.* et pulsaverit, confestim.

[1] Et si venerit vespertina vigilia, et ita invenerit, beati sunt servi illi : qui jubebit illos discumbere, et transiens ministrabit illis. Et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia, et ita invenerit, beati. *Gat.* et si in tertia vigilia venerit, beati. *Vulg.* et si venerit in secunda vigilia, et si in tertia vigilia venerit, et ita invenerit, beati sunt servi illi.

[2] *Gat.* sineret perfodiri. *Mm.* sinet perfodiri. *Vulg.* sineret perfodi.

[4] *Et ita Mm. et Gat. qui tamen secundis curis habet ut Vulgata.*

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

36. revertitur. 37. praecinget vos, et juvet illos discumbere, et transiet, et ministrabit illis. 38. Et si venerit vespertina hora vigilia, et ita invenerit beati sunt... quia juvebit illos discumbere, et transiet, et ministrabit illis, et si secunda, et si tertia, beati sunt. 39. Illud autem scitote, quia.... venit, non sineret perfodiri domum suam. 40. quoniam.... venturus est. 41. autem Petrus.... hanc similitudinem, an ad. 42. Dicit illi : Quis est fidelis... quem constituet. 43. Dominus ejus, inveniet eum ita. 44. vobis : supra.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. τῇ ἑσπερινῇ. — (*b*) Addit *ejus*, etiam tex. Gr. αὐτοῦ. Ibid. cum eodem, *inveniet*, εὑρήσει. — (*c*) Ante *supra*, deest *quoniam*, etiam in vers. Syr., Pers. et Æth.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . suo, dicens:
. . . . . Moram facit
. . . . . Dominus meus
. . . . . venire: et
. . . . . coeperit per-
. . . . . cutere pueros,
. . . . . et ancillas,
. . . . . et edere, et
. . . . . bibere, et
. . . . . inebriari;
. . . . . 46. veniet. . . . . .
. . . . . servi illius
. . . . . in die, qua
. . . . . non sperat,
. . . . . et hora, [1] qua
. . . . . nescit; et
. . . . . dividet eum,
. . . . . partemque
. . . . . ejus cum
. . . . . infidelibus
. . . . . ponet.
. . . . . 47. Ille servus,
. . . . . qui cognovit
. . . . . Domini sui
. . . . . voluntatem,
. . . . . et non (*a*) pa-
. . . . . raverit †
. . . . . ad voluntatem
. . . . . ejus. . . . . -
. . . . . vit [2] mul. . . -
. . . . . 48. Qui autem
. . . . . non sciens, fe-
. . . . . cerit, vapulavit
. . . . . paucas.
. . . . . Omni autem,
. . . . . cui multum
. . . . . datum fuerit,
. . . . . multum quae-
. . . . . retur ab eo:
. . . . . et cui com-
. . . . . mendaverit
. . . . . multum, plus
. . . . . petet ab eo.

CODEX VERONENSIS.

49. Nescitis, quoniam ignem veni mittere in terram: et quid volo, [3] si accendatur?
50. (*b*) [4] Baptisma † autem habeo baptizari; et quomodo turbor, usque dum perficiatur?
51. Putatis, quoniam pacem veni [5] mittere in terram? Non, dico vobis; sed separationem.
52. Erunt enim quinque in domo una divisi; tres in duo, et duo in tres dividentur; mater in filia, et filia in matrem: 53. pater in filium, et filius in patrem suum dividetur: socrus in sponsam suam, et sponsa in socrum suam.
54. Dicebat au-

CODEX BRIXIANUS.

Quod si dixerit servus ille in corde suo Moram facit **Dominus** meus venire. et incipiat percutere servos **et ancillas**. et comedere et bibere et inebriari. veniet **Dominus** servi illius in die qua non sperat. et hora **qua nescit**. et dividet eum. partemque ejus cum in**fidelibus** ponit. Ille autem servus qui cognovit vo**luntatem** Domini sui et non praeparavit nec fecit se**cundum** voluntatem ejus. vapulavit multis. Qui au**tem** non cognoyit et fecit. digna plagis vapulavit **paucis** Omni autem. cui multum datum est. multum **inquiretur** ab eo. et cui commendaverunt multum **amplius** petent ab eo.

Ignem veni mittere in terram. et quid volo ut accendatur. (*b*) Baptisma † autem habeo baptizari. et quomodo cohartor donec perficiatur. Putatis. quia pacem veni in terram dare Non dico vobis. sed separationem. Erunt enim ex hoc. quinque in domo una divisi tres. adversum duos. et duo adversum tres dividentur. pater adversus filium. et filius adversus patrem suum. mater adversus filiam. et filia adversus matrem suam. socrus adversus nurum suam. et nurus adversus socrum suam. Dicebat au-

CODEX CORBEIENSIS.

45. percutere [6] pueros, et ancillas. †
47. et [7] non praeparavit secundum voluntatem ejus. *Omittit usque ad*, vapulabit paucis.
49. Nescitis, quia ignem veni mittere, etc. quid volo, si accendatur?
50. Baptisma habeo baptizari; et quomodo turbor, usque dum perficiatur.
52. in una domo, et duo in tres dividentur.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* qua ignorat... cum hypocritis. *Vulg.* qua **nescit**... cum infidelibus
[2] *Mm. et Gat.* multum. *Vulg.* multis.
[3] *Gat.* nisi accendatur? *Vulg* nisi ut accendatur?
[4] *Gat.* Baptisma autem. *Vulg.* Baptismo autem.
[5] *Gat.* mittere in terram? *Vulg.* dare in terram?
[6] *Et ita Gat. et Mm.*
[7] *Mm.* non facit secundum.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

45 dicens: Moram facit Dominus venire... pueros, et **ancillas**, et edere, et bibere. 46. ponit. 47. non praeparavit secundum... vapulavit multis. 48. vapulavit pau**cis**... repetent ab illo. 49. quid volo, si accendatur? 50. Baptisma habeo baptizari..... turbor, usque dum. 51. Putatis, quod. 52. tres in duo. 53. pater in filius.... in patrem suum dividetur...socrus in sponsam suam, et sponsa in socrum suam.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *paraverit*, deest *neque fecit*, cum Syr. — (*b*) Ita et tex. Gr. Βάπτισμα.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

prae omnibus hominibus inhabitantibus in Hierusalem? 5. Non, dico vobis : sed, nisi paenitentiam egeritis omnes, similiter pe- 6. rietis. Dicebat autem parabolam illis : Arborem ficus habebat quidam plantatam in vinea sua; et venit, quaerens fructum in ea, et non inve- 7. nit. Dixit autem ad cultorem vineae : ecce triennium est, ex quo venio, quaerens fructum in ficu hac, et non invenio : excide ergo illam : ut quod et terram occupet? 8. Qui. . . . . di- . . . Domine, si. . eam et hunc annum, donec fodiam circa illam, et mittam (*a*) cophinum stercoris † : 9. et, si quidem fecerit fructum ce. . . . oquin in futurum excides. . . . 10. Erat au. . m docens [1] in S. . . nagog. . . . . 11, batis. Et ecce mulier, quae spiritum habuit languoris . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

tet operari : in his ergo, venientes curamini, et non die sabbati.
15. Respondens autem ad illum Dominus, dixit : Hypocritae, unusquisque vestrum sabbato [1] non solvet bovem suum, aut asinum a praesepio, et ducit, et adaquat?
16. Hanc autem, cum sit filia Abrahae, quam alligavit Satanas, ecce XVIII. anni, non oportebat solvi a vinculo hoc die sabbati?
17. Haec dicente eo, confundebantur omnes, qui adversabantur ei; et omnis populus gaudebat (*b*) in omnibus mirificis, quae fiebant ab illo.
18. Dicebat ergo : Cui simile est regnum Dei? et cui adsimilabo illud? [2] Simile est grano sinapis ; quo accepto, homo misit in orto suo; et crevit, et (*c*) Facta est arbor †, et volucres caeli requieverunt in ramis ejus.
20. Et iterum dixit : Cui est simile regnum Dei? et cui adsimila . .?
21. Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit in (*d*) farina †, [3] donec fermentaretur.
22. Et cuircuibat per Civitates, et Vicos, docens Hierosolymis.
23. Dixit autem quidam illi : Domine, si pauci sunt, qui salvi futuri sunt? Qui dixit ad il-

CODEX VERONENSIS.

tet operari : in his ergo venite, et . . . . . mini. et. . . . in die sabbati.
15. (*a*) Respondit † autem ad illum Dominus, et dixit : Hypocrite, unusquisque vestrum sabbato non solvit bovem suum, aut asinum a praesepio, et ducit adaquare?
16. Hanc autem filiam Abrahae, quam alligavit Satanas, ecce X. et VIII. annis, non oportuit solvi a vinculo die sabbati?
17. Et, cum haec diceret, erubescebant adversarii ejus; et omnes populus gaudebat (*b*) in praeclariis, quae viderant fieri ab ipso †.
18. Dicebat ergo : Cui simile est regnum Dei? et cui simile illud esse existimabo?
19. Simile est grano sinapis ; quod acceptum homo misit in ortum suum ; et crevit, et (*c*) facta est arbor † illa, ut volucres caeli requiescerent in ramis ejus.
20. Et iterum dixit : Cui simile aestimabo regnum. . .?
21. Simile est fermento, quod acceptum mulier abscondit (*d*) in farina †, donec fermentatum est totum.
22. Et ibat per Civitates, et Castella, docens, et iter faciens in Hierusalem.
23. Et ait illi quidam : Domine, si pauci sunt qui salvi. . . . . .? Ipse autem dixit ad illos :

CODEX BRIXIANUS.

operari. in his ergo venite et curamini et non in die sabbati. Respondens autem Dominus ad eum dixit. Hypocrita. unusquisque vestrum sabbato non solvet bovem suum aut asinum a praesepio. et ducit adaquare Hanc autem filiam Abrahae quam alligavit Satanas. annis decem et octo non oportuit solvi a vinculis istis die sabbati.

Est cum haec diceret erubescebant omnes qui resistebant ei. et omnis populus gaudebat (*a*) in universis praeclaris virtutibus quae videbantur fieri ab eo.

Dicebat ergo. Cui simile est regnum Dei. et cui simile esse existimabo illud. Simile est grano senapis. quod acceptum homo misit in hortum suum et crevit et (*c*) facta est arbor † magna. et volucres caeli requieverunt in ramis ejus. Et iterum dixit Cui simile aestimabo regnum Dei Simile est. fermento. quod accepto mulier. abscondit in farinae mensuris tribus. donec fermentatum est totum.

Et ibat Jesus per Civitates et Castella. docens et iter faciens in Hierusalem. Et ait illi quidam. Domine si pauci sunt qui salvi fiunt Ipse autem dixit ad

CODEX CORBEIENSIS.

17. gaudebat in praeclaris, quae videbat fieri ab ipso.

21. quod acceptum mulier abscondit [4] in farinam, donec etc.

VARIANTES LECTIONES.

turbae : Sex non in die sabbati.

[1] *Gat. et Mm.* non solvet. *Vulg.* non solvit.

[2] *Gat.* Simile est regnum Dei grano. *Vulg.* Simile est grano.

[3] *Mm.* donec fermentatum est totum. *Vulg. et Gat.* donec fermentaretur totum.

[4] *Gat.* in farina (satis tribus).

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

15. solvet vobem suum... a praesepe. 16. quam ligavit.. XVIII annos. 17. erubescebant adversarii... in praeclarijs, quae videbant fieri ab ipso. 18. Ergo... Cui simile illud existimabo? 19. Simile est... et facta est arbor.... requieverunt subtus ramis. 20. simile aestimabo. 21. in farinam... fermentatum est totum. 22. iter faciens Jerusalem. 23. Et ait... qui salvi fiant... dixit ad eos.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἀπεκρίθη. — (*b*) Ita et cod. Cant. ἐπὶ πᾶσιν (in *omnibus*, deest in Veron.) οἷς ἐθεώρουν γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ. — (*c*) Ita et cod. Cant. ἐγένετο δένδρον. — (*d*) Ita etiam S. Ambrosius.

CODEX VERCELLENSIS.

24. Ios : Intrate per angustum ostium; quoniam multi, dico vobis, quaerent, nec poterunt introire.
25. Cum autem intraverit Paterfamilias, et adclauserit ostium, et incipietis foris stare, dicentes : Domine, aperi nobis :] et respondens, dicet : Nescio vos unde sitis :
26. tunc incipietis dicere : Manducavimus coram te, et bibimus; et in plateis nostris do-
27. cuisti. Et dicet vobis : Nescio vos unde sitis : discedite a me [1] omnes operarii ini-
28. quitatis. [2] Illic erit fletus, et stridor dentium : cum videritis Abraham, et Isaac, et Jacob, et omnes Prophetas Dei introeuntes in regno Dei,
vos autem proici foris.
29. Et venient ab Oriente, et Occidente, et ab Aquilone, et Austro; et discumbent in reg-
30. no Dei. Et ecce sunt novissimi, qui erunt primi; et sunt primi, qui fuerunt novissimi.
31. Eadem die accesserunt quidam Pharisaeorum, dicentes illi : Discede, et vade hinc; quoniam Herodes vult te
32. occidere. Ipse autem dixit eis : Euntes, indicate vulpi huic : Ecce eicio daemonia, et sanitates perficio hodie, et cras, et die tertia consum-
33. mor. Sed oportet me hodie, et cras, et in futurum; quoniam non oportet Prophetam perire extra Hierusalem.
34. Hierusalem,

CODEX VERONENSIS.

24. Contendite intrare per angustam portam; quia, dico vobis, multi quaerent, et non poterunt.
25. (*a*) Ex quo surrexerit † Paterfamilias, et cluserit ostium, et incipietis foris stare, (*b*) et pulsare †, dicentes : (*c*) Domine, Domine †, aperi nobis : et respondens, dicet : Nescio vos unde sitis :
26. tunc incipietis dicere : Manducavimus coram te, et bibimus; et, in plateis nostris docuisti.
27. Et dicet vobis : Nescio unde estis : discedite a me omnes operarii
28. iniquitatis. Ibi erit fletus, et stridor dentium : cum videritis Abraham, et Isac, et Jacob, et omnes Prophetas introeuntes in regno Dei, vos autem expelli
29. foras. Et venient ab Oriente, et Occidente, et Aquilone, et Austro; et recumbent in regno Dei.
30. Et ecce sunt novissimi, qui erunt primi; et sunt primi, qui erunt novissimi.
31. In ipsa autem die accesserunt quidam Pharisaeorum, dicentes illi : Exi, et vade hinc; quia Herodes vult te occidere.
32. Et ait illis Jesus : Ite, dicite vulpi illi : Ecce eicio daemonia, et sanitates perficio hodie, et cras, et tertia die consummor.
33. Abite; quia non oportet Prophetam perire extra Hierusalem.
34. Hierusalem,

CODEX BRIXIANUS.

illos. Contendite. intrare per angustam portam dico vobis. quia multi quaerunt intrare et non poterunt. Cum autem intraverit Paterfamilias. et clauserit ostium. incipietis foris stare. et pulsare ostium. dicentes. (*c*) Domine Domine † aperi nobis. et respondens dicet vobis. Nescio vos unde sitis. tunc incipietis dicere Manducavimus coram te et bibimus. et in plateis nostris docuisti. Et dicet vobis. Nescio vos unde sitis. discedite a me omnes qui operamini iniquitatem. Ibi erit fletus. et stridor dentium. cum videritis Abraham et Isaac. et Jacob. et omnes Prophetas in regno Dei. vos autem expelli foras. Et venient ab Oriente et Occidente. et ab Aquilone et Austro. et discumbent in regno Dei. Et ecce sunt in novissimis qui erunt primi. et qui sunt primi erunt novissimi. In ipsa autem die. accesserunt ad eum quidam ex Pharisaeis dicentes illi. Exi et vade hinc. quia Herodes vult te occidere Et ait illis Jesus. Ite et dicite vulpi illi. Ecce eicio daemonia. et sanitates perficio. hodie et cras. et sequenti ambulare. quia non est possibile Prophetam perire extra Hierusalem. Hierusalem.

CODEX CORBEIENSIS.

24. intrare per angustum ostium.
32. et sequenti consummabor.
33. Ite; quia non capit Prophetam, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* omnes operamini iniquitates. *Mm.* omnes, qui operamini iniquitates. *Vulg.* omnes operarii iniquitatis.

[2] *Gat. et Mm.* Ubi erit. *recenti manu*, illic. *Vulg.* Ibi erit.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

24. per angustum ostium ; quia dico vobis : multi quaerunt intrare. 25. et cluserit ostium, et incipietis... Domine, Domine... dicet : Nescio vos. 26. Manducabimus coram te... Nescio, unde sitis. 27. qui operamini iniquitatem. 28. Prophetas introeuntes in regno. 29. et recumbent. 31. quidam dicentes. 32. et sequenti consummor. 33. *Deest*, Verumtamen oportet me hodie, et cras, et sequenti die ambulare.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ. — (*b*) Post *pulsare*, deest *ostium*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Textus quoque Gr. geminat κύριε.

CODEX VERCELLENSIS.

Hierusalem, quae occidis Prophetas, et lapidas eos, qui missi sunt at te; saepius volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina nidum suum sub alas suas, et noluistis! 35. Ecce relinquitur vobis domus vestra deserta. Dico enim [1] vobis, quia non videbitis me, donec veniat dies, quando dicatis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

CAPUT XIV.

1. Et factum est, cum intrasset in domum cujusdam Principis Pharisaeorum sabbato manducare panem, et ibi erant observantes illum. 2. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. 3. Et respondens, dixit Jesus ad Legis doctores, et Pharisaeos: si licet sabbatis [2] cura- 4. re? Ad illi tacuerunt. Ipse itaque [3] adprehendens manum illius, curatum eum dimisit. 5. Et (*d*) dixit † ad illos: Cujus vestrum, asinus, aut bos si ceciderit in puteum sabbato, non continuo extrahet illum in die 6. sabbati? Et non poterant ei respondere ad hæc. 7. Dicebat autem et ad invitatos parabolam, denotans eos quomodo primos discubitos eligerent, dicens ad eos: 8. Cum invitatus fuerit aliquis ad nuptias, non

CODEX VERONENSIS.

Hierusalem, quae occidis Prophetas, et lapidas eos, qui ad te mittuntur; quotiens volui congregare filios tuos, quemadmodum gallina nidum suum sub pinnis, et noluisti! 35. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico (*a*) vobis †, non me videbitis, donec veniat dies, cum dicetis: Benedictus, qui venit in nomine Domini.

CAPUT XIV.

1. Et factum est, ut intraret in domum cujusdam Principis Pharisaeorum sabbato manducare panem, et ipsi observabant 2. eum. Et ecce (*b*) homo † hydropicus erat ante illum. 3. Et respondens Jesus. ad Legis peritos, et Pharisaeos, ... Si licet sabbato curare, (*c*) an 4. non †? Ad illi tacuerunt. Ipse vero adprehensum eum sanavit, ac dimisit eum. 5. Et (*d*) dixit † ad illos: Cujus vestrum asinus, aut bos in puteum cadens, et non continuo extrahit illum die sabbati? 6. Et non poterant ad haec respondere 7. illi. Dicebat autem ad invitatos, intendens quomodo primos acubitos eligebant, dicens ad il- 8. los: Cum invitatus fueris (*e*) ab aliquo †, noli

CODEX BRIXIANUS.

Hierusalem. quae occidis Prophetas. et lapidas eos qui mittuntur ad te. quotiens volui congregare filios tuos. quemadmodum gallina pullos suos sub pinnis suis et noluisti. Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta Dico autem vobis. quia non videbitis me. donec veniat dies cum dicetis. Venedictus qui venit in nomine Domini. Et factum est dum introisset Jesus in domum cujusdam Principis Pharisaeorum. sabbato manducare panem. et ipsi erant observantes eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Jesus dixit ad Legis peritos et Pharisaeos Licet sabbato curare (*c*) aut non †. Ad illi tacuerunt. Ipse vero adprehensum hominem sanavit eum. et dimisit. Et respondens dixit ad illos. Cujus vestrum filius. aut bus cadit in puteum. et non continuo levavit illum in die sabbato. Et non poterant ei respondere ad haec. Dicebat autem ad invitatos parabolam. intendens quemadmodum primos discubitos eligebant. dicens ad eos. Cum invitatus fueris (*e*) ab aliquo † ad nuptias. noli

CODEX CORBEIENSIS.

34. saepe volui congregare filios.
CAP. XIV. — 8. Cum invitatus fuerit quis ad nuptias, non discumbat in primo loco.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* vobis: non videbitis me. *Mm.* vobis: non me videbitis amodo, donec dicatis: Benedictus. *Gat.* cum dicatis. *Vulg.* vobis, quia non videbitis me, donec veniat, cum dicetis.

[2] *Mm.* curare, aut non? *Vulg.* curare?

[3] *Gat.* adprehensum hominem, sanavit. *Mm.* adprehensum Johannem, sanavit eum. *Vulg.* apprehensum, sanavit eum.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AD EDITIONE VULGATA.

34. mittuntur ad te; saepe volui..... gallina pullos sub alas suas, et. 35. vestra. Dico vobis, non... donec dicatis Benedictus.
CAP. XIV. — 1. Et factum est, ut. 2. homo hydropicus. 3. dixit Jesus. 4. eum sanavit, ac dimisit illum. 5. Et dixit ad illos... in puteum cadit, extrahet illum, *omisso* die sabbati. 7. Dicebat autem ad invitatos.... et dicebat ad illos. 8. Cum invitatus fuerit ad... non discumbat in... ne.. sit vocatus, *omisso* ab illo.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *vobis*, deest *quia*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Post *homo*, deest *quidam*, pariter in cod. Cant. — (*c*) Addit *an non*, etiam cod. Cant. ἢ οὔ. — (*d*) Ante *dixit*, deest *respondens*, pariter in cod. Cant. — (*e*) Additur *ab aliquo*, in text. quoque Gr. ὑπό τινος.

CODEX VERCELLENSIS.

discumbat in primo loco, ne forte honoratior te aliquis sit in- 9. vitatus, et veniens, qui te, [1] et illum invitavit, dicat tibi : Da huic locum ; et tunc incipies cum confusione novissimum locum detinere. 10. Sed cum invitatus fueris, vade, et discumbe in novissimo loco ; ut, cum venerit, qui te invitavit, dicat : Amice, accede superius. Tunc erit gloria tibi coram discumbenti- 11. bus ; quoniam omnis, qui exaltat se, humiliabitur, et qui se humiliaberit, exaltabitur. 12. Dicebat autem et invitatori : Cum facies prandium, et cenam, noli invitare amicos, neque fratres tuos, sed nec vicinos, (*a*) nec † divites ; ne forte et ipsi te invitent, et fiat redditio tibi : 13. sed, cum facies prandium, invita paupere, debiles, . . odos, 14. et caecos : et beatus eris, quia non habent unde reddere tibi ; reddetur enim tibi in resurrectione justorum. 15. Audiens autem quidam ex discumbentibus haec, dixit illi : Beatus, qui manducaverit panem in regno Dei. 16. Qui (*b*) dixit † : Homo quidam fecit cenam magnam, et invitavit multos ; 17. et misit servum suum hora cenae, dicere invitatis : (*c*) venite †, quoniam omnia praepara-

CODEX VERONENSIS.

discumbere in primo loco ; ne forte honoratior te sit 9. vocatus, et veniat, qui te, et illum vocavit, et dicat tibi : Da huic locum ; et incipies cum rubore novissimum locum te- 10. nere. Sed cum vocatus fueris, vade, recumbe in nobissimo loco ; ut cum venerit, qui te invitavit, dicat tibi : Amice, ascende superius. Tunc erit tibi gloria cum simul recumbentibus ; 11. quia omnis, quia se exaltat, humiliabitur, et qui se humiliat, exaltabitur. 12. Dicebat autem et invitatori : Cum facis prandium aut cenam, noli invitare amicos tuos, neque fratres, neque cognatos, neque vicinos, (*a*) neque † divites ; ne forte et ipsi te reinvitent, et erit tibi retributio : 13. sed, cum facis convivium, voca pauperes, debiles, clodos, 14. caecos : et beatus erit, quod non habent retribuere tibi ; retribuetur enim tibi in resurrectione justorum. 15. Haec cum audissent quidam de simul discumbentibus, dixerunt illi : Beatus, qui manducabit panem in regno Dei. 16. Ad ipse (*b*) dixit † : Homo quidam fecit cenam magnam, et vocavit 17. multos ; et misit servum suum hora cenae, ut diceret invitatis : (*c*) venite †, jam paratum est.

CODEX BRIXIANUS.

discumbere in primo loco. ne forte honoratior te sit invitatus ab eo. et veniens is. qui te et illum invitavit. dicat tibi Da huic locum. et tunc incipies cum verecundia novissimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris vade et discumbe in novissimo loco. ut cum venerit qui te invitavit dicat tibi. Amice accede superius. Tunc erit tibi gloria coram simul discumbentibus. quia omnis qui se exaltat humiliabitur. et qui se humiliat exaltabitur. Dicebat autem et ei qui invitaverat eum. Cum facis prandium aut cenam. noli vocare amicos tuos. neque fratres tuos. neque cognatos tuos. neque vicinos divites. ne forte et ipsi reinvitent te. et erit tibi retributio. sed cum feceris convivium. voca pauperes. deviles. clodos. caecos. et beatus eris quia non habent unde retribuere tibi. retribuetur autem tibi in resurrectione justorum. Audiens autem quidam de simul discumbentibus. dixit illi. Beatus qui manducaverit panem in regno Dei. Ad ipse dixit ei. Homo quidam fecit cenam magnam et vocavit multos. et misit servum suum hora cenae dicere invitatis. (*c*) venite † quia jam parata

CODEX CORBEIENSIS.

12. Dicebat autem et invitatori . . . neque vicinos, neque divites. 17. dicere invitatis : venite, jam paratum est.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* ad coenam vocavit. *recenti manu*, invitavit. *Mm.* vade in.. ad coenam vocavit. *Vulg.* vade, recumbe in..... invitavit.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

9. et veniat, qui te vocavit, et dicat... et incipies. 10. dicat : Amice, accede superius... erit tibi gloria. 12. et invitatori... cognatos tuos, neque vicinos, neque divites ; ne forte te et ipsi te reinvitent, et erit tibi retributio. 13. debiles, caecos, et clodos. 14. quoniam non habent.., retribuetur autem tibi... 15. manducavit. 17. hora coenae, ut diceret invitatis : venite, quia paratum est.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *neque*, etiam cod. Cant. μηδέ. — (*b*) Post *dixit*, deest *ei*, in cod. quoque Cant. — (*c*) Ita et tex. Gr. ἔρχεσθε.

CODEX VERCELLENSIS.

18. ta sunt. Et coeperunt omnes si . . . excusare se. Prior (*a*) ait †: Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam : rogo te, habe me excusatum.
19. Et alius dixit : Juga buum comparavi paria quinque, et vado experimentum accipere illorum ; (*b*) et propter hoc venire non possum †.
20. Et alius dixit : Uxorem duxi ; et non possum veni-
21. re. Et reversus servus, renuntiavit Domino suo haec. Tunc iratus Paterfamilias dixit servo suo : Exi celerius in . . . - toa . . . . . cos . . . . . tis ; et pauperes, et deb . . es, et caeco . . . t clodos in . . . -
22. duc hoc. . . . . ser . . us D . . . . os . . : [1] Domine, factum est, sicut praecepisti, et adhuc locus est.
23. Et dixit Dominus (*c*) servo suo †: Exi circa vias, et saepes ; et [2] coge intrare quoscumque inveneris, ut impleatur domus
24. mea . . . co enim . . obis, quoniam nu . . us virorum illorum, qui . . ocati sunt, et non venerunt, gustabunt de cena mea.
25. Comitabatur autem cum eo turba ; et conversus dixit ad illos :
26. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, aut matrem, aut uxorem, aut filios, aut fratres, et sorores, insuper et animam suam, non potest meus discipulus
27. esse. Et qui non portat crucem suam, et venit post me, non

CODEX VERONENSIS.

18. Et coeperunt simul omnes excusare se. Primus (*a*) dixit †: Villam emi, et necesse habeo exire, et videre illam : rogo te, habe me excusatum.
19. Et alter dixit : Juga boum emi quinque, et eo probare illa ; (*b*) et devenire non possum †.
20. Et alius dixit : Uxorem duxi ; et non possum venire.
21. Et reversus servus, nuntiavit Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias dixit servo suo : Exi cito in plateis, et vicis civitatis ; et pauperes, ac debiles, et caecos, et clodos introduc huc.
22. Et ait servus : Factum est Domine, sicut imperasti; et adhuc locus est.
23. Et ait Dominus (*c*) servo suo † : Exi in via, et circa sepes ; et compelle intrent, ut impleatur domus mea.
24. Dico autem vobis, quod nemo virorum illorum, qui vocati sunt, gustabunt cenam meam.
25. Ibant autem cum illo (*d*) turbae †; et conversus dixit ad illos :
26. Si quis venit ad me, et non odit patrem suum, et matrem, et uxorem, et filios, et fratres, et sorores, etiam et animam suam, non potest meus discipulus esse.
27. Et qui non bajulat crucem suam et venit post me, non

CODEX BRIXIANUS.

sunt omnia. Et coeperunt simul omnes excusare. Primus dixit illi. Villam emi et necesse habeo exire et videre illam. rogote habe me excusatum. Et alius dixit. Juga boum emi quinque. et eo probare illa. rogo te habe me excusatum. Et alius dixit Uxorem duxi. et ideo non possum venire. Et reversus servus. nuntiavit haec Domino suo. Tunc iratus Paterfamilias dixit servo suo. Exi cito in plateas et vicos civitatis. et pauperes ac deviles. et caecos et clodos introduc huc Et ait servus. Domine factum est sicut praecepisti. et adhuc locus est. Et dixit Dominus servo. Exi ad vias. et circa saepes et compelle introire ut impleatur domus mea. Dico enim vobis. quia nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam. Ibant autem turbae multae cum eo et conversus dixit ad illos. Si quis venit ad me. et non odit patrem suum et matrem et uxorem. et filios. et fratres. et sorores. adhuc autem et animam suam non potest meus discipulus esse. Et qui non bajulat crucem suam et venit post me. non

CODEX CORBEIENSIS.

18. Et coeperunt omnes excusare se.
19. eo probare illa ; et ideo venire non possum.
23. Exi in vias, et circa saepes.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gal. et Mm.* Domine... ut locutus es. *Vulg.* Domine... ut imperasti.

[2] *Gal.* compelle intrare quoscumque inveneris, ut. *Mm.* convoca intrare quoscunque inveneris, ut. *Vulg.* compelle intrare, ut.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

18. Dixit : Villam... habeo ire. 19. et ideo venire non possum. 20. et non possum venire... 21. et debiles.... et clodos. 22. caret. 29. posuerit fundamentum... et non potuerit explicare, omnes, qui videbunt, dicent : Hic homo.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *dixit*, deest *ei*, etiam in cod. Cant. et Goth. — (*b*) Ita et cod. Cont. διὸ (ideo) οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. — (*c*) Post *servo*, addit *suo*, etiam cod. Cant. αὐτοῦ. — (*d*) Post *turbae*, deest *multae*, etiam in cod. Cant. et Vercellensi.

CODEX VERCELLENSIS.

re hic peccatores recipit, et vescitur cum eis? 3. Dixit autem ad eos parabolam hanc, dicens : 4. Quis ex vestris homo, qui habet oves centum, et si perierit una ex eis, nonne relinquit xcviii. in deserto, et vadit ad illam, quae perit, quaerens, donec inveniat illam? 5. Et cum invenerit, inponit illam super umeros suos, gaudens : 6. et cum venerit domum, convocat amicos, et vicinos, dicens illis : Congratulamini mihi, quoniam inveni ovem meam, quae perierat. 7. Dico vobis, [1] quoniam sic gaudium erit in caelo super unum peccatorem paenitentiam agentem, quam super xcxiii. justos, quibus non est necessaria paenitentia. 8. Aut quae mulier, habens drachmas x. et si perdiderit (*a*) unam † ex illis, nonne accendit lucernam, et scopis commundat domum, [2] et quaerit diligenter, quoadusque inveni- 9. at? Et, cum invenerit eam, vocat amicas suas, et vicinas, dicens : Congratulamini mihi; quoniam inveni drachmam, [3] quam perdideram. 10. Sic dico vobis, gaudium erit coram Angelos Dei super unum peccatorem paenitenti-

CODEX VERONENSIS.

peccatores reciperet, et manducaret cum illis. 3. Et ait ad illos similitudinem hanc : 4. Quis ex vobis homo, qui habet centum oves, et si erraverit una ex eis, non dimmitteret xcviii. in deserto, et abit ad illam, quae erravit, donec inveniat 5. eam? Et cum invenerit eam, ... eam in humeros 6. suos, et veniens domum, convocat amicos, et vicinos, dicens illis : Congratulamini mecum, quia inventa est ovis mea, quae perierat. 7. Dico vobis, quod ita gaudium erit in caelo . . . . . peccatore . . . . . paenitentiam habenti, quam in xcviii. justis, qui non indigent paenitentiam. 8. Aut quae mulier, habens dracmas decem, si perdiderit (*a*) unam †, nonne accendit lucernam, et scopis mundavit domum, et quaerit diligenter, donec in- 9. veniat? Et, cum invenerit, convocat amicas, et vicinas, dicens : Congratulamini mihi; quod inveni dracmam. 10. Ita dico vobis, sic gaudium erit coram Angelis Dei in peccatore paenitentiam

CODEX BRIXIANUS.

hic peccatores recipit. et manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam dicens. Quis ex vobis homo. qui habet centum oves. et si erraverit unam ex illis. nonne dimittit nonaginta et novem in deserto. et vadit quaerere eam quae erravit. donec inveniat eam. Et cum invenerit eam inponet in umeros suos gaudens. et veniens in domum convocat amicos et vicinos dicens illis. Congratulamini mihi. quia inveni ovem meam quae perierat. Dico vobis quod ita gaudium erit in caelo super unum peccatorum paenitentiam agentem. quam super nonaginta et novem justos. qui non indigent paenitentiam. Aut quae mulier habens dragmas decem. si perdiderit dragmam unam. nonne accendit lucernam. et scopis mundavit domum et quaerit diligenter. donec inveniat. Et cum invenerit convocat amicas et vicinas dicens Congratulamini mihi. quia inveni dragmam meam quam perdideram. Ita dico vobis. sic gaudium erit coram Angelis Dei super unum peccatorem paenitentiam

CODEX CORBEIENSIS.

2. Quod hic peccatores reciperet, et manducaret cum illis.

4. nonaginta et novem in montibus in deserto, et ibit ad illam, quae erravit, donec inveniat?

6. Congratulamini mecum, quia inventa est ovis mea.

7. in uno peccatore . . . quam in nonaginta novem justis.

8. si perdiderit unam, nonne accendet lucernam, [4] et scopa mundabit domum suam, etc.

10. gaudium [5] erit coram Angelis in uno peccatore.

VARIANTES LECTIONES.

46. dium. Et, exclamans voce magna Jesus (*a*): Pater, in manibus tuis commendo spiritum meum. Et emisit spiritum
47. Quod cum vidisset Centurio, honorificavit Deum, dicens: Vere homo hic justus
48. erat. Et omnes, quae convenerant, turbae ad spectaculum hoc, videntes ea, quae fiebant, percutentes (*sic*) pectora sua, revertebant-
49. tur. Stabant autem omnes noti illius a longe, et mulieres, quae secutae fuerant illum a Galilaea, videntes haec.
50. Et ecce vir nomine Joseph, qui erat Decurio, (*c*) bonus †, et jus-
51. tus (Hic non consenserat consilio, et operae illorum), ab (*d*) Arimathia † civitate [2] Judeorum

CODEX VERONENSIS.

latronibus blasphemabat eum, dicens: Nonne tu es Christus? salva temetipsum, et nos.
40. Respondens autem alter increpabat illum dicens: Nec times Deum
tu, quod in eamdem damnationem es?
41. Et nos quidem juste haec patimur; nam digna factis nostris recepimus: hic vero nihil mali
42. gessit. Et dixit ad Jesum: Memor esto mei Domine, quando venies in regno tuo.
43. Et dixit ei Jesus: Amen dico tibi, quia hodie mecum eris in Paradiso.
44. Et erat fere hora sexta diei; et tenebrae factae sunt in universa terra usque in nonam horam:
45. obscuratus est Sol; et velum templi scissum est medium.
46. Clamans voce magna Jesus (*a*). Pater, in manus tuas commendo spiritum meum: Et hoc dicens, emisit spiritum.
47. Videns autem Centurio quod fiebat, magnificat Deum dicens: Vere homo hic justus erat.
48. Et omnis turba..... simul aderant ad spectaculum istud, (*b*) qui videbant †, quae fiebant, percutientes pectora sua, revertebantur.
49. Stabant autem omnes noti ejus a longe, et mulieres, quae secutae fuerant illum a Galilaea, haec videntes.
50. Et ecce vir nomine Joseph, qui erat Decurio, (*c*) bonus †,
51. et justus (Hic non consenserat consilio, et actibus eorum), ab (*d*) Arimatia † civitate Judeae, qui expe-

CODEX BRIXIANUS.

latronibus blasphemabat eum dicens. Si tu es Christus salvum fac temetipsum et nos. Respondens autem alter increpabat eum dicens. Non times tu Deum. quod in eadem damnatione es. Et nos quidem juste. digna enim factis nostris recipimus. hic vero nihil mali gessit. Et dixit ad Jesum. Domine memento mei cum veneris in regnum tuum. Et ait illi Jesus. Amen dico tibi hodie mecum eris in Paradiso. Erat autem fere hora sexta. et tenebrae factae sunt in universa terra. usque in horam nonam. et obscuratus est Sol. et velum templi scissum est medium. Et clamans voce magna Jesus ait. Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Et haec dicens expiravit. Videns autem Centurio quod factum fuerat. glorificavit Deum dicens. Vere hic homo justus erat. Et omnis turba qui simul aderant ad spectaculum istud. videntes quae fiebant percutientes pectora sua. revertebantur. Stabant autem omnes noti ejus a longe. et mulieres quae secutae erant eum a Galilea. haec videntes. Et ecce vir nomine Joseph. qui erat Decurio vir bonus et justus. Hic non consenserat consilio et actibus eorum. erat autem ab (*d*) Arimatia † civitate Judaeorum.

CODEX CORBEIENSIS.

42. Domine, memor esto mei, etc.
46. Haec dicens, tradidit spiritum.
47. Centurio, et qui cum eo erant, quod fiebat, magnificabant Deum, dicentes.
50. Qui erat Decurio, justus, et bonus.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* hora tertia; et tenebrae. *Vulg.* hora sexta; et tenebrae.

[2] *Gat.* Judae. Hic accessit. *Mm.* Judae. *Vulg.* Judeae, qui expectabat et ipse regnum Dei. Hic accessit.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Supple *ait*.—(*b*) Tex. Gr. Θεωροῦντες.—(*c*) Ante *bonus*, deest *vir*, etiam in cod. Cant.—(*d*) Ita et cod. Cant. Ἀριμαθίας.

CODEX VERCELLENSIS.

qui expectabat (*a*) regnum †
52. Dei. Hic accessit ad Pilatum, et petit corpus
53. Jesu; et depositum, involvit (*c*) eum in † sindonem, et posuit illum in monumento sculptili, ubi nondum aliquis erat
54. positus. Et dies erat cenae purae, et sabbatum inlucescebat.
55. [1] Consecutae (*d*) duae † mulieres; quae secutae fuerant illum de Galilaea, viderunt monimentum, et quomodo positum est corpus illi-
56. us. Reversae autem, paraverunt aromata, et unguenta; et sabbato quidem quieverunt secundum mandatum.

CAPUT XXIV.

1. Prima autem die sabbatorum venerunt ante lucem valde ad monumentum, adferentes quae para-
2. verunt : invenerunt autem lapidem revolutum a monu-
3. mento. Ingressae (*e*) autem †, non invenerunt (*f*) corpus †.
4. Et factum est, dum stuperent de hoc, ecce viri duo adstiterunt juxta illas in veste ful-
5. genti. Timore autem adprehensae, inclinantes faciem ad terram, dixerunt ad illas : Quid quaeritis vivum cum (*h*) mortuis †?
6. Memoramini, sicut locutus est
[2] vobis. dum adhuc esset in Galilaea,
7. dicens : Quoniam Filium hominis

CODEX VERONENSIS.

etabat (*a*) regnum †
52. Dei. Hic accessit ad Pilatum, et petit corpus Jesu;
53. et depositum, (*b*) illut † involvit (*c*) in † syndone novam, et posuit eum in monumento exciso, in quo nondum quisquam positus fuerat.
54. Et dies erat cenae purae, et sabbatum inlucescebat.
55. Subsecutae autem (*d*) duae † mulieres, quae cum ipso venerant de Galilaea, viderunt monumentum, et quemadmodum positum erat corpus ejus.
56. Et revertentes, paraverunt aromata, et unguenta; et sabbato quidem siluerunt secundum mandatum.

CAPUT XXIV.

1. Una autem sabbati venerunt valde tempore ad monumentum, portantes quae paraverant : et invenerunt lapidem revolutum.
3. Ingressae (*e*) autem †, non invenerunt (*f*) corpus †.
4. Et factum est, dum mente consternatae essent de facto, (*g*) et † ecce duo viri steterunt secus illas in veste fulgente.
5. Cum timerent autem, et declinarent vultum in terram, dixerunt ad illas : Quid quaeritis viventem cum (*h*) mor-
6. tuis †? Rememorami-ni, qualiter locutus est vobiscum, cum adhuc in Galilaea esset, dicens :
7. Quia oportet Filium hominis

CODEX BRIXIANUS.

qui expectabat. et ipse regnum Dei. Hic accessit ad Pilatum. et petit corpus Jesu. et depositum involvit (*c*) in † sindone. et posuit eum in monumento exciso. in quo nondum quisquam positus fuerat. Et dies erat Parasceve. et sabbatum inlucescebat. Subsecutae autem mulieres quae simul cum ipso venerant a Galilea. et viderunt monumentum. et quemadmodum positum erat corpus Jesu. Et revertentes paraverunt aromata. et unguenta. et sabbato quidem quieverunt. secundum mandatum. Una autem sabbati. valde diluculo venerunt ad monumentum. portantes quæ paraverant aromata. et aliae simul cum eis. et invenerunt lapidem revolutum a monumento. Et ingressae non invenerunt corpus Jesu. Et factum est dum haesitarent de hoc. ecce viri duo adstiterunt juxta illas. in veste. fulgenti. Cum timerent autem. et doclinarent vultum in terram. dixerunt ad illas. Quid quaeritis viventem cum mortuis. non est hic. sed surrexit. Recordamini. qualiter locutus est vobis. cum adhuc in Galileam esset dicens. Quia oportet Filium hominis.

CODEX CORBEIENSIS.

54. Et dies erat [3] coena pura †, et sabbatum, etc.
55. Subsecutae sunt autem duae mulieres.

Cap. XXIV.—1. Portantes quae paraverunt. *Non legit* aromata.

3. Non invenerunt corpus. *Omisso*, Domini Jesu.

4. Dum mente contristarentur de isto... in veste splendida.

5. Viventem cum mortuis?

6 Rememoramini qualiter locutus sit vobis. *Omittit* non est hic, sed surrexit.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* cum ipso venerant... fuerat. *Mm.* cum ipso erant. *Vulg.* cum eo venerant... erat.

[2] *Mm.* vobiscum. *Vulg.* vobis.

[3] *Gat. et Mm.* Parascéven.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *regnum*, deest *et ipse*, in cod. quoque Cant.—(*b*) Addit *illud*, pariter tex. Gr. αὐτό.—(*c*) Addit *in*, etiam cod. Cant. ἐν.—(*d*) Addit *duæ*, cod. quoque Cant. δύο.—(*e*) Ita et cod. Cant. δέ.—(*f*) Post *corpus*, deest *Domini Jesu*, etiam in cod. Cant. — (*g*) Addit *et*, tex. quoque Gr. καί.— (*h*) Post *mortuis*, deest *non est hic, sed surrexit*, pariter in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

oportet tradi, et tertia die resur-
8. gere. Et memoratae
sunt [1] verborum horum.
9. Et (*b*) reversae †, renuntiaverunt haec omnia illis undecim,
et ceteris om-
10. nibus. Erat autem Magdalena, et
[2] Maria Jacobi, et Johanna, et reliquae cum eis, quae dicebant ad Aposto-
11. los haec. Et visa sunt illis, tanquam delira, verba haec; et (*d*) non credebant † eis (*e*) †.
12. Et ecce [3] duo erant ex illis, euntes in municipium, stadios habentem
LX. ab Hierusalem, cui nomen (*h*) [4] Ammaus †.
14. Et ipsi [5] tractabant de omnibus, quae his contige-
15. rant. Et factum est dum [6] tractarent ipsi, et Jesus ascendens comitabatur
16. cum illis : oculi autem eorum tenebantur, ne agnoscerent illum.
17. Dixit autem ad eos : Quae sunt verba ista, quae tractatis ad alterutrum, et estis tristes?
18. Respondens autem unus ex eis, cui [7] nomen est Cleophas, dixit ad illum : Tu solus peregrinus es in Hierusalem? nescis, quae gesta sunt in illa in diebus istis?
19. Qui ait illis : Quae? Et ipsi dixerunt : De Jesu Na-

CODEX VERONENSIS.

tradi in manus (*a*) hominum †, et crucifigi, et die tertia resurgere.
8. Et rememoratae sunt verborum horum.
9. Et (*b*) regressae †, renuntiaverunt haec omnia illis XI. et ceteris
10. omnibus. Erat autem Maria Magdalenae, et Johanna, et Maria Jacobi, et ceterae, quae cum ipsis fuerant : haec (*c*) dicebant † ad Apostolos.
11. Et visa sunt ante illos, sicut deliramentum, verba ista, et (*d*) non credebant † illis (*e*) †. Et
13. ecce duo ex illis ibant (*f*) in † ipsa die in castellum, (*g*) quod aberat † stadia sexaginta ab Hierusalem, nomine Cleo-
fas, et (*h*) Am-
14. maus †. Et ipsi fabulabantur ex his omnibus, quae acciderant.
15. Et factum est dum fabulabantur, et ipse Jesus supervenit, et ibat cum
16. illis : oculi autem eorum tenebantur, ne eum adgnoscerent.
17. Et ait ad illos : Qui sunt hi sermones, quos confertis ad invicem, et estis tristes?
18. (*i*) Respondit † unus ex ipsis, nomine Cleofas, et dixit illi : Tu solus peregrinus es in Hierusalem, non cognovisti, quae facta sunt in illa in his
19. diebus? Quibus ille dixit : Quae? Et dixerunt : De Jesu Na-

CODEX BRIXIANUS.

tradi in manus hominum peccatorum. et crucifigi. et tertia die resurgere. Et recordatae sunt verborum ejus. Et regressæ a monumento nuntiaverunt hæc omnia illis undecim. et ceteris omnibus. Erat autem Maria. Magdalene. et Johanna. et Maria Jacobi. et ceterae quae cum eis erant. quae dicebant ad Apostolos haec. Et visa sunt coram illos. quasi deliramentum verba illarum. et (*d*) non credebant illis. Petrus autem surgens cucurrit ad monumentum. et procumbens. videt linteamina sola posita. et abiit mirans secum. quod factum fuerat. Et ecce duo ex ipsis ibant. eadem die in castellum (*f*) quod aberat † spatio stadiorum. LX ab Hierusalem nomine Emmaus. Et ipsi loquebantur ad invicem de his omnibus quae acciderant. Et factum est. dum fabularentur. et secum conquirerent. et ipse Jesus adpropinquans ibat cum eis. oculi autem eorum tenebantur. ne eum agnoscerent. Et ait ad illos Qui sunt hi sermones quos confertis ad invicem. Ambulantes et estis tristes. et respondens unus ex ipsis. cui nomen Cleophas dixit ei. Tu solus peregrinus es in Hierusalem. et non agnovisti quae facta sunt in ea in diebus istis. Quibus ille dixit. Quae. At illi dixerunt. De Jesu na-

CODEX CORBEIENSIS.

8. Rememoratae sunt verborum horum †.
9. Et egressae, nuntiaverunt haec omnia.
12. Et abiit apud semetipsum, mirans factum. Et ecce, etc.
13. Quod aberat spatio stadiorum sexaginta ab Jerusalem, nomine Ammaus, et Cleophas.
14. Et ipsi fabulabantur de his omnibus, quae acciderant.
15. Et factum est dum fabularentur, et ipse Jesus pervenit [8], et ibat † cum illis.
17. Quos confertis ad invicem, et estis tristes?
18. Tu solus peregrinus in Jerusalem? non cognovisti.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Et ita Gat.*
[2] *Gat.* Mariae Jacobi, et Joseph, et caeterae. *Mm.* Mariae Jacobi, et caeterae. *Vulg.* Maria Jacobi, et caeterae.
[3] *Mm.* duo viri ex illis. *Vulg.* duo ex illis.
[4] *Gat.* Æmavus.
[5] *Gat.* loquebantur de his.
[6] *Gat.* confabularentur.
[7] *Gat.* nomen erat Cleophas, dixit ad eum... non cognovisti omnia, quae facta sunt in ea in diebus his? *Vulg.* nomen Cleophas, dixit ei... non cognovistis, quae facta sunt in illa his diebus?
[8] *Et ita Gat.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *hominum*, deest *peccatorum*, etiam in cod. Cant.—(*b*) Post *regressæ*, deest *a monumento*, etiam in cod. Cant.—(*c*) Ante *dicebant*, deest, *quae*, etiam in cod. Cant.—(*d*) Ita et tex. Gr. ἀπίστουν.—(*e*) Deest totus versus 12 in cod. quoque Cant.—(*f*) Addit *in*, etiam tex. Gr. ἐν.—(*g*) Ita et tex. Gr. ἀπέχουσαν.—(*h*) Ita et codd. habuisse testatur S. Hieron. in lib. de Nom. Hebr.—(*i*) Ante *respondit*, deest *et*, pariter in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

zareno, qui fuit Prophe-
ta, potens in
opere, [1] et ver-
bo, coram
Deo, et om-
ni populo;
20. (*a*) quomodo
hunc † tra-
diderunt
[2] Pontifices
nostri in
judicio mor-
tis, et cruci-
fixerunt
21. illum. Nos
vero spera-
vimus ipsum
esse, (*b*) qui re-
dempturus
esset † Istra-
hel : nunc
tertia dies
est hodie,
[3] ex quo fac-
ta sunt haec.
22. Et super his
omnibus
mulieres
quaedam ex
nostris exter-
ruerunt nos,
quae fuerunt
mane ad
monumen-
23. tum; et, cum
non inve-
nissent cor-
pus ejus, ve-
nerunt, di-
centes,
etiam visio-
nem Ange-
lorum se vi-
disse, [4] qui di-
cunt eum
vivere.
24. Et abierunt
quidam ex
nostris ad mo-
numentum,
et invene-
runt ita, ut
mulieres di-
xerunt; ipsum
autem non
(*c*) viderunt †.
25. Et ipse dixit ad illos :
Insensati,
[5] et graves cor-
de in creden-
do omnibus,
quibus lo-
cuti sunt
Prophetae.
26. [6] Nonne haec
oportebat pa-
ti Christum, et in-
trare in glo-
riam suam?
27. Et (*d*) erat † incho-
ans a Moy-
sen, et omni-
bus Prophe-
tis, [7] interprae-
tans eis in om-
nibus Scrip-
turis de se.
28. Et adpropin-
quaverunt
[8] in vicum,
quem ibant;
et ipse adfec-
tabat se lon-
29. gius ire. [9] Et
coegerunt
illum, dicen-
tes : Mane no-

CODEX VERONENSIS.

zareo, qui fuit
Propheta, po-
tens in opere,
et sermone,
coram Deo,
et omni plebe;
20. (*a*) quomodo
hunc † tradi-
derunt Prin-
cipes Sacerdo-
tum, et omnes
populus in
damnationem
mortis, et
cruci eum
21. fixerunt. Nos
vero sperabа-
mus ipsum
esse, (*b*) qui
redempturus
esset † Istrahel :
et nunc ter-
tia dies est
hodie, quod
haec facta
22. sunt. Et in
his omnibus
mulieres quae-
dam ex no-
stris terruе-
runt nos,
quae ante
lucem fuerunt
ad monu-
mentum;
23. et, non in-
vento corpore
ejus, vene-
runt, dicentes,
se etiam vi-
sionem An-
gelorum
vidisse, qui
dicunt eum
24. vivere. Et
abierunt
quidam ex
nostris ad
monumen-
tum, et ita
invenerunt,
sicut mu-
lieres dixe-
runt; ipsum
vero non
(*c*) viderunt †.
25. Et ipse di-
xit ad eos :
O stulti, et
tardi corde
ad creden-
dum in omni-
bus, quae lo-
cuti sunt
Prophetae.
26. Nonne haec
oportuit
pati Christum,
et ita intrare
in gloriam suam?
27. Et (*d*) erat †
incipiens
a Moyse,
et omnibus
Prophetis,
interpraetans
illis in om-
nibus Scri-
pturis, quae
de ipso erant.
28. Et adpropia-
verunt castel-
lo, quo ibant;
et ipse finxit
se longius ire.
29. Et coegerunt
illum, dicen-
tes : Mane

CODEX BRIXIANUS.

zoreno qui fuit Propheta potensin opere et sermone coram Deo. et omni populo. quomodo eum tradiderunt summi Sacerdotes et Principes nostri in damnationem mortis. et crucifixerunt eum. Nos autem sperabamus quia ipse esset redempturus Israhel. et nunc super haec omnia. tertia dies est hodie. quod haec facta sunt. Sed et mulieres quaedam. ex nostris. terruerunt nos quae ante lucem fuerunt ad monumentum. et non invento corpore ejus venerunt dicentes se etiam visionem Angelorum vidisse qui dicunt eum vivere. Et abierunt quidam ex nostris ad monumentum. et ita invenerunt sicut mulieres dixerunt. ipsum vero non (*c*) viderunt †. Et ipse dixit ad illos. Stulti et tardi corde ad credendum. in omnibus quae locuti sunt Prophetae. Nonne haec oportuit pati Christum. et ita intrare in gloriam suam. Et incipiens a Moyse. et omnibus Prophetis interpretabatur illis in omnibus. Scribturis. quae de ipso erant Et adpropinquaverunt castello quo ibant. et ipse finxit se longius ire. Et coegerunt eum dicentes. Mane

CODEX CORBEIENSIS.[1]

21. Nos autem sperabamus, [10] quia ipse [11] incipit liberare Israel.
24. [12] ipsum vero non viderunt.

27. [13] Et erat incipiens † a Moyse, et omnibus Prophetis, interpretans.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* et verbo coram Deo, et omni plebe. *Vulg.* et sermone coram Deo, et omni populo.
[2] *Gat* Principes Sacerdotum et Principes nostri. *Vulg.* Summi Sacerdotes et Principes nostri.
[3] *Gat.* ex quo haec. *Vulg.* quod haec.
[4] *Gat. et Mm.* qui dicerent. *Vulg.* qui dicunt.
[5] *Mm.* et duri corde. *Vulg.* et tardi corde.
[6] *Mm.* Nonne oportuit. *Vulg.* Nonne haec oportuit.
[7] *Mm.* interpretate.
[8] *Gat. et Mm.* ad castellum, quo ibant. *Mm.* ipse voluit. *Vulg.* castello, quo ibant, et ipse se finxit.
[9] *Mm.* Et rogaverunt illum. *Gat.* Et intravit manere cum illis. *Vulg.* Et coegerunt illum. Et intravit cum illis.
[10] *Mm.* quod ipse.
[11] *Et ita Gat.*
[12] *Gat.* ipsum autem non viderant.
[13] *Et ita Gat et Mm.*

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Et ita cod. Cant. πῶς τοῦτον. — (*b*) Ita et tex. Gr. ὁ μέλλων λυτροῦσθαι. — (*c*) Ita et tex. Gr. εἶδον. — (*d*) Et ita cod. Cant. ἦν.

CODEX VERCELLENSIS.

biscum ; [1] quoniam (*a*) ad vesperum jam declinavit dies †. Et intravit, ut cum eis maneret. 30. Et factum est, cum discubuisset cum illis, [2] acceptum panem benedixit, et frangens, porrigebat illis. 31. Et adaperti sunt oculi eorum, et cognoverunt illum ; et ipse nusquam conparuit ab illis. 32. Et dixerunt ad alterutrum : Nonne cor nostrum erat [3] in nobis ardens in via, cum adaperiebat nobis Scripturas? Et surgentes eadem hora, reversi sunt in Hierusalem ; et invenerunt collectos XI, et eos, qui cum illis erant, 34. dicentes : Quoniam vere resurrexit Dominus, et visus est Simoni. 35. Et ipsi enarrabant, quae in via gesta erant ; et sicut agnitus est illis in fractio- 36. ne panis. Et, dum haec loquuntur, (*d*) [4] ipse † stetit in medio eo- 37. rum. Exteriti autem, et timore adprehensi, putabant se spiritum vide- 38. re. Qui dixit illis : Quid [5] turbati estis? et (*f*) [6] quare † cogitationes ascendunt in corde ves- 39. tro? Videte [7] manus meas, et pedes (*g*) meos †; quoniam ego sum : ipsi tractate, et videte ; quoniam spiritus carnem, et ossum non habet, sicut

CODEX VERONENSIS.

nobiscum ; quoniam (*a*) ad vesperum jam declinavit dies †. Et intravit cum illis, (*b*) et mansit †. 30. Et factum est, dum recumbit cum illis, accepit panem, et benedixit, ac fregit, et porrigebat 31. illis. Et aperti sunt oculi eorum, et cognoverunt eum ; et (*c*) invisus factus est † 32. eis. Et dixerunt ad invicem : Nonne cor nostrum erat in nobis ardens in via, cum aperiret nobis Scripturas? 33. Et surrexerunt ipsa hora, et regressi sunt in Hierusalem ; et invenerunt congregatos undecim, et eos, qui cum illis erant, 34. dicentes : Quod surrexerit Dominus, et visus est a Simone. 35. Et ipsi narrabant, quae gesta erant in via ; et quomodo cognoverunt eum in fractione panis. 36. Dum haec autem locuntur (*d*) illi †, ipse stetit in medio eorum. 37. Conturbatique, et conterriti, existimabant se spiritum videre. 38. Dixit (*e*) autem † ad illos : Quid turbati estis? et (*f*) quare † cogitationes ascenderunt in corde 39. vestro? Videte, ecce manus meas, et pedes (*g*) meos † ; quia ego sum ipse : palpate, et videte ; quia spiritus carnem, et ossa non habet, sicut

CODEX BRIXIANUS.

nobiscum. quoniam vesperum est. et jam declinavit dies. Et intravit cum illis. ut maneret. Et factum est dum recumberet cum illis. accepit panem. et benedixit, et fregit et dedit eis. Et aperti sunt oculi eorum. et cognoverunt eum. et ipse (*c*) invisus factus est † eis. Et dixerunt ad invicem. Nonne cor nostrum erat in nobis ardens, dum loqueretur nobis in via. et aperiret nobis Scripturas. Et surrexerunt eadem hora. et regressi sunt in Hierusalem. et invenerunt congregatos undecim Apostolos. et eos qui cum ipsis erant dicentes. Quia vere Dominus surrexit. et apparuit Simoni. Et ipsi narrabant quae gesta erant in via. et quomodo cognoverunt eum. in fractione panis. Haec autem illis loquentibus (*d*) ipse † Jesus stetit. in medio eorum. et dixit eis Pax vobis. ego sum nolite timere. Conturbati vero et conterriti. existimabant se spiritum videre. Et dixit eis. Quid turbati estis et (*f*) quare † cogitationes ascendunt in cordibus vestris. Videte manus meas et pedes quia ego sum ipse. palpate et videte. quia spiritus carnem et ossa non habet.

CODEX CORBEIENSIS.

29. quoniam ad vesperum jam jam declinavit dies.
31. ipse autem nusquam comparuit ab eis.
34. quod vere surrexit a mortuis Dominus, et visus est a Simone.
36. stetit in medio eorum.
37. Conturbatique, et conterriti, existimabant se spiritum videre.
38. Dixit autem ad illos : Quid turbati estis?

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* advesperascit, et inclinata est (*varius lectio in textum illata* jam declinat) dies. *Mm.* quoniam ad vesperam jam declinat dies.
[2] *Mm.* accepit Jesus panem. *Vulg.* accepit panem.
[3] *Mm.* in nobis de Jesu, dum. *Vulg.* in nobis, dum.
[4] *Gat.* ipse autem Jesus stetit... Pax vobis. *Vulg.* stetit Jesus... Pax vobis.
[5] *Gat. et Mm.* conturbati estis.
[6] *Gat. et Mm.* et quare cogitationes ascendunt in corde vestro? *Vulg.* et cogitationes ascendunt in corda vestra?
[7] *Gat.* pedes meos; quoniam... habentem. *Mm.* pedes meos. *Vulg.* manus meas, et pedes; quia... habere.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. πρὸς ἑσπέραν (additur ἤδη in Barb. 1, et in Vulg.) κέκλικεν ἡ ἡμέρα. — (*b*) Ita et tex. Gr. τοῦ μεῖναι. Vercell. habet *ut cum eis maneret.* Brix. *ut maneret.* — (*c*) Et ita tex. Gr. ἄφαντος ἐγένετο. — (*d*) Addit *illi*, etiam tex. Gr. αὐτῶν. Favet Brix. Ibid. *ipse* et ita cod. Cant. αὐτός. — (*e*) Ita et cod. Cant. δέ. — (*f*) Addit *quare*, pariter tex. Gr. διατί. — (*g*) Addit *meos*, etiam tex. Gr. μοῦ.

CODEX VERCELLENSIS.

me videtis habentem (*a*) †. 41. Adhuc [1] autem non credentibus illis, et stupentibus prae gaudio, dixit : Habetis aliquid, [2] quod edamus 42. hic? Qui porrexerunt illi piscis assi partem, et favum. 43. Et accipiens, manducavit coram illis : et dixit eis : Haec verba, quae locutus sum apud vos, cum adhuc essem vobiscum : quoniam oportet impleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me. 45. Tunc aperuit [3] sensum illorum, ad intellegendum Scripturas. 46. Et dixit eis : Quoniam [4] sic scriptum (*c*) est †, Christum pati, et resurgere a mortuis tertia 47. die, et [5] praedicari in nomine illius paenitentiam, et remissionem peccatorum in omnibus gentibus, incipiens ab Hierusalem. 48. Iem. Vos autem estis testes horum. 49. Et ego mittam [6] repromissionem Patris super vos : vos autem sedete in civitatem, donec induamini (*d*) virtutem † a summo. 50. mo. Eduxit autem illos [7] usque ad Bethaniam ; et extollens manus suas, benedixit (*e*) eos †. 51. Et factum est dum benediceret illos, [8] discessit (*f*) ab 52. eis †. Et ipsi (*g*) [9] reversi † sunt

CODEX VERONENSIS.

me videtis habere (*a*) † 41. Adhuc autem illis non credentibus, et mirantibus prae gaudio, dixit : Habetis aliquid hic, quod manducetur? 42. Ad illi obtulerunt ei partem piscis assam, et 43. (*b*) de favo †. Et manducans coram ipsis, dixit ad eos : 44. Haec sunt verba, quae locutus sum ad vos, cum adhuc essem vobiscum : quoniam necesse est suppleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi, et Prophetis, et Psalmis de me. 45. Tunc aperuit illis sensum, ut intellegerent ea, quae scripta sunt. 46. Et dixit eis : quoniam sic scriptum (*c*) est †, Christum pati, et resurgere a mortuis, 47. et praedicari in nomine ejus paenitentiam, et remissa peccatorum in omni gente, incipientibus ab Hierosolyma. 48. Vos autem estis testes 49. horum. Et ego mitto promissa Patris mei in vobis : vos autem sedete in civitate, quoadusque induamini (*d*) virtutem † 50. ab alto. Eduxit autem eos foris in Bethaniam ; et elevatis manibus suis, benedixit (*e*) eos †. 51. Et factum est dum benedicit illos, recessit (*f*) ab eis †. 52. Et ipsi (*g*) regressi † sunt

CODEX BRIXIANUS.

sicut me videtis habere. Et cum hoc dixisset. ostendit eis manus. et pedes. Adhuc autem non credentibus illis prae gaudio. et mirantibus dixit eis. Habetis hic aliquid quod manducetur. At illi obtulerunt ei. partem piscis assi. et favum mellis. Et accipiens coram ipsis manducavit. et dixit ad eos. Haec sunt verba quae locutus sum ad vos. cum adhuc essem vobiscum quoniam oportuit impleri omnia quae scripta sunt in lege Moysi. et Prophetis. et Psalmis de me. Tunc aperuit illis sensum. ut intelligerent Scripturas. Et dixit eis. Quoniam sic scriptum est. et sic oportuit Christum pati. et resurgere a mortuis die tertia. et praedicari in nomine ejus paenitentiam. et remissionem peccatorum in omnes gentes. incipientibus ab Hierusalem. Vos autem estis testes horum omnium. Et ecce ego mitto promissum Patris mei in vos. vos autem sedete in civitate hac Hierusalem. quoadusque induamini (*d*) virtutem † ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethania. et elevatis manibus suis. benedixit (*e*) eos †. Et factum est dum benediceret eos. recessit ab eis et elevabatur in caelum. Et ipsi adorantes eum. regressi † sunt

CODEX CORBEIENSIS.

41. habetis hic aliquid manducare?
43. Et manducans coram ipsis, dixit ad eos.
45. ut intelligerent, quae scripta sunt.
47. remissionem peccatorum in omni gente.
49. mitto promissa Patris mei in vos.
51. recessit ab eis. *Omittit*, et ferebatur in caelum.
52. Et ipsi regressi sunt. *Omittit*, adorantes.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* autem non credentibus ei prae gaudio, et mirantibus, dixit. *Vulg.* autem illis non credentibus, et mirantibus prae gaudio, dixit.

[2] *Mm.* quod edam.

[3] *Mm.* sensus eorum, ut. *Vulg.* illis sensum, ut.

[4] *Gat. et Mm.* sic scriptum est, Christum pati. *Vulg.* sic scriptum est, et sic oportebat Christum pati.

[5] *Gat. et Mm.* praedicare. *Vulg.* praedicari.

[6] *Gat.* repromissionem Patris... usque dum induamini virtutem ex alto. *Mm.* ab excelso. *Vulg.* promissum Patris ... quoadusque induamini virtute ex alto.

[7] *Gat.* foras usque in Bethaniam. *Vulg.* foras in Bethaniam.

[8] *Gat.* et elevatus est in caelum. *Vulg.* et ferebatur in coelum.

[9] *Gat.* adorantes eum, reversi sunt. *Mm.* adorantes, reversi sunt.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Deest versus 40 etiam in cod. Cant. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἀπὸ μελισσίου. — (*c*) Post *est*, deest *et sic oportebat*, etiam in cod. Cant. nec legisse videtur S. Irenaeus. — (*d*) Ita et tex. Gr. δύναμιν. — (*e*) Et ita tex. Gr. αὐτούς. — (*f*) Post. *ab eis*, deest *et ferebatur in caelum*, pariter in cod. Cant. — (*g*) Ante *regressi*, deest *adorantes eum*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

in Hierusalem cum gaudio . . . no. 53. Et erant semper in templo, (*a*) [1] conlaudantes † Deum.

(*b*) EVANGELIUM [2] SECUNDUM LUCANUM EXPLICIT. INCIPIT SECUNDUM MARCUM †.

CODEX VERONENSIS.

in Hierusalem cum gaudio magno. 53. Et erant semper in templo, (*a*) laudantes †.

(*b*) SECUNDUM LUCAN EXPLICIT. INCIPIT SECUNDUM MARCUM †.

CODEX BRIXIANUS.

in Hierusalem cum gaudio magno. Et erant sempeɾ in templo laudantes et benedicentes Deum. Amen.

(*b*) EVANGELIUM SECUNDUM LUCAN EXPLICIT. ✠ INCIPIT EVANG. SECUNDUM MARCUM.

CODEX CORBEIENSIS.

53. laudantes Deum. *Omittit*, et benedicentes. *Non legit*, Amen.

Explicit Evangelium secundum Lucanum.
Incipiunt Capitula Evangelii secundum Marcum.
Sunt autem Capitula XLVII.
Incipit Evangelium secundum Marcum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. Omittit*, benedicentes Deum. Amen. *Mm. vero* benedicentes. *Vulg. habet*, laudantes et benedicentes Deum. Amen.

[2] *Gat.* Finitum Evangelium cata Lucan. Item incipit Evangelium secundum Marcum. *Mm.* Item nunc orditur Evangelium Jesu Christi, etc.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *laudantes*, deest *et benedicentes Deum. Amen*, etiam in cod. Cant. τὸ *Amen* in plerisque antiquis codd. mss. non legitur. Additum censent nonnulli ab Ecclesia, quæ narrationem Evangelicam hac acclamatione claudere solebat. — (*b*) Ita cod. et Cant. Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν ἐπληρώθη, ἄρχεται κατὰ Μάρκον.

INCIPIT EVANGELIUM SECUNDUM MARCUM.

CODEX VERCELLENSIS.

CAPUT PRIMUM.

1. INITIUM [1] EVANGELII JESU CHRISTI FILII DEI. Sicut scriptum est in Eseiam Prophetam : 2. Ecce (*a*) mitto † Angelum meum ante faciem tuam ; et paravit viam (*b*) tuam †. Et 3. iterum : Vox clamantis in deserto : praeparate viam Domino ; rectas facite [2] semitas (*c*) Dei nostri †. 4. Fuit Johannes in deserto baptizans, et praedicans baptismum paenitentiae in remissione peccato- 5. rum. Et egrediebatur [3] ad eum tota regio Judaeae ; et Hierosolymitae omnes baptizabantur in (*e*) Jordane † ab eo, confitentes peccata sua.

CODEX VERONENSIS.

CAPUT PRIMUM.

1. ✠ INITIUM EVANGELII JESU CHRISTI, FILII DEI. Sicut scriptum est in Eseia Propheta : 2. Ecce (*a*) mitto † Angelum meum ante faciem tuam, qui praeparavit viam (*b*) tuam †. 3. Vox clamantis in deserto : parate viam Domini ; rectas facite semitas (*c*) Dei nostri †. 4. fuit Johannes in deserto baptizans, et praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. 5. Et egrediebantur ad illum omnis (*d*) Judaea † regio, et Hierosolymitae universi ; et baptizabantur ab eo in (*e*) Jordanen †, confitentes peccata sua.

CODEX BRIXIANUS.

Initium Evangelii Jesu Christi Filii Dei. Sicut scribtum est. in Esaia Propheta. Ecce (*a*) mitto † Angelum meum ante faciem tuam. qui praeparabit viam tuam ante te. Vox clamantis in deserto. parate viam Domini. rectas facite semitas (*c*) Dei nostri †. Fuit Johannes baptizans in deserto. et praedicans baptismum paenitentiae in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad illum omnis regio Judaeae. et Hierosolymitae. et baptizabantur ab illo in Jordane flumine. confitentes peccata sua.

CODEX CORBEIENSIS.

CAP. 1. — 2. Ecce mitto Angelum meum ante te, et ante faciem tuam ; qui praeparabit viam meam ante te. 5. omnis regio Judaeae †, et omnes Jerosolymitae.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* Evangelii Domini nostri Jesu Christi. *Vulg.* Ev. ngelii Jesu Christi.

[2] *Mm.* semitas Dei nostri. *Vulg.* semitas ejus.

[3] *Mm.* ad illum omnis Judaea. *Vulg.* ad eum omnis Judaeae regio.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *mitto*, deest *ego*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Post *tuam*, deest *ante te*, pariter in cod. Cant. Gr. et Lat. — (*c*) Ita et cod. Cant. Lat. ac Gr. necnon Goth. τοῦ θεοῦ ἡμῶν, et quidam alii Græci codd. juxta Esaiam XL, 3. — (*d*) Ita et tex. Gr. ἡ Ἰουδαία. — (*e*) Post *Jordanen*, deest *flumine*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

Et dicebat illis :
8. Ego quidem
[1] vos baptiza-
vi in aqua in
paenitenti-
7. am ; venit au-
tem post me
fortior me,
cujus non
sum (*b*) dignus †
solvere cor-
rigiam cal-
ciamento-
rum ejus.
Ipse vos bap-
tizavit in
Spiritu Sancto.
6. Erat autem
Johannes
indutus (*a*) pel-
lem camel-
li [2] ; et edebat
locustas,
et mel silves-
tre.
9. In illis diebus
venit Jesus
a (*d*) Nazaret †
Galilaeae, et
baptizatus
est (*e*) in Jorda
nen † ab Jo-
10. hannen. Et
(*f*) [3] ascendens †
de aqua, vi-
dit adaperi-
ri caelos, et
Spiritum, tanquam
columbam,
descenden-
tem in eum.
11. Et venit
vox de cae-
lis : Tu, es Fili-
us meus di-
lectus : in te
bene sensi.
12. Et protinus
Spiritus [4] duxit il-
lum in deser-
13. to per LX (*h*) di-
es † ; et temp-
tabatur a Sa-
tanan, et
erat cum
besteis, et An-
geli minis-
trabant ei.
14. Et, postquam
traditus
est Johan-
nes, venit
Jesus in Gali-
laeam, prae-
dicans Evan-
gelium [5] reg-
15. ni Dei, et dicens :
Quia (*i*) inple-
ta sunt tem-
pora †, et ad-
propinqua-
vit regnum
Dei paeniten-
tiam agite,
et credite in
Evangelio.
16. Et transiens
secus mare
Galilaeae,
vidit Simo-
nem; et An-
dream fra-
trem Simo-
nis, mitten-
tes retias in
mare : (erant
enim pisca-
17. tores.) Et dixit

CODEX VERONENSIS.

6. Et erat Jo-
hannes vesti-
tus (*a*) pilos †
camelli ;
et lucustas,
et mel silve-
stre edebat.
Hic praedica-
bat, dicens :
7. Quoniam ve-
nit fortior
post me, cu-
jus non sum
(*b*) dignus †
solvere corri-
giam calcia-
mentorum
8. ejus. Ego
(*c*) baptizo vos
in † aqua ;
ille autem
baptizavit Spi-
ritu Sancto.
9. Et factum est,
in diebus illis
venit Jesus
a (*d*) Nazaret †
Galilaeae, et
baptizatus est
(*e*) in Jordanen †
ab Johannen.
10. (*f*) Ascendens †
autem de
aqua, vidit
apertos cae-
los, et Spi-
ritum, tam-
quam colum-
bam, descen-
dentem,
et manen-
tem in eo.
11. Et vox de
caelo facta est :
Tu, es Filius
meus dilectus,
(*g*) in quo † be-
ne placuit mihi.
12. Et statim
Spiritus
expulit illum
in desorto.
13. Et erat in
deserto XL.
(*h*) diebus †,
et temptaba-
tur a Sata-
nan, eratque
cum besteis ; et
Angeli mi-
nistrabant ei.
14. Sed, postquam
traditus est
Johannes,
venit Jesus
in Galilaeam,
praedicans
Evangelium
15. Dei, et dicens :
Quoniam
(*i*) impleta
sunt tempo-
ra †, et ad-
propiavit
regnum Dei,
paenitentiam
agite, et credite
Evangelio.
16. Et praeteriens
secus mare Ga-
lilaeae, vidit
Simonem, et
Andream
fratrem ejus
mittentes re-
tiam in mare :
(erant enim
piscatores.)

CODEX BRIXIANUS.

Erat autem Johannes. vestitus ex pilis cameli. et zona pellicia. circa lumbos ejus. et lucustas. et mel silvestre edebat. Et praedicabat dicens. Venit autem fortior me post me. cujus non sum dignus. procumbens solvere corrigiam calciamentorum ejus. Ego quidem. (*c*) baptizo vos in † aqua. ille autem baptizavit vos in Spiritu Sancto. et factum est in diebus illis venit Jesus. a (*d*) Nazaret † Galilaeae. et baptizatus est a Johanne. in Jordane. Et statim. ascendens de aqua. vidit apertos caelos. et Spiritum tamquam columbam descendentem super eum. Et vox venit de caelis dicens. Tu es Filius meus dilectus. qui mihi bene complacuisti. Et statim Spiritus eduxit eum in desertum. Et erat in deserto. quadraginta (*h*) diebus †. et temtabatur a Satana. et erat cum bestiis. et Angeli ministrabant ei. Postquam autem traditus est Johannes. venit Jesus in Galileam praedicans Evangelium regni Dei dicens. Quoniam impletum est tempus. et adpropinquavit regnum Dei. paenitemini. et credite Evangelio. Et praeteriens. secus mare Galileae. vidit Simonem et Andream fatrem ejus mittentes retia in mare. erant enim piscatores. Et dixit

CODEX CORBEIENSIS.

10. descendentem super illum, et manentem. Et vox de caelis : Tu, es Filius meus carissimus.
12. Et protinus Spiritus tulit eum in deserto.
13. *Omittit* et quadraginta noctibus.
14. praedicans Evangelium Dei.
15. Quoniam adimpleta sunt tempora, et appropiavit.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* vos in aqua... vos in Spiritu Sancto. *Vulg.* vos aqua... vos Spiritu Sancto.
[2] *Gat. et Mm.* et zona pellica circa lumbos suos. *Vulg.* ... circa lumbos ejus.
[3] *Mm.* ascendit. *Vulg.* ascendens.
[4] *Gat.* emisit eum in deserto. *Mm.* expulit.
[5] *Mm.* regni : et. *Vulg.* regni Dei : et.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. τρίχας, Ibid. post *camelli*, deest *et zona pellicea circa lumbos ejus*, etiam in cod. Cant. Gr. et Lat. Millio non acquiesco, qui ait : *Omisit scilicet scriba lineam integram codicis istius, qua descriptum hoc exemplar* (Cantabrigiense). — (*b*) Post *dignus*, deest *procumbens*, in cod. quoque Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. βαπτίζω. Ibid. addit. *in*, etiam tex. Gr. *iv*. — (*d*) Ita etiam tex. Gr. Ναζαρέτ. — (*e*) Et ita tex. Gr. εἰς τὸν Ἰωρδάνην, necnon cod. Cant. Latinus, *in Jordanen*. — (*f*) Ante *ascendens*, deest *statim*, etiam in cod. Cant.— (*g*) Ita et tex. Gr. ἐν ᾧ. — (*h*) Post *diebus*, deest *et* XL *noctibus*, pariter in tex Gr. — (*i*) Ita et cod. Cant. πεπλήρωνται οἱ καιροί.

CODEX VERCELLENSIS.

eis Jesus : Venite , sequiminI
ni me ; et faciam vos ut sitis
piscatores ho-
18. minum. Et
statim, relictis (*a*) omnibus †,
secuti sunt
eum.
19. Et paulum (*b*) progressus †, vidit Jacobum
Zebaedaei ,
et Johannen
fratrem illius et ipsos
in navicula
reficientes
20. retias ; et protinus vocavit eos. Et, relicto Patre
suo Zebaedaeo
in navicula cum mercennariis , secuti sunt eum.
21. Et (*c*) ingressi sunt † in Capharnaum ;
et statim [1] sabbatis intravit in Synagoga , et doce-
22. bat illos. Et stupebant in

CODEX VERONENSIS.

17. Et ait illis Jesus : Venite post
me ; et faciam vos piscatores ho-
18. minum. Et confestim , relictis (*a*) omnibus †, secuti
sunt illum.
19. Et (*b*) progressus † pusillum, vidit Jacobum
Zebedaei,
et Johannen
fratrem ejus
et ipsos in
nanicula ,
conponentes
20. retias; et
vocavit eos.
Ad illi, relicto Patre
suo Zebedaeo cum
mercennariis,
secuti sunt
eum.
21. Et (*c*) introierunt †
Capharnaum
sabbato : et
confestim
ingressus
in Synagogam , docebat illos.
22. Et stupebant super
doctrina ejus;
erat enim
docens , sicut
potestatem
habens , non
sicut [2] Scribae.
23. Erat autem
[3] in (*d*) Synagoga † homo ,
qui habebat
spiritum immundum ; et
24. Clamabat , dicens : Quid
nobis, et tibi
Jesu Nazarene ?
venisti perdere nos?
(*e*) [4] Scio te †,
qui sis, Sanctus
25. Dei. Et (*f*) imperavit † illi ,
et dixit : Ommutesce, et
[5] exi de homine , (*g*) spirite
immunde †.
26. Et concussit
eum spiritus
immundus, et
clamans voce
magna, exiit
ab eo.
27. Mirabantur
autem omnes,
et (*h*) conquirebant †,
[6] quae esset
doctrina ista
cum potestate ? et quia
spiritibus immundis imperat, et (*i*) obaudiunt †
eum.
28. Et (*j*) exiit † rumor hic
ubique circa

CODEX BRIXIANUS.

eis Jesus Venite post me. et faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus suis. secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum. vidit Jacobum Zebedaei et Johannem fratrem ejus. et ipsos in navi. componentes retia. et statim vocavit illos. Et relicto Patre suo Zebedaeo in navi cum mercenariis secuti sunt eum. Et (*c*) ingressi sunt † Capharnaum et continuo sabbatis. ingressus in Synagogam Jesus docebat eos. Et stupebant super doctrinam ejus. erat enim docens eos. quasi potestatem habens. et non sicut Scribae eorum. Et erat in Synagoga eorum. homo qui habebat spiritum. immundum. et exclamavit dicens. Quid nobis et tibi Jesu Nazarene. venisti perdere nos. (*e*) Scio te † qui sis Sanctus Dei. Et comminatus est ei Jesus dicens. Obmutesce et exi ab eo. Et discerpens eum spiritus inmundus. et exclamans voce magna discessit ab eo. Et mirati sunt omnes. ita ut conquirerent inter se dicentes. Quidnam est hoc. quae doctrina haec nova. quia cum potestate. et spiritibus inmundis imperat. et oboediunt ei. (*j*) Exiit † autem rumor ejus statim. in

CODEX CORBEIENSIS.

18. protinus, relictis omnibus.
19. et ipsos in navicula aptantes retia.
24. Scio te, quis sis †, Sanctus Dei.
27. Mirati sunt omnes, et conquirebant, quae nam esset haec doctrina potestatis? et quoniam spiritibus immundis imperat.
28. Et exiit rumor iste in omnem regionem Galilaeae.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* sabbato ingressus. *recenti manu*, sabbatis. *Mm.* introgressus. *Vulg.* sabbatis ingressus.
[2] *Gat.* Scribae, et Pharisaei. *Vulg.* Scribae.
[3] *Mm.* in Synagoga Judaeorum. *Vulg.* in Synagoga eorum.
[4] *Et ita Mm.*
[5] *Gat. et Mm.* exi ab homine, spiritus immunde, etc. *Vulg.* exi de homine.
[6] *Gat. et Mm.* Quae est... quia in potestate et spiritibus. *Vulg.* Quaenam... quia in potestate etiam spiritibus.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Et ita cod. Cant. πάντα. — (*b*) Post *progressus*, deest *inde*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Ita et cod. Cant. εἰσπορεύοντο. — (*d*) Post *Synagoga*, deest *eorum*, etiam in cod. Cant. — (*e*) Ita et tex. Gr. οἶδά σε. — (*f*) Post *imperavit*, deest *Jesus*, ita cod. quoque Cant. — (*g*) Addunt *spirite immunde*, pariter codd. Goth. et Cant. πνεῦμα ἀκάθαρτον. — (*h*) Post *conquirebant*, deest *quidnam est hoc?* etiam in cod. Cant. — (*i*) Tex. Gr. ὑπακούουσιν. — (*j*) Ita et tex. Gr. ἐξῆλθε.

CODEX VERCELLENSIS.

. . . . . .
. . . . . .
. . . . . .

CODEX VERCELLENSIS.

venit ad eum [1] leprosus, deprecans eum, (*a*) et dicens †: Quia, si vis, potes me mun-
41. dare. Et iratus, extendens manum suam, et tangens illum, ait ei : Volo : (*c*) emundare †.
42. Et statim discessit ab eo lepra, et mundatus est.
43. Et comminatus est, et statim dimisit eum.
44 Et dixit ei : Vide, nemini dixeris; sed vade, ostende te (*d*) Sacerdoti †, et offers pro purgatione tua, quod praecepit Moyses in testimonium illis:
45. Ad ille egressus, coepit praedicare, et diffamare sermonem; ita ut jam non posset palam in civitatem introire : sed foris in [2] deserta loca erat, et conveniebant ad eum undique.

CAPUT II.

1. Et, cum introisset iterum [3] in Capharnaum post
2. dies, cognitum est, quod in domo esset; et protinus convenerunt multi, in tantum ut (*e*) jam non † posset [4] capere usque ad januam, et loquebatur illis verbum.
3. Et (*f*) veniunt † ad eum, adferentes paralyticum, qui tollebatur a quattu-
4. or. Et, cum non possent (*g*) accedere † propter turbam, ascendentes, denudaverunt tectum,

CODEX VERONENSIS.

ad illum leprosus, depraecans eum, (*a*) et dicens † : Si vis, potes mundare me.
41. Et extendens (*b*) manum † ei dixit : Volo : (*c*) mundare †
42. Et discessit ab eo lepra.
44. Et ait illi : Vide, nemini dixeris; sed demonstra te (*d*) Sacerdoti †, et offers pro purgatione tua, quae praecepit Moyses in testimonium illis.
45. Ipse autem egressus, coepit praedicare, et diffamare sermonem; ita ut jam non posset palam in civitate introire : sed foras in deserta loca veniebant ad illum.

CAPUT II.

1. Et iterum benit Capharnaum post dies : et auditum est, quod in domo esset;
2. et convenerunt multi, ita ut (*e*) jam nec † ad januam caperet, et loquebatur ad eos ver-
3. bum. Et (*f*) veniunt † ad illum, ferentes paralyticum in grabatto.
4. Et, cum (*g*) accedere † non possent prae multitudine, detexerunt tectum,

CODEX BRIXIANUS.

venit ad eum. leprosus. deprecans eum et genu flexo dixit. Si vis potes me mundare. Jesus autem misertus ejus. extendit manum suam. et tetigit eum. et dixit ei. Volo mundare. Et cum haec dixisset statim discessit ab eo lepra. Et mundatus est et comminatus est ei. et statim dimisit illum. Et dixit ei. Vide. nemini dixeris. sed vade ostende te (*d*) Sacerdoti †. et offer pro emundatione tua. quae praecepit Moyses in testimonium illis. At ille egressus. coepit praedicare. et diffamare sermonem. ita ut (*e*) jam. non † posset palam Jesus in civitatem introire. sed foris in desertis locis esse. et conveniebant ad eum undique. Et iterum intravit Capharnaum post dies. et auditum est quod in domo esset. et confestim convenerunt multi. ita ut non caperet usque ad januam. et loquebatur eis verbum. Et venerunt ad eum. portantes in grabato paralyticum. inter quatuor. Et cum offerre eum non possent prae turba. nudaverunt tectum

CODEX CORBEIENSIS.

40. leprosus deprecans eum, et dicens : Domine, si vis, potes me mundare. Et iratus, extendens manum suam, et tangens eum, dixit : Volo, etc.
43. et statim dimisit illum.
44. ostende te [5] Sacerdotibus.

CAP. II. — 2. ita ut non caperet usque ad januam.
4. nudaverunt tectum, ubi erat Jesus; et summiserunt grabbatum, in quo jacebat paralyticus.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* leprosus quidam; et deprecans eum genu flexo, dixit : Si. *Mm.* dixit : Domine, si. *Vulg.* leprosus, deprecans eum; et genu flexo, dixit ei : Si.
[2] *Gat et Mm.* desertis locis esse. *Vulg.*.... esset.
[3] *Mm.* in Capharnaum post dies, et. *Vulg.* Capharnaum post dies. Et
[4] *Gat. et Mm.* caperet domus neque. *Vulg.* caperet neque.
[5] *Gat.* Principibus sacerdotum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. καὶ λέγων : omisso *ei*, quod deest etiam in cod. Cant. et Brix. Ibidem, ante *dicens*, deest *et genu flexo*, in Veron. nec habetur in cod. Cant. — (*b*) Post *manum*, deest *suam*, etiam in textu Græco. — (*c*) Post *mundare*, deest *et cum dixisset*, in Cod. Cant. et in versionibus Syr., Pers. et Arab. — (*d*) Ita et tex. Gr. ἱερεῖ. — (*e*) Juxta tex. Gr. μηκέτι (χωρεῖν) μηδέ. Ibid. Veron. *ad eos*. Et ita cod. Cant. πρὸς αὐτούς. — (*f*) Ita et tex. Gr. ἔρχονται. — (*g*) Ita et tex. Gr. προσεγγίσαι. Ibid. deest. *illi*, in Vercell., Veron., Brix. et cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

ubi erat Jesus; et (*a*) dimiserunt † grabattum, ubi paralyticus decumbebat.
5. Cum vidisset autem Jesus fidem illorum, ait paralytico : Fili, remittuntur tibi peccata tua.
6. Erant autem quidam ex scribis ibi sedentes, et cogitantes in cordibus suis, (*b*) dicen-
7. tes † : Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest remittere peccata, nisi unus Deus?
8. Et (*c*) cum cognovisset † Jesus in (*d*) [1] spiritu †, quod cogitarent intra se, dixit illis : Quid haec cogitatis in cordibus vestris?
9. Quid est facilius dicere? Surge, et tolle grabattum tuum, et vade domui tuae : aut dicere? Remittuntur tibi peccata tua.
10. Ut autem sciatis, quia potestatem habet Filius hominis super terram remittendi peccata, ([2] ait paralytico :)
11. Tibi dico : surge, tolle grabattum tuum, et vade domui tuae.
12. Et ille confestim surgens, sublato grabatto [3] coram omnibus, abiit; ita ut stuperent omnes, et honorificarent Deum, dicentes, numquam taliter vidisse se.
13. Et exiit iterum Jesus ad mare, et omnis turba convenit ad eum, et docebat illos.
14. Et praeteriens, vidit (*f*) [4] Jacobum † Alphei, sedentem ad teloneum, et ait illi : Sequere me. Et exsurgens, secutus est eum.
15. Et factum est, (*g*) discumbentibus eis † in domo illius, multi publi-

CODEX VERONENSIS.

ubi erat; et (*a*) summiserunt † grabbatum, in quo paralyticus jacebat.
5. Cum vidisset autem Jesus fidem illorum, ait paralytico : Fili, remissa sunt tibi peccata.
6. Erant autem ibi quidam de Scribis sedentes, et cogitantes in cordibus suis, (*b*) dicentes † :
7. Hic blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi solus
8. Deus? Quo (*c*) cognito † Jesus in (*d*) spiritu †, quid cogitarent intra se, dixit illis : Quid cogitatis in cordibus ve-
9. stris? Quid est facilius? dicere Paralytico : Remissa sunt peccata tua : aut dicere? Surge, et am-
10. bula. Ut sciatis, quoniam potestatem habet Filius hominis remittendi peccata, (ait paralytico :)
11. Surge, tolle grabattum tuum, et vade in domum
12. tuam. Ipse autem surgens, tulit grabattum coram omnibus, et abiit; ita ut, mirantes, honorificarent (*e*) Deum †; quoniam taliter non talia viderant.
13. Et exiit iterum secus mare, omnesque turba veniebat ad eum, et docebat
14. eos. Et cum praeteriret, vidit (*f*) Jacobum † Alfei, sedentem ad teloneum, et ait illi : Sequere me. Et surgens, secutus est eum.
15. Et factum est, (*g*) discumbentibus illis † in domo, multi

CODEX BRIXIANUS.

ubi erat Jesus. et patefacientes. submiserunt grabatum. in quo paralyticus jacebat. Cum vidisset autem Jesus fidem illorum. ait paralytico Fili dimissa sunt tibi peccata tua. Erant autem illic. quidam de Scribis sedentes et cogitantes in cordibus suis. Quid hic sic loquitur blasphemat. Quis potest dimittere peccata. nisi solus Deus. Quod statim. cognoscens Jesus spiritu suo. quod ita cogitarent intra se. dicit illis. Quid ista cogitatis in cordibus vestris. Quid est facilius dicere paralytico. Dimittuntur tibi peccata tua. aut dicere Surge tolle grabatum tuum et ambula. Ut autem sciatis. quia potestatem habet Filius hominis super terra dimittendi peccata. ait paralytico. Tibi dico surge tolle grabatum tuum et vade in domum tuam Et statim ille surrexit. et sublato grabato. abiit coram omnibus. ita ut admirarentur omnes. et honorificarent Deum dicentes. Quia numquam sic vidimus. Et egressus est iterum juxta mare. et omnis turba. veniebat ad eum et docebat eos. Et praeteriens vidit Levin Alphei. sedentem ad theloneum. et ait illi. Sequere me. Et surgens sequtus est eum. Et factum est. cum discumberet in domum ejus. multi

CODEX CORBEIENSIS.

12. Numquam taliter vidimus.
14. vidit Jacobum Alphei.
15. factum est discumbentibus illis in domo ejus... multi, qui † et secuti erant eum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Spiritu Sancto, quia. *Vulg.* spiritu suo, quia.
[2] *Gat.* tunc ait. *Vulg.* ait.
[3] *Mm.* coram omnibus tulit, ita ut. *Vulg.* abiit coram omnibus, ita ut.
[4] *Gat. et Mm.* Levin Alphei.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Deest *patefacientes*, in Vercell. Veron. et cod. Cant. — (*b*) Addit *dicentes*, etiam cod. Cant. λέγοντες. — (*c*) Ante *cognito*, deest *statim*, in cod. quoque Cant. — (*d*) Post *spiritu*, deest *suo*, etiam in cod. Cant. — (*e*) Post *Deum*, deest *dicentes*, etiam in cod. Cant. — (*f*) Ita et cod. Cant. Lat. et Gr. Ἰάκωβον. — (*g*) Ita et cod. Cant. κατακειμένων αὐτῶν.

CODEX VERCELLENSIS.

cani, et peccatores simul recumbebant cum Jesu, et discipulis ejus : erant enim [1] multi, qui (*a*) secuti sunt † 16. eum. Scribae autem, et Pharisaei cum vidissent illum edentem cum peccatoribus, et publicanis, dixerunt discipulis ejus : Quare cum peccatoribus, et publicanis (*c*) edit †? 17. Et cum audisset Jesus, (*d*) dixit † : Non egent sani medicos ; sed qui male habent : (*e*) non † veni vocare justos, sed [2] peccatores in paenitentiam. 18. Erant autem discipuli Johannis, et Pharisaeorum, jejunantes ; et venerunt, et dixerunt ei : [3] Quare discipuli Johannis, et Pharisaei jejunant ; tui autem discipuli non jejunant ? 19. Et dixit eis Jesus : Numquid possunt filii sponsi, quandiu sponsus cum illis est, 20. (*g*) jejunare †? [4] Venient dies, cum auferetur ab eis sponsus ; et tunc jejunabunt in illis diebus. 21. Nemo autem insumentum panni rudis mittit tunicae veteri ; alioquin [5] tollit supplementum novum a veteri, et (*h*) pejor † scissura fit. 22. Et nemo mittit [6] vinum

CODEX VERONENSIS.

18. navem, cœpit eum deprecari, qui... ve atus erat. 19. Jesus autem non ammisit eum... quanta tibi Dominus fecerit, et, quod misertus est tibi 21. cum transfretasset Jesus contra, rursus convenit turba multa ad eum circa mare. 22. quidam Archisynagogus (*omisso* nomine Jairus); et vidit. 25. rogans eum, et dicens... veni, tange eam de manibus tuis, ut salva sit, et vivat. 24. comprimebant illum. 26. quae multa passa erat a compluribus medicis, nec quicquam profecerat, sed deterius habebat. 27. audito de Jesu, venit retro in turba. 28. dicens intra se : Vel si vestimentum.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et tex. Gr. παρεκάλει.—(*b*) Ita et tex. Gr. ὁ δὲ Ἰησοῦς.—(*c*) Ante *juxta*, deest et *erat*, etiam in cod. Cant.—(*d*) Ita et tex. Gr. εἷς.—(*e*) Ita et cod. Cant. παρακαλῶν αὐτόν.—(*f*) Ita et cod. Cant. ἅψαι αὐτῆς ἐν τῶν χειρῶν σου.—(*g*) Ita et cod. Cant. ἥ.—(*h*) Ita et cod. Cant. λέγουσα. Ibid. deest *quia*, ante *si*, in Veron., Vercell. et Colb. apud Millium : non habet Matthæus.

CODEX VERCELLENSIS.

sanguinis ejus; et cognovit corpore, quia sanata est plaga sua.
30. Et statim sciens Jesus intr. . . . virtut. . . . . erat, c. . . . . us ad. . . . (*b*) . . - xit † : Quis tetigit vestimenta mea?
31. Discipuli autem ejus dixerunt : Magister, vides turbam conprimentem te, et dicis : Quis me te-
32. tigit? Et circumspiciebat videre eam, quae hoc fecerat.
33. Mulier autem timens, et tremens ob hoc, quod fecerat abscondere, sciens quod ei contigit, venit, et prostravit se ei, et indicavit illi omnem veritatem.
34. (*d*) Jesus autem † dixit. . . . . fides tua te salvam fecit. tua.
35. Adhuc eo loquente, veniunt ab Archisynagogo, dicentes : Filia tua mortua est : quid adhuc vexas Ma-
36. gistrum? Statim Jesus, ut audiit verbum, ait Archisynagogo : Noli timere : tantum crede.
37. Et non est passus quemquam sequi se, nisi Petrum, et Jacobum, et Johannen fratrem
38. ejus. Et venit in domum Archisynagogi, et videt tumultum plorantium, et lamentantium. . . l- tum... intrans... eis :
39. Quid tumultuamini, et ploratis? Puella non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum scientes quia mortua est.
40. Ipse autem ejectis omnibus foras, et assumptis secum patre et matre puellae, et Petro et Jacobo et Johanne, introivit ubi puella jacebat.
41. Et tenens manum puellae, dixit ei : Talitha cumi, quod est interpretatum : Puella, tibi dico, surge.
42. Et continuo surrexit puella, et ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno.
43. Et praecepit illis ne cui dicerent hoc factum, et dixit ut darent illi manducare.

CODEX VERONENSIS.

sanguinis ejus; et intellexit corpore suo, quia sanata est.
30. (*a*) Cognito † autem Jesus virtutem, quae exierat de se, (*b*) et conversus, dixit † ad turbam : Quis tetigit vestimenta mea?
31. (*c*) Dicunt † ei discipuli ejus : Vides turbam comprimentem te; et dicis : Quis tetigit vestimenta mea?
32. Ipse autem, cum circumspexisset, ut videret quis hoc fecis-
33. set mulier timens, et tremens procidit ante illum, et dixit ei omnem veritatem.
34. (*d*) Jesus autem † ait illi : Filia, fides tua te salvam fecit : vade in pace, et esto a plaga tua
35. sana. Adhuc illo loquente, veniunt ad Principem Synagogae, dicentes (*e*) ei † : Filia tua mortua est : quid jam vexas Magistrum?
36. Jesus vero, (*f*) audito †, ait ad Principem Synagogae : Noli timere : tantum
37. crede. Et non admisit quemquam sequi se, nisi Petrum, et Jacobum, et Johannen fratrem Jacobi.
38. Et veniunt in domum Arcisynagogae, et vident (*g*)turbam flentem, ac lamentantem †.
39. Et ingressus, ait : Quid turbamini? et (*h*) quid † ploratis? Puella, non est mortua, sed dormit. Et irridebant eum scientes quia mortua est.
40. Ipse autem ejectis omnibus foras, et assumptis secum patre et matre puellae, et Petro et Jacobo et Johanne, introivit ubi puella jacebat.
41. Et tenens manum puellae, dixit ei : Talitha cumi, quod est interpretatum : Puella, tibi dico, surge.
42. Et continuo surrexit puella, et ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno.
43. Et praecepit illis ne cui dicerent hoc factum, et dixit ut darent illi manducare.

CODEX BRIXIANUS.

ejus. et sensit in corpore. quod sanata esset a plaga. Et statim Jesus. cognoscens in semetipso virtutem quae exierat de eo conversus ad turbam (*b*) ait †. Quis tetigit vestimenta mea. Et dicebant ei discipuli ejus. Vides turbam comprimentem te. et dicis. Quis me tetigit. Ipse autem circumspiciebat videre eam. quae hoc fecerat. Mulier autem timens et tremens. sciens. quod factum esset in se. venit. et procidit ante eum. et dixit ei. omnem veritatem. (*d*) Jesus autem † dixit ei. Filia. fides tua te salvam fecit. vade in pace. et esto sana a plaga tua. Adhuc eo loquente. venerunt ab Archisynagogo. dicentes. Quia filia tua mortua est. quid ultra vexas magistrum. Jesus autem. audito hoc verbo. ait Archisynagogo. Noli timere. tantummodo crede. Et non ammisit quemquam sequi se nisi Petrum et Jacobum. et Johannem fratrem Jacobi. Et venit in domum Archisynagogi. et vidit (*g*) turbam flentem. et hejulantem † multum. Et ingressus. ait eis. quid turbamini. et (*h*) quid † fletis. non est mortua. sed dormit. Et irridebant eum. scientes quia mortua est. Ipse autem ejectis omnibus foras. et assumptis secum patre et matre puellae. et Petro et Jacobo et Johanne introivit ubi puella jacebat. Et tenens manum puellae. dixit ei. Talitha cumi. quod est interpretatum. Puella. tibi dico. surge. Et continuo surrexit puella. et ambulabat. Erat autem annorum duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et praecepit illis ne cui dicerent hoc factum. et dixit ut darent illi manducare.

CODEX CORBEIENSIS.

32. Et circumspiciebat Jesus videre, quae hoc fecerat.
33. et tremens, quod fecerat occulte, sciens factum, ipsa venit, et procidit.
38. et vidit flentem turbam, et lamentantem multum.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

29. et sensit corpori, quia sanata est a plaga. 30. Cognovit autem Jesus...quae exierat de se: et conversus ad turbam, ait. 31. Discipuli autem illius dicunt illi : Vides turbam. 32. videre, *omisso* eam. 33. Mulier autem timens, et tremens, quod fecerat occulto, sciens factum, ipsa venit. 34. Jesus autem... vade in pacem. 35. dicentes ei : Filia tua mortua est : quid jam vexas magistrum? 36. audito hoc verbo : *omisso* quod dicebatur. 37. Et non ammisit quemquam sequi se. 38. Et venerunt, etc. et videt turbam flentem, et lamentantem multum. 39. ait : Quid turbamini? et quid ploratis?

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *cognito*, deest *in semetipso*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Et ita cod. Cant. καὶ.... εἶπε. — (*c*) Ita et cod. Cant. λέγουσιν —(*d*) Ita et cod. Cant. ὁ δὲ Ἰησοῦς.—(*e*) Additur *ei*, etiam in cod. Cant. αὐτῷ.—(*f*) Post *audito*, deest, *verbo*, *quod dicebatur*, etiam in cod. Cant. et versionibus Arab. et Æthiop. Cod. Vercell. habet *ut audiit verbum*, conformiter Brixiano, in quo legitur, *audito hoc verbo*.— (*g*) Juxta cod. Cant. θόρυβον κλαιόντων καὶ ἀλαλαζόντων, *flentium, et lamentantium*.—(*h*) Addit *quid*, etiam cod. Cant. τί.

CODEX VERCELLENSIS.

ella, non est
mortua ; sed
40. Dormit. (*a*) Ad
illi † inride-
bant eum.
Ipse vero, ejec-
tis omnibus,
adsumpsit
matrem, et
patrem puel-
lae, et qui
erant secum,
[1] et (*c*) intravit †,
ubi erat (*d*) puel-
41. la †. Et tenens
manum ejus,
dicit ei : (*e*) [2] Tabi-
tha †, quod est
interpracta-
tum, Puella,
tibi dico, sur-
42. ge. Et pro-
tinus exsur-
rexit puel-
la, et ambu-
labat : erat
autem an-
norum XII.
et [3] obstupue-
runt pavo-
re magno.
43. Et praecepit
illis multum,
ne quis hoc
sciret : et
jussit dari
ei manduc-
care.

CAPUT VI.

1. Et exiit inde,
et [4] venit in
patriam suam,
et secuti sunt
eum discipu-
2. li sui ; et, sab-
bato facto,
coepit in Sy-
nagoga do-
cere : et cum
audissent,
multi stupe-
bant in doc-
trina illius,
dicentes : Un-
de huic haec?
et quae sa-
pientia, quae
data est ei?
et (*supple* ut) virtutes
tales per ma-
nus illius
efficiuntur?
3. [5] Nonne hic
est fabri fi-
lius, et Mari-
ae? frater Ja-
cobi, et Jose-
tis, et Judae,
et Simonis?
nonne et so-
rores hujus
hic apud nos
sunt? Et scan-
dalizaban-
tur in illo.
4. Et dicebat eis
Jesus, quia non
est Prophe-
ta sine hono-
re, nisi in pa-

CODEX VERONENSIS.

non est mor-
tua ; sed dor-
mit.
40. (*a*) Ad illi †
deridebant
eum.
Ipse vero,
(*b*) ejecta turba
foris †, ad-
sumpto patre,
et matre
puellae, et
his qui secum
erant, (*c*) in-
troiit †, ubi
erat (*d*) puel-
41. la †. Et te-
nens manum
ejus, ait il-
li : (*e*) Thabi-
tha † cumi,
quod est in-
terpractatum,
Puella, tibi
dico, surge.
42. Et confestim
surrexit puel-
la, et ambu-
labat : erat
autem anno-
rum XII.
et obstupuerunt
pavore magno.
43. Et praecepit
(*f*) illis †, ut
nemo istut
agnosceret :
et jussit, illi
dari mandu-
care.

CAPUT VI.

1. Et egressus
inde, abiit
in patriam
suam cum
discipulis suis ;
2. ibique coepit
in Synagoga
docere sab-
bato, ita ut
mirarentur in
doctrina ejus,
dicentes :
Unde huic
(*g*) ista †? et
quae est haec sa-
pientia, quae
data est illi?
et, ut virtutes
tantae per
manus ejus
perficiuntur?
3. Nonne hic
est fabri
filius, et Ma-
riae? frater
Jacobi, et
Joseph, et
Judae, et Si-
monis? non-
ne sorores
ejus hic
sunt nobis-
cum? Et scan-
dalizabantur
in illo.
4. Et dicebat il-
lis Jesus, quia
non est Propheta
sine honore, nisi in

CODEX BRIXIANUS.

Puella non est mortua. sed dormit. Et inridebant eum. Ipse vero ejectis omnibus. foras adsumpto patrem et matrem puellae. et eos qui cum eo erant. (*c*) introiit † ubi erat puella jacens. Et tenens manum puellae. ait ei. Talitha. cumi. quod est interpretatum. Puella. tibi dico. surge. Et confestim surrexit puella. et ambulabat. erat autem annorum XII. et obstupuerunt omnes stupore magno. Et praecepit illis vehementer. ut nemo hoc sciret. et jussit illi dari manducare. Et egressus inde. abiit in patriam suam. et secuti sunt eum discipuli ejus. et facto sabbato. coepit docere in Synagoga. et multi audientes. admirabantur in doctrina ejus. dicentes. Unde huic haec omnia. et quae est haec sapientia quae data est illi quod virtutes tales per manus ejus efficiuntur. Nonne iste est faber filius Mariae frater Jacobi et Joseph et Judae. et Simonis. nonne et sorores ejus hic nobiscum sunt. Et scandalizabantur in illo. Et dicebat eis Jesus. Quia non est Propheta sine honore nisi in pa-

CODEX CORBEIENSIS.

40. Ipse vero, abjecta turba foras, adsumpto patre, et matre puellae.

Cap. VI. — 2. et coepit die sabbathi docere in Synagoga.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat. et Mm.* et ingrediuntur. *Vulg.* et ingreditur.
[2] *Gat. et Mm.* Tabithacumi. *Vulg.* Talithacumi.
[3] *Gat* obstupuerunt omnes stupore maximo. *Mm.* obstupuerunt parentes ejus stupore maximo. *Vulg.* obstupuerunt stupore magno.
[4] ibat in. *Vulg.* abiit in.
[5] *Gat. et Mm.* Nonne iste est fabri filius, et Mariae? *Gat.* frater Jacobi... scandalizabantur in eo. *Vulg.* Non hic est faber, filius Mariae? frater Jacobi... scandalizabantur in illo.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

40. Ad illi inridebant eum. Ipse vero, ejecta turba foras, assumpto patre, et matre puellae et qui secum erant, introi it ubi erat puella. 41. *Deest* et tenens manum puellae. *Ibid.* Et ait illi : Thabithacumi, etc. tibi dico, exurge 42. exurrexit... obstupuerunt omnes stupore maximo. 43. et praecepit illis, ut nemo hoc sciret.

Cap. VI. — 1. et sequebantur illum discipuli illius. 2. et die sabbatorum... admirabantur in doctrina ipsius... unde huic haec... sapientia, quae data est illi, ut virtutes istae, per manus ejus efficiantur. 3. Nonne iste est fabri filius et Mariae? frater Jacobi, et Judae, et Simonis? 4. Et dicebat eis Jesus... et in genere suo, et in domo sua, et

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. *οἱ δέ*.—(*b*) Ita et cod. Cant. *ἐκβαλὼν τοὺς ὄχλους ἔξω*.—(*c*) Juxta cod. Cant. *εἰσεπορεύετο*. — (*d*) Post *puella*, deest *jacens*, etiam in cod. Cant. —(*e*) Cod. Cant. Lat. et Gr. *Θαβιτά*, cum aliis Latinis codd. et versione Æthiop.— (*f*) Post *illis*, deest *vehementer*, etiam in cod. Cant. — (*g*) Post *ista*, deest *omnia*, etiam in tex. Gr

CODEX VERCELLENSIS.

tria sua, et in cognatis, et in domo sua.
5. [1] Et noluit ibi nullam facere virtutem, nisi in paucis aegris inponens manum,
6. curabat; et mirabatur, propter incredulitatem illorum. Et circuibat per municipia, docens.
7. Et convocatis XII. (*a*) misit † illos binos, (*b*) data † eis potestate spirituum immundorum;
8. praecipiens illis, ne quid tollerent in via, nisi virgam tantum, neque peram, neque panem, sed nec nummos in zonam,
9. sed calciatos soleis : et, nolite indui duas tunicas.
10. Et dicebat illis : Ubicumque intraveritis, ibi manete, donec exeatis inde; et
11. quicumque [2] non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem (*d*) pedum vestrorum † in testimonium eis. Amen dico vobis, remissius erit Sodomis, et Gomoris in die judicii, quam civitati illi.
12. Et, cum exissent, praedicabant, ut paenitentiam agerent :
13. et daemonia multa eiciebant, et ungebant oleo multos aegros, et sanabant.
14. Et audiit Herodes Rex (palam factum est enim nomen illius :) et (*sic*) dicebant : Quia Johannes Baptista resurrexit a mortuis; et ideo virtutes

CODEX VERONENSIS.

patria sua, et in genere suo, et in domo sua.
5. Et non faciebat ibi ullam virtutem; nisi paucos infirmos curavit,
6. inponens eis manus, propter incredulitatem illorum. Et circuibat castella in circuitu, docens.
7. Et convocatis XII. discipulis, (*a*) misit † illos binos, (*b*) data † illis potestate spirituum immundorum;
8. praecipiens, nihil tollere, nisi virgam tantum; non peram, non panem, neque aes in
9. zonis, sed calciatos sandaliis : et ne induerentur duas tunicas.
10. Et (*c*) ait † illis : Ubicumque introieritis in domum, ibi manete, donec exeatis
11. inde; et quicumque non receperint vos, neque audierint vos, exeuntes inde, excutite pulverem (*d*) pedum vestrorum † in testimonium illis.
12. Et exeuntes, praedicabant, ut paenitentiam age-
13. rent : et aliqui ex illis multa daemonia expellebant, et (*e*) unguentes † oleo multos aegros, sanaverunt.
14. Audivit autem Herodes Rex (notum enim factum est nomen ejus :) et (*sic*) dicebant : Quod Johannes Baptista surrexit a mortuis; et propterea operatur virtutes in

CODEX BRIXIANUS.

tria sua. et in cognatione sua. et in domo sua. Et noluit ibi virtutem ullam facere. nisi paucos infirmos curavit. inponens eis manibus. et mirabatur super incredulitate illorum. et circuibat Jesus castella. in circuitu docens. Et convocavit duodecim. et coepit eos mittere binos. et dedit eis potestatem. spirituum immundorum. et prohibuit eis ne quid tollerent in via. nisi virgam tantum. non peram. non panem. neque in zona aes. sed calciatos sandaliis. et ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis. Quocumque introieritis in domum illic manete. donec exeatis inde. et quicumque non receperint vos. nec audierint vos. exeuntes inde excutite pulverem de pedibus vestris. in testimonium illis. Amen dico vobis. tolerabilius erit Sodomis. aut Gomoris in die judicii. quam illi civitati. Et exeuntes praedicabant. et unguebant oleo. multos aegros. et sanabantur.

Et audivit Herodes Rex. manifestum est enim factum nomen ejus. et dicebat Quia Johannes Baptista. resurrexit a mortuis. et propterea. operantur

CODEX CORBEIENSIS.

7. misit illos per binos, dans illis potestatem fugare spirituum immundorum.
8. neque nummos in zonis.
9. sed calceatos calliculas : et ne induerentur binas tunicas.
14. et ideo virtutes in illo efficiuntur.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* Et ideo non poterat illic multam virtutem facere. *Vulg.* Et non poterat ibi virtutem ullam facere.

[2] *Gat.* non receperint vos, exeuntes. *Vulg.* non receperint vos, nec audierint vos, exeuntes.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

in cognatione sua. 5. Et noluit ibi virtutem multam facere, nisi quod paucos, etc. inponens eis manus curavit. 7. Et, convocatis duodecim discipulis, misit eos binos, data eis potestate. 8. praecipiens illis, ne quid... neque in zonam aes. 9. sed calciatos sandalia; et, ne induerentur duas tunicas. 10. introieritis. *Ibid. deest*, in domum. 13. et ungentes oleo multos aegros, sanaverunt. 14. Et audivit Herodes Rex (manifestatum enim erat nomen ejus :)... Quod Joannes... et propterea efficiuntur virtutes in illo.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. ἀπέστειλεν —(*b*) Juxta cod. Cant. δούς.—(*c*) Ita et cod. Alex. apud Millium, λέγει.—(*d*) Ita et cod. Cant. τῶν ποδῶν ὑμῶν, cum Æth.— (*e*) Ita et cod. Cant. ἀλείψαντες.

CODEX VERCELLENSIS.

operantur
15. in eo. Alii autem dicebant : Quia Helias est. Alii autem : Quia Prophe-
ta est.
16. Cum audisset autem Hero-
des, dixit : Quem ego decolla-
vi, (*b*) hic est † [1] Jo-
hannes : hic
a mortuis re-
17. surrexit. Ipse enim Hero-
des, mittens, detinuit Jo-
hannen, et (*c*) alligavit eum, et misit in carcerem †
propter He-
rodiadam uxorem Phi-
lippi fratris sui, quod nup-
sisset eam.
18. Dicebat enim Johannes Herodi : (*d*) Quia †
non licet te habere uxo-
rem fratris
19. tui. [2] Herodi-
as autem in-
sidiabatur
ei ; et quaerebat interficere eum, et non
20. poterat. He-
rodes enim timebat Jo-
hannen, sci-
ens, illum virum jus-
tum, et sanc-
tum, et cus-
todiebat eum.
Et, cum audis-
set eum, mul-
ta faciebat, et libenter eum audiebat.
21. (*g*) Die autem op-
portuno †,
Herodes na-
tali suo ce-
nam fecit Magistra-
tibus, et Tri-
bunis, et Pri-
mis Galilae-
22. ae. Cum intrasset autem filia ipsius Hero-
diadis, et sal-
tasset, et pla-
cuisset He-
rodi, et discum-
bentibus, dixit Rex puellae : Pe-
te me, quod vis ; et dabo
23. tibi : et jura-
vit illi mul-
tum : Quoniam, quodcum-
que me petie-
ris, dabo ti-

CODEX VERONENSIS.

eo.
15. Alii autem dicebant : Quod Helias est. Alii vero : (*a*) quod unus † ex Prophetis.
16. Quod ut audivit He-
rodes, ait : Quem ego decollavi, (*b*) ipse est † Johannes : hic surrexit a mortuis.
17. Ipse Herodes misit, et te-
nuit Johan-
nen, et (*c*) al-
ligatum il-
lum misit in carcerem † propter Hero-
diaden uxorem fratris sui Phi-
lippi, quia duxerat eam uxorem.
18. Dicebat enim Johannes He-
rodi : (*d*) Quia †
non licet tibi habere uxorem fra-
tris tui.
19. Herodias au-
tem insidia-
batur ei ; et quaerebat eum occide-
re, et non [1]
20. poterat. Herodes autem timebat Johannen, sciens, illum virum justum, et sanctum, et (*e*) ad-
servabat † eum. Et audiens illum, (*f*) quia multa faciebat, et libenter eum audiebat.
21. (*g*) Facta autem opportuna die †, Herodes natali suo ce-
nam fecit Principibus, et Tribunis, et Primis Galileae.
22. Et, cum in-
trasset (*h*) filia † Herodiadis, et saltasset, et placuisset Herodi, et his, qui simul re-
cumbebant, dixit Rex puellae : Pete a me, quod vis ; et dabo
23. tibi : et jura-
vit illi mu-
lieri : Quia, quodcumque petieris, dabo

CODEX BRIXIANUS.

virtutes in illo. Alii autem dicebant Quia Helias est, Alii vero dicebant. Quia Propheta est. quasi unus ex Prophetis. Quo audito Herodes dicebat. Quem ego decollavi. Johannen. ipse resurrexit a mortuis. Ipse enim Herodes. misit et tenuit Johannen et (*c*) alligavit eum. et misit in carcere †. propter Herodiadem. uxorem Philippi. fratris sui. quia duxerat eam. Dicebat enim Johannes Herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem. insidiabatur illi. et volebat eum occidere. et non poterat. Herodes enim. metuabat Johannem. sciens eum virum justum. et sanctum. et custodiebat eum. et audiens eum multa faciebat. et libenter eum videbat. Et cum dies oportunus accidisset. Herodes tempore natalis sui. cenam fecit Principibus. et Tribunis. et Primis Galileae.

Et cum introisset (*h*) filia † Herodiadis. et saltasset. et placuisset Herodi. et his qui simul cum illo recumbebant. ait Rex puellae. Pete a me quod vis. et dabo tibi. et juravit illi. Quia quidquid a me petieris.

CODEX CORBEIENSIS.

15. Alii autem dicebant : Quod Helias venit. Alii vero : Quod unus de Prophetis.

23. et juravit [3] illi multa : Quia † quodcumque petieris, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* Johannes : hic. *Vulg.* Joannem, hic.
[2] *Gat.* Herodias autem insidiabatur. *Mm.* Herodis autem. *Vulg.* Herodias autem insidiabatur.
[3] *Et ita Gat.*

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

15. Quod Helias est. Alii autem dicebant : Quasi unus ex Prophetis. 16. Quem ego decollavi hic est Joannes. hic a mortuis. 17. misit.... et alligavit eum, et misit in carcerem. *Ibid. deest*, quia duxerat eam, 19. et quaerebat occidere eum. 20. justum esse, et sanctum... Et audiens eum. 21. natalis Herodis, fecit coenam Principibus suis, et. 22. recumbentibus, dixit puellae. 23. et juravit illi multa : Quod quidquid me petieris.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *quod unus*, deest *Propheta est*, etiam in cod. Cant.—(*b*) Veron. addit, *ipse est :* Vercell. *hic est.* Et ita tex. Gr. οὗτός ἐστιν. ex Matthæo.—(*c*) Ita et cod. Cant. ἔδησεν αὐτὸν καὶ ἔβαλεν εἰς τὴν φυλακήν.—(*d*) Addit *quia*, etiam tex. Gr. ὅτι.—(*e*) Tex. Gr. habet, συνετήρει.—(*f*) Abundat *quia* —(*g*) Tex. Gr. habet καὶ γενομένης (cod. Cant. pro καὶ, hic ponit δέ) ἡμέρας εὐκαίρου.—(*h*) Post *filia*, deest *Herodias*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

bi; licet dimidiam partem regni mei.
24. Ad illa, cum exisset, dixit matri suae: Quid petam? Et illa dixit: Caput Johannis Baptistae.
25. Et, cum (*a*) intrasset † ad Regem, dixit: Confestim da mihi super discum caput Johannis Baptistae.
26. Et tristis factus est Rex propter jusjurandum; et, propter simul recumbentibus, noluit eam spernere:
27. sed (*c*) statim † [1] mittens (*sic*) speculatore, jussit adferri caput (*d*) ejus †.
(*e*) Et, cum abisset †, decollavit eum in carcerem,
28. et attulit caput super discum, et dedit illud puellae, et puella dedit matri suae.
29. Et, cum audissent discipuli illius, venerunt, et sustulerunt corpus ejus, et posuerunt illud in mo-
30. nimento. Et convenerunt Apostoli ad Jesum, et renuntiaverunt illi omnia, [2] quaecumque fecerunt, et docuerunt.
31. Et dixit eis (*f*) Jesus †: Venite, eamus seorsum in desertum loco, et requiescite pusillum.
Erant enim, qui veniebant, multi; nec cibum poterant capere.
32. Et ascendentes in navi, abierunt in desertum locum seor-
33. sum. Et viderunt eos abeuntes, et cognoverunt multi, et pedestres

CODEX VERONENSIS.

tibi;
etiam si dimidium regni mei.
24. Exiit autem puella, et ait matri suae: Quid vis, ut petam? Ad illa dixit: Caput Joannis Baptistae.
25. Cumque (*a*) intrasset † ad Regem, ait: Confestim da mihi super discum caput Johannis Baptistae.
26. Et (*b*) contristatus † Rex propter juramentum, et propter simul recumbentes, noluit ei negare:
27. et (*c*) confestim † mittens (*sic*) speculatore, jussit auferri caput (*d*) ejus †.
(*e*) Isque abiit †, et decollavit eum in carcere,
28. et attulit caput ejus in disco, et dedit puellae, puella autem dedit illud matri suae.
29. Quo audito, discipuli ejus venerunt, et tulerunt corpus ejus, et posuerunt illud in mo-
numento.
30. Et convenerunt Apostoli ad Jesum, et renuntiaverunt omnia, quae fecerant, et docuerant.
31. Et ait illis (*f*) Jesus †: Venite (*g*) vos † secreto in desertum locum, et requiescite pusillum.
Erant enim, qui ibant, ac redibant, multi; et nec manducandi spatium habebant.
32. Et abierunt in desertum locum secreto.
33. Quos ut viderunt euntes, cognoverunt multi, et pedestres

CODEX BRIXIANUS.

dabo tibi. usque ad dimidium regni mei. Exiit autem puella. et dixit matri suae. Quid petam. Et illa dixit. Caput Johannis Bapti-tae.

Et ingressa continuo. cum festinatione ad Regem. petivit dicens. Volo. ut des mihi in disco. caput Johannis Baptistae. Et contristatus est Rex. propter jusjurandum autem. et propter simul recumbentes. noluit ei negare. sed (*c*) confestim † misit speculatorem. et praecepit afferri caput (*d*) ejus †. (*e*) Isque abiens † decollavit eum in carcere. et attulit caput ejus in disco. et dedit illud puellae. puella autem dedit illud matri suae. Quo audito discipuli ejus venerunt. et tulerunt corpus ejus. et posuerunt illud in monumento. Et convenientes Apostoli ad Jesum renunciaverunt illi omnia quae egerant. et docuerant. Et ait illis (*f*) Jesus †. Venite seorsum. in desertum locum. et requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant. et rediebant. multi. et nec manducandi. spatium habebant. Et ascendentes in navi. abierunt in desertum locum. seorsum. Et viderunt eos abeuntes. et cognoverunt eos multi. et pedestres

CODEX CORBEIENSIS.

26. Et contristatus est Rex, ut audivit: propter jusjurandum autem.
28. adtulit caput ejus in lance.
31. Erant enim quidam euntes, et redeuntes; et nec manducandi spatium habebant.
33. concurrerunt illuc, et venerunt illuc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gal.* misso statim speculatore. *Vulg.* sed misso speculatore.

[2] *Mm.* quaecumque egerant. *Vulg.* quae egerant.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

24. Et illa. 25. Cumque introisset ad Regem, dixit: Confestim da mihi in disco caput Johannis Baptistae. 26. Et contristatus Rex, ut audivit, propter jusjurandum, et propter simul correcumbentes. 27. speculatore, *omisso* in disco. *Ibid.* Et cum abisset, decollavit illum in carcere. 28. illum. 30. renuntiaverunt illi omnia. 31. ait illis Jesus: Venite, eamus in desertum... qui ibant, et redibant; nec manducandi spatium habebant. 32. in navi. 33. pedestres

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *intrasset*, deest *statim cum festinatione*, etiam in cod. Cant.—(*b*) Ita et tex. Gr. περίλυπος γενόμενος. —(*c*) Addit *confestim*, etiam tex. Gr. εὐθέως.—(*d*) Post *ejus*, deest *in disco*, pariter in tex. Gr.—(*e*) Addit *isque abiit*, etiam tex. Gr. ὁ δὲ ἀπελθών. Brix. *Isque abiens.* Vercell. *Et cum abisset.*—(*f*) Addit *Jesus*, etiam cod. Cant. ὁ Ἰησοῦς.—(*g*) Addit *vos*, etiam tex. Gr. ὑμεῖς.

CODEX VERCELLENSIS.

ex omnibus civitatibus concurrerunt ibi, et venerunt.
34. (*b*) [1] Et egressus, ut vidit † turbam magnam Jesus, misertus est eis, qui erant veluti pecora, (*sic*) non habebant pastorem ; et coepit docere eos mul-
35. ta. Jam autem, cum esset hora multa, accesserunt discipuli illius, dicentes : (*c*) Quia † desertus est locus hic, et hora jam
36. multa : dimitte itaque illos ; ut, euntes in proximas villas, et municipia, emant sibi, quod manducent. Et
37. respondens, dixit eis Jesus : Date illis manducare. Et dixerunt ei : Euntes, ememus denariis ducentis panes, et dabimus illis, ut manducent. Et
38. dixit eis : (*sic*) Quod panes habetis ? Ite, et videte. Et, cum cognovissent, [2] dixerunt ei : Quinque panes, et duos pis-
39. ces. Et praecepit eis Jesus, ut discumberent omnes super viridem
40. faenum. Et discubuerunt centeni, et quinquageni.
41. Et, acceptis v. panibus,

CODEX VERONENSIS.

ab omnibus civitatibus concurrerunt ibi, et (*a*) convenerunt illuc †.
34. (*b*) Egressus autem, ut vidit † multam turbam Jesus, misertus est super eos, qui erant velut oves, non habentes pastorem : et coepit docere illos
35. multa. Et, cum jam hora fieret, accesserunt discipuli ejus, dicentes ei : (*c*) Quia † desertus
(*d*) locus † est, et hora jam praeteriit, et quia multae turbae
36. sunt, dimitte illos ; ut, euntes in proximas villas, et castella, emant sibi (*e*) panem, quod manducent, quia hic non habent †.
37. Et Respondens, dixit illis : Date illis vos manducare. Et (*f*) dicunt † ei : Ibimus, et ememus denariis ducentis panes, et dabimus illis, ut manducent.
38. Ait illis (*g*) Jesus † : (*sic*) Quod panes habetis ? Ite, videte. Quo cognito, dicunt ei : Quinque, et duos pisces.
39. Et praecepit illis Jesus, ut discumberent omnes secundum contubernia sua supra viridem faenum.
40. Et discubuerunt in partes, per centenos, et (*h*) per † quinquagenos.
41. Et, acceptis

CODEX BRIXIANUS.

de omnibus civitatibus concurrerunt illuc. et praevenerunt eos. et convenerunt ad eum. Et exiens Jesus. vidit turbam multam et misertus est super eos. quia erant sicut oves non habentes pastorem. et coepit docere illos multa.

Et cum jam horae multae fierent. accesserunt ad eum discipuli ejus. dicentes. (*c*) Quia † desertus est hic locus. et jam hora praeterivit. dimitte illos. ut euntes in proximas villas. et castella. emant sibi (*e*) panes. quia quod manducent non habent †. Et respondens Jesus. ait illis. Date illis vos manducare. Et dixerunt ei. Euntes. emamus panes denariis ducentis. et dabimus eis manducare. Et dicit eis. (*sic*) Quod panes habetis. Ite et videte. Et cum cognovissent dixerunt ei Quinque panes et duos pisces. Et praecepit illis Jesus. ut facerent eos discumbere. omnes secundum contubernia super viride faenum.

Et discubuerunt per contubernia, plurimi per centenos. et (*h*) per † quinquagenos. Et acceptis quinque panibus.

CODEX CORBEIENSIS.

34. Et exiens, ut vidit Jesus turbas multas, misertus est illis, qui erant sicut oves, quibus non erat pastor.
35. Et hora jam multa est.
36. emant sibi, quod manducent.
37. ememus panes ducentorum denariorum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* Et exiens inde, vidit. *Mm.* Et exiens inde Jesus, vidit turbam, etc. *Vulg.* Et exiens, vidit turbam multam Jesus.

[2] *Gat. et Mm.* dicunt ei : Quinque panes, et. *Vulg.* dicunt : Quinque, et.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

multi... et venerunt illuc. 34. Jesus videns multam turbam, condoluit super eos, quia erant sicut oves, quibus non est pastor; et coepit docere illos multa. 35. hora multa praeteriit. 36. et in vicos... emant sibi, quod manducent. 37. Dixit illis Jesus : Date illis manducare... denariis ducentis... dabimus eis. 38. Quot panes... dicunt ei : Quinque panes, et. 39. ut discumberent omnes super viridem faenum. 40. Et discumberunt convivia per contubernia centenis, et quinquagenis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Cod. Cant. habet, καὶ συνῆλθον αὐτοῦ, *et convenerunt ibi*. De industria autem expuncta in cod. Cant. putat Millius ista, καὶ προῆλθον αὐτούς, *et praecesserunt eos*, quae tex. Gr. habet ante ; ne qua pugna foret inter hunc et Matthaeum, qui dicit, turbam istam secutam esse Jesum.—(*b*) Juxta cod. Cant. ἐξελθὼν δὲ καὶ ἰδών.—(*c*) Addit *quia*, etiam tex. Gr. ὅτι — (*d*) Post *locus* deest, *hic*, etiam in tex. Gr. — (*e*) Juxta text. Gr. ἄρτους τί γὰρ φάγωσιν οὐκ ἔχουσι, *panes, quid enim manducent, non habent*. Assumentum ex cap. VIII, vers. 2, hujus Evangelii.—(*f*) Ita et tex. Gr. λέγουσιν. — (*g*) Addit *Jesus*, etiam cod. Cant. ὁ Ἰησοῦς. — (*h*) Addit *per*, pariter tex. Gr. ἀνά.

CODEX VERCELLENSIS.

et duobus
piscibus, res-
piciens in
caelum.
benedixit,
et confre-
git panes,
et dabat dis-
cipulis suis,
uti adpone-
rent ante
eos; et duos
pisces par-
titus est om-
42. nibus. Et man-
ducaverunt
omnes, et sa-
tiati sunt.
43. Et sustule-
runt reli-
quias frag-
mentorum
XII. cophi-
nos plenos,
et [1] de pisci-
44. bus. Et erant,
qui ederant,
v. milia vi-
45. rorum. Et
protinus
(c) exurgens †,
coegit dis-
cipulos su-
os ascen-
dere (d) in † na-
viculam,
(e) et praecede-
re † se in con-
tra Bessai-
da; cum ipse
dimitteret
46. turbam. Et,
cum dimisis-
set eos, abiit
[2] in montem
orare.
47. Et cum sero
factum es-
set, jam erat
navis in me-
dio mari, et
ipse [3] solus su-
per terram.
48. Et cum vidis-
set (g) remigan-
tes, et labo-
rantes †, (erat
enim illis
ventus con-
trarius) cir-
ca quartam
vigiliam
noctis ve-
nit, ambu-
lans Jesus su-
per marem,
et volebat
praeterire
49. illos. . . . li,
cum vidis-
sent eum
ambulan-
tem super
mare, puta-
verunt phan-
tasma esse,
(h) et exclama-
50. verunt [4] om-
nes, et con-
turbati sunt †.
Statimque
allocutus
est (i) ad eos,
dicens †: Ani-
maequi es-
tote, ego sum,
nolite time-
51. re. Et ascen-
dit. . . avem,
. . . . . .
. . . . . .
tus. Et. . . . .

CODEX VERONENSIS.

Jesus quinque
panibus, et
duobus piscibus,
ispiciens in
caelum, benedi-
xit, et fregit
illos (a) quin-
que † panes,
et dedit disci-
pulis suis, ut po-
nerent ante
illos; et duos
pisces divisit
similiter omni-
42. bus. Et man-
ducaverunt
omnes, et sa-
turati sunt.
43. Et (b) tulerunt †
fragmentorum
cophinos XII.
plenos, nec-
non de pi-
44. scibus. Erant
autem, qui
manducaberant,
v. milia vi-
rorum.
45. Et statim
(c) exurgens †,
coegit disci-
pulos suos
ascendere
(d) in † navi-
cula (e) et
praecedere †
se trans fretum
a Bedsaida:
(f) ipse autem
dimisit †
turbam.
46. Et profectus
ab eis, abiit
in montem,
ut oraret.
47. Et cum sero
esset jam
factum, erat
enim longe
navicula in
medio mari,
et ipse solus
48. in terra. Et
cum videret
illos (g) remi-
gantes, et
liborantes †,
(ventus autem
illis contra-
rius erat)
circa quartam
autem vigiliam
noctis venit,
ambulans
supra mare,
et volebat
praeterire eos.
49. Ad illi, ut
viderunt
eum ambu-
lantem supra
mare, puta-
verunt fan-
tasma esse,
(h) et excla-
maverunt om-
50. nes, et con-
turbati sunt †.
Et confestim
locutus est
(i) illis, di-
cens †:
Constantes
estote, ego
sum, nolite
51. timere. Et
ascendit ad
eos in navi-
culam, et
cessavit
ventus.
Et abun-

CODEX BRIXIANUS.

et duobus piscibus aspiciens in caelum. benedixit. et fregit. et dedit discipulis suis. ut ponerent ante eos. et duos pisces divisit omnibus. Et manducaverunt omnes. et saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorum duodecim cophinos. et de piscibus. Erant autem qui manducaverunt panes. quinque milia virorum. Et statim coegit discipulos suos. ascendere (d) in † navem. ut praecederent eum trans fretum. ad Bethsaidam. dum ipse dimitteret populum. Et cum discessisset ab eis abiit in montem orare. Et cum sero esset factum. erat navis in medio mari. et ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando. erat enim ventus contrarius illis. et circa quartam vigiliam noctis. venit ad eos Jesus ambulans super mare. et volebat praeterire eos. At illi videntes eum ambulantem super mare. putaverunt phantasma esse. et exclamaverunt. omnes enim viderunt. et conturbati sunt. Et continuo locutus est ad eos. et dixit eis. Constantes estote. ego sum. nolite timere. Et ascendit ad illos in navem. et cessavit ventus. Et

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* et de piscibus similiter. Erant. *Vulg.* et de piscibus. Erant.
[2] *Gat.* in montem solus orare. *Vulg.* in montem orare.
[3] *Gat.* solus erat in. *Vulg.* solus in.
[4] *Gat.* omnes, qui viderant eum. *Mm.* omnes enim, qui viderunt... et magis. *Vulg.* omnes enim viderunt eum et plus magis.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

41. uti apponerentante eos. 45. Et statim exurgens, coegit... ascendere navem, et praecedere... a Bessaida. 47. jam erat navis. 48. Et videt eos remigantes, et laborantes, (erat enim ventus contrarius) et erat hora circa quartam vigiliam noctis, et venit Jesus ambulans super mare, et volebat praeterire illos. 50. omnes enim conturbati sunt... Et locutus est ad eos, dicens: Constantes estote, ego. 51. et ascen-

BLANCHINI NOTÆ.

(a) Addit *quinque*, cod. quoque Cant. πέντε.—(b) Post *tulerunt*, deest *reliquias*, item in tex. Gr.—(c) Addit *exurgens*, etiam cod. Cant. ἐξεγερθείς.—(d) Addit *in*, tex. quoque Gr. εἰς.—(e) Ita et tex. Gr. καὶ προάγειν.—(f) Ita et cod. Cant. αὐτὸς δὲ ἀπολύει (*dimittit*).—(g) Ita et cod. Cant. ordine tamen verborum mutato, βασανιζομένους καὶ ἐλαύνοντας.—(h) Et it cod. Cant. καὶ ἀνέκραξαν πάντες καὶ ἐπαράχθησαν.—(i) Juxta cod. Cant. αὐτοῖς λέγων

CODEX VERCELLENSIS.

m. . . . . nter se stubebant cum admiratio. . . . . 52. enim intellexerunt de panibus; erat enim cor illorum obtusum. 53. Et (*b*) inde †, cum transfretassent, [1] pervenerunt ad terram Gennesa- 54. ret. [2] Cum exissent de navi, continuo cognoverunt 55. eum : circumeuntes autem universam regionem illam, coeperunt super grabbatos adferre omnes, qui se male habebant, circumferebant enim eos, ubicumque audissent Jesum es- 56. se. Et quocumque [3] introibat in municipia, vel agros, aut in civitates, in foro, et in plataeis ponebant aegros, et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent : et quicumque tetigerunt, sanati sunt.

CAPUT VII.

1. Et convenerunt ad eum Pharisaei, et quidam de Scribis, qui venerant ab Hierosolymis. 2. Qui cum, vidissent quosdam ex discipulis ejus inmundis manibus, hoc est inlotis, edentes panes, ... crave- 3. runt. Pharisaei. . . . et omnes Judaei nisi momento laverint manus, non edunt (*f*) panem †, tenentes

CODEX VERONENSIS.

dantius intra se stupebant, (*a*) et mirabantur †, 52. non enim intellexerant in panibus; cor autem illorum obtusum erat. 53. Et transfretantes (*b*) inde † venerunt in terram (*c*) Gennesar †. 54. Et cum exissent de navi, continuo cognoverunt 55. illum : et circum currentes universam confinem regionis illius, coeperunt (*d*) in grabatis adferre omnes male habentes, circumferebant autem illos, ubicumque audiebant esse Jesum †. 56. Et quocumque iret in castellis, vel villis, vel civitatibus, in plateis, ponebant universos infirmos, et rogabant eum, ut vel fimbriam vestimenti ejus tangerent : et quicumque tangebant, salvi fiebant.

CAPUT VII.

1. Et convenerunt ad eum Pharisaei, et quidam de Scribis, qui venerant ab Hierosoly- 2. mis. Cum viderent quosdam ex discipulis ejus non lotis manibus manducare (*e*) panem †. 3. Pharisaei autem, et, omnes Judaei, nisi subinde laverint manus, non manducant (*f*) panem †, tenentes

CODEX BRIXIANUS.

plus magis intra se stupebant (*a*) et mirabantur †. non enim intellexerant de panibus. erat enim cor illorum. obcecatum. Et cum transfretassent, venerunt in terram Gennesareth. et adplicuerunt. Et egressis eis de navi continuo cognoverunt eum, et percurrentes universam regionem illam. coeperunt in grabatis. eos qui male habebant. circumferre. ubi audiebant eum esse. Et quocumque introibat in castella. vel in civitates. aut in villas. in plateis ponebant infirmos. et deprecabantur eum. ut vel fimbriam vestimenti ejus. tangerent. et quodquod tangebant eum. salvi fiebant. Et convenerunt ad eum Pharisei. et quidam de Scribis. qui venerant ab Hierosolymis. Qui cum vidissent. quosdam ex discipulis ejus. communibus manibus. idest non lotis manducare panes. vituperaverunt. Pharisaei enim. et omnes Judaei. nisi crebro laverint manus. non manducant. tenentes

CODEX CORBEIENSIS.

52. erat enim cor eorum collusum.

53. *Omittit*, et applicuerunt.

55. et circumcurrentes universam regionem, coeperunt in grabbatis ferre omnes male habentes, circumferebant autem eos, ubicumque audiebant Jesum esse.

CAP. VII. — 1. quidam de Scribis ab Jerosolymis.

2. manducare panem, vituperaverunt eos.

3. Judaei, nisi pugillo laverint manus, non manducant panem, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Mm.* pervenerunt in terram Genezar. *Vulg.* venerunt in terram Genesareth.

[2] *Gat. et Mm.* Cumque egressissent. *Gat.* cognoverunt eum viri loci illius, et. *Vulg.* Cumque egressi essent.. cognoverunt eum : et.

[3] *Gat.* introiebat. *Mm.* introcat... in civitates, et in plateas. *Vulg.* introibat... aut civitates, in plateis.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

dit in navem ad illos, et. 52. erat enim cor illorum optusum. 53. Et inde, cum transfretassent, pervenerunt. *Ibid. deest* Genesareth, et applicuerunt. 54. Cumque egressus esset de navi. 55. et circumcurrent s circa universam regionem, coeperunt in grabatis ferre male habentes, circumferebant autem eos, ubicumque audiebant illum esse. 56. Et quocumque introivit... fimbrium. *Ibid. deest* eum.

CAP. VII. — 1. Et convenerunt ad eum. *Ibid. deest*, venientes. 2. Qui cum vidissent. 3. Pharisaei autem.... nisi pugillo laverint... non manducant panem... tenentes

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *et mirabantur*, etiam tex. Gr. καὶ ἐθαύμαζον. Vere. habet, *cum admiratione*.—(*b*) Addit *inde*, cod. quoque Cant. ἐκεῖθεν. — (*c*) Ita et cod. Cant. Lat. ac Gr. Γεννησάρ. Ibid. in Vercell., Veron. et cod. Cant. deest *et applicuerunt*. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἐπὶ τοῖς γραββάττοις πάντας τοὺς κακῶς ἔχοντας. περιέφερον γὰρ αὐτοὺς ὅπου ἂν ἤκουσαν τὸν Ἰησοῦν εἶναι. Cui concordat etiam Vercell.— (*e*) Post *panem*, deest *vituperaverunt*, etiam in Goth., Copt., Æthiop., Alex. et aliis apud Millium. — (*f*) Addit *panem*, cod. quoque Cant. ἄρτον.

CODEX VERCELLENSIS.

traditionem seniorum : 4. et, a foro (*a*) cum venerint †, nisi baptizati fuerint, non edunt : et alia multa sunt illis, quae acceperunt tradita, baptismos calicum, et urceorum, et caccaborum, et lectorum. 5. Et interroga. . . . nt eum Pharisaei, et Scribae, dicentes : Quare discipuli tui non sequuntur secundum traditionem seniorum, sed immundis manibus edunt panem ? 6. Ad ille respondens, dixit : Bene prophetavit Eseias de vobis simulatoribus, (*e*) qui dixit † : Populus labiis me (*f*) diligit †, cor autem illorum longe est a 7. me. Vane autem colunt me, docentes doctrinas, et mandata hominum ; 8. baptizantes urceos, et calices, et alia multa (*h*) his similia, quae facitis, derelicto mandato Dei, tenentes traditionem hominum †. 9. Et dixit illis : Bene inritum facitis praeceptum Dei, ut traditionem vestram 10. (*i*) statuatis †. Moyses enim dixit : Honorifica patrem tuum, et matrem tuam. Et : Qui maledixerit (*j*) patrem †, aut matrem, morti moriatur. 11. Vos autem dicitis : Si [1] dixerit homo patri suo, aut matri : Donum,

CODEX VERONENSIS.

traditionem seniorum : 4. et, a foro (*a*) cum venerint †, nisi baptizentur, cibum non capiunt : et alia multa sunt, (*b*) quae acceperunt tenere †, ut baptizent calices, et urceos, et aeramenta, et lectos. 5. Et interrogabant eum Pharisaei, et Scribae : Quare discipuli tui non ambulant secundum traditionem seniorum, sed (*c*) inlotis † manibus edunt panem ? 6. Ad ille respondens, dixit : (*d*) Quoniam † bene prophetavit Escias de vobis hypocritis, (*e*) qui dixit † : Plebs haec labiis me (*f*) diligit †, cor autem eorum longe est 7. a me. Sine causa autem me colunt, docentes doctrinas, (*g*) praecepta † hominum. 8. num. Baptismos, catinum, et orciolum, et alia similia multa (*h*) hujusmodi facitis, relicto praecepto Dei, tenentes traditiones hominum. 9. num †. Et dicebat illis : Bene irritum facitis mandatum Dei, ut traditionem vestram (*i*) statuatis †. 10. Moyses autem dixit : Honora patrem tuum, et matrem tuam. Et : Qui maledixerit (*j*) patrem †, aut matrem, morti moriatur. 11. Vos autem dicitis : Si homo patri, aut matri :

CODEX BRIXIANUS.

traditionem seniorum. et redeuntes a foro nisi baptizentur. non comedunt. et alia multa sunt quae tradita sunt illis servare. baptismata calicum. et urceorum. et crameniorum. et lectorum. Deinde interrogaverunt eum Pharisaei. et Scribae. Quare discipuli tui non sequuntur traditionem seniorum. sed (*c*) non lotis † manibus manducant panem. At ille respondens. dixit eis. Bene prophetavit Esaias de vobis. hypocritis. sicut scribtum est. Populus hic. labiis me honorat. cor autem eorum. longe est a me. Sine causa autem me colunt. docentes doctrinas et praecepta hominum.

Relinquentes enim mandatum Dei observatis ea quae ab hominibus sunt tradita. baptismata urceorum. et calicum. et alia his similia multa facitis. Et dicebat illis. Bene inritum facitis mandatum Dei ut traditionem vestram (*i*) statuatis †. Moyses enim dixit. Honora patrem tuum. et matrem tuam. Et qui maledixerit patri. aut matri. morte moriatur. Vos autem dicitis. Si dixerit homo. patri aut matri. Corban.

CODEX CORBEIENSIS.

4. et, a foro cum venerint, nisi baptizentur, cibum non accipiunt.

5. Quare discipuli tui non sequuntur traditionem seniorum, sed non lotis manibus manducant panem?

6. de vobis hypocritis, dicens : Populus autem labiis... cor autem eorum longe abest a me.

7. Vane autem colunt me, docentes doctrinas, praecepta hominum, baptizantes urceos, et calices.

8. et alia similia, quae multa facitis, derelinquentes praeceptum Domini, tenentes traditionem hominum.

9. ut traditionem vestram statuatis.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* proderit *Vulg.* profuerit.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

traditionem Judaeorum. 4. et, a foro cum venerint, nisi baptizentur, cibum non capiunt... baptismos calicum. 5. et Scribae, dicentes : Quare discipuli tui non secuntur traditionem. 6. Ad ille respondens, dixit.... Esaias... de vobis hypocritis, et dixit : Populus. 8. Baptizantes urceos. et calices, et alia similia, quae facitis complura, relinquentes mandatum Dei, tenentes traditiones hominum. 9. Bene inritum facitis praeceptum Dei, ut traditionem vestram statuatis. 10. aut matri. 11. si dixerit homo patri suo...

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Addit *cum venerint*, etiam cod. Cant. ὅταν ἔλθωσιν. Brix. vero habet, *et redeuntes*. — (*b*) Ita et tex. Gr. ἃ παρέλαβον κρατεῖν. — (*c*) Ita et tex. Gr ἀνίπτοις. — (*d*) Addit *quoniam*, pariter tex. Gr. ὅτι. — (*e*) Juxta cod. Cant. καὶ εἶπεν. — (*f*) Ita et cod. Cant. ἀγαπᾷ. — (*g*) Ante *praecepta*, deest *et*, item in tex. Gr. — (*h*) Juxta ordinem cod. Cant. τοιαῦτα πολλὰ ποιεῖτε, ἀφέντες τὴν ἐντολήν. — (*i*) Ita et cod. Cant. στήσητε. — (*j*) Ita et tex. Gr. πατέρα.

CODEX VERCELLENSIS.

(quod est munus) quo a me melior fac-
12. tus fueris : non sinetis amplius aliquit facere (*b*) patri,
13. aut matri, spernentes verbum Dei, per traditionem vestram (*c*) stultam †, quam tradidistis : et similia hujusmodi multa faci-
14. tis. Et, convocans turbam iterum, dixit illis : Audite me omnes, et in-
15. tellegite. Nihil est (*e*) a foris hominis †, quod intrans in eum, possit eum coinquinare : sed, quae de homine proficiscuntur, illa sunt, quae coinquinant hominem.
16. Si quis habet aures audiendi, audiat.
17. Et, cum introisset in domum prae multitudine, interrogabant eum discipuli ejus similitudinem.
18. Et ait illis : Sic et vos imprudentes estis? Non intellegitis, quia [1] omne, quod a foris introit in hominem, non potest eum coinquinare :
19. (*f*) [2] nec enim † introit in cor ejus, sed in ventrem ejus, et in secessum exit, purgans omnes escas, et exit in rivum.
20. Dicebat autem : quia, quae de homine exeunt; illa [3] coinquinant ho-
21. minem. Ex interioribus enim de corde hominum procedunt cogitationes malae, adulteria,
22. (*g*) furta, fornicationes, homicidia †, (*h*) ava-

CODEX VERONENSIS.

Corban (quod est munus) quodcumque ex me, tibi proderit :
12. (*a*) jam non † dimittitis eum quicquam facere (*b*) patri †, aut matri,
13. infirmantes verbum Dei, per traditionem vestram (*c*) stultam †, quam tradidistis : et similia
ista multa facitis.
14. Et, (*d*) advocatis † iterum turbis, dicebat illis : Audite me omnes, et intellegite.
15. Nihil est (*e*) a foris hominis †, quod intrat in eum, quod possit illum coinquinare : sed, quae de homine proficiscuntur, illa sunt, quae coinquinant hominem.
16. Siquis habet aures audiendi, audiat.
17. Et, cum introisset in domum a turba, interrogabant eum discipuli ejus parabolam.
18. Et ait illis : Sic et vos imprudentes, estis? Non intellegitis, quod omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare :
19. (*f*) nec enim † introit in cor ejus, sed in ventrem, et in secessum exit, purgans omnes escas.
20. Dicebat autem, quoniam, quae de homine exeunt, illa communicant homi-
21. nem. Ab intus enim de corde hominum cogitationes malae procedunt, adulte-
22. ria, (*g*) furta, fornicationes, homicidia †, (*h*) avaritia,

CODEX BRIXIANUS.

quod est donum. quodcumque ex me tibi proderit. et ultra non dimittitis eum quicquam facere patri suo. aut matri. rescindentes verbum Dei. per traditionem vestram. quam tradidistis. et similia hujusmodi multa facitis. Et convocans omnem turbam. dicebat eis. Audite me omnes. et intellegite. Nihil est extra hominem. introiens in eum. quod possit eum coinquinare. sed quae procedunt de homine illa sunt quae communicant hominem. Si quis habet aures audiendi audiat. Et cum introisset in domum. a turba. interrogabant eum discipuli ejus. parabolam istam. Et ait illis. Sic et vos imprudentes estis. nondum intellegetis quia non omne quod extrinsecus est introiens in hominem non potest eum communicare. quia non introit in cor ejus. sed in ventrem. et in secessum exit. purgans omnes escas. Dicebat autem quia quae de homine exeunt. illa communicant hominem. Ab intus autem de corde hominum. procedunt cogitationes male. adulteria fornicationes. homicidia. furta. (*h*) ava-

CODEX CORBEIENSIS.

12. jam non missum facitis illum quicquam facere.
13. per traditionem vestram stultam, quam tradidistis.
15. quod eum possit communicare.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gal.* omne, quod extrinsecus. *Vulg.* quia omne extrinsecus.

[2] *Gal.* quoniam non intravit in cor ejus, sed in ventrem, et in secessum exiit, purgans. *Vulg.* quia non intrat in cor ejus, sed in ventrem vadit, et in secessum exit, purgans.

[3] *Gal.* coinquinant. *Vulg.* communicant.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

tibi proderit. 12. jam non missum facietis eum quicquam facere patri, aut matri. 13. per traditionem vestram stultam. 15. Quod possit eum communem facere : sed. 16. Si quis habet aures ad audiendum. 17. Et, cum introisset in domum turba ante eum, interrogabant. 18. Non intellegitis, quia omne, quod extrinsecus. 19. nec enim introit in cor ejus... in secessum vadit, et purgat. 21. de corde hominum cogitationes malae procedunt, adulteria, furta. 22. avaritia, nequitia, dolus, impudicitia.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. Lat. — (*b*) Post *patri*, deest *suo*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Addit *stultam*, etiam cod. Cant. τῇ μωρᾷ. — (*d*) Juxta tex. Gr. προσκαλεσάμενος. — (*e*) Juxta tex. Gr. ἔξωθεν τοῦ ἀνθρώπου. — (*f*) Ita et cod. Cant. οὐ γάρ. — (*g*) Juxta ordinem cod. Cant. — (*h*) Ita et cod. Cant. πλεονεξίαι, (δόλος.) πονηρίαι, ἀσέλγειαι. βλασφημίαι.

CODEX VERCELLENSIS.

Similiter et qui dimissam a viro ducit, moechatur.
13. Et offerebant ei infantes, ut tangeret illos. Discipuli autem ejus objurgabant eos, qui offerebant.
14. Quod cum vidisset Jesus, indignatus est, et ait illis : Sinite in-

CODEX VERONENSIS.

turba † ad eum, sicut consueverat, (*a*) et iterum † docebat illos.
2. (*b*) Et † interrogabant illum. Si licet viro uxorem suam dimittere, temptantes eum.
3. Ad ille respondens, dixit eis : Quid vobis praecepit
4. Moyses? Qui dixerunt : Libellum repudii (*c*) dare †, et dimittere.
5. Quibus respondens Jesus, ait hoc : Ad duritiam cordis vestri scripsit praeceptum istut (*d*) Moyses †.
6. Ab initio (*e*) enim †, masculum, et feminam fecit (*f*) Deus ;
7. et dixit † : Propter hoc relinquet homo patrem suum, et matrem (*g*) suam †, et adhaerebit ad uxorem
8. suam ; et erunt duo in carne una.
Itaque jam non sunt duo, sed una
9. caro. Quod ergo Deus conjunxit, homo non disjungat.
10. Et in domum iterum discipuli ejus de eodem interrogaverunt eum.
11. Et dixit illis : Quicumque dimiserit uxorem suam, et aliam duxerit, adulterium committit super
12. eam. Et si mulier (*h*) exiet a viro †, et (*i*) alium † nupserit, moechatur super illum. Similiter et qui dimissam ducit, moechatur.
13. Et offerebant illi pueros, ut tangeret eos. Discipuli autem commina-bantur offerentibus.
14. Quos cum videret Jesus, indigne tulit, et ait illis : Sinite pue-

CODEX BRIXIANUS.

turbae ad eum. et sicut consueberat. iterum docebat eos. Et accedentes Pharisaei interrogabant eum. Si licet homini uxorem dimittere. temtantes eum. At ille respondens. dixit eis. Quid vobis praecepit Moyses. Qui dixerunt. Moyses permisit libellum repudii scribere. et dimittere. Et respondens Jesus ait illis. Adversus duritiam cordis vestri. scribsit vobis Moyses. praeceptum istud. Ab initio autem creaturae. masculum et feminam fecit (*f*) Deus †. Propter hoc relinquet homo patrem suum. et matrem (*g*) suam †. et adhaerebit uxori suae. et erunt duo in carne una. Itaque jam non sunt duo sed una caro. Quod ergo Deus junxit. homo non separet. Et in domo iterum discipuli ejus de eodem sermone interrogaverunt eum. Et dixit illis. Quicumque dimiserit uxorem suam et aliam duxerit. adulterium committit super eam. Et si mulier dimiserit virum suum. et alio nupserit moechatur. Et offerebant illi parvulos. ut eos tangeret. Discipuli autem ejus comminabantur offerentibus. Quos cum videret Jesus. indignatus est. et ait illis. Sinite

CODEX CORBEIENSIS.

2. Et accedentes quidam, interrogabant, etc. *Omittit*, Phari-aei.
4. Permisit nobis libellum repudii dare scriptum, et dimittere. Ab initio autem, masculum, et feminam fecit Deus : et dixit.
7. Propter hoc relinquet.
9. Quod Deus conjunxit, homo non disjungat.
12. Et si mulier exeat a viro, et alii nupserit, moechatur super illum. Et qui dimissam ducit, moechatur.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* illos Deus, dicens : Propter. *Vulg.* eos Deus. Propter.

[2] *Gat.* adhaerebit uxori suae. *Vulg.* adhaerebit ad uxorem suam.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. καὶ πάλιν. — (*b*) Post *et*, deest *accedentes Pharisaei*, etiam in cod. Cant.— (*c*) Ita et cod. Cant. δοῦναι— (*d*) Et ita cod. Cant. Μωυσῆς, omisso cum Veron. *vobis*. — (*e*) Post *enim*, deest *creaturae*, pariter in cod. Cant. nec habetur in Matthaeo. — (*f*) Ante *Deus*, deest *eos*, etiam in cod. Cant. Gr. et Lat. ac Goth. Ibidem, cum eodem cod. Cant. addit *et dixit*, ex Matthaeo. Ita tamen habent etiam nonnulli codd. græci apud Millium.— (*g*) Addit *suam* etiam cod. Cant., ἑαυτοῦ.—(*h*) Et ita cod. Cant. ἐξέλθῃ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ex interpretamento ; quod mulieri scilicet adversus maritum divortii jus lege Mosaica non competeret. Favet Brix. — (*i*) Ita et cod. Cant. ἄλλον γαμήσῃ. ex Matthaeo.

CODEX VERCELLENSIS.

fantes venire aput me; et nolite prohibere eos : talium est enim [1] regnum Dei.
15. Amen enim dico vobis : Quicumque non receperit regnum Dei, tanquam infans, non intrabit in illut.
16. Et in sinu suo benedicebat illos.
17. Et proficiscente eo, procurrens unus, genibus prostratus, rogabat eum, (*b*) dicens † : Magister bone, quid faciam, ut vitam aeternam possideam?
18. Jesus autem intuens illum, ait illi : Quid me dicis bonum? Nemo bonus, [2] nisi 19. unus Deus. Mandata nosti? Ait : Quae? Non adulterium committes : Non homicidium facies : Non furaveris : Non falsum testimonium dices : Non abnegabis : Honora patrem tuum et matrem (*d*) tuam †.
20. Qui respondens, dixit ei : Magister, haec omnia observabi ab adulescentia mea : quid adhuc mihi deest?
21. Jesus autem intuens illum, dilexit eum, et ait illi : Unum tibi deest : vade; quaecumque habes, vende, et divide pauperibus; et habebis thensaurum in caelo; et, sublata cruce,, veni, sequere me.
22. Et ille contristatus in (*e*) hoc † verbo, abiit tristis : erat enim habens magnam pecuniam.
23. Et respiciens Jesus, ait discipulis suis : Quam difficile qui pecunias habent in regnum Dei introibunt! Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei introire.

CODEX VERONENSIS.

ros venire ad me; et ne prohibueritis illos : talium enim est regnum Dei.
15. Amen dico vobis : Quisque non receperit regnum Dei, velut puer, non intrabit
16. in illut. Et (*a*) convitans eos, imponebat † manum super illos, et benedicebat eos.
17. Et cum egressi essent in via, praecurrens quidam, adgeniculans, (*sic*) rogans eum, et (*b*) dicens † : Magister bone, quid faciam, ut vitam aeternam percipiam?
18. Et Jesus dixit illi : Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi (*c*) unus, ac solus † Deus.
19. Praecepta custodi : Ne adulteres : Ne occidas : Ne fureris : Ne falsum testimonium dixeris : Ne fraudem feceris : Honora patrem tuum, et matrem (*d*) tuam †.
20. Et ille respondens, ait illi : Magister, omnia haec observabi a juventute mea.
21. Jesus autem intuens eum, osculatus est eum, et dixit illi : Unum tibi deest : vade; quaecumque habes, vende, et da pauperibus; et habebis thensauros in caelo; et veni, sequere me.
22. Et ille contristatus in (*e*) hoc † verbo, (*f*) et abiit tristis : erat enim habens multas (*g*) pecunias †, et
23. agros. Et circumspiciens Jesus, ait dis-

CODEX BRIXIANUS.

parvulos venire ad me. et nolite prohibere eos. talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis. Quicumque non receperit regnum sicut parvulus. non intrabit in illud. Et convocans eos. inponens manus super illos benedicebat eos. Et cum egressus esset. in viam procurrens quidam genu flexo ante eum rogabat eum (*b*) dicens †. Magister bone quid faciam. ut vitam aeternam possideam. Jesus autem dixit ei. Quid me dicis bonum. Nemo bonus. nisi unus Deus. Haec praecepta nosti. Non moecaveris. Non falsum testimonium dices. Non fraudem facies. Honora patrem tuum. et matrem (*d*) tuam †. At ille respondens ait illi. Magister haec omnia observavi a juventute mea. Jesus autem intuitus eum. dilexit eum. et dixit illi. Unum tibi deest. vade vende omnia tua. et da pauperibus. et habebis thensaurum in caelo. et veni sequere me. Ad ille contristatus in (*e*) hoc † verbo. abiit tristis. erat enim habens divitias multas. Et circumspiciens Jesus. ait dis-

CODEX CORBEIENSIS.

16. Et convocans eos, imponebat manus super illos, etc.
17. procurrens quidam, adgeniculans ante eum.
22. Ille autem contristatus est in hoc verbo, et recessit, et abiit tristis : erat enim habens multas possessiones, et pecunias.
23. in regnum Dei introibunt! Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem in regnum Dei.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* regnum caelorum. *recenti manu,* Dei. *Vulg.* regnum Dei.

[2] *Gat.* nisi solus Deus, *Vulg.* nisi unus Deus.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ita et cod. Cant. προσκαλεσάμενος ἐτίθει. — (*b*) Et ita cod. Cant. λέγων. — (*c*) Ita et cod. Cant, μόνος εἷς. — (*d*) Addit *tuam*, etiam codex Goth. σου. — (*e*) Addit *hoc*, pariter cod. Goth. τούτῳ. — (*f*) Abundat et. — (*g*) Et ita cod. Cant. χρήματα, conformiter Vercellensi.

CODEX VERCELLENSIS.

pulis suis. Quam difficile, qui pecuniam habent, in regno Dei intrabunt!
25. (*a*) Facilius † camellus per foramen acus intrabit, quam dives in regnum Dei.
24. Discipuli autem (*b*) ejus † pavebant in verbis ejus. Jesus autem respondens, iterum ait illis. Filioli, quam difficile, qui pecunias habent, vel confidentes in eis, in regnum Dei introibunt!
26. Ad illi tanto magis admirabantur, dicentes inter se: Et quis poterit salvus fieri?
27. Quos intuens Jesus, dixit: Aput homines quidem inpossibile est; aput Deum autem possibile est.
28. Et coepit Petrus dicere illi: Ecce nos, relictis omnibus, [1] secuti sumus te.
29. Respondens Jesus, dixit: Amen dico vobis: Nemo. . . qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut matrem, aut filios, aut agros causa mei, et causa Evangelii,
30. qui non accipiet centies tantum in tempore hoc: (*f*) qui autem reliquerit domum †, et fratres, et sorores, et matrem, et filios, et agros cum persecutionibus. . . in saeculo venturo vitam aeternam accipiet,
31. . . . . autem erunt primi, novissimi; et novissimi, primi.
32. Erant autem in via ascendentes Hierosolymis, et praecedebat eos Jesus, (*g*) et † pavebant. Et adsumens iterum duodecim, coe-

CODEX VERONENSIS.

cipulis suis: Quam difficile, qui pecunias habent, regnum Dei introibunt!
25. (*a*) Facilius † est camellum per foramen acus transire quam divitem introire in regnum Dei.
24. Discipuli autem (*b*) ejus † pavebant in verbis ejus. Ad Jesus rursus ait illis: Filioli, quam difficile est, confidentes in pecuniis in regnum Dei introire!
26. Magis autem admirabantur, dicentes ad semetipsos: Et quis poterit
27. salvus fieri? Et intuens illos Jesus, ait: Aput homines (*c*) hoc † impossibile est; aput Deum autem omnia possibilia sunt.
28. Et coepit Petrus ei dicere: Ecce nos missum fecimus omnia nostra, et secuti sumus te. (*d*) Quid nobis erit †?
29. Respondens Jesus, ait: Amen dico vobis: Nemo est, qui (*e*) reliquerit † patrem, aut matrem, aut fratres, aut sorores, aut filios propter me, et propter Evangelium,
30. qui non accipiat centies tantum nunc in tempore hoc: (*f*) qui autem reliquerit domum †, aut parentes, et sorores, et fratres, et matrem, et filios, et agros in persecutionibus, in aevo venturo vitam aeternam accipiet.
31. Multi autem erunt primi, novissimi; et novissimi, primi.
32. Erant autem in via ascendentes Hierosolyma, et praecedebat eos Jesus, (*g*) et † pavebant. Et adsumens illos XII. coepit

CODEX BRIXIANUS.

cipulis suis. Quam difficile qui pecunias habent. in regnum Dei introibunt. Discipuli autem (*b*) ejus † mirabantur in verbis ejus. At Jesus. iterum respondens. ait illis. Filioli quam difficile est confidentes in pecuniis. in regnum Dei introire. Facilius est. camelum per foramen acus transire. quam divitem intrare in regnum Dei. Ad illi eo amplius mirabantur. dicentes ad semetipsos. Et quis potest salvus fieri. Et intuens eos Jesus. Aput homines impossisibile est. apud Deum autem possibile est. omnia enim possibilia sunt apud Deum. Coepit autem Petrus dicere ei. Ecce nos dimisimus omnia. et sequenti sumus te. Quibus respondens Jesus ait. Amen dico vobis. Nemo est qui relinquat domum. aut fratres. aut sorores. aut matrem aut patrem. aut uxorem. aut filios. aut possessiones propter me. et propter Evangelium. qui non accipiat centuplum nunc in tempore isto. domos et fratres. et sorores. et matrem. et filios. et agros. cum persecutionibus. in saeculo futuro vitam aeternam. Multi autem erunt primi novissimi. et novissimi primi.

Erant autem in via. ascendentes in Hierosolymam. et praecedebat illos Jesus. et mirabantur. et sequentes eum timebant. Et adsumens iterum duodecim

CODEX CORBEIENSIS.

24. Discipuli vero ejus pavebant.

Vers. 25. *omittitur; aut potius post vers* 23. *transponitur. Vide vers.* 23.

27. Apud homines impossibile est; apud Deum autem possibile.

28. Ecce nos missum fecimus omnia, etc.

30. nunc in hoc tempore: qui autem reliquerit domum, et sorores, et fratres, et matrem, et filios cum persecutionibus, in venturo vitam aeternam accipiet.

32. praecedebat illos Jesus, et pavebant sequentes.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* secuti sumus te. Quid ergo erit nobis? Respondens. *Vulg.* secuti sumus te. Respondens.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Hunc versum ponit ante vers. 24 etiam cod. Cant.—(*b*) Addit *ejus*, etiam cod. Cant. αὐτοῦ.—(*c*) Addit *hoc*, cod. quoque Cant. τοῦτο.—(*d*) Addunt, *quid nobis erit?* etiam alii Græci codd. apud Millium. Assumentum ex Matthæo. — (*e*) Post *reliquerit*, deest *domum*, pariter in cod. Cant. — (*f*) Addit *qui autem reliquerit*, etiam cod. Cant. ὃς δὲ ἀφῆκεν. Ibid. habet *domum*, etiam cod. Cant. οἰκίαν. — (*g*) Post *et*, deest *stupebant*, *et sequentes*. Cod. Cant. legit καὶ ἀκολουθοῦντες ἐφοβοῦντο, et sequentes, timebant.

CODEX VERCELLENSIS.

pit illis dicere, quae ejus [1] essent eventura. 33. Quia ecce ascendimus Hierosolymis, et Filius hominis tradetur Pontificibus Sacerdotum. et (*a*) Scribis †, et damnabunt eum morti, et tradent eum 34. gentibus, et inludent eum, et conspuent in eum, et flagellabunt eum, et interficient illum, et post tertium diem resurget. 35. Et accesserunt ad illum Jacobus, et Johannes filii Zebaedei, et dixerunt ei : Magister, volumus, ut quidquid petierimus te, facias nobis. 36. bis. Et dixit illis : Quid faciam vobis? 37. bis? Qui dixerunt (*c*) ei † : Da nobis, [2] ut unus ad dextram tuam, et unus ad sinistram tuam sedeamus in gloria tua. 38. Et (*e*) respondens † Jesus, dixit eis : Nescitis quid petatis : potestis calicem bibere, quem [3] ego bibiturus sum; aut (*f*) baptismum, quod † ego baptizor, baptizari? 39. Ad illi (*g*) dixerunt † : Possumus. Jesus autem dixit illis : [4] Poculum quidem, quem ego bibiturus sum, bibetis; et baptisma, quod ego baptizor, bap- 40. tizamini : sedere autem ad dextram meam, aut ad sinistram, non est meum dare; aliis paratum est a Patre meo. 41. (*h*) Quod † cum audissent ceteri decem, coeperunt invitus ha-

CODEX VERONENSIS.

illis dicere, quae ejus essent ventu- 33. ra : Quia ecce ascendimus Hierosolyma, et Filius hominis tradetur Summis Sacerdotibus, et (*a*) Scribis †, et damnabunt eum morte, et tradent eum 34. gentibus, et inludent eum, et conspuent in eum, et flagellabunt eum, et interficient, et (*b*) post tres dies † resurget. 35. Et accesserunt ad illum Jacobus, et Johannes filii Zebedaei, dicentes : Magister, volumus, quodcumque te petierimus, ut praestes nobis. 36. Ad ille dixit : Quid faciam vobis? 37. Et dixerunt (*c*) ei † : Da nobis, ut unus ad dexteram tuam, et alius ad (*d*) sinistram † sedeamus in gloriam tuam. 38. Ad Jesus (*e*) respondens †, ait illis : Nescitis quid petatis : potestis bibere calicem, quem ego bibiturus sum ; aut (*f*) baptismum, quod † ego baptizor, baptizari? 39. Ad illi (*g*) dixerunt † : Possumus. Ait illis Jesus : Calicem quidem, quem ego bibero, bibetis; et baptismum, quod ego baptizor (*sic*), ba- 40. ptizari : sedere autem ad dexteram vel ad sinistram, non est meum meam, dare; aliis paratum est. 41. (*h*) Hoc † audito, ceteri decem, coeperunt indigne ferre

CODEX BRIXIANUS.

coepit illis dicere. quae essent ei ventura. Quia ecce ascendimus Hierosolyma. et Filius hominis tradetur Principibus Sacerdotum. et (*a*) Scribis †. et condemnabunt eum morte. et tradent eum gentibus. et inludent eum. et conspuent in eum. et flagellabunt eum et interficient eum. et tertia die resurget.

Et accesserunt ad eum Jacobus et Johannes. filii Zebedaei dicentes. Magister. volumus ut quodcumque a te petierimus. facias nobis. Jesus autem dixit eis. Quid vultis ut faciam vobis. Illi autem dixerunt (*c*) ei †. Da nobis. ut unus ad dexteram tuam. et alius ad sinistram tuam. sedeamus in gloria tua. Jesus autem. ait eis. Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum. aut baptizare baptismum. quo ego baptizor. At illi dixerunt ei. Possumus. Jesus autem ait eis. Calicem quidem quem ego bibo. bibetis. et baptismum quo ego baptizor. baptizamini. sedere autem ad dexteram meam. aut ad sinistram non est meum dare vobis sed quibus paratum est. Et audientes decem. coeperunt indigne

CODEX CORBEIENSIS.

35. ut quodcumque petierimus te, praestes nobis. 40. non est meum dare; aliis paratum est. 41. [5] Coeperunt indigne ferre de Jacobo, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* essent ventura. *Vulg.* essent ei eventura.
[2] *Gat.* et unus ad. *Vulg.* ut unus ad.
[3] *Gat.* ego bibiturus sum. *Vulg.* ego bibo.
[4] *Gat.* Calicem, quem bibo. *Vulg.* Calicem quidem, quem ego bibo.
[5] *Gat.* indignati sunt, *etc.*

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

33. et Scribis, et damnabunt eum morti. 34. et inludent eum, et... et post tres dies resurget. 35. Et accesserunt ad eum Jacobus, et Johannes filii Zebedaei.... Magister, volumus quodcumque petierimus, praestes nobis. 36. Ad ille dixit : Quid faciam vobis? 37. Qui dixerunt... sinistram. *Omittit*, tuam. 38. Ad Jesus respondens, ait illis... calicem, quem ego bibiturus sum; aut baptismum, quod ego baptizor, baptizari? 39. Ad illi dixerunt : Possumus. Ait illis : Calicem quidem, quem ego bibero... quod ego baptizor, baptizamini. 40. *Deest*, vobis. 41. Hoc au-

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *Scribis*, deest, *et Senioribus*, etiam in tex Gr. — (*b*) Ita et cod. Cant. μετὰ τρεῖς ἡμέρας. Vercel. *post tertium diem.* — (*c*) Addit *ei*, etiam tex. Gr. αὐτῷ.—(*d*) Post *sinistram*, deest *tuam*, in cod. quoque Cant.— (*e*) Addit *respondens*, pariter cod. Cant. ἀποκριθείς.—(*f*) Ita et Tex. Gr. βάπτισμα ὃ. Brix. habet *baptismum*, *quo*. — (*g*) Post *dixerunt*, deest *ei*, etiam in cod. Cant. — (*h*) Deest *et*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

bere de Jacobo, et Johannem.
42. Et convocans eos Jesus, dixit illis : Scitis, quoniam, qui videntur principari gentium, dominantur (*a*) earum †; et qui maxime inter illos sunt, sub potestate eos habent.
43. Non (*b*) est † ita in vobis : sed quicumque voluerit (*c*) in vobis † major (*d*) esse †, erit vester minister; et quicumque voluerit esse inter vos primus, erit vester servus.
45. Etenim Filius hominis non venit, ut ministraretur illi, sed ut ministraret, et daret animam suam redemptionem pro multis.
46. Tunc (*f*) venit † in Hierico; et proficiscente eo (*g*) inde cum discipulis † suis, et turba magna, (*sic*) et filius Timae (*h*) Bar-timeas † caecus sedebat secus viam, mendicans.
47. Qui, cum audisset quod Jesus Nazarenus est, coepit clamare, et dicere : Jesu Fili David, miserere mei.
48. Et objurgabant eum multi, ut taceret. Ad ille tanto magis clamabat : Fili David, miserere mei.
49. Et stans Jesus, jussit vocari illum. (*j*) Ad illi dixerunt caeco † : Fortis esto, surge,
50. [1] vocat te. At ille, ejecta tunica, exiliens, venit ad eum.
51. Et respondens, ait illi Jesus : Quid vis, faciam tibi? Caecus autem ait ei : (*k*) Domine . . . . videam.

CODEX VERONENSIS.

de Jacobo, et Johannem.
42. Quos cum advocasset Jesus, ait illis : Scitis, quod hi, qui videntur principari gentibus, dominantur (*a*) eorum †; et Principes eorum potestatem illorum habent.
43. Non ita (*b*) est † in vobis : sed quicumque (*c*) in vobis † major (*d*) esse † voluerit, vester erit minister; et quicumque voluerit in vobis primus esse, erit omnium servus.
45. Nam et Filius hominis non venit (*e*) ministrari, sed ministrare †, et dare animam suam redemptionem pro multis.
46. Tunc (*f*) venit † Jericho; et proficiscente illo (*g*) inde cum discipulis † suis, et plurima multitudine, filius Timeae (*h*) Bari-timeas † caecus sedebat circa viam, mendicans.
47. Qui, cum audisset quia Jesus Nazarenus est, coepit clamare, et dicere : (*i*) Fili David Jesu †, miserere mei.
48. Et minabantur illi multi, ut taceret. Ad ille multo magis clamabat : Fili David, miserere mihi.
49. Et stans Jesus, jussit illum vocari. (*j*) Qui dicunt caeco † : Animaequior esto, surge, vocat
50. te. Qui, projecto vestimento suo, exiliens, venit ad eum.
51. Et respondit illi Jesus : Quid vis, ut faciam tibi? Caecus autem dixit ei : (*k*) Domine Rabbi †, ut videam.

CODEX BRIXIANUS.

ferre de Jacobo et Johanne. Jesus autem vocans eos, ait illis. Scitis quia hi, qui videntur praeesse gentibus, dominantur eis, et Principes eorum potestatem illorum habent. Non ita (*b*) est † in vobis, sed quicumque voluerit major (*d*) esse † (*c*) in vobis †, erit vester minister, et quicumque voluerit in vobis primus esse erit omnium servus.

Nam et Filius hominis non venit (*e*) ministrari, sed ministrare †, et dare animam suam redemtionem pro multis. Et venerunt in Jericho, et proficiscente eo (*g*) inde cum discipulis † suis, et plurima turba, ecce quidam caecus filius Timei, Bar-timaeus, sedebat juxta viam mendicans. Qui cum audisset, quia Jesus Nazarenus est, coepit clamare et dicere, Jesu Fili David, miserere mei. Et comminabantur illi multi, ut taceret. At ille, multo magis clamabat, Fili David, miserere mei. Et stans Jesu jussit eum vocari. Et vocaverunt caecum, dicentes ei, Bono animo esto, surge, vocat te. Qui projecto vestimento suo, exiliens, venit ad Jesum. Et respondens dixit illi Jesus, Quid vis faciam tibi, Caecus autem dixit ei, Rabboni, ut videam.

CODEX CORBEIENSIS.

45. Nam et Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare.
46. filius Thimeae Bar-thimeas caecus sedebat circa viam.
47. quod Jesus Nazareus est.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* vocat te Magister. *Vulg.* vocat te.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

dito, caeteri decem, coeperunt indigne ferre de. 42 Quos cum advocasset Jesus, ait illis : Scitis, quoniam, qui videntur... dominantur eorum... et Principes eorum, potestatem eorum habent. 43. Non ita est in vobis : sed quicumque oluerit major esse, erit. 45. non venit ministrari, sed ministrare, et dare animam. 46. Tunc venit Jerico... proficiscente eo inde cum discipulis suis, et..... filius Timeae Bar-timeas caecus sedebat circa viam. 47. coepit clamare, et dicere : Fili David, miserere mihi. 48. et comminabantur illi... Ad ille. 49. jussit illum vocari. Ad illi dicunt caeco. 51. Et respondens illi Jesus, dixit : Quid vis... Domine Rabbi, ut videam.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Juxta tex. Gr. αὐτῶν. — (*b*) Post *est*, deest *autem*, etiam in cod. Cant. — (*c*) Addit *in vobis*, tex. quoque Gr. ἐν ὑμῖν. — (*d*) Ita et cod. Cant. εἶναι. — (*e*) Ita et tex. Gr. διακονηθῆναι, ἀλλὰ διακονῆσαι. — (*f*) Ita et cod. Cant. ἔρχεται. — (*g*) Ita et cod. Cant. ἀπὸ ἐκείθεν μετὰ τῶν μαθητῶν. — (*h*) Cod. Cant. Lat. habet, *Baritimias*; Graec. vero ejusdem codicis Cant. Βαρτιμίας. — (*i*) Juxta ordinem tex. Gr. ὁ υἱὸς Δαβὶδ Ἰησοῦ. — (*j*) Juxta cod. Cant. οἱ δὲ λέγουσι τῷ τυφλῷ. — (*k*) Et ita Cod. Cant. κύριε Ῥαββεί.

CODEX VERCELLENSIS.

52. . . . . autem . . . . . Vade, fides tua te salvum fecit. Et statim videre coepit, et sequebatur illum in
CAPUT XI.
1. via. Et cum adpropinquassent (*a*) Hierosolyma †, et Bethania [1] ad montem Olivarum, misit duos ex discipulis
2. suis, dicens eis : Ite in municipium, quod est contra vos; et statim (*b*), [2] intrantes †, invenietis pullum asinae alligatum, super quem nemo hominum sedit : solvite eum, et adducite.
3. Et si quis vobis dixerit : (*c*) [3] Quid solvitis pullum †? Dicite : Domino suo necessarius est : et protinus eum remit-
4. tet huc. Exeuntes, invenerunt pullum alligatum ante januam foris in platea, et solverunt eum.
5. Et quidam ex his, qui ibi circumstabant, dixerunt eis : Quid facistis, solventes pul-
6. lum? Et (*e*) dixerunt † illi, sicut praeceperat illis Jesus : et permiserunt illis
7. ducere pullum ad Jesum : et [4] straverunt illi vestimenta sua; et sedit super eum.
8. Multi autem vestimenta sua (*g*) sternebant † in via : alii autem frondes de arboribus cedebant, et sternebant in via.
9. Et, qui praecedebant, et qui sequebantur, clamabant, dicentes : Ossanna in ex-

CODEX VERONENSIS.

52. Jesus autem ait : Vade, fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit, et sequebatur eum in viam.
CAPUT XI.
1. Et cum adpropiaret (*a*) Hierosolyma †, et Bethania ad montem Oliveti, misit duos ex discipulis suis,
2. et ait illis : Ite in castellum, quod est contra vos ; et (*b*) introeuntes †, statim invenietis pullum asinae ligatum, super quem nemo adhuc hominum sedit : solvite illum, et adducite.
3. Et si quis vobis dixerit : (*c*) Quid solvitis pullum †? Dicite : Domino necessarius est : et continuo illum (*d*) dimittit † huc.
4. Et abeuntes, invenerunt pullum ligatum ante januam foris in transitu, et solve-
5. runt eum. Et qui erant illic foris stantes, dixerunt : Quid facitis, solventes pullum asinae ?
6. Et (*e*) dixerunt †, sicut (*f*) dixerat † illis Jesus : et permiserunt illis
7. ducere pullum ad Jesum ; et imponunt illi vestimenta ; et sedit super
8. eum. Multi autem vestimenta sua (*g*) sternebant † in viam ; alii frondes cedebant de arboribus, et sternebant in via.
9. Et qui praeibant, et qui sequebantur,' clamabant (*h*), dicentes † :

CODEX BRIXIANUS.

Jesus autem ait illi. Vade fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit. et sequebatur eum in via.

Et cum adpropinquaret (*a*) Hierosolyma † in Bethfage. et Bethania. ad montem Oliveti. misit duos ex discipulis suis. et ait illis. Ite in castellum, quod est contra vos. et statim introeuntes in eum. illic invenietis pullum ligatum. super quem nemo adhuc hominum sedit. solvite illum et adducite. Et si quis vobis dixerit. (*c*) Quid solvitis pullum † Dicite quia Domino necessarius est. et continuo illum dimittet huc.

Et abeuntes invenerunt pullum ligatum. ante januam foris. in bivio. et solverunt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis. quid facitis. solventes pullum. At illi dixerunt eis. sicut praeceperat illis Jesus. et dimiserunt eos. et adduxerunt pullum ad Jesum. et inposuerunt illi vestimenta sua. et sedit super eum. Multi autem vestimenta sua straverunt in via. alii autem frondes cedebant de arboribus. et sternebant in via. Et qui praeibant. et qui sequebantur. clamabant dicentes. Osanna. Benedictus qui venit in nomine Domini. Be-

CODEX CORBEIENSIS.

Cap. XI. — 4. foris in transitu, et solverunt eum 9. *Omittit*, dicentes : Hosanna.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* ad montem Oliveti. *Vulg.* ad montem Olivarum.

[2] *Gat.* introeuntes in illud. *Vulg.* introeuntes illuc.

[3] *Gat.* Quid facitis hoc? Dicite. *Vulg.* Quid facitis? Dicite.

[4] *Gat.* instraverunt. *Vulg.* straverunt.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

Cap. XI. — 1. Et cum appropinquaret Hierosolymam, et Bethaniam ad montem Oliveti. 2. quod est contra vos; et introeuntes, statim invenietis. 3. Quid solvitis pullum? Dicite : Domino necessarius est. 4. in transitum, et solverunt eum. 5. Et qui erant stantes illic, dixerunt eis : Quid. 6. Et dixerunt, sicut dixerat illis Jesus. 7. et permiserunt illis ducere pullum ad Jesum. 8. multi autem vestimenta sternebant in viam. 9. Osanna in excelsis.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Cod. Cant. habet, εἰς Ἱεροσόλυμα. — (*b*) Post *introeuntes*, deest *illuc*, etiam in cod. Cant. et Vercell. — (*c*) Ita et cod. Cant. τί λύετε τὸν πῶλον, ex Luca, cap. XIX, vers. 33. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἀποστέλλει. — (*e*) Post *dixerunt*, deest *eis*, etiam in cod. Cant. — (*f*) Ita et cod. Cant. εἰρήκει. — (*g*) Ita et cod. Cant. ἐστρώννυον. Ibid. Veron. habet *in viam*. Et ita tex. Gr. εἰς τὴν ὁδόν. — (*h*) Post *dicentes*, deest *Hosanna*, etiam in cod. Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

10. celso : Benedictus, qui venit in nomine Domini : Benedictum regnum Patris nostri David : (*a*) Ossanna † in excel-
11. sis. Et, cum (*b*) introisset † Hierosolyma in templum, circumspiciens omnia ; jam cum hora esset serotina, exiit in Bethania cum duodecim (*c*) discipulis †.
12. In crastino autem die, cum exissent a Bethania, esuriit.
13. Et, visa a longe arbore ficus habente folia, venit, quasi inventurus aliquid in ea ; cum venisset autem, et nihil invenisset, nisi folia (non enim erat tempus ficus),
14. dixit ei : Jam numquam in sempiternum nemo fructum ex te edat. Et audiebant discipuli e-
15. jus. Et venerunt Hierosolyma iterum.
Et cum introisset in templum, coepit cicere vendentes, et ementes in templo ; et mensas numulariorum, et cathedras vendentium columbas
16. evertit. Et non sinebat, ut aliquis transferret vas per
17. templum ; et docebat, dicens eis : Nonne scriptum est ; (*h*) Domus † mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Vos autem eam fecistis speluncam latronum.
18. Et cum audissent Pontifices, et Scribae, quaere-

CODEX VERONENSIS.

10. Benedictus, qui venit in nomine Domini ; Benedictum, quod venit regnum Patris nostri David : (*a*) Osanna in altissimis †.
11. Et, cum (*b*) introisset † Hierosolyma in templo, circumspexit omnia ; cum jam vespera esset hora, (et) exivit in Bethaniam cum XII.
(*c*) discipulis
12. suis †. Et alia die, (*d*) cum exisset † a Bethania, esuriit.
13. Cumque vidisset a longe arborem ficus habentem folia, venit (*e*) videre, si quid esset † in eam ; et nihil invenit, nisi folia tantum ; (non erat enim tempus ficuum.)
14. Qui dixit ei : Jam non amplius in aeternum quisquam fructum ex te manducet. Et audiebant discipuli ejus.
15. Et venit iterum Hierosolymam. Et cum ingressus fuisset in templum, c. e-
pit eicere (*f*) inde † vendentes, et ementes in templo ; et mensas nummulariorum, et catedras vendentium columbas
16. evertit. Et non sinebat, ut quisquam transferret vas per tem-
17. plum ; et docebat, dicens, (*g*) scriptum † esse ; (*h*) Domus † mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum.
18. Quo audito, Principes Sacerdotum, et Scribae

CODEX BRIXIANUS.

nedictum est regnum quod venit. Patris nostri David. Osanna in excelsis. Et cum (*b*) introisset † Jesus Hierosolyma in templum circumspexit omnia. et cum jam sera esset hora. exiit in Bethaniam. cum duodecim (*c*) discipulis †. Et alia die cum exirent a Bethania. esuriit. Et cum vidisset a longe arborem ficus habentem folia. venit quasi aliquid inventurus in ea.

Cum autem venisset ad eam. nihil invenit in ea nisi folia. non enim erat tempus ficorum. Et respondens dixit ei. Numquam amplius in aeternum quisquam ex te fructum manducet. Et audiebant discipuli ejus. Et venerunt iterum Hierosolymam. Et cum introisset Jesus in templum. cœpit eicere vendentes. et ementes in templo. et mensas nummulariorum. et cathedras vendentium columbas evertit. Et non sinebat ut quisquam transferret vas per templum. et docebat dicens eis. Nonne scribtum est. Quia domus mea domus orationis vocabitur. omnibus gentibus. Vos autem fecistis eam speluncam latronum. Quo audito Principes Sacerdotum. et Scri-

CODEX CORBEIENSIS.

13. [1] venit videre, si † quid esset in ea.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Et ita Gat.*

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

11. Et cum introisset Hierosolymam in templum, circumspexit omnia... exivit in Bethaniam cum duodecim discipulis. 12. cum exissent a Bethania. 13. venit videre, si quid esset in ea ; et nihil invenit, nisi folia. 14. Qui dixit ei... in aeternum quisquam fructum ex te manducet. 15. Et venit Jerosolymam... et columbas evertit. 17. dicens illis : Scribtum est : Domus mea. 18. et cum audissent

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Cod. Cant. Lat. habet *Ossanna*, et Cant. Gr. Ὡσσαννᾶ. Ibid. *in altissimis*. Et ita tex. Gr. ἐν ὑψίστοις. — (*b*) Ita et cod. Cant. εἰσελθών. — (*c*) Addit *discipulis suis*, etiam cod. Cant. μαθητῶν αὐτοῦ, una cum Bodl. 4 et 5 apud Millium. In Veron. et Brix. deest, *suis*. — (*d*) Ita et cod. Cant. ἐξελθόντα. — (*e*) Et ita cod. Cant. ἰδεῖν ἐάν τί ἐστιν. — (*f*) Ita et cod. Cant. ἐκεῖθεν. — (*g*) Ante *scriptum*, deest *nonne*, etiam in cod. Cant. — (*h*) Ante *domus*, deest *quia*, in cod. quoque Cant.

CODEX VERCELLENSIS.

bant quomodo illum perderent ; et timebant populum, quia tota turba stupebat in doctrina illius.
19. Et cum sero factum est, et exiebat extra civi-
20. tatem.[1] Et transeuntes discipuli, viderunt arborem ficus aruisse a radicibus.
21. Et rememoratus Petrus, ait illi : Rabbi, ecce arbor fici, quam maledixisti, aruit.
22. Et respondens Jesus, ait illis : (*a*) Si habueritis † fidem,
23. amen dico vobis, quia quicumque dixerit monti huic : Tollere, et jactare in mare ; et non dubitaverit in corde suo, sed crediderit, quoniam, quae loquitur, erunt, contingent illi, quaecumque dixerit.
24. Propter hoc dico vobis : Omnia, quaecumque
25. oratis, et petitis, credite, quia accipietis, et erunt vobis. Et cum stabitis (*c*) orantes †, remittite, si quid habetis adversus aliquem ; ut et Pater vester, qui est in caelis, dimittat peccata vestra.
26. Nam si vos non remittitis, nec Pater vester, qui est in caelis, remittet vobis delicta vestra.
27. Et venerunt iterum Hierosolyma : et, in templo deambulante eo, venerunt ad illum Pontifices Sacerdotum, et Scribae, et Seniores ;

CODEX VERONENSIS.

quaerebant quomodo eum perderent ; timebant enim eum, quoniam universa turba admirabatur super doctrina ejus.
19. Et cum vespere factum esset, egrediebatur de civitate.
20. Et cum transirent mane, viderunt arborem ficus aridam factam a radicibus. Et
21. recordatus Petrus, ait : Rabbi, ecce arborem ficus, cui maledixisti : aruit.
22. Et respondens Jesus, ait illis : (*a*) Si habueritis † fidem Dei,
23. amen dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti : Tollere, et mittere in mare : et non aestaverit in corde suo, sed crediderit (*b*) futurum, fiet, quodcumque dixerit †.
24. Propterea dico vobis : Omnia, quaecumque orantes petitis, credite, quia accipietis, et evenient vobis.
25. Et cum stetis (*c*) orantes †, dimittite, si quid habetis ad aliquem ; ut et Pater vester, qui est in caelis, dimittat vobis invicem iniquitatem vestram.
26. Si vos non dimiseritis, nec Pater vester, qui est in caelis, dimittet vobis peccata vestra.
27. Et rursus (*d*) venit †. Hierosolymam : et, cum in templo ambularet, accesserunt ad eum Summi Sacerdotes, et Scribae, et Seniores ;

CODEX BRIXIANUS.

bae quaerebant quomodo eum perderent. timebant enim eum. quoniam universus populus admirabatur super doctrina ejus. Et cum vespera facta esset egrediebatur de civitate. Et cum mane transirent. viderunt arborem ficus aruisse a radicibus. Et recordatus Petrus ait illi. Rabbi. ecce arbor ficus quam maledixisti aruit.

Et respondens Jesus ait illis. Habete fidem Dei. amen dico vobis. quia quicumque dixerit monti huic. Tollere hinc. et mittere in mare. et non haesitaverit in corde suo. sed crediderit. quia quodcumque dixerit fiat. fiet ei. Propterea dico vobis. Omnia quaecumque orantes petieritis. credite quia accipietis. et venient vobis. Et cum stabitis ad orationem dimittite si quid habetis adversus aliquem ut et Pater vester qui in caelis est. dimittat vobis peccata vestra. Quod si vos non dimiseritis. nec Pater vester qui in caelis est dimittet vobis peccata vestra. Et venerunt iterum Hierosolymam. et cum in templo ambularet. venerunt ad eum Summi Sacerdotes. et Scribae.

CODEX CORBEIENSIS.

23. sed crediderit futurum, fiet, quodcumque dixerit.

24. credite, quoniam accipietis, et erunt vobis.
26. dimittat delicta vestra.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* cum transfretassent. *Vulg.* cum mare transirent.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

Sacerdotes, et... super doctrinam ejus. 20. Et cum transirent mane, viderunt arborem ficus aruisse a radicibus. 21. Et rememoratus Petrus, ait illi : Rabbi, ecce arbor ficus, quam maledixisti, aruit. 22. ait illis : Si habueritis fidem Dei. 23. in corde suo, sed crediderit futurum, fiet, quodcumque dixerit. 24. quia accipietis, et erunt vobis. 25. adorantes, dimittite... ut et Pater vester dimittat delicta vestra. 26. si vos non remittitis... dimittet peccata vestra. 27. Et rursus venit Hierosolymam, et cum ambularet in templo, venerunt ad eum Sacerdotes, et Seniores,

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Et ita cod. Cant. εἰ ἔχετε. — (*b*) Ita et cod. Cant. τὸ μέλλον ὃ ἐὰν εἴπῃ γενήσεται αὐτῷ. — (*c*) Ita et tex. Gr. προσευχόμενοι. — (*d*) Et ita cod. Cant. ἔρχεται. —

CODEX VERCELLENSIS.

28. et dixerunt ei : In qua potestate haec facis ? et quis tibi dedit hanc potestatem ?
29. Et Jesus respondens, dixit eis : Interrogo vos et ego unum verbum : (*a*) respondete † mihi : et dicam vobis, in qua potestate haec
30. faciam. (*b*) Baptisma † Johannis, de caelo erat, an ex hominibus ? respondete
31. mihi. Ad illi cogitabant inter se, dicentes : Quid dicemus ? Si dixerimus :
De caelo : [1] dicet nobis : Quare non credidistis illi ?
32. Quod si dixerimus : Ex hominibus : timemus populum ; omnes enim (*d*) sciebant † Johannen, quoniam vere Propheta e-
33. rat. Et respondentes ad Jesum, dixerunt : Ne . . . . . Et Jesus dixit illis : Nec ego dico vobis, in qua potestate [2] haec faciam.

CAPUT XII.

1. Coepit autem il . . . . . e . . . Vineam plantavit homo, et circumdedit saepem, et fodit torcular, et aedificavit turrem . . . locavit eam vinitoribus, et peregre profectus
2. est. Et misit ad vinitores . . . . . ent
3. illi. (*f*) Et † adprehensum . . . ceciderunt, et dimiserunt eum vacuum (*g*) ad illum †.
4. Et iterum misit ad eos alium servum ; et illum in capite vulneraverunt, et injuriose tractave-

CODEX VERONENSIS.

28. et dixerunt illi : In qua potestate hæc facis ? et quis tibi dedit hanc potestatem ?
29. Jesus autem respondens, ait illis : Interrogo vos et ego unum verbum : (*a*) respondete † mihi : et dicam vobis, in qua potestate haec facio.
30. (*b*) Baptisma † Johannis, de caelo erat, an ex hominibus ? respondete mihi.
31. Ad illi cogitabant adversum se, dicentes, quid ei responderent. Si dixerimus : De caelo : (*c*) dicit nobis † : Quare non credidistis illi ?
32. Si vero dixerimus : Ex hominibus : timemus plebem ; omnes enim (*d*) sciebant †, Johannen vere Prophetam fuisse.
33. Et respondentes, dixerunt ad Jesum : Nescimus. Et respondens, ait illis Jesus : Neque ego dico vobis, in qua potestate haec faciam.

CAPUT XII.

1. Coepit autem illis in parabolis loqui, ita dicens : Vineam pastinavit homo, et circumdedit saepem, et fodit lacum, et aedificavit turrem, et tradidit eam colonis, et peregre pro-
2. fectus est. Et misit ad colonos in tempore servum, (*e*) ut fructum ex vinea darent ei †.
3. (*f*) Et † adprehensum eum, ceciderunt, et dimiserunt vacuum (*g*) ad eum †.
4. Et iterum misit ad illos alium servum ; et illum in capite vulneraverunt, et contumeliis adfecerunt.

CODEX BRIXIANUS.

et Seniores. et dixerunt ei. In qua potestate haec facis. et quis tibi dedit hanc potestatem. ut haec facias. Jesus autem respondens ait illis. Interrogo vos et ego unum verbum. (*a*) responde.e † mihi. et dicam vobis in qua potestate haec faciam. Baptismum Johannis. de caelo erat. an ex hominibus. respondete mihi. At illi cogitabant intra se dicentes. Si dixerimus De caelo. dicet nobis. Quare ergo non credidistis ei. Si autem dixerimus Ex hominibus timemus populum. omnes enim (*d*) sciebant †. quia vere Propheta erat Johannes. Et respondentes dixerunt ad Jesum. Nescimus. Et Jesus dixit illis. Neque ego dico vobis in qua potestate hæc facio. Coepit autem illis in parabolis loqui. Vineam plantavit homo. et circumdedit saepe et fodit lacum. et aedificavit turrem. et locavit eam agricolis. et peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore servum. ut ex fructibus vineæ darent illi. Qui apprehensum eum caeciderunt. et remiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos alium servum. et illum in capite vulneraverunt. et contumeliis adfecerunt.

CODEX CORBEIENSIS.

30. de caelo est, an ex hominibus ?
Cap. XII. — 1. et fodit torcular... et locavit eam colonis.
2. Et misit ad colonos.. ut darent illi ex vinea fructum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* dicet nobis : Quare. *Vulg.* dicet : Quare.

[2] *Gat.* haec facio. *Vulg.* haec faciam.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

et Scribae. 28. et dicunt illi... Et quis tibi hanc potestatem dedit. *Ibid. deest*, ut ista facias. 29. Jesus autem, dicit illis. Interrogo vos et ego unum verbum : respondete. 30. Baptisma Joannis. 31. Ad illi... ad invicem, dicentes : Quid ei respondemus ? Si dixerimus : De caelo : dicet nobis : Quare non credidistis illi ? 32. Et si... timemus plebem ; omnes enim sciebant, Johannen vere Prophetam fuisse. 33. Et respondentes, dixerunt ad Jesum... dicit illis... haec facio.

Cap. XII. — 1. Coepit autem illis in parabolis loqui : Vineam plantavit homo... et fodit torcular... turrem... et locavit eam cultoribus. 2. ad colonos in... ut fructum ex vinea darent ei. 3. Et adprehensum...et remiserunt. 4. ad eos.

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *respondete*, deest *et*, etiam in cod. Cant. — (*b*) Ita et tex. Gr. τὸ βάπτισμα. — (*c*) Ita et cod. Cant. λέγει ἡμῖν. — (*d*) Juxta cod. Cant. ᾤδεισαν.— (*e*) Et ita cod. Cant. ἵνα ἐκ τοῦ καρποῦ τοῦ ἀμπελῶνος (*de fructu vineae*) δώσουσιν αὐτῷ. ex Luca.—(*f*) Ita et cod. Cant. καί.—(*g*) Addit *ad eum*, etiam cod. Cant. πρὸς αὐτόν.

CODEX VERCELLENSIS.

5. runt. Et (*a*) alium misit servum † ; et illum occiderunt : et multos alios ; quosdam ceciderunt, quosdam vero occiderunt.
6. Cum haberet autem adhuc unicum filium dilectum, novissime, illum misit, dicens : (*b*) Forsitan † filium meum reverebuntur.
7. Vinitores autem dixerunt inter se : Hic est heres ; venite, occidamus illum, et nostra erit here-
8. ditas. Quem adprehensum, occiderunt, et projecerunt eum extra vine-
9. am. Quid ergo faciet Dominus vineae ? Veniet, et perdet vinitores, et dabit vineam ali-
10. is. Nec Scripturam hanc legistis ? Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in capite angu-
11. li. A Domino factus est : hic est mirabilis in oculis nos-
12. tris. Et quaerebant eum tenere ; et timuerunt turbam : cognoverunt enim, quod ad eos parabolam dixisset. Et, relicto illo, abi-
13. erunt. Et immiserunt [1] quosdam ex Pharisaeis, et Herodianis, ut eum captarent
14. verbo. Et illi venientes, (*c*) interrogabant illum † : Magister, scimus, quia verax es, et quia non pertinet te de ulla re ; nec enim accipis personam hominum, sed in veritate viam Dei [2] doces. (*d*) Dic ergo nobis † : Licet dare tributum Caesari, aut (*e*) non † ?
15. Sciens (*f*) autem Jesus † simulationem illorum, ait illis :

CODEX VERONENSIS.

5. Et (*a*) alium misit servum † ; et illum occiderunt : et plures alios ; quosdam ceciderunt, quosdam vero occiderunt.
6. Adhuc unum habens filium charissimum ; dicens : (*b*) Forsitan † filium meum verebuntur.
7. Coloni autem dixerunt ad invicem : Hic est haeres ; venite, occidamus. . . . . et nostra erit haereditas.
8. Et adprehensum, occiderunt extra vineam.
9. Quid ergo faciet Dominus vineae, dum venerit ? Ad illi dixerunt ei : Malos male perdet, et vineam suam locabit aliis colonis.
10. Nec Scripturam hanc legistis ? Lapidem, quem reprobaverunt aedificantes, hic factus est in caput anguli.
11. A Domino factus est, et est mirabilis in oculis nostris.
12. Et quaerebant eum tenere ; et timuerunt turbam : cognoverant enim, quoniam de eis parabolam hanc dixisset. Qui, relicto eo, abierunt.
13. Mittunt illi quosdam ex Pharisaeis, et Herodianis, ut eum caperent in verbo.
14. Et illi venientes, (*c*) interrogabant cum † subdole, dicentes : Magister, scimus, quoniam verax es, et non curas quemquam ; nec enim accipis faciem hominis, sed in veritatem viam Dei doces. (*d*) Dic ergo nobis : Si † licet dari tributum Caesari, aut (*e*) non † ?
15. (*f*) Ad Jesus †, cum vidisset versutiam illorum, ait illis :

CODEX BRIXIANUS.

Et rursum.

Mutilus est hoc loco codex argenteus integro quaternione ; quae enim legimus in Vulgatis a cap. XII, *vers.* 5, *usque ad* XIII, *vers.* 32, *hic desiderantur : incuria ne compactoris, an alterius piaculo, incertum. Ad postrema illa verba* Et rursum, *quæ adversam paginam claudunt, subtus in limbi angulo adposita est nota* Q. XLVI. , *quam excipit post alias totidem* Q. XLVIII ; *deinde sic continuatur series Evangelii hujus.*

CODEX CORBEIENSIS.

6. Quia forsitan filium meum, etc.
11. A Domino factus est hic, et est mirabilis in oculis nostris.
14. Et venientes Pharisaei, interrogabant eum subdole : Magister.
15. Videns vero Jesus versutias eorum.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* quosdam cum Herodeanis, ex Pharisaeis. *Vulg.* quosdam ex Pharisaeis, et Herodianis.
[2] *Gat.* doces. Dic ergo nobis : Licet. *Vulg.* doces : Licet.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

5. Et alium misit servum ; et... et alios plures, quos ceciderunt ; quosdam autem occiderunt. 6. Adhuc unum... et illum misit nobissimum, dicens : Quia filium meum verebuntur. 7. heres. 8. Quem apprehensum, occiderunt eum, et. 9. aliis colonis. 11. A Domino factus est : hic est admirabilis in. 12. quoniam de eis parabolam dixit. 13. Et inmittunt quosdam ex... ut eum caperent verbo. 14. Et illi venientes, interrogabant cum subdole : Magister, scimus quoniam verax es... nec enim aspicis in faciem hominum... doces. Dic ergo nobis, si licet... aut non. 15. Jesus autem, cum vidisset versutias illo-

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Ante *alium*, deest *iterum*, in cod. quoque Cant. nec non in vers. Pers. et Copt. ibid. addit *servum*, pariter cod. Cant. δοῦλον. — (*b*) Addunt *forsitan*, etiam vers. Syr., Pers. et Arab., ex Luca. (*c*) Et ita cod. Cant. ἐπηρώτων αὐτόν. — (*d*) Addit *Dic ergo nobis : Si*, etiam cod. Cant. εἰπὲ οὖν ἡμῖν εἰ. — (*e*) Post *non*, deest *dabimus*, in cod. quoque Cant. — (*f*) Ita et cod. Cant· ὁ δὲ Ἰησοῦς.

CODEX VERCELLENSIS.

Quid me temptatis ? adferte mihi denarium, ut vide-
16. am. Ad illi (*a*) attulerunt †. Et ait illis : Cujus est imago, et inscriptio ? Dixerunt : Caesaris.
17. Respondens autem Jesus, dixit illis : Reddite igitur, quae Caesaris sunt, Caesari, et, quae Dei sunt, Deo. Et mirabantur su-
18. per eum. Et venerunt Sadducaei ad illum ; qui dicunt, non esse resurrectionem : et interrogabant eum,
19. dicentes : Magister, Moyses scripsit nobis, ut, si cujus frater decesserit, (*b*) et habuerit uxorem †, et filium non reliquerit, et accipiat frater illius uxorem ejus, et resuscitet semen fratri suo.
20. [1] Erant autem (*c*) aput nos † VII. fratres ; et prior, accepta uxore, decessit, et non reliquit se-
21. men. Et sequens accepit illam, et decessit ; et nec hic reliquid semen. Et tertius
22. similiter. Acceperunt eam VII. et non reliquerunt semen. Postea et mulier defuncta
23. est. In resurrectione ergo, cum resurrexerit, cujus illorum erit uxor ? VII. enim habuerunt illam uxorem.
24. Respondens autem Jesus, dixit eis : Propter hoc erratis, nescientes Scripturas, neque virtutem
25. Dei. Cum enim a mortuis resurrexerint, nec nubunt, nec nubuntur, sed [1] sunt, tanquam Ange-
26. li in caelis. De mortuis autem, quia resurgunt, non legistis in libro Moysi, de rubo quo-

CODEX VERONENSIS.

Quid me temptatis? adferte mihi denarium, ut videam.
16. Ad illi (*a*) adtulerunt †. Ait illis : Cujus est (*sic*) figula haec, et inscriptio ? Dicunt illi : Caesaris.
17. Respondens autem Jesus, dixit illis : Reddite igitur, quae sunt Caesaris, Caesari, et, quae sunt Dei, Deo. Et mirabantur vehementer in responsum ejus.
18. Et venerunt ad eum Sadducei ; qui dicunt, non esse resurrectionem : et interrogabant eum, dicen-
19. tes : Magister, Moeses nobis scripsit, ut, si cujus frater decesserit, (*b*) et habuerit uxorem †, et filios non reliquerit, et accipiat frater uxorem ejus, et resuscitet semen fratri suo.
20. Fuerunt ergo (*c*) aput nos † septem fratres ; et primus accepit uxorem, et mortuus est, non relicto se-
21. mine. Et secundus accepit eam, et mortuus est ; et non reliquid semen. Et tertius.....
22. ..... eam... ..... vero et mulier defuncta est.
23. In resurrectione . . . . . erit uxor ? septem enim eorum illam habuerunt uxo-
24. rem. Et respondens Jesus, ait illis : Nonne ideo erratis, non intellegentes Scripturas, neque virtutem Dei ?
. . . . . .
25. nubunt, neque nubuntur, sed erunt sicut Angeli (*d*) in caelo †.
26. De mortuis autem, quod resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubum quomodo

CODEX BRIXIANUS.

Mutilus est hoc loco codex argenteus integro quaternione ; quae enim legimus in Vulgatis a cap. XII, *vers.* 5, *usque ad* XIII, *vers.* 32, *hic desiderantur : incuria ne compactoris, an alterius piaculo, incertum.*

CODEX CORBEIENSIS.

20. [2] Fuerunt ergo apud nos † septem fratres.
21. *Omittit*, Et tertius similiter.
25. cui eorum manebit uxor ?
26. in libro Moysi, in rubo, etc.

VARIANTES LECTIONES.

[1] *Gat.* erunt, tanquam. *Vulg.* sunt, sicut.

[2] *Gat.* Erant apud nos.

LECTIONES CODICIS VINDEBONENSIS ABEUNTES AB EDITIONE VULGATA.

rum... temptatis? 16. Ad illi adtulerunt. Et ait... figura haec... Dicunt illi. 17. Reddite, quae sunt Caesaris, Caesari, et, quae sunt Dei, Deo. Et mirabantur eum. 19. scribsit... ut, si cujus frater decesserit, et habuerit uxorem... reliquerit, ut accipiat... uxorem ejus. 20. Fuerunt ergo aput nos septem fratres; et... mortuus est, et non reliquit semen. 22. similiter. Acceperunt eam septem et non reliquerunt semen. Postea et mulier mortua est. 23. cum resurgere coeperint, cujus eorum erit uxor?... illam habuerunt. 24. dixit illis : Ideo erratis, non intelligentes Scribturas. 25. ex mortuis... neque nubunt... sed erunt, velut Angeli. 26. De mortuis autem, quoniam

BLANCHINI NOTÆ.

(*a*) Post *adtulerunt*, deest *ei*, pariter in tex. Gr. — (*b*) Ita et cod. Cant. καὶ γυναῖκα ἔχῃ. — (*c*) Addit *aput nos*, etiam cod. Cant. παρ' ἡμῖν, ex Matthæo. — (*d*) Ex Matthæo.

CODEX VERCELLENSIS.

Huc usque sapientissimus Benedictus papa XIV, qui præclaris suorum prædecessorum exemplis insistens, Joanni V, de catholica fide, ac de apostolica sede benemerentissimo, titulum ac ornamenta Fidelissimi largitus est. Sanctissimus Pius V (quantus Pontifex!) Sacræ Majestati Sebastiani Portugalliæ et Algarbiorum regis, ipsius Joannis V optimi decessoris, pro immensis laboribus, atque operibus, ad catholicæ fidei propagationem procurandam exhaustis, honorabilem aliquem titulum, tamquam rerum præclare gestarum jugem indicem, conferre optabat; ut idem Benedictus papa XIV, die 23 mensis Decembris 1748, mandavit litteris, in ævum perennaturis. Sed Joanni V, cujus pietatis ac fidei monumenta non vetustas, non oblivio delebit ulla, tantus honos reservabatur. Ipsi enim primum Fidelissimi regis titulus collatus est, quem cum posteri hæreditario jure adipiscentur, Joannis V fidem, quæ omnium virtutum est radix, eo prædicante, cognoscent; et, cum cognoverint, ipsi quoque æmula imitatione prædicabunt. Tuone, card. eminentissime, an meo dicam felici contigisse fato, ut moras necteret divina clementia jamdiu maturæ hujus *Evangeliarii quadruplicis* editioni? Tu quidem, si tuum sensum explorem, vis me hoc tribuere fortunæ meæ : namque ita evenions, ad regem Joannem V huic Operi gloriosior aditus patet. Ei namque sistitur gerens in fronte titulum Fidelissimi, in quo ipse Rex sibi jure optimo valde gloriabitur. At illud meum est etiam ostendere, cur ego in eo tuæ felicitatis majus quoque pondus agnoscam. Nam, si tu ita de me sentis, æquum est mihi a te concedi, ut ego id de te magis; quoniam tu regnorum Portugalliæ protector benemerentissimus es. Excellentissimus vir D. Emmanuel Pereyra de Sampajo, commendator Militiæ Domini Nostri Jesu Christi, et Negotiis Majestatis Suæ apud Sedem apostolicam præpositus plenipotentiarius, tuæ fidei, sapientiæque commendavit hoc, quod nunc a me geritur, christianæ exsultationis officium. Quod dum præsto, ipsi quoque ex animo gratulor; cui etsi magna est gravissimorum negotiorum imposita moles, eam tamen ipse summa cum laude atque omnium admiratione sustinet: ex quo consequitur, ut non modo Regis Fidelissimi voluntati serviat, quod summa laude dignum, sed etiam ut consulat Majestati, quo laudabilius esse nihil potest. Vivat igitur in annos plurimos, atque in æternum vivat cum Christo, cujus Ordini Militiæque nomen dedit. Hic est votorum meorum scopus; hæc *Evangeliarii quadruplicis*, quod gero in pectore, disciplina; hoc magisterium. Nunc vero, cardinalis sapientissime, tantum abest, ut ego a majoribus tuis, omni decore affluentibus, ad te ornandum quidquam hauriam, ut etiam in te sit, quod ad illos redundet. Si tamen mihi de te aliunde petenda esset laus, unde plura suppeterent ornamenta, quam a Clemente XII, patruo tuo, ad multorum invidiam, ad omnium admirationem pontifice vere magno, cui in terris supremam dignitatem, S. R. E. cardinalium collegium non quasi optatam contulisse, sed quasi debitam persolvisse quisque testabatur. De tuis autem laudibus, quanta scribenda forent! Sed quia tecum quasi loquor, ne servire tuis auribus videar, nolo hic plura scribere. Itaque, cardinalis sapientissime (cui summam juvandi litteras voluntatem Deus tribuit), quoniam ad eximium decus ingenitæ clementiæ tuæ nova nunc te vocat occasio, suscipe, quæso, hujus operis prosecutionis apud Regem Fidelissimum patrocinium. Restitue illi, quæ temporum perversitas, vel, ut alio verius causa derivetur, peccatorum meorum vis eripuit. Hæc est actio digna cardinali, digna principe; Nerio vero et cardinali, et principe dignissima. Vidit alma Roma, dum magnus tuus patruus viveret, tuam præteritam vitam : ab ea nihil umquam humile, nihil obscurum, nihil vulgare; ampla omnia, præclara, inusitati exempli. Quæ tu, quoniam a te ipso dissentire non potes, nunc quoque præstas universis, semperque præstabis. Quicumque futuri sunt ex hac editione profectus (in restituendis præsertim lectionibus sanctorum Patrum primitivorum, qui quatuor sancta Jesu Christi Evangelia vel recitant, vel commentariis illustrant), hos omnes singulari prorsus et incomparabili Joannis V munificentiæ deberi, ego tam sincero, quam grato animo palam aperteque profiteor, semperque prædicabo. Et utinam mihi sub iisdem auspiciis, sumptuque regio liceat quoque in lucem emittere duo alia præstantia volumina Hexaplorum Origenianorum, quæ auro, argentoque cariora, mirum in modum causam fidei catholicæ tuentur et juvant! Hoc argumenti genus, protector eminentissime, fere intentatum hactenus, regium Mecœnatem exoptat. Sed de eo una tecum alias. Nunc vero quosdam omissos SS. Patrum locos tibi mitto, sistoque, tuæque sapientiæ subjicio discutiendos; ut ex ipsis definias, an jure dixerim, codices nostros Aureos, Argenteos, Purpu-

[a] Lib. I Indict. 9, epist. 75, tom. II oper. edit. Paris. 1705, p. 360.

reos, et Unciales non solum vetustate, verum etiam bonitate cæteris anteire, atque Versionem Italam exhibere.

Matth. III, 16. Vercellen. et Veronen., *venientem in ipsum*; Brixian., *venientem super eum*. Matthæi Vulgatus interpres habet, *venientem super se*: verum tamen in fonte Græco legitur, ἐπ' αὐτόν, *super eum*.

Matth. V, 12. Veronen. et San-Germanen. addunt, *patres eorum*; et ita S. Cyprian. in epist. 26, p. 84.

Matth. VI, 12. Veronen. *remittimus*; et ita aliqui mss. codd. S. Cypriani.

Matth. VI, 12. Vercellen., *remitte*; et ita S. Cyprian. in lib. de Orat. Dom. pag. 265.

Matth. VII, 24. In Vercellen. desunt verba, *ergo . . . . hæc*; et ita in S. Cyprian. lib. III Testim. ad Quir. cap. 96, pag. 387. In San-German. deest tantum, *hæc*.

Matth. IX, 3. Brixian., *dixerunt intra semetipsos*; Græcus, *intra se ipsos dixerunt*.

Matth. XII, 2. Veronen. et San-Germanen., *non licet eis*; et ita Græca quædam exemplaria, et aliqui Latini mss. libri relati in Div. Biblioth. S. Hieron.

Matth. XII, 7. Vercellen., Veronen. et Corbeien., *si enim*; et ita S. Iren. in lib. IV contra Hæreses, tom. I, pag. 249.

Matth. XII, 18. Vercellen., *adnuntiavit*; Veronen., Corbeien. et Brixian., *adnuntiabit*; et ita S. Irenæus in lib. III contra Hæreses, tom. I, pag. 189.

Matth. XII, 20. Vercellen., *in victoria*; Brixian., *in victoriam*. S. Cyprianus adversus Judæos, et lib. de Montibus Sina et Sion, p. 497, *in contentionem*.

Matth. XII, 26. Veronen. et San-Germanen., *si enim Satanas*, etc.; et ita S. Ambros. in lib. II de Pœnit. cap. 4, pag. 421.

Matth. XII, 29. Veronen., *ipsum alligaverit*, etc.; et ita S. Iren. et cod. Corbeien.

Matth. XII, 30. Vercellen., Veronen. et San-Germanen., *dispargit*. S. Ambrosius in lib. II de Pœnitent. cap. 4, pag. 422, *dispergit*.

Matth. XII, 40. In Vercellen., Veronen., Corbeien. et San-Germanen., ante *Filius*, additur, *et*; et ita in S. Ambros. lib. de Virgin. cap. 19, pag. 244, et in lib. de Fuga sæc. cap. 4, pag. 426.

Matth. XII, 45. Veronen., *inveniet*; et ita S. Hilarius in Comment. in hunc Matthæi locum. Cod. Corbeien., *inveniens*.

Matth. XIII, 4 In Brixian. deest *cæli*; et ita in plerisque Græcis exemplaribus, et in duobus Latinis reginæ Suecorum mss. libris Romæ asservatis.

Matth. XIII, 11. Corbeien. pro *quia*, habet *quoniam*; et ita S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses tom. I, pag. 266.

Matth. XIII, 15. Vercellen., Veronen. et Corbeien., *illis*; et ita S. Irenæus.

Matth. XIII, 14. Vercellen., Corbeien. et Brixian., *Esaiæ*; et ita S. Irenæus.

Matth. XIII, 14. Brixian., *adimpleretur*; et ita plures mss. codd. S. Irenæi in lib. IV contra Hæreses.

Matth. XIII, 16 Vercellen., Veronen. et Corbeien., *qui . . . . . quæ audiunt*; et ita S. Irenæus.

Matth. XIII, 17. In Vercellen., Veron., Corbeien. et Brixian. deest *quippe*; et ita S. Hilar. tract. in psalm. LXVII, tom. I, pag. 254.

Matth. XIII, 17. Veronen., *vos audistis*; San-Germanen., *vos vidistis . . . . . audistis*; Brixian., *vos vidisti . . . . vos audius*; etc.; et ita S. Hilar. in loco citato, et S. Iren. in lib. IV contra Hæreses, pag. 259.

Matth. XIII, 38. Veronen., *iniqui*; Brixian., *maligni*; et ita S. Irenæus in lib. IV contra Hæreses, tom. I, pag. 288.

Matth. XIII, 43. In Vercellen. et Veronen. deest *audiendi*; et ita in omnibus fere mss. codicibus S. Hilarii de Trinitate lib. XI.

Matth. XIV, 21 Vercellen., Veronen. et Corbeien., *exceptis pueris, et mulieribus*; et ita Sanctus Ambrosius in lib. de Virginitate cap. 7, p. 223.

Matth. XV, 27. Vercellen., et Veronen., *utique, Domine*; San-Germanen., *utique*; Græcus, Ναί, κύριε, καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν, qui reddi potest, *utique, Domine*, etc.

Matth. XVI, 17. Vercellen. et Corbeien., *qui est in cœlis*; et ita S. Hieronymus in lib. XIV Commentar. in Isaiam, cap. 52, tom. IV, pag. 609.

Matth. XVI, 18. Deest *et*, ante *ego*, in Vercellen. nec non in S. Cypriani epist. 27, ad Lapsos, pag. 58, et in lib. de Unitate Ecclesiæ, pag. 254.

Matth. XVI, 21. Corbeien. et Brixian., *illum*; et ita S Irenæus.

Matth. XVI, 26. Veronen., *lucrifaciat*; S. Cyprian. pag. 621, *lucrifeceris*.

Matth. XVI, 28. Vercellen., *sunt aliqui de istis adstantibus*; Veronen., *quoniam sunt aliqui de istis adstantibus*; et ita S. Hilarius in Comment. in caput XVII Matthæi, et S. Ambrosius in lib. III de Fide cap. 12, pag. 514. In libro tamen II de Fide Resurrect., pag. 1459, habet, *ex his adstantibus*; Corbeien., *quia sunt hic aliqui de adstantibus*; San-Germanen., *quoniam sunt aliqui de hic stantibus*; Brixian., *quia sunt quidam de hic adstantibus*.

Matth. XVII, 16. Vercellen. et Veronen., *incredibilis*; et ita S. Hilarius in Commentar. in hunc Matthæi locum.

Matth. XVIII, 5. Vercellen. et Veronen., *acceperit . . . . . puerum. . . . . accipit*; et ita Lucifer Calaritanus in lib. II pro S. Athanasio. Corbeien., *acceperit . . . . infantem . . . . . excipit*; San-Germanen., *acceperit*, etc.; Brixian., *receperit ..... recipit*.

Matth. XVIII, 8. Corbeien., *est tibi*; et ita S Augustinus in Speculo de Evangelio secundum Matthæum tom. III, part. I, pag. 760. Brixian., *est enim tibi*.

Matth. XVIII, 15. Vercellen., Veronen. et Corbeien., *quod si peccaverit*; et ita quidam mss. codices Operum S. Ambrosii.

Matth. XVIII, 15. In Corbeien. ante verbum *corripe*, deest *et*; et ita in S. Cyprian. lib. de duodecim Abusionibus cap. 20, pag. 596; et in S. Ambros. epistol. I class., tom. II, p. 948.

Matth. XIX, 33. Vercellen., Veronen. et Corbeien., *sic et vobis faciet Pater meus, qui in cœlis est*; et ita S. Ambrosius in epist. prim. class., pag. 958.

Matth. XXIV, 41. In Vercellen. additur, *duo in lecto : unus adsumetur, et unus relinquetur*. In Veronen., *duo in lecto : unus adsumetur, et unus relinquetur*; et ita in aliquot Græcis exemplaribus, et in nonnullis Latinis libris. In Corbeien. quoque, *duo erunt in lecto jacentes : unus dimittetur, et alius adsumetur*. Verum in eodem codice omittitur, *duæ molentes in mola : una adsumetur, et una relinquetur*. In Brixian. legitur, *duo in lecto uno : unus adsumetur, et alius relinquetur*.

Matth. XXVI, 23. Deest *enim* in Vercellen. atque in S. Iren. lib. V contra Hæreses, tom. I, page 332.

Joan. I, 9. Veronen., *erat cum*; et ita S Hilarius in tract. in psalm. CXXXI, tom. I, pag. 501; Brixian., *erat autem*.

Joan. I, 18. In Gat. deest *filius*; et ita in Sancti Ambrosii epist. 10, class. I, tom. II, pag. 806.

Joan. IV, 25. Veronen., *etenim Pater*; et ita Hilarius, qui dicitur Ambrosiaster, in epist. ad Romanos cap. I, page 29.

Joan. IV, 27. Vercellen., *quæ.....mulier..... queretur*, Veronen., *eo quod cum muliere loqueretur*. S. Cyprianus pag. 164, *quod cum muliere loqueretur*.

Joan. V, 31 Vercellensis, *inter... quæ sunt... sciputi, dicentes*. Text. Græcus ad verbum redditur, *interrogabant eum discipuli ejus, ῥάββι, φάγε αὐτὸν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ*.

Joan. IV, 34. Veronen., *et ut perficiam*, etc.; Brixian, *et perficiam*; et ita S. Ambrosius in lib. de Fide cap. 13, pag. 581.

Joan. v, 19. Vercellen., *facit similiter;* Veronen., *eadem et Filius facit similiter;* et ita sanctus Ambrosius in lib. II de Fide cap. 8, pag. 483, et in lib. IV, cap. 4, pag. 528, necnon in lib. II de Spiritu sancto cap. 12, pag. 660. Gat., *Filius eadem similiter*

Joan. v, 24. Veron., *transiet de morte ad vitam;* Gat. et Mm., *transiet a morte ad vitam;* Brixian. vero cum Vercellensi, et S. August. in lib. II, epist. 55, ad inquisit. Januarii, tom. II, pag. 128, *transiet de morte ad vitam.*

Joan. v, 25. Veronen. et Brixian., *veniet;* et ita S. Augustinus in lib. I de Trinitate, tom. VIII, pag. 709.

Joan. v, 29. Veronen., *et resurgent;* et ita S. Ambrosius pag. 313.

Joan. VI, 43. Vercellen., Veronen. et Brixian., *nolite murmurare inter vos;* juxta Græcum, μετ' ἀλλήλων, id est, *inter vos*, seu, *in invicem.*

Joan. VI, 58. Veronen., *vivit;* et ita S. Ambrosius p. 145.

Joan. VII, 28. Vercellen., *et a me non veni, sed est verax*, etc.; Veronen., *nec enim a me veni, sed est verax*, etc.; et ita S. Hilarius.

Joan. VII, 34. Vercellen., *et quo ego vado.* Græcus, *ubi ego sum*, ὅπου εἰμὶ ἐγώ. Verbum εἰμὶ, tali accentu notatum reddi debet, *sum;* sed, dum sic scribitur εἶμι, sonat *vado*, quæ scriptura a nonnullis probatur. Antiqui codices carebant hisce notis, quas Grammatici postea apposuere pro diversis sensibus, quos textui inesse intelligebant. Ita reddi posset locus ille: *et quo ego vado, vos non potestis venire*, conformiter Vercel.

Joan. VII, 52. Deest *Scripturas* in Gat., Mm. et Brixian.; et ita in Græco textu, et in aliquibus codicibus mss. Divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Joan. VIII, 6. Corbeien., Gat. et Mm., *inclinato capite;* et ita S. Ambrosius in epist. 58.

Ibid. In Corbeien. et Mm. deest *deorsum;* et ita in S. Ambrosii loco citato, et in S. Hieronymi Dialogo contra Pelagianos, tom. II, pag. 745.

Joan. VIII, 44. Veronen., *et concupiscentiam*, etc., S. Cyprianus legit, *et concupiscentias.*

Joan. VIII, 58. Vercellen., Veronen. et Corbeien., *ante Abraham ego sum;* et ita S. Ambrosius in lib. III de Fide cap. 9, p. 508.

Joan. IX, 7. In Vercellen. et Veronen. deest *lava;* et ita in S. Ambrosii lib. III de Sacram. cap. 2, p. 367.

Joan. IX, 7. Vercellen. et Veronen., *sylvam;* et ita S. Ambrosius in epist. 80 class. 2, p. 1096.

Joan. IX, 11. Veronen., *et videre cœpi*, cum S. Ambrosio in epist. 80 class. 2, pag. 1097; Corbeien., Gat. et Mm., *et vidi;* et ita, propius ad Græcum archetypum, codices quidam mss. relati in Divin. Bibliotheca S. Hieronymi.

Joan. IX, 31, Vercellen., *sed si quis Deum colat, et voluntatem faciat;* Gat. et Mm., *sed qui ejus cultor est.* S. Cyprianus habet, *sed qui eum coluerit, et voluntatem ejus fecerit;* et ita S. Augustinus.

Joan. X, 8. Gat., *venerunt ante me;* Græc. Vulgatus legit, Πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, id est, *omnes quotquot ante me venerunt.* Hæc tamen verba, *ante me*, in Græcis codd. quamplurimis, et in versionibus Syriaca, Persica, Gothica, Patribusque bene multis apud Mill. in Var. Lect. desunt. Sub ipsum Ecclesiæ initium ablata fuisse censent nonnulli ex Eruditis, Manichæorum causa, qui, Theophylacto teste, ex iis nefarie colligebant, omnes veteris Testamenti Prophetas missos a Deo non fuisse.

Joan. X, 25. Vercellen., *dixi vobis;* et ita textus Græcus, εἶπον ὑμῖν.

Joan. X, 34. Vercellen., *quoniam ego*, etc.; et ita S. Cyprianus in libro II Testimon. adversus Judæos cap. 6, pag. 514.

Joan. XI, 1. Gat. et Mm., *sororum ejus;* et ita S. Augustinus in Joan. Evangel. cap. XI, tractat. 49, tom. III, par. 2.

Joan. XII, 6. Veronen. et Corbeien., *exportabat;* et ita duo mss. codd. relati in Divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Joan. XII, 7. Veronen., *sine illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illut;* Gat. *sine illam*, etc.; Brix., *sine illam: in die sepulturæ meæ servavit illud;* text. Græc., Ἄφες αὐτήν. Εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό, id est, *sine illam: in diem sepulturæ meæ servavit illud:* Græci tamen codices quamplures, verss. Coptica, ac Æthiopica, Nonnus, cum Vulgata conveniunt, Ἄφες αὐτήν, ἵνα εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τηρήσῃ αὐτό, id est, *sine illam, ut in die sepulturæ meæ servet illud.*

Joan. XII, 12. Vercellen., *altera die;* Brixian., *sequenti autem die;* Græcus τῇ ἐπαύριον, *die sequenti.*

Joan. XII, 25. Vercellen. et Veronen., *adjeret;* et ita S. Ambrosius in Enarr. in psalm. XLIII, pag. 894.

Joan. XII, 29. Vercellen., *tonitrua facta sunt;* Veronen. et Corbeien., *tonitruum factum est;* et ita S. Ambrosius in lib. II de Fide, cap. 15, pag. 494. Brixian. quoque habet, *tonitruum.*

Joan. XII, 31. Vercellen., *mittitur foras;* Veronen. et Corbeien., *mittetur deorsum;* et ita Sanctus Gaudentius.

Joan. XIII, 1. In Vercellen., Veronen. et Brixian. post *diem*, additur, *autem*, et ita in Græco Textu.

Joan. XIII, 2. Vercellen., *Scarioth;* Veron., *Scariotes;* Corbeien. *Scariothi;* Gat. et Brix., *Scariotis;* et ita duo mss. libri in Divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Joan. XIII, 7. In Veronen. deest, *modo;* et ita in S. Ambrosii Prologo libri I de Spir. sancto, pag. 603.

Joan. XIII, 27. Ante verbum *introivit*, additur in Gat. et Brixian., *tunc;* et ita in plerisque mss. libris relatis in Divin. Biblioth. S. Hieronymi.

Joan. XIV, 1. Vercellen., Veronen., Gat. et Mm., *credite in Deum;* et ita S. Augustinus in Joan. Evangel. cap. XIV, tractat. 67, tom. III, part. II, pag. 677, et in Enarr. in psalm. 68, Serm. 1, tom. IV, part. I, pag. 697; item in lib. I de Peccatorum meritis et remissione tom. X, part. I, pag. 11, et in lib. de Dono perseverantiæ tom. X, part. I, p. 859.

Joan. XIV, 3. Veronen. et Corbeien. *accersovos*, etc.; et ita S. Ambrosius in lib. de Bono mortis, cap. 12, pag. 411.

Joan. XIV, 3. Vercellen. et Veronen., *ad me*, omisso *ipsum;* et ita S. Ambrosius in lib. V de Fide, cap. 12, pag. 577.

Joan. XIV, 7. Vercellen., *nostis illum;* Veronen. et Corbeien., *nostis eum;* et ita Victor Vitensis in Histor. Persec. Vandal. edit. Ruinart, pag. 45. S. vero Irenæus in lib. III contra Hæreses tom. I, pag. 260, et in lib. IV, pag. 235, *cognoristis eum.*

Joan. XIV, 18. Veronen. et Corbeien., *venio ad vos;* et ita Græc. Tex. ἔρχομαι, id est, *venio.*

Joan. XIV, 27. Vercellen., Corbeien., Gat. et Mm., *pacem meam relinquo vobis;* Veronen., *pacem do vobis, pacem meam relinquo vobis.* S. Ambrosius in lib. IV de Sacram. cap. 5, pag. 367, *pacem me m do vobis, pacem meam relinquo vobis;* et ita Ambrosiaster in Epist. ad Thessalon. prima, pagina 284. In Epist. autem ad Corinth. cap. XIV, pag. 159, *pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis.*

Joan. XV, 5. In Vercellen., Veronen. et Mm. additur *estis;* et ita in S. Ambrosii lib. III Hex. cap. 12, pag. 53, et in lib. IV de Fide cap. 11.

Joan. XV, 5. Mm., *vos autem;* Brixian., *et vos;* et ita S. Hieronymus, in Dialogo contra Pelagianos, tom. II, pag. 778.

Joan. XV, 13. Deest *quis* in Vercellen. et Veronen.; et ita in S. Augustini libro de Spiritu, et Littera, tom. X, part. I.

Joan. XV, 15. Vercellen., Veronen., Gat., Mm. et Brixian., *dico;* et ita quidam mss. codices sancti Irenæi in lib. IV contra Hæreses, et S. Cyprianus, pag. 270 et 395.

Joan. xv, 26. In Vercellen. primo, et secundo loco, in Veronen. vero secundo loco tantum, post verbum *Patre*, additur *meo;* et ita in S. Ambrosii lib. II de Fide cap. 9, pag. 485, et in lib. I de Spiritu sancto cap. 1, pag. 605.

Joan. XVI, 23. Vercellen., *illa die nihil me interrogabitis;* Veronen., *in illo die nihil me interrogatis;* Gat., *me non interrogabitis quidquam;* et ita Græc. text., Ἐμὲ οὐκ ἐρωτήσετε οὐδέν, id est, *me non interrogabitis quidquam*, vel, *non postulabitis quidquam:* nam, ἐρωτῶ, apud Lucam, et Joannem, usurpatur pro *postulare* et *interrogare*.

Joan. XVI, 24. Veronen., *non petiistis nihil.* Ambrosiaster in Epist. ad Philippenses cap. II, pag. 252, *nihil petistis.*

Joan. XVI, 27. Veronen. et Brixian.. *diligit..... diligitis:* et ita S. Ambrosius in Enarr. in psalm. XXXVI, pag. 797; Corbeien., *amatis.*

Joan. XVI, 32. Vercellen. et Veronen., *in sua regione;* Corbeien., *in sua;* et ita S. Ambrosius in Enarr. in psalm. XXXVIII, p. 845, et in epist. 26 class. I, p. 896.

Joan. XVII, 5. Brixian., *glorifica;* et ita Sanctus Hilarius in tractatu in psalm. II, tom. I, p. 46.

Joan. XVII, 11. In Vercellen. et Veronen. desunt verba, *quos dedisti mihi, ut sint unum, sicut et nos;* ut et in S. Zenonis Veronensis nonnullis Codd. Non leguntur quoque in S. Hilario. In Corbeien. tamen exstant, sed scripta recentiori manu.

Joan. XVII, 20. Vercellen. et Brixian., *pro his..... pro illis;* et ita S. Cyprianus in lib. de Oratione Dominica, pag. 271; Veronen., *pro his..... pro his.*

Joan. XVII, 25. Vercellen. post vocem *juste*, habet *et*, sicuti Græcus textus, antiqua Corbeien. Biblia, et S. Augustinus tum in libro III de Consensu Evangelistarum, tom. III, part. II, pag. 104, cum in libro contra Adimantum Manichæi discipulum tom. VIII, pag. 122.

Joan. XIX, 27. Omittitur *et* in Vercellen.; et ita in S. Ambrosii lib. II Exposit. Evang. secund. Luc., tom. I, pag. 1283.

Joan. XX, 27. Vercellen., *mitte manus tuas*, etc.; et ita S. Ambrosius in lib. de Exhortat. Virgin. cap. 2, pag. 280, et in Exposit. psalm. CXVIII, tom. I, pag. 1250. Veronen. vero, *mitte manum in*, etc. ut idem S. Ambrosius in lib. de Fuga sæcul. cap. 4, pag. 427.

Joan. XX, 31. Vercellen. et Gat., *quoniam;* et ita S. Irenæus in lib. III contra Hæreses tom. I, pag. 206.

Joan. XXI, 17. Vercellen. tertio loco habet *ait;* Veronen. et Brixian., *dicit;* et ita codex Evangeliarius capitularis Ecclesiæ Veronensis, scriptus IX sæculo, in Vigilia S. Petri Apostoli.

Joan. XXI, 17. Veronen., *tu scis omnia;* Corbeien., *omnia tu scis;* et ita S. Ambrosius in Apol. David cap. 9, pag. 692. Codd. Gat. et Mm., *tu omnia scis:* conformiter aliis quibusdam mss. libris Div. Bibl. S. Hieron.

Ibid. Veronen. et Corbeien., *tu nosti;* et ita Sanctus Ambrosius in lib. II de Sacram. cap. 7, p. 360, et in Apol. David. cap. 9, pag. 692.

Luc. I, 31. In Veronen. et Brixian. ante *ecce* additur *et*, sicut in S. Ambrosii lib. II de Abraham, cap. 9, pag. 359.

Luc. I, 32. Vercellen. *ei;* et ita S. Irenæus in lib. III contra hæreses tom. I, pag. 185.

Luc. I, 35. Corbeien., *superveniet te.* Plerique mss. codices S. Augustini in lib. de Correptione et Gratia habent, *veniet super te.*

Luc. I, 35. Veronen. post *obumbravit*, habet *te;* et ita Tertullianus, pag. 515, et S. Ambrosius in lib. de Incarn. Dom. Sacram. cap. 6, pag. 717. Cod. Corbeien. pro *te*, legit *me.*

Luc. I, 35. Gat. *nascitur*, Græcum τὸ γεννώμενον, in præsenti tempore est, nimirum, *quod nascitur.*

Luc. I, 37. Vercellen., Veronen., Corbeien. et Brixian., *non est*, etc.; et ita S. Ambrosius in Epist. class. I, pag. 967.

Luc. I, 37. Veronen. et Corbeien., *Deo;* et ita S. Ambrosius in Epist. class. I, pag. 967.

Luc. I, 54. Deest *suæ* in Veronen. et Corbeien. Item in S. Irenæo, et in quibusdam mss. libris Divinorum Bibliorum Vatic. Bibl. In Corbeien. additur a recenti manu.

Luc. I, 55. Vercellen., *in..... ternu.....*, supple lacunam ex S. Irenæo, qui habet, *in æternum.*

Luc. I, 64. Vercellen., *soluta est lingua ejus;* Veronen. et Corbeien., *resoluta est lingua ejus;* et ita S. Ambrosius.

Luc. I, 73. Vercellen., *dare nobis*, omisso *se;* S. Irenæus, *uti det nobis*, omisso pariter *se.*

Luc. I, 74. Vercellen., *liberatos servire ipsi.* S. Irenæus habet, juxta Græcum textum, *ereptos servire sibi.*

Luc. I, 75. Vercellen., *in consp.... tu ejus omnes dies.... tros.* Supple lacunam ex S. Irenæo, qui habet, *in conspectu suo omnes dies nostros.*

Luc. I, 77. Vercellen., *populo ejus;* Corbeien. et Gat., *plebis ejus;* S. Irenæus, *populi ejus.*

Luc. II, 9. Vercellensis, *majestas Domini circumluxit eos;* Corbeien., *majestas circumfulsit illos;* Græcus textus, δόξα Κυρίου, id est, *gloria Domini*, etc.: quo nomine tum in veteri, tum in novo Fœdere denotatur præsentia divinæ Majestatis.

Luc. II, 18. In Vercellen., Veronen. et Brixian. ante *de his*, deest *et.* Hæc particula, *et*, non legitur in Græc. vulgato, nec in plerisque Gr. codd. et versionibus; eamque non habet S. Ambrosius : ac revera hic penitus abundare videtur.

Luc. II, 22. Deest *eum* in Corbeien. et in S. Irenæo.

Luc. II, 29. Veron. et Gat., *dimitte;* et ita Editio Romana S. Ambrosii in libro de Bono mortis.

Luc. II, 35. Vercellen., Veronen., Corbeien. et Gat., *multorum cordium;* et ita S. Ambrosius in lib. de Isaac, et Anna cap. 6, pag. 573, et in psalm. CXVIII, pag. 1119.

Luc. II, 36. Deest *suo* in Vercellen.; et ita in S. Irenæi lib. I contra Hæreses, tom. I, pag. 40.

Luc. III, 17. Vercellen., *ad purgandam;* S. Irenæus in lib. I contra Hæreses tom. I, pag. 17, *emundare.*

Luc. III, 23. Veronen., *esse filius Joseph;* S. Augustinus in lib. V Quæst. in Deuteronomium tom. III, part. I, pag. 572, *filius erat Joseph.*

Luc. IV, 18. Verba, *sanare contritos corde*, omittuntur in Vercell., Veron. et Corbeien.; et ita in nonnullis Græcis codicibus, in S. Ambrosii lib. de Instit. Virgin. cap. 10, pag. 265; atque in duobus Reginæ Suecorum mss. libris relatis in Divin. Biblioth. S. Hieronymi. In altero tamen Vaticano, secundis curis sunt addita.

Luc. VI, 26. Deest *enim* in Vercellen., Veronen. et Brixian.; et ita in duobus Reginæ Suecorum codd. mss. relatis in Div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. VI, 30. Deest *autem* in Veronen.; et ita in S. Hieronymi Dialogo contra Pelagianos, tom. II, pag. 740.

Luc. VI, 30. Vercellen., *da;* et ita S. Hieronymus in eodem Dialogo contra Pelagianos tom. II, p. 740.

Luc. VI, 32. Deest primo loco, *et*, in Brixian. et ita in S. Cyprian. lib. III Testim. ad Quirinum cap. 49, pag. 382.

Luc. VI, 34. Vercellen., *Et si fœneretis.* Græcum verbum, δανείζουσιν, modo redditur *fœnerantur*, modo *mutuum dant;* ancipitis enim est significationis: nam et qui citra usuram dat mutuum, δανείζει; et qui ad usuram dat, δανείζει. Verum hic perpetuo vertendum erat, *dare mutuum :* etenim non loquitur evangelista de quæstu feneratorum, sed de mutuis charitatis officiis amicorum inter ipsos.

Luc. VII, 6. Veronen., Corbeien. et Brixian., *di-*

ceretis; et ita quidam mss. libri relati in Div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. VII, 56. Vercellen. et Veronen., *rogavit;* et ita S. Ambros. in Epist. 42, class. I, pag. 957, et unus Reginæ Suecorum codex ms. relatus in Div. Bibl. S. Hieronymi. Cod. Brixian., *rogabit.*

Luc. VII, 37. Vercellen., *adferebat ampullam unguenti:* S. Cyprianus in lib. adver. Novatianum hæreticum, pag. 436, *portans vas unguenti.*

Luc. VII, 38. Vercellen., *extergebat;* Brixian., *detergebat;* S. Cyprianus, *extersit.*

Luc. VIII, 15. Veronen., Corbeien. et Brixian., *per patientiam;* et ita S. Ambrosius.

Luc. IX, 26. Vercellen., *in gl.. ria sua.* Græcus, *ἐν τῇ δόξῃ*, id est *in gloria.*

Luc. IX, 31. Vercellen., *apparentes in gloriam;* Brixian., *visi sunt in gloria*, cum Græco, *ἐν δόξῃ, in gloria.*

Luc. IX, 53. Vercellen., *quoniam..... erat tendens*, etc. S. Hieronymus in Epist. 121, ad Aglasiam, tom. I, pag. 855, *quoniam..... erat vadens*, etc. B

Luc. XI, 3 Pro, *quotidianum*, Gat. habet, *quotidie;* et ita juxta Græcum textum, vetus Corb. Bibl. codex, item unus Vaticanus et alter Reginæ Suecorum relatus in Div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. XI, 4. Vercellen., *sicut..... omni debitori nostro.* Veronen., Corbeien. et Mm., *sicut et nos dimittimus debitoribus nostris;* et ita S. Ambrosius. Vindobonen., *quomodo*, etc.; Brixian., *sicut et nos dimittimus omnibus debitoribus nostris.*

Luc. XI, 17. Veronen. et Brixian., *desolatur;* et ita quidam codices mss. Lat. in div. Bibl. Sancti Hieronymi.

Luc. XI, 23. Veronen., Corbeien. et Vindobonen., *adversum me;* et ita S. Cyprianus pag. 270 et 316. Codd. Gat., Mm. et Brixian., *adversus me.*

Luc. XI, 52. Pro *tulistis*, Vercellen. habet *abscondistis*; Veron., *absconditis;* et ita S. Ambrosius in serm. 16, pag. 411.

Luc. XII, 10. In Vercellen. post *remittetur*, ultimo C loco additur *illi;* Veronen., Corbeien. et Vindobonen. habent *ei;* et ita S. Ambrosius in lib. I de Spiritu sanct. cap. 3, pag. 611.

Luc. XII, 20. Vercellen., *animam tuam reposcunt*, etc. S. Cyprianus, *anima tua expostulatur.* S. Augustinus in Collat. cum Maxim. Arian. episcop. tom. VIII, pag. 665, *expostulatur anima tua.* Cod. Vindob, *repetunt a te animam tuam.* Sanctus vero Augustinus in serm. 67 de verbis Evangelii Matthæi tom. V, part. II, pag. 120, *repetunt animam tuam.* Gat. et Mm., *repetent*, juxta textum Græcum.

Luc. XII, 11. Vercellen., *nolite solliciti esse, quomodo rationem reddatis*, etc.; Veronen., Corbeien. et Vindobonen., *qualiter respondeatis, aut dicatis:* et ita S. Ambrosius in lib. I de Spiritu sanct. cap. 4, pag. 613.

Luc. XII, 47. Mm. et Gat., *multum;* et ita S. Ambrosius in Enarr. in psalm. XXXVIII, pag. 858.

Luc. XII, 58. Brixian., *ne forte tradat te ad Judicem.* S. Irenæus lib. I contra Hæreses tom. I, p. 104, D *ne forte te det Judici.*

Luc. XIII, 16. Vercellen., *non oportebat solvi a vinculo hoc*, etc. S. Irenæus, *non oportuerat solvi ab hoc vinculo*, etc.

Luc. XIII, 16. Veronen. non legit, *isto*, post, *vinculo;* et ita habet Ambrosiaster in Epist. ad Timoth. prim. pag. 292.

Luc. XIII, 17. Ante *adversarii*, omittitur *omnes* in Veronen. et Vindobonen. nec non in cod. Cant. Græc.

Luc. XIV, 21. Vercellen. et Veronen., *in farina.* S. Ambrosius in Exposit. Evang. sec. Luc. lib. VII, pag. 1455 et 1456, illud, *in farina*, notat esse Lucæ; illud vero, *in tribus mensuris farinæ*, asserit esse Matthæi; et ita tunc legebatur in Græc. codd. Vulgatis. Vide Millium hic. Corbeien. et Vindobon., *in farinam;* Gat., *in farina satis tribus;* Brixian., *in farinæ mensuris tribus.*

Luc. XIV, 23. Veron., *et compelle, intrent.* S. Ambrosius, *et compelle, ut intrent.*

Luc. XV, 21. Gat. addit, *fac me unum de mercenariis tuis;* Mm., *fac me sicut unum*, etc.; Brixian., *fac me sicut unum ex mercenariis tuis.* Cod ces Græci plures, multique ex Latinis, relati in Var. Lect Millii, hoc loco similiter addunt, *fac me sicut unum de mercenariis tuis.*

Luc. XVII, 7. Veronen., *regredienti.* S. Cypr. in lib. III Testim. ad Quir. cap. 51, pag. 382, *venienti.*

Luc. VIII, 15. Post *bono*, deest *et optimo*, in Vercellen. et Veronen. Nec legitur in Sancto Ambrosio.

Luc. XVII, 12. Vercellen., *in quendam vicum;* Græcus, *χώραν.*

Luc. XVII, 29. Deest *autem* in Vercellen.; et ita S. Irenæo lib. IV contra Hæreses pag. 278.

Luc. XIX, 13. Veronen., *talenta;* et ita Lucifer Calaritanus, ex Matthæo.

Luc. XIX, 37. Pro *discipulorum*, Gat. habet *discendentium;* Mm., *discendentes*; Brixian., *discentium.* Quidam mss. libri relati in Div. Bibl. S. Hieron. habent, ut in Græc. Cant., *descendentium.*

Luc. XX, 35. Vercellen., *quia autem;* et ita S. Cypr.: cod. vero Vindob., *hi autem, qui*, etc.

Luc. XX, 35. Vercellen., *digni fuerint;* Corbeien. et Vindobonen., *digni habentur sæculi illius, et resurrectionis;* S. Cypr. *habuerunt dignationem sæculi illius, et resurrectionis.*

Luc. XXI, 20 Vercellen., *ab exercitibus;* et ita Græcus plurali numero legit, *Ὑπὸ στρατοπίδων*, id est, *exercitibus.*

Luc. XXI, 23. Vercellen., *erit necessitas magna super terram, et ira populo huic;* Græcus legit. *Ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ἐπὶ τῆς γῆς, καὶ ὀργὴ ἐν τῷ λαῷ*, hoc est, *erit enim necessitas magna super terram, et ira in populo.*

Luc. XXII, 6. Vercellen., Veronen., Corbeien. et C Vindobonen., *sine turba.* Græcum *ἄτερ ὄχλου, sine turba*, clam, sine populo, vel sine tumultu.

Luc. XXII, 26. Veronen., *ut adolescentior;* Gat., Mm. et Brixian., *sicut juvior;* et ita antiqua Corbeien. Biblia, et S. Augustinus in Spec. de Evang. sec. Luc. tom. III, part. I, pag. 774, necnon in lib. III de Consens. Evangel. tom III, part. II, pag. 104.

Luc. XXIII, 11. Brixian., *Herodes cum militibus suis;* Græcus quoque, *σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, cum militibus suis*, nempe cum Comitatu suo: nam Hellenistæ, *στρατιὰν*, et *στράτευμα*, usurpant pro quovis Comitatu.

Luc. XXIII, 28. Vercellen., *nolite flere me, verum vos flete;* Veronen. et Corbeien., *nolite flere me, sed vos ipsos flete.* S. Ambros. in lib. II de Pœnitent. cap. 6, pag. 427, *nolite me flere, sed vos ipsos flete.*

Luc. XXIII, 45. Vercellen., *intenebricatus est sol.* Fere omnia Græca exemplaria nunc habent, *καὶ ἐσκοτίσθη ὁ ἥλιος, et obtenebratus est sol.* Quædam alia vero ferebant, *deficiente sole:* observat tamen Origenes in Matth. cap. XXVI, tract. 35, pag. 128, col. 1, phrasim hanc, *deficiente sole*, deesse in optimis exemplaribus; et quæ illam præferunt, piam fraudem passam esse indocti alicujus Christiani, qui eam substituendam censuerit, perspicuitatis gratia: sive invidi cujuspiam, et dolosi, qui hanc sibi præbuerit occasionem struendi calumnias in Ecclesiam, quasi scilicet arguens Evangelistas, obtrudentes eclipsim alieno prorsus tempore. Utcumque autem res habuerit sese de Origenis exemplaribus, constat nulla fere modo Græca exemplaria hanc lectionem servare. Legitur tamen in nonnullis Roman. Biblioth. codicibus. Et pene in omnibus, *et obtenebratus est sol.*

Luc. XXIII, 56. Vercellen. et Brixian., *et sabbato quidem quieverunt;* Græcus, *ἡσύχασαν, quieverunt*: idem verbum, quod dicitur Hebræis *charasch*, signi-

ficat *silere*, et *quiescere*, et *prætermittere*; et redditur a Græcis, ἡσυχάζειν.

Luc. XXIV 21. Vercellen., *ex quo facta sunt hæc*; Græcus, ἀφ' οὗ, *ex quo hæc facta sunt*.

Luc. XXIV, 38. Vercellen., Veronen., Gat., Mm. et Brixian., *et quare cogitationes*, etc. S. Ambros. in lib. de Joseph Patriarcha cap. 12, pag. 506, *quare cogitationes*, etc.

Luc. XXIV, 39. Vercellen., *et pedes meos; quoniam ego sum*; Veronen., *videte ecce manus meas, et pedes meos; quia ego sum ipse*; et ita S. Ambros. in loco citato. Gat. quoque et Mm., *pedes meos*, etc.; Brixian., *quia ego sum ipse*.

Luc. XXIV, 41. Corbeien., *manducare*; et ita S. August. in serm. 259, in dieb. Paschal. tom. V, part. I, pag. 997.

Marc. I, 25. In Veronen. adduntur verba, *spirite immunde*; in Gat. et Mm., *spiritus immunde*; in S. Ambrosii lib. III de Fide, cap. 14, pag. 517, *immunde spiritus*.

Marc. VII, 19. In Vercellen., Veronen., Gat. et Brixian. deest *vadit*; et ita in S. Augustini Speculo de Evangelio secundum Marcum tom. III, part. I, pag. 764.

Marc. VIII, 31. Vercellen., *et post tertium diem resurgere*. Græci quoque codices quidam legunt, *tertia die resurgere*, uti habet S. Matthæus cap. XVI. vers. 21. Hæc tamen antiqua lectio librarii est, verius dici putantis, Christum tertia die resurrexisse, quam post tres dies ab obitu.

Marc. VIII, 34. Veronen., *si quis vult sequi post me*; Corbeien., *si quis post me vult sequi*; Gat. *si quis vult post me venire*; Vindobonen. et Brixian., *si quis vult post me sequi*; et ita antiqua Corbeien. Biblia, et unus codex S. Augustini in Speculo de Evangelio secundum Marcum.

Marc. VIII, 34. Vercellen., *abneget scipsum*. S. Augustinus in Speculo de Evangelio secundum Marcum tom III, part. I, pag. 764, *deneget seipsum*; Veron., *deneget se*; Corbeien., *abneget se sibi*; Vindobonen., *abneget se*.

Marc. IX, 11. Vercellen., *et Helias veniens .. primum, restituet omnia*. Græcus, Ἠλίας μὲν ἐλθὼν πρῶτον ἀποκαθιστᾷ πάντα, id est, *Helias quidem veniens primum restituet omnia*.

Marc. X. 7. Vercellen., Gat. et Brixian., *et adhærebit uxori suæ* cum textu Græco, προσκολληθήσεται, etc.

Marc. X, 29. Brixian., *reliquat*; et ita S. Cyprianus in epist. 56, ad Thibaritanos, de exhortatione Martyrii pag. 128, et in lib. de Lapsis pag. 211.

Marc. X, 30. Vercellen., *accipiet*; et ita S. Augustinus in lib. contra Adimantum Manichæi discipulum, tom. VIII, pag. 113.

Marc. X. 30. Post *tantum*, deest *nunc*, in Vercellen. Nec legitur in S. Cypriano, aut in sancti Augustini lib. contra Adimantum tom. VIII, pag. 113.

Marc. XII. 30. Vercellen., Veronen. et Vindobonen. pro *et ex tota mente tua*, habent *ex totis viribus tuis*; Corbeien. *ex omnibus viribus tuis*. S. Hilarius quoque legit *viribus*.

Marc. XII, 44. Vercellen., *omnes enim ex eo, quod superfuit illis*; et ita Græcus, Πάντες γὰρ ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς, qui reddi potest, *omnes enim ex eo quod superfluum illis*.

Marc. XIV, 36. Vercellen. et Vindobonen., *possibilia omnia tibi*, omisso *sunt*. S. Hilarius quoque in lib. X de Trinitate tom. II, pag. 343, *possibilia tibi omnia*.

Marc. XIV, 36. Vercellen., *hoc poculum*. S. Hilarius in lib. X de Trinitate tom. II, pag. 343, *hunc calicem*.

Marc. XV. 29. Gat., *destruit.... ædificat*; et ita mss Reginæ Suecorum ms. liber relatus in Div. Biblioth. S. Hieronymi.

Ingentem Lectionum sylvam in hanc Epistolam intuli, editionis consilio jam explicato; ut codicum nempe nostrorum bonitas, non tam ex mira eorum antiquitate, tibi, cardinalis sapientissime, perspecta foret, quam ex iisdem locis, quos sum mutuatus a Patribus primæ ætatis: ipsi enim fere numquam præcipuas nostrorum codicum lectiones non exhibent. Monumenta sunt veneranda (licet quandoque male librariis accepta), ac primum nitorem integritatemque non amiserunt. Cum ipsis ergo per te, protector eminentissime, ad Joannem V accedo, eique me, et Gasparem fratrem germanum meum, commendatorem suum militiæ D. N. Jesu Christi etiam atque etiam commendo. Ad regium solium, cardinalis eminentissime, non minus dignitas, quam dignatio Joannis Fidelissimi nunc Fratrem vocat, ut pro me opus offerat. Vale, cardinalis eminentissime, cui respondere officiis, etsi difficile est, perpetuo tamen studio, et singulari quodam observantiæ genere, ut spero, satisfaciam.

EPISTOLA BLANCHINI ALTERA.

ILLUSTRANTUR EVANGELIARII BRIXIANI INSIGNIORES LECTIONES.

Eminentissimo ac reverendissimo principi, ac domino D. Angelo Mariæ Quirino, S. R. E. bibliothecario et episcopo Brixiano benemerentissimo, Joseph Blanchinus presbyter cong. Oratorii Romani felicitatem.

Summæ beneficentiæ est, cardinalis sapientissime, ut, quod ad commune commodum in lucem emitti possit, id non latere in tenebris, aut paucissimis impartiri, sed pervulgari ad universæ christianæ reipublicæ utilitatem quisque omni studio curet. Quoniam vero sacris Scripturis nihil divinius atque utilius excogitari unquam potest, cl. viro Philippo abbati Garbellio Patricio Brixiano præposito Ecclesiæ Pontis vici, quæ in amplissimæ diœcesis tuæ finibus continetur, maxima grata habenda est, qui, te auctore, te Mecœnate, suam industriam in eo totam contulit, ut e regio monasterio S. Juliæ insignem illum codicem Evangeliorum argenteum (auro mihi, gemmisque chariorem) in quo Antiqua latina Itala versio continetur, primus omnium erueret, exscriberet atque illustraret insigni illa prodroma epistola sua, in qua de Veteri Interprete sententiam dixit ornatissimis verbis, et copia tantæ eruditionis, ut ex Græcis Latinisque Patribus primitivis, in quibus ætatem fere totam ipse contrivit, nihil amplius derivari possit, quod ille non comprehendisse videatur. Excepta fuit a te perattento animo, atque incredibili voluptate perlecta ejusdem epistolæ pars illa primordialis, quam intuli in primum tomum *Vindiciarum Canonicarum Scripturarum*,

quamque tui, cujus judicium sapientiaque emineat, magna laus est consecuta. Litteras nuper a te, princeps eminentissime, accepi, in quibus scribis, ut ego quemdam Evangelii S. Joannis locum in Codice Evangeliario Veronensi miræ antiquitatis inquiram.

Talis autem est : *Qui non ex sanguine, neque ex voluntate carnis, nec ex voluntate viri, sed ex Deo natus est* (*Joan.* I, 13). Hæc lectio, quæ tibi uni primum innotuit (neque enim aliis, quod sciam, erat ante prodita), cl. viris Scipioni marchioni Maffeio, aliisque postmodum visa est insolens et peregrina, nec veterum SS. Patrum testimoniis comprobata. Ego geminos parallelos S. Irenæi locos in mea intuleram adversaria; ac Tertulliani, et Augustini quosdam alios, majoris etiam ponderis. Tu vero, cardinalis sapientissime, ne quis dubitet, quin ita, ut habet ms. liber Veronensis, legerit Irenæus in suo codice, tres alias ejusdem sanctissimi Lugdunensis episcopi auctoritates, quæ me fugerant, mecum communicasti, per litteras succo plenas, atque refertas eruditione singulari. Ut ergo Veronensis Evangeliarii locum recitavi, ita (ais) in Tertull., Jo. Chrysostomo, Vigilio Tapsensi, et Jo. Damasceno legitur; quamvis excuti hoc aliquibus non possit, quin depravata sit lectio, ad hodiernæ Græca, et maxime ad Latina exemplaria corrigenda. Apud cl. atque sapientissimum dominum Sabatier, cujus inter cæteras summas laudes, hanc certe primam esse statuo, quod Bibliorum sacrorum Veteris Testamenti Latinas versiones omnes, quæ in codicibus mss. et Antiquorum libris reperiri potuerunt, in lucem emiserit, multa sunt Veteris Testamenti loca, quæ Irenæo ac Tertulliano omnino sunt peculiaria : ea vero, qui fastidioso, ut ita dicam, palato sunt, ingustata præteribunt in nostro Evangeliario quadruplici. Pater Ansaldus dominicanæ familiæ decus et ornamentum, in lectione sanctorum Patrum apprime versatus, et talium rerum judex egregius, mirificam a te, ex recitata codicis Veronensis lectione, percepit voluptatem. Audio, ipsum concinnare Opus mirificum, ut ostendat sanctum Irenæum, Tertullianum, etc., ita legendum censuisse : nec Veronense exemplar peccare, quod ab aliis modo superstitibus mss. codicibus longe recedat.

Ego quoque eam lectionem illustro in epistola ad illustrissimum, semperque mihi colendum Joannem Franciscum Muselli-n sanctæ Veronensis Ecclesiæ archipresbyterum, de Litteris, de Ecclesiastica disciplina, ac de Hebræorum ad fidem Catholicam conversione optime meritum; quam, qui legerit, videbit nullo modo dici posse, Irenæum, Tertullianum aliosque Patres antiquiores, Veronensi Evangeliario minime patrocinari : quod tamen, ut mihi relatum est, erudito Barzano videtur. Felicius, mea sententia, causam aget cl. Ansaldus, qui omnia ad trutinam exiget accuratissime. Quod ea lectio, et antiquissima, et bonæ notæ sit, ego quidem pro certo habeo; quamvis exstitere nonnulli, qui, non intelligentes, ausi sunt in Irenæo ac Tertulliano locum invertere, ac depravare : et ubi legebatur *natus est*, quasi pro imperio jussere, ut legeretur, *nati sunt*, conformiter Vulgatæ editioni. Lectio Patrum, quos recitavi, mire torsit ingenia illorum, qui in eorumdem Patrum opera commentarios scripserunt. Ego, te præceptore, te duce, locum nonnullis exemplaribus primæ ætatis aio esse conformem. Si quis dissentire velit, e doctorum hominum numero summotum iri se sciat. Nunc vero, eminentissime princeps, quosdam Brixiani codicis locos, qui mihi insigniores videntur, volo ad te mittere. Accipe eos in pignus obsequii mei. Mihi quidem, si quid rescribes, æque gratum futurum est, ac si me omnium beneficiorum genere cumulares, vir omnigenæ eruditionis, ac S. R. Ecclesiæ præcipuum decus et ornamentum.

Matth. XIV, 34. Brixian., *in terram Genesaret.* Græcus legit, *Genesareth.* Codices Græci quidam ferunt, *Genesar*, vel *Genesera.*

Joan. VIII, 59. Brixian., *Exivit de templo, transiens per medium eorum, et ibat.* Græcus fert, Ἰησοῦς δὲ ἐκρύβη, καὶ ἐξῆλθεν ἐκ τοῦ ἱεροῦ διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν. Καὶ παρῆγεν οὕτως, id est : *Jesus autem abscondit se, et exivit de templo, transiens per medium illorum, et præteriit sic.* Quæ tamen apud Vulgatam, S. Chrysostomum, S. Cyrillum, S. Augustinum, optimosque codices quamplurimos non leguntur.

Luc. VIII, 54. Brixian., *Ipse autem ejiciens omnes foras, et tenens manum ejus*, etc. Græcus legit, Αὐτὸς δὲ ἐκβαλὼν ἔξω πάντας, καὶ κρατήσας, etc., hoc est, *Ipse autem ejiciens foras omnes, et tenens*, etc. Desiderantur hæc verba apud S. Ambrosium, Græcosque codices nonnullos; ablataque fuisse censentur antilogiæ causa, quæ aliquibus oriri videbatur inter versiculos 54 et 51, ubi dicitur, Jesum intra puellæ conclave, dumtaxat utrumque illius parentem, ac tres e suis discipulis admisisse.

Matth. V, 44. Brixian. addit, *Benedicite maledicentibus vos.* Græcus hic addit, Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, hoc est : *Diligite inimicos vestros, benedicite maledicentes vos, benefacite odientibus vos.* Verba, *benedicite iis, qui vobis maledicunt*, ex Lucæ VI, 28, desumpta esse videntur; desideranturque in codicibus multis; eaque non habent Græci codices plerique, neque Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus, Salvianus, Cyprianus, Fulgentius, versio Coptica, editio Græca Stephani in-4° et versio Syriaca.

Matth. V. 47. Brixian., *Amicos vestros tantum.* Græci quoque codices fere omnes habent *amicos*, non *fratres.* Et ita Stephani omnes codd., Bodl. ms. 7, aliique quamplurimi. Vide Millium.

Matth. VI, 1. Brixian., *Attendite, ne elecmosynam vestram faciatis coram hominibus*; et ita plerique, ac ferme omnes Græci codices. Hanc lectionem Græci Patres Chrysostomus, Theophylactus, Euthymius, alii plerique vulgo sequuntur, minime tamen repugnantem Vulgatæ, cui favent nonnulli ex codicibus Græcis, Syrus, Origenes homil. 2 in Exodum, veteresque Latini Patres.

Matth. X, 3. Brixian., *Lebbæus, qui nominatur Taddæus.* In omnibus Græcis codicibus Matthæi legitur, καὶ Λεββαῖος, ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος. Ex collatione autem evangelistarum iste Thaddæus, ipse est qui Judas dicebatur.

Matth. X, 8. In Brixian. deest, *Mortuos suscitate;* et ita Steph. ms. 9, Colbert. 3, Barberin. 9, Bodl. 6, Selden. 4, Usser. 2, aliique quamplurimi græci codices, de quibus consule Var. Lect. Millii. Ea tamen ferunt Vulgata, Syriaca, codex Cantabrigiensis, aliique

innumeri. Sunt, qui addita in Matthæi textu putent. Profecto nuspiam legimus, mortuos ab apostolis ad vitam revocatos, saltem ante Jesu Christi resurrectionem. Hæc interpretati non sunt Chrysostomus, Hieronymus, Euthymius, Theophylactus : at in textu defuisse, hinc colligi neutiquam potest; neque enim omnia divini Scriptoris verba ab interpretibus continenter explicantur.

Matth. xi, 23. Brixian., *Et tu Capharnaum, quæ usque ad cœlum exaltata es, usque in infernum descendes.* Græcus fert, *Et tu, Capharnaum, quæ usque ad cœlum evecta es, usque ad infernum deprimeris.* At veteres multi Græci codices cum Vulgata consentiunt.

Matth. xv, 8. Brixian., *Appropinquat se mihi populus hic ore suo, et labiis suis me honorat.* Græcus textus, *Appropinquat mihi populus iste ore, et labiis me honorat.*

Matth. xxii, 19. Brixian., *Ostendite mihi denarium.* Marc. xii, 15, φέρετέ μοι δηνάριον : *Afferte mihi denarium.* Luc. xx, 24, Ἐπιδείξατέ μοι δηνάριον.

Matth. xxvii, 8. Brixian., *Vocatus est ager ille, ager sanguinis,* omisso *Haceldama.* Syriaca vox est, *Hacel-dama*, et in Græcis codicibus non legitur. Fortasse ex Actibus in Matthæum irrepsit. Ferunt tamen eam vetusti Latinorum libri, veluti celeberrimus codex Græco-Lat. Cantabrigiensis, et vetus Vulgata Matthæi a Martianæo edita.

Joan. vii, 39. Brixian., *nondum erat Spiritus sanctus.* In codicibus Græcis hodiernis legitur, οὔπω γὰρ ἦν Πνεῦμα ἅγιον : *nondum enim erat Spiritus sanctus.* Lectio Vulgatæ Latinæ apertior, *nondum enim erat Spiritus datus*; quæ lectio antiqua est, ut liquet ex his verbis sancti Augustini : *Quomodo intelligitur,* Spiritus nondum erat datus, *nisi quia certa illa Spiritus sancti datio, vel missio, post clarificationem Christi futura erat, qualis numquam antea fuerat; neque enim antea nulla erat, si talis non fuerat.*

Joan. xvii, 12. Brixian., *Cum essem cum eis in hoc mundo.* Græci codices habent : Ἐγὼ ἐτήρουν αὐτοὺς ἐν τῷ ὀνόματί σου, οὓς δέδωκάς μοι ἐφύλαξα, καὶ οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν, etc ; et ita legunt Stephani omnes codices, alii plurimi apud Millium hic, Copt., Pers., Arab., Syr., Æth., Cyrill. et Theophylactus (ut liquet ex eorum Commentariis impressis); versionesque quamplures ferunt, *cum essem cum eis in mundo.*

Luc. ii, 40. Brixian., *Et confortabatur Spiritu.* Et ita Græcus addit, Πνεύματι, hoc est, *Spiritu*; quæ vox in nonnullis Græcis codicibus desideratur. Versiones Persica et Æthiopica legunt, *Spiritu sancto.*

Luc. xxii, 20. Brixian., *Hic calix, qui Novum Testamentum est in sanguine meo, qui pro vobis effundetur.* Græcus legit, Τοῦτο τὸ ποτήριον, ἡ καινὴ διαθήκη ἐν τῷ αἵματί μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον, qui ad verbum sonat : *Hic calix, qui Novum Testamentum est in meo sanguine, pro vobis funditur.*

Luc. xxiv, 1. Brixian. post *aromata*, addit, *et aliæ simul cum eis.* Addit Græcus in hunc hujus versiculi, quasdam alias illis sese addidisse, καὶ τινες σὺν αὐταῖς. Armenus vero habet : *Et cæteræ mulieres cum illis.* Quæ verba desumpta videntur ex versiculo 10, ubi Maria Magdalene, Joanna, et Maria Jacobi mater, et cum illis cæteræ ad apostolos venisse dicuntur, ut hæc nuntiarent.

Marc. iii, 29. Brixian., *Reus erit æterni judicii.* Græcus quoque habet, Ἔνοχός ἐστιν αἰωνίου κρίσεως. Quidam codices, ἁμαρτίας, seu ἁμαρτήματος. Codices nonnulli manu exarati cum Vulgata consentiunt.

Matth. vi, 15. Post *hominibus*, additur in Brixian. *peccata eorum*; et ita in textu Græco.

Matth. viii, 31. Brixian., *Jube nos ire.* Græcus textus, *permitte nobis abire.*

Matth. xii, 35. Brixian., *De bono thesauro cordis*, juxta textum Græcum. S. Augustinus in Specul. de Evang. secund. Matth., tom. III, part. i, pag. 759, *de bono thesauro cordis sui.*

Matth. xxiv, 18. Brixian., *Tollere vestimenta sua*; et ita generice Græcus usurpat, *vestes*, seu *vestem.*

Matth. xxvi, 3. Brixian., *Principes sacerdotum, et scribæ.* Græcus quoque et Syrus addunt *et scribæ*; idque cum Luc. xxii, 2, et Marci xiv, 7, consentit: pauci tamen Matthæi codices manu exarati hæc habent, teste Millio in Var. Lect.

Joan. viii, 25. Brixian., Gat. et Mm., *principium, quod*, etc.; Veron., *in primis, quia*, etc. Græcus Textus et aliqui mss. S. Augustini, Confessionum lib. ii, *quia*, etc.

Joan. vii, 26. Brixian., *Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est vere Christus?* et ita Græci codices editi legunt. Μή ποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός : at alterum ἀληθῶς in codicibus quamplurimis desideratur.

Joan. x, 8. Brixian., Vercellen. et Veronen., *sed non*, etc.; et ita habent pressius Græco quidam codices mss. Lat. in Div. Biblioth. S. Hieronymi.

Joan. xi, 2. Brixian. et Vercellen., *quæ unxerat.* Græcus ἡ ἀλείψασα, *quæ unxerat Dominum unguento*; ἐκμάξασα *quæ extersérat.*

Joan. xi, 50, Brixian. et Gat., *expedit nobis*; et ita pleraque Græci textus exemplaria, et quidam mss. libri Divin. Bibliothec. S. Hieronymi, nec non S. Augustinus in Joannis Evang. cap. xi, tract. 50, tom. III, part. ii, pag. 629.

Joan. xiv, 9. Brixian. et Vercellen., *qui me vidit, vidit et Patrem*, conformiter textui Græco, ὁ ἑωρακὼς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, et S. Augustino in lib de Videndo Deo, ad Paulin. seu Epist. 167, tom II, pag. 478; item in lib. de Spiritu et Littera tom. X, part. i, pag. 120. Veronen., *qui vidit me, vidit et Patrem*; et ita ms. Clarom. S. Iren. in lib. iii contra Hæreses, quidam mss. libri Divin. Biblioth. S. Hieronymi, et S. Augustinus in sermone ad Catechumenos tom. VI, pag. 559. S. Ambrosius quoque in tract. de Trinitate, pag. 524, habet, *vidit.*

Joan. xiv, 17. Brixian. et Veronen., *cognoscitis.* Vercellen., *agnoscitis*; et ita Græcus Textus, et quidam mss. libri Divin. Biblioth. S. Hieronymi. Corbeien. habet *nostis.*

Joan. xiv, 17. Brixian., Vercellen., Veronen. et Corbeien., *manet..... est*; et ita Lucifer Calaritanus.

Joan. xiv, 26. Brixian., *dixi vobis.* Græcus ἃ εἶπον ὑμῖν, *quæ dixi vobis.*

Joan. xvi, 2. Brixian., *arbitratur se sacrificium obtulisse Deo*; Græcus δόξῃ λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ, *existimet cultum adferre Deo.*

Joan xvi, 13. Brixian., *diriget vos in omnem veritatem*; Veron., *deducet vos in veritate omni*: text. Græcus., Ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν ἀλήθειαν. Quidam Græci codices, Ὁδηγήσει ἐν τῇ ἀληθείᾳ πάσῃ. Ex Latinis nonnulli apud S. Augustinum legunt, *deducet vos in omni veritate*; alii vero habent, *deducet vos in omnem veritatem*: et ita Vercel. ac S. Ambrosius in lib. ii de Spir. sanct. cap. 11, pag. 650, et in lib. iii, cap. 4, pag. 685.

Joan. xxi, 25. Brixian. addit *Amen*; et ita legitur ad calcem hujus capitis in Græcis codicibus editis, minime vero in Vulgata, Coptica, Syriaca, Persica, Arabica, et Armenica versione, Græcisque codicibus vetustissimis Alexan., Cantabrigien., Colbert. 8.

Luc. i, 66. Brixian., Vercellen., Veronen., Corbeien. et Gat., *quid*; et ita Græcus textus, antiqua Corbeien. Biblia, codex Evangeliarius Ecclesiæ Veronensis scriptus circa ix sæculum in Natali S. Joannis Evangelistæ, quidam mss. libri Div. Bibl. S. Hieronymi, et Sanctus Augustinus in libro secundo de Consensu Evangelistarum, tomo tertio, parte secunda, pagina 36.

Luc. ii, 2. Brixian., *Præside*, omissa præpositione *a*, et ita juxta Græcum textum duo mss. libri Div. Bibl. S. Hieronymi, et S. Augustinus in lib. ii

de consensu Evangelistarum tom. III, part. II, pag. 37.

Luc. VI, 26. Brixian., Vercellen. et Veronen. ante verbum *homines*, habent *omnes*; et ita Græcus textus, vetustissimus Corbeiensis Bibliorum codex, quidam Reginæ Suecorum mss. Div. Bibl. S. Hieronymi, et S. Augustinus in Speculo de Evangelio secundum Lucam tom. III, part. I, p. 767.

Luc. VI, 35. Brixian., Vercellen. Veronen. et Corbeien., *nihil desperantes*; Brug., Grot. reddunt, *mutuum date, parem gratiam non sperantes*: Syr. vero, Arab., Pers., Lud. de Dieu, Tremel., *mutuum date, non frustrantes spe.* Hamm., Beza, *mutuum date, neque inopiæ metu a benefaciendo deterreamini.* Oriuntur variæ hæ lectiones ex ambiguo Græco verbo, *apelpizein*, desperare, fiducia deficere, et aliquid ab alio sperare. Codicibus Veron. et Vercellen. favere videtur etiam sanctus Ambrosius.

Luc. XIV, 5. Brixian., *cujus vestrum filius, aut bos cadit in puteum.* Græcus in optimis codicibus quam plurimis habet, Τίνος ὑμῶν υἱὸς, ἢ βοῦς εἰς φρέαρ ἐμπεσεῖται, hoc est, *cujus vestrum filius, aut bos in puteum cadet*, et ita plures mss. codd. apud Millium, ac Theophylactus, Tit., Bostr. aliique. Cantab. Gr. Πρόβατον, ἢ βοῦς. Latin. *oves, aut bos.*

Luc. XVI, 23. Brix. et Veron., *Et in inferno elevans oculos suos.* Græcus quoque fert, καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, *et in inferno elevans oculos suos*, etc.; et ita Præfatio S. Gaudentii. Cod. Vindobonen. . . . . *elevans oculos.*

Luc. XVI, 24. Brixian., Vercellen. et Veronen. *et refrigeret*; et ita S. Ambros. in lib. de Nabuth Jezrael, cap. 12, pag. 580.

Luc. XXIII, 15. Brixian., *Ecce nihil dignum morte actum est ab eo*, et ita Græcus textus, Ἰδοὺ οὐδὲν ἄξιον θανάτου ἐστὶ πεπραγμένον αὐτῷ; nonnulli enim transferunt, quasi ἀπ' αὐτοῦ, ut Erasm., Illyr., Bez. id est, *Ecce nihil dignum morte actum est ab eo.* At explicatio Vulgatæ melior.

Marc. I, 44. Brixian., Vercellen. et Corbeien., *ostende te Sacerdoti* (Corbeien., *Sacerdotibus*), Veronen., *demonstra te Sacerdoti*; Gat., *principibus Sacerdotum.* Græcus habet, Σεαυτὸν δεῖξον τῷ ἱερεῖ. Quidam ἀρχιερεῖ, ut Leicest., cod. Velez., Paris. 6; apud Millium hic: *ostende te sacerdotibus*, plurali numero, ferunt etiam Syriaca et persica. Sed Græci Codices nonnulli cum Vulgata et Gat. consentiunt, habentque, *principi sacerdotum.*

Matth. I, 20. Brixian., Veronen. et San-Germanen., *quod enim ex ea nascetur*; et ita S. Ambros. in lib. de Instit. Virg., cap. 8, pag. 263, et in lib. II de Spiritu sancto cap. 5, pag. 641, nec non cap. 9, pag. 652.

Matth. XVII, 26. Brixian., *denarium.* S. Zeno Veronensis in lib. II de Somnio Jacob, Tractat. 13, pag. 178, *duos denarios.*

Joan. VII, 8. Brixian., *Ego autem nondum ascendo:* et ita Græci codices nunc habent, οὔπω, id est *nondum*; qua lectione, si antiqua est, omnis difficultas amovetur. Veterem non fuisse colligit Grotius, quod hinc Porphyrius numquam Christum calumniatus esset de mendacio: nam in voce οὔπω, *nondum*, fuisset nodi solutio. Verum, etiamsi Græci codices habuerint simplex οὐκ, *non*, inanis est atque impia de mendacio accusatio.

Joan. XXI, 22. Brixian. hic et vers. 23, pro *sic*, habet *si*; et ita juxta Græcum textum habet codex Reginæ Suec. sign. n. 14, qui et S. Wenceslai fuisse olim dicitur, probæ is quidem antiquitatis, et notæ.

Joan. V. 2. Brixian., *Betesda*; et ita Græcus codex, Βηθσδά, *Bethesda*; Veron., *Betzeta*; Vulgata, *Bethsaida.* Consentiunt viri periti, scripturam illam propter horum nominum affinitatem a Librariis, et aliis Hebreæ linguæ imperitis depravatam esse, etsi legatur apud Tertullianum, et in Theophylacto Romanæ editionis. Constat enim regionem fuisse in Urbe sancta, quæ a Josepho appellatur Βηζεθά, *Bezetha*, ubi erat forum pecuarium, sive forum ovium, unde nomen

A suum acceperat hæc regio, derivatum, ut puto, ab Hebræo בית הצאן *beth hazon*, id est, *domus*, sive, *locus ovis.* Græcis autem ovis dicitur, πρόβατον, unde vox προβατικὴ facta est; ut *probatica* Evangelistæ sit macellum ovium, cui vicina piscina dicebatur Probatica; aut piscina illa, cujus aquam quandoque angelus movebat, erat in probatica, nempe in macello ovium, vel juxta illud macellum. Erat in hac regione porta ovis, quæ in codice Hebræo lib. II Esdræ cap. III, vers. 1, appellatur שער הצאן, *schaar-hazon*, id est, porta gregis, sive ovis, et in Græca versione, πύλη προβατικὴ, quam Eliasib, sacerdos magnus, exstruxisse dicitur. Quapropter quidam Interpretes volunt, piscinam, de qua sermo, ideo *Probaticam* appellatam, quia esset ad portam Probaticam, hoc est ad portam Gregis, vel, si lectio Græca probatur, piscinam illam, quæ erat in probatica, fuisse juxta portam Gregis. Verum non tam portam, quam certam regionem denotari hac voce προβατικὴ, suadet, quod dicit Evangelista, Probaticam appellatam fuisse *Bethsaida*, Græce Βηθσδά: illa enim vox Βηθσδὰ, sono non multum differt a Βηζεθὰ, quo nomine, ut diximus, Josephus appellat regionem, ubi, omnium consensu, sita est illa piscina. Attamen alii ab alia origine derivatum putant nomen Βηθσδὰ, nimirum a בית חסדא, *Beth-cheseda*, aut *Bethesda*, quod sonat, *domus misericordiæ*, ob collata aegris in hac piscina beneficia. Alii derivant a בית אשדא, *Beth-esda*, id est, *domus effusionis*: non a fudendo victimarum sanguine; neque enim ibi, sed apud altare mactabantur hostiæ; sed ab aquæductu, cujus forsan auctor Ezechias, qui dicitur introduxisse aquas in Civitatem, lib. IV Reg. cap. XX, vers. 20.

Matth. XIX, 17. Brixian., *Quid dicis me bonum?* et ita recentiores quidam, nempe Maldonatus, Jansenius, Simonius, et Martianæus. At neque nostra Vulgata Latina versio, neque Græcus ex libris veteribus multis manu exaratis, cum Latina consentientibus, hanc explicationem admittunt.

Matth. XV, 32. Brixian., *jam tres dies sunt, quod*, etc. S. Ambrosius *triduum est, quod.*

Matth. XVI, 6. Brixian. ..... *carete vos*; Vercellen., Veronen. et San-Germanen., *attendite vobis*; et ita SS. Hilarius, et Gaudentius, juxta Exemplar S. Germani a Pratis.

Matth. XVI, 12. Brixian., *non dixit*, etc. S. Ambrosius in lib. I de Pœnitent. cap. 15, p. 411, *non dixit a panibus, sed a doctrina Pharisæorum et Sadducæorum attenderent sibi.*

Matth. XVII, 21. Brixian., Vercellen. et Veronen., *futurum* (Brix. *futuru*)*est, filius hominis tradatur.* San-Germ. habet, *futurum est, ut ..... tradatur*; et ita S. Hilarius in Comment. in cap. XVII Matth.

Matth. XVII, 23. Brixian., Vercellen., Veronen. et San-Germanen., *exigebant*; et ita S. Hilarius in Commentar. in cap. XVII Matth, Corb., *exigunt.*

Matth. XVII, 26. Brix., *invenies in eo*; Vercellen., Veronen. et San-Germanen.,... *invenies ibi*; et ita S. Ambrosius in epist. 7 prim. class., 781.

Joan. VIII, 39. Brixian., Vercellen. et Veronen. *si filii Abrahæ essetis ..... faceretis*, et ita Ambrosiaster in epist. ad Titum, cap. I, p. 514; Rufinus, S. Hieronymus et S. Augustinus.

Joan. IX, 4. Brix. et Veron., *veniet*; et ita S. Ambrosius in Exposit. psalm., CXVIII, pag. 1054.

Joan. IX, 5. Brixian., *quamdiu in hoc mundo sum*; Vercellen. et Veronen., *cum sum in hoc mundo*; et ita S. Ambrosius in lib. III de Fide cap. 7, pag. 506. Corbeien., *cum in hoc mundo sum*; et ita idem S. Ambrosius in epist. 80, class. II, pag. 1096.

Joan. XI, 4. Brixian., *hæc infirmitas per eum.* S. Ambrosius in lib. IV de Fide, cap. 10, pag. 545, *hæc infirmitas*, etc., *sed pro claritate Dei, ut clarificetur Filius ejus per ipsum.*

Joan. XIII, 5. Brixian., *fudit*; Vercellen. et Veronen., *misit*; et ita quidam mss. libri Divin. Biblioth. S. Hieronymi.

Joan. XIII, 32. Brixian. et Veronen., *et Deus clarificavit eum*; et ita S. Ambrosius.

Joan. XIV, 26. Brixian., *et commonefaciet vos omnia*. S. Gaudentius, *et admonebit vos omnia*.

Joan. XVIII, 28. Brixian., *ad Caipha*; Vercellen., Corbeien., Gat. et Mm., *ad Caiphan*; et ita S. Augustinus in lib. III de Consensu Evangelistarum tom. III, part. II, pag. 114, et in tractatu 114, in Joan. Evang. cap. XVIII, tom. III, part. II, pag. 789. Veronen., *a Caiphan*.

Luc. II, 22. Brixian., *adduxerunt eum*; S. Irenæus, *imposuerunt eum*.

Matth. VI, 13. Brixian. postea verba, *sed libera nos a malo*, habet *quoniam tuum est regnum, et virtus, et gloria in sæcula. Amen.* Græcus post eadem verba, *sed libera nos a malo*, addit, *quoniam tuum est regnum, fortitudo, et gloria in sæcula Amen.* Quæ additio legitur etiam in Constitutionibus Apostolicis, Opere imperfecto in Matthæum, S. Chrysostomo, antiquis Græcorum Liturgiis, et Syriaca Gothicaque versionibus. At probabilissimum est, hæc addita fuisse, atque e Liturgicis libris in textum Matthæi irrepsisse; ea enim non ferunt Lucas cap. XI, vers. 4, neque præter Brix. alius vetus Evang. cod. Latinus, nec vetusti Græcorum codices, Copticaque et Arabicæ versiones.

Joan. XVII, 13. In Brixian. et Vercellen. additur, *in hoc mundo*. S. Hieronymus in Dialogo contra Pelagianos tom. II, pag. 749, habet, *in mundo*.

Matth. VI, 32. In Brixian. post *Pater vester*, additur *cœlestis*; et ita in Græca versione.

Matth. VI, 34. Brixian. *cogitare in crastinum*. S. Augustin. in lib. II de Serm. Dom. in monte, tom. III, part. II p. 222, *cogitare de crastino*.

Matth. VIII, 2. In Brixian., Vercellen., Veronen. et San Germanen. post *leprosus*, additur *quidam*; et ita in S. Hilar. Tract. in psal. CXXXVIII, tom. I, pag. 566.

Matth. XIII, 38. In Brixian., Vercellen., Veronen. et San-Germanen. ante *mundus*, additur, *hic*; et ita in multis editionibus S. Augustini de Civitate Dei lib. XX.

Matth. XIV, 22. Brixian., *jussit discipulos*. Duo Reginæ Suec. mss. Div. Biblioth. S. Hieronym. habent *jussit discipulis*, omisso *Jesus*, ut etiam omittitur in Brixian. et Corbeien.

Matth. XVIII, 7. Ante *mundo*, additur *huic*, in Brixian., Vercel., Veron. et Corb.; et ita in S. Cyprian., p. 153.

Matth. XXVI, 39. Brixian., *Pater meus*, etc., *transfer a me calicem istum*. S. Hilarius in Commentar. in Matth., *Pater meus*, etc. S. Ambrosius in lib. II de Fide, cap. 5, pag. 477, *Pater meus*, etc., *transfer a me calicem hunc*. Item in lib. de Incarn. Dom. Sacram. cap. 7, pag. 718, habet, *Pater meus*.

Joann. XIV, 17. Brixian., Vercellen., Veronen. et Gat., *hic mundus*; et ita S. Ambrosius in lib. I de Spir. sanct. cap. 4, pag. 611, et in Exposit. Evang. secund. Luc.

Joan. XIV, 31. Brixian., Vercellen., Veronen., et Corbeien., *hic mundus*; et ita S. Ambrosius in lib. V de Fide, cap. 7, pag. 567.

Joan. XVII, 16. Brixian. et Veronen. habent primo et secundo loco, *de hoc mundo*; et ita S. Ambrosius in lib. I Hexaem., p. 14.

Luc. XXII, 43 et 44. In Brixiano desunt integri isti versiculi 43 et 44. Nonulli, veriti ne Christiani nominis osores ea historia abuterentur, ut indigna Jesu Christo incommoda tribuerent, totum textum, id est præsentes versiculos 43 et 44, ab exemplaribus suis expunxerunt; quemadmodum hodie pariter in multis vetustis Græcis codicibus, id est, in mss. Alexan. Bodl. 4, 5; cod. Leicestr., Copt., Paris. 6; in Syris quibusdam, teste Photio, epist. 154, et olim etiam in multo pluribus Latinis textibus, Hieronym. lib. II contra Pelagianos, et Hilarii lib. X de Trinitate ac Epiphan., Ancor. et. cap. 31, 32 et 33 desiderabantur: *Nec sane ignorandum nobis est*, ait S. Hilarius de Trinit. lib. X, cap. 41, *et in Græcis, et in Latinis codicibus quamplurimis, vel de adveniente angelo, vel de sudore sanguinis nihil scriptum reperiri*. Addit, nihil inde discriminis in veritatem creari, neque juvari errorem; quod scilicet incertum sit, quæ vera lectio inter tot exemplarium varietates putanda sit: *Ambigentibus igitur, utrum hoc in libris variis, aut desit, aut superfluum sit* (*incertum enim hoc nobis relinquetur de varietate librorum*, etc.).

Agnoscit laudatus Epiphanius Ancorat. cap. 31, locum hunc ex Evangelio in codicibus Græcis permultis erasum fuisse, pia fraude Catholicorum quorumdam, metuentium ne quid forte sinistri inde colligeretur; non intelligentes, quid dispendii in veritatem proveniret. Addit S. Irenæum usum esse eo loco, in suo adversus Hæreses libro III, cap. 32, ad probandam Incarnationis veritatem.

Utitur pariter eodem loco idem S. Epiphanius loco cit. cap. 57, pag. 42, ad ipsum idem dogma asserendum. Suspicatur Grot. in Luc. XIV, 41, hanc exemplarium correctionem, nonnisi episcoporum auctoritate inductam; pro certo tamen credimus, ita eum illo loco contigisse, quomodo cum aliis permultis, ut, amanuensium audacia, seu nimia semiphilosophorum quorumdam religione (putantium, eodem loco invidiam Jesu Christo creari), expungeretur; vel ad oram codicis, veluti caute legendus, adnotatus, ansam dedit suppressioni in nonnullis exemplaribus.

Minime tamen hoc valuit, quin mss. pleraque Græca, et Latina, ac impressa nostræ ætatis integra manerent. Habent hos versus 43 et 44 Vercellen., Vindobonen., Veronen. et Mm. Vidimus Apologiam ex S. Epiphanio, in ejus suffragium adducente locum S. Irenæi. Eamdem pariter sententiam, quam Irenæus, refert S. Hippolytus contra Noet. cap. 18 edit. Fabric., item Sermo de Resurrectione apud Anastas. Sinait. in Hodego, pag. 356; S. Justinus in Dialogo cum Tryphone; S. Chrysostomus in Matthæum hom. 84; Ammonius in Concordia; S. Augustinus in libro de Consensu Evangelistarum, et Patres alii post ipsos. Photius ad Theodorum Ancyran. scribens., epistola 158 monet ne unquam committat, ut quorumdam Syrorum auctoritate permotus, locum hunc e Luca, veluti alienum expungendum, illum rejiciat. Porro Syris illis persuaserat metus, quod indecorum Jesu Christo videretur, ut eo dolore oppressus esset, quo sanguineus sudor exprimeretur. Syrorum nomine hic Armeni facile designantur, quos locum hunc, et Historiam feminæ adulteræ expunxisse ex Evangelio, accusat Nicon, de pessima religione Armenorum.

Matth. VI, 22. In Brixian. post *oculus*, deest *tuus*, et ita in S. Augustin. Spec. de Evang. sec. Matth. tom. III, part. I, pag. 756.

Matth. VII, 26. Deest *hæc*, in Brixian. et in S. Cyprian.

Matth. XIII, 24. Deest, *factum*, in Brixian., Vercellen. et Veronen. ut in S. Ambros. lib. III Hexaem. cap. 10, pag. 49.

Matth. XVI, 23. In Brixian., Vercellen., Veronen. et Corbeien. deest *ea*, primo et secundo loco; et ita in S. Hilar. Commentar. in hunc Matthæi locum, et in lib. VI de Trinitate num. 38, juxta fidem quamplurium mss. codd.; item in S. Ambros. lib. II de Fid. cap. 7, pag. 480.

Matth. XIX, 4. Deest *hominem*, in Brixian., Vercellen., Veronen., Corbeien. et San-Germ.; et ita in Corbeien. Bibl. Version. Vulgat.; in S. Augustin. lib. X de Genesi tom. III, part. I, pag. 256, in Specul. de Evangel. secund. Matthæum tom. III, part. I, pag. 761; lib. XIV de Civitate Dei cap. 22, et lib. XIX contra Faustum tom. VIII, pag. 330.

Matth. XXVI, 45. Brixian., Vercellen. et Veronen., *liberet nunc eum, si vult eum*; Corbeien., *liberet nunc eum, si vult*. S. Ambrosius in Evarrat. in psalm. XLIII, pag. 915, *nunc eum*.

Joan. xviii, 11. Omittitur *tuum*, in Brixian., Vercellen. et Veronen. ; et ita in quibusdam Græcis codicibus, et in aliquibus mss. Div. Biblioth. S. Hieronymi.

Joan. xviii, 26. Deest *ei*, in Brixian., Vercellen. et Veronen. ; et ita in Græco textu, et in quibusdam mss. Div. Bibl. S. Hier.

Luc. ii, 46. Post verbum *interrogantem*, deest *eos*, in Brixian. et Vercellen. ; et ita in S. Augustini serm. 22 in psalm. cxviii, tom. IV, part ii, pag. 1554.

Luc. viii, 32. Deest *tibiis*, in Brixian., Vercellen. et Veronen. ; et ita in S. Ambrosii lib. ii de Pœnit. cap. 6, pag. 426; et in Regio ms. S. Augustini in Speculo de Evangelio secundum Lucam.

Luc. viii, 52. Deest *puella*, in Brixian., Vercellen., Veronen., Gat. et Mm. ; et ita in quibusdam mss. Div. Bibl. S. Hieronymi.

Matth. iii, 17. Brixian., Vercellen. et Veronen., *in quo bene complacui* ; et ita S. Hilarius in lib. de Trinitate tom. II, pag. 32 et pag. 272 ; S. Gaudentius in Responsione ad Paul. Diac., nec non Sanctus Gregorius Magnus Moral. lib. xxviii, cap. 38, pag. 895. Cod. San-Germanen., *in quo bene placui*.

Matth. vi, 19. Brixian., *super terram* ; et ita S. Cyprian. in lib. de Oper. et Eleemos. pag. 305.

Matth. vii, 24. Brixian., *similabo eum* ; et ita S. Cyprian. in lib. iii Testim. ad Quir. cap. 96, pag. 387.

Matth. xi, 2. Brixian., Vercellen., Veronen. et San-German., *in carcere* ; et ita S. Hilarius in Comment. in Matthæum tom. I, pag. 721. Corbeien., *in carcerem*.

Matth., xi, 28. Brixian., *vos requiescere faciam*. S. Hieronymus in epistola 148 ad Celantiam, tom. I, pag. 1094, *requiescere faciam vos*.

Matth. xiii, 11. Brixian., Vercellen. et San-Germanen., *mysterium* ; et ita S. Irenæus.

Matth. xvi, 21. Brixian., Vercellen. et Veronen., *oportet* ; et ita S. Irenæus.

Matth. xviii, 21. Brixian., *si peccaverit*. Lucifer quoque Calaritanus in lib. ii pro S. Athanasio habet, *si peccaverit*, etc.

Matth. xix, 21. Brixian. et Corbeien., *vende omnia, quæ possides*. S. Ambrosius in lib. de Offic. Ministr. cap. 11, pag. 11, *vende omnia bona tua*. Philastrius hæres. 93, *vende et omnia, quæ habes*.

Matth. xxi, 9. Brixian., Veronen. et Corbeien., primo et secundo loco habent, *Osanna* ; et ita S. Iren. in lib. iv contra Hæreses tom. I, pag. 240.

Matth. xxi, 9. Brixian. et San-Germanen., *in excelsis* ; et ita S. Irenæus.

Matth. xxi, 33. Brixian., *turrem* ; Vercellen. et Veronen., *turrem..... colonis* : et ita Lucifer Calaritanus in lib. ii pro S. Athanasio. Corbeien. quoque..... *colonis*.

Matth. xxii, 7. Brixian., *et mittens exercitum suum*. S. Irenæus habet, *et mittens exercitus suos*, etc.

Matth. xxii, 37. Brixian., *ex tota anima tua* ; et ita S. Zeno Veron. in lib. i, tract. 2, de Fide, Spe et Charitate, pag. 21.

Matth. xxiv, 15. Brixian., Vercellen. et Veronen., *quod dictum est* ; et ita S. Irenæus in lib. v contra Hæreses tom. I, pag. 322.

Matth. xxvi, 9. Brixian., *venundari multo pretio* ; Vercellen. et Veronen., *venundari pretio* ; et ita S. Ambrosius in Exposit. Evang. secund. Luc. lib. vi ; Corbeien., *venundari pretio multo*.

Matth. xxvi, 14. Brixian., *dicitur Judas Scariothes* ; Vercellen., *dici..... Judas Scarioth* : supple lacunam ex Reginæ Suec. mss. relatis in Divin. Biblioth. S. Hieronymi, qui habent, *dicitur Judas Scarioth*. Veronen. *Judas dicitur Scarioth* ; Corbeien., *Scariot*.

Matth. xxvi, 36. Brixian., *donec vadam illuc orare* ; Vercellen., *donec eam illuc orare* ; et ita S. Hilarius in Commentar. in Matthæum. Veronen., *donec eo illuc orare*.

Matth. xxvii, 9. Brixian., *filii Israel*. Et ita S. Augustinus in lib. ii de Consensu Evangelist. tom. III, part. ii, pag. 114.

Matth. xxvii, 34. Brixian., *dederunt ei bibere acetum cum felle mixtum*. Versio quoque Sancti Matthæi in Græcis nonnullis exemplaribus præfert, oblatum fuisse Christo *acetum cum felle mixtum*. Et ita Syr., Orig., Hieron. Sed plures optimi manuscripti codices cum Vulgata legunt, *vinum*, quemadmodum et recurrit in Sancto Marco, et apud veteres plures tam Græcos, quam Latinos.....

Matth. xxvii, 55. Brixian., Vercellen. et Veronen., *a longe videntes* : τὸ *videntes* Marci est.

Matth. xxviii, 7. Brixian., Vercellen., Veronen. et Corbeien., *præcedit* ; et ita S. Augustinus de Consensu Evangelist. tom. III, part. ii, pag. 155.

Joan. i, 4. Brixian., Vercellen., Veronen., Corbeien., Gat. et Mm., *vita est* ; et ita S. Hilarius, et S. Ambrosius in lib. iii de Fide, cap. vi, pag. 504.

Joan. iii, 4. Brixian. et Mm., *et nasci* ; et ita quidam lib. mss. Divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Joan. iii, 5. Brixian., *natus fuerit* ; et ita S. Cyprianus in epist. 72, ad Stephanum papam, de Concilio, pag. 180.

Joan. vii, 28. Brixian., *et me scitis, et nostis unde sim*. S. Hilarius in lib. vi de Trinitate tom. II, pag. 155, *neque me scitis, neque unde sim, nostis* ?

Joan. viii, 14. Brixian. secundo loco habet, *unde veni* ; et ita S. Ambros. pag. 174.

Joan. ix, 25. Brixian., Vercellen. et Corbeien., *cæcus eram, et*, etc. ; et ita S. Ambrosius in epist. class. ii, tom. II pag. 1097.

Joan. x, 16. Brixian., Veronen. et Corbeien., *unus grex* ; et ita S. Cyprianus in lib. de Unitate Ecclesiæ Catholicæ pag. 255, et in epist. 76, ad Magnum, de baptizandis Novatianis, pag. 209.

Joan. xii, 31. Brixian. et Vercellen., *nunc judicium est hujus mundi* ; et ita S. Gaudentius in sermon. 12, pag. 146.

Joan. xiii, 29. Brixian., *quia*, etc. Quidam mss. Div. Biblioth. Sancti Hieronymi, et codices fere omnes S. Augusti habent, *quia dicit ei*.

Joan. xiv, 17. Brixian., *nec novit*. Vercellen., *nec agnoscit* ; et ita S. Ambrosius in lib. i, de Spir. sanct. cap. 4, pag. 611, et in Exposit. Evang. secund. Luc. ; Veronen. habet, *nec cognoscit*.

Luc. i, 2. Brixian., *Et ministri fuerunt verbi*. Budæus, Hamm., Cappell., Vall., Vatab., Pisc., Genebr. et ex antiquis Origenes in Luc. homil. i, Ambrosius, Euthymius hic, Hieronymus Præfatione in Matthæum, et text. Græc., Ὑπηρέται γενόμενοι τοῦ λόγου, *Ministri fuerunt verbi*.

Luc. ii, 49. Brixian., Vercellen., Veronen. et Gat., *nescitis*, etc. Tertullianus pag. 516, *non scitis*.

Luc. iii, 5. Brixian., *in directum* ; et ita codex Claromont. S. Irenæi.

Luc. vii, 42. Brixian., *Quis ergo eorum*, etc. S. Cyprianus, *Quis illorum*, etc.

Luc. xxiv, 24. Brixian., Vercellen., Veronen., Corbeien. et Gat., *non viderunt* ; et ita quidam mss. Div. Bibl. S. Hier. et S. Augustinus in lib. iii de Consensu Evangelistarum tom. III, part. ii, pag. 140.

Marc. v, 43. Brixian. et Veron., *et jussit illi dari manducare*. S. Irenæus, *et jussit ei dare manducare* ; Clarom. ejusdem S. Irenæi cod. habet, *dari*, etc.

Marc. xi, 25. Brixian., *ad orationem* ; et ita S. Cyprianus in lib. iii Testimoniorum ad Quirinum cap. 22, pag. 378.

Matth. xiv, 3. Brixianus et Veronensis legunt, *Fratris sui Philippi*. Græcus quoque post illa verba, *fratris sui*, addit *Philippi*, ex Marc. vi, 17.

Joan. iii, 5. Deest *Sancto* in Brixian. et Veronen. ; et ita hodie in omnibus Græcis, et plerisque Latinis exemplaribus ; in Tertul. libro de Baptismo, et libro de Anima ; in S. Cyprian. epist. 73, ad Jubaianum, de hæreticis baptizandis, pag. 187 ; et in S. Ambros. lib. iii de Spiritu sancto cap. 10, pag. 677.

Luc. i, 3. Brixian. et Veronen., *omnibus*. In Græco quoque codice est πᾶσιν, id est *omnibus*, quod Syrus Interpres ad personas refert, interpretans Lucam,

quasi dicat, se asserat in esse omnes testes et ministros : pro τοῦτο autem τοῦτον, ut ἐκεῖνος ad præcedentia referatur, quæ facta et dicta sunt; sed pro τοῦτο, *attendere aliquem*.

Luc. I, 75. Deest *ex te*, in Brixian., Veronen., ut et apud plures Latinos exemplares, teste S. Ambrosio Exposit. Evang. secund. Lucam, pag. 1709, in nonnullis Britannicis libris Regiæ Suessionensis, et in Gallicis quibusdam mss. S. Augustinus lib. II de Consensu Evangelistarum. Verum ea verba reperiuntur apud Irenæum, Tertullianum, Novatianum cap. 19 de Trinitate, aliosque antiquiores scriptores, ac versionibus Syr. et Arab. relatis a Millio in edito textu Græci.

Luc. V, 26. Brixian., *Prophetias*; et ita duo libri mss. Divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Luc. IX, 48. Brixian., *quicumque me recipit, recipit eum*; Vercellen., *quicumque me recepit, non me recipit, sed eum*, etc. Veron. et Corbeien. *non me recipit, sed eum*, etc. Hilarius Diaconus, qui Ambrosiaster dicitur, in Epist. ad Romanos cap. II, pag. 41, *qui me recipit, non me recipit, sed eum*, etc.

Matth. XXII, 35. In Brixian. et Corbeien. omittuntur verba illa, *ut impleretur, quod dictum est per Prophetam dicentem : diviserunt sibi vestimenta mea, et super vestem meam miserunt sortem* : nec leguntur apud Origenem, Euthymium, Theophylactum, S. Hilarium: S. Augustinum lib. II, de Consensu Evangelistarum tom. III, part. II, pag. 121; Titum Bostrensem; versiones Syriacam, Copticam, Arabicam, Æthiopicam; editionem Complutensem, et codices Græcos manu exaratos quamplurimos relatos in Variis Lectionibus Millii. Desunt etiam in aliis codd. præterentibus Latinam Veterem Vulgatam Italam. Sunt qui putant, hæc ab Joanne in Matthæum irrepsisse Librariorum licentia. Ego vero Vulgatæ lectionem sequor.

Joan. X, 22. Brixian. et Corbeien., *Facta est autem Dedicatio in Hierosolymis*. Nomen illud, τὰ ἐγκαίνια, derivatur ab ἐγκαινίζειν, *de novo aliquid facere*, quo verbo LXX Interpretes reddunt verbum Hebraeum חנך, *initiavit, dedicavit*, et apud dictos Interpretes ἐγκαίνια, ἐγκαίνισις, ἐγκαινισμός, id est, *innovationes, innovatio*. Verbum autem Hebræum, sicut et nomen, usurpantur in Veteri Testamento de quavis Dedicatione sive prima, sive instaurata, puta cum nova domus incipit habitari; attamen usu factum videtur, ut ἐγκαίνια, *encænia*, accepta sint pro aliqua renovatione, sive instauratione Templi; quod deducimus ex Hebræorum Kalendario, in quo, duo tantum memorantur celebranda Encænia Templi, nec mentio fit Salomonicorum : priora in mense Kasleu, vigesima quinta die, qua Machabæi restituerunt Altare Holocaustorum; et ideo (ut I Machab. IV, 59, legimus) *statuit Judas, et fratres ejus, et universa Ecclesia Israel, ut agatur dies Dedicationis, ἐγκαινισμοῦ, Altaris in temporibus suis ab anno in annum per dies octo, a quinta et vigesima die mensis Casleu cum lætitia et gaudio*. Altera encænia, quæ reperiuntur in Kalendario Judæorum, Dedicatio est, sive instauratio Templi facta sub Zorobabele in mense Adar, ut videre est apud Esdram, cap. VI, vers. 16.

Joan. XI, 56. Brixian., *Quid vobis videtur? quia non veniet ad diem festum?* Sunt qui Græcum Τί δοκεῖ ὑμῖν; ὅτι οὐ μὴ ἔλθῃ εἰς τὴν ἑορτήν; cum interrogatione legunt, *Quid vobis videtur? annon veniet ad diem festum?*

Matth. XIII, 45. Brixian. et Veron., *negotianti*; et ita S. Cyprian. in lib. III Testimon. ad Quirinum pag. 372, et in lib. de Opere et Eleemosynis, in aliquibus mss; item S. Ambrosius in lib. II de Abraham, cap. 9, pag. 543.

Matth. XXVII, 40. In Brixian. et Corbeien. omittitur, *vah*; et ita in textu Græco, et in S. Augustini lib. III de Consen. Evangel. tom. III, part. II, p. 127.

Matth. XIII, 46. Brixian., *qui inveniens unam pretiosam margaritam*. S. Cyprianus in lib. de Opere et Eleemosynis pag. 305, *ubi autem invenit pretiosam margaritam*, omissa vice una, quæ deest pariter in Vercellen., Veron. et San-Germanen.

Matth. XX, 15. Brix., *Haud non licet mihi facere de meis quod volo?* Veteres libri quidam ferunt, *Aut non licet mihi, quod volo facere de re mea?* Græcus, Ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; *Aut non licet mihi facere quod volo in meis?* et ita Syr. et Arab. Vercellen. S. August. in serm. 87 habet, *Non licet mihi omnino facere, facere de meo?*

Joan. III, 3. Brixian. et Gat., *natus fuerit*, et ita alii plures mss. Latini codices relati in Divin. Bibliothec. S. Hieronymi, præsertim Græco textui.

Joan. VIII, 12. Brixian. et Vercellen., *non ambulet*; Veron., *non ambulabit*. S. Ambrosius in lib. de Fide Orthodoxa contra Arianos, cap. 2, pag. 350, *non ibit*.

Joan. VIII, 51 Brixian., Gat. et Mm., *noster est*; et ita Græca quædam exemplaria, et duo mss. libri Lat. relati in Divin Bibliothec. S. Hieronymi.

Joan. IX, 12. Brixian. et Veronen., *dixerunt autem ei*. Vercellen., *dixerunt ergo ei*; et ita quidam mss. codices in Divin. Bibliothec. S. Hieronymi.

Joan. X, 29. Brixian., Vercellen. et Veronen., *reperit illud*, etc. (Veron. omittit, *illud*.) S. Ambrosius in lib. III de Spiritu sancto cap. 16, pag. 689, *reperit ea*, etc.

Joan. XX, 31. Brixian. et Veronen., *Jesus Christus est Filius Dei*. S. Irenæus quoque legit, *Jesus est Filius Dei*.

Joan. XI, 50. Brixian. et Gat., *expedit nobis*; et ita Græcus, ἡμῖν, *nobis*.

Joan. XII, 7. Brixian., Veronen. et Mm., *sine*, etc.; et ita duo mss. Divin. Bibliothec. S. Hieronymi, et S. Gaudentius in sermon. 13, pag. 153 postremæ Editionis.

Joan. XV, 2. Brixian., Veronen. et Corbeien., *ut fructum plurimum adferat*. S. Hilarius in Tract. in psalm. XI, tom. I, pag. 87, *ut fructum ampliorem ferat*. Vercellen., *ut fructum ampliorem adferat*.

Joan. XVIII, 11. Brixian., *non bibam*, etc. et ita S. Hilarius in tractatu in psal. CXXXVIII, tom. I, pag. 508 et in libro X de Trinitate num. 30. Corbeien., *nonne bibam*, etc.

Joan. XX, 31. Brixian., Veronen. et Gat., *vitam æternam*; et ita S. Irenæus.

Luc. I, 54. Brixian., Veronen., Corbeien. et Gat., *memorari*; et ita vetus Interpres, teste Millio in Proleg. ac quidam libri mss. Bibliorum relati in Div. Biblioth. S. Hieronymi. S. Irenæus quoque in lib. III contra Hæreses tom. I, pag. 185, habet *reminisci*.

Luc. II, 38. Brixian., et Veronen., *Hierusalem*; et ita vetustissimus Bibliorum codex Corbeiensis, et alii plures Latini libri. Item S. Irenæus in lib. III contra Hæreses, tom. I, pag. 187, et S. Augustinus in lib. II de Consensu Evangelistarum tom. III, part. II, pag. 38. Corbeien. habet, *Jerusalem*. Gat., *in Hierusalem*. et ita Græcus textus.

Luc. VII, 37. Brixian., *discubuit*; Vercellen., *accumbere*; Veron., *recubuit*; Gat. et Mm., *accubuit* : et ita S. Ambrosius, et plurimi mss. libri in Div. Bibl. S. Hieronymi.

Luc. IX, 29. Brixian., *me confusus fuerit . . . . confundet eam*; Vercellen., *confusus fuer. . me. . . . . fundet . . . . . .* S. Ambrosius in epist. class. II, tom. II, pag. 1077, *me confusus fuerit. . . . confundar et ego eum*, etc.

Joan. IX, 61. Brixian., *sed primum permitte mihi renuntiare his, qui*, etc., et ita S. Augustinus in lib. II, de Consens. Evangelist. tom. III, part. II, p. 55. Corb. Bibl. *iis, qui*, etc., conformiter S. Augustino in Speculo de Evangel. sec. Lucam tom. III, part. I, p. 769.

EPISTOLA BLANCHINI ALTERA.

DESCRIBITUR CODEX MS. GRÆCO-LATINUS EVANGELIORUM ET ACTORUM, IN BIBLIOTHECA CANTABRIGIENSI ASSERVATUS.

Cl. ac doctissimo viro Philippo abbati Garbellio patricio Brixiano Joseph Blanchinus Veronensis S. P. D.

Non es nescius, Garbelli doctissime, quantam Sacrarum litterarum cultores perceperint utilitatem ex insigni illa editione *Vulgatæ Antiquæ Latinæ et Italæ Versionis Evangelii secundum Matthæum, e vetustissimis erutæ Monumentis, studio et labore D. Joannis Martianay, Presbyteri Benedictini e Congregatione S. Mauri*, quam ipse primum Parisiis anno 1695 litterario orbi tradidit. Quod quidem vel ex eo aperte cognosci potest, quod ubique Liber ille ita feliciter exceptus est, ut venalis hodierna die apud nostros Italos bibliopolas minime reperiatur; quamvis nullus exsistat Divinarum Scripturarum studio incensus, qui ejus lectione carere ullo modo possit. Quare in Prolegomenis hujus Evangeliarii Quadruplicis, quoniam mihi opus erat de antiqua Itala versione Latina multa præfari, ne forte viderer aliquibus rem a sapientissimo Martianæo multo diligentius, majorique cum dignitate, quam de me polliceri auderem, jam actam, agere, existimavi longe melius huic editioni consultum, et a me prudentius factum iri, si te, aliosque Italæ versionis amatores invitassem (*a*) ad legenda Prolegomena ejusdem Martianæi, qui illud argumentum singulari eruditione tractavit. Nunc ergo ad ostendendum, Italam, quæ erat verborum Græcorum tenacior, cum perspicuitate sententiæ, nostro Evangeliario quadruplici contineri, Græcum originalem textum, in antiquioribus mss. libris præservatum, adeamus. *Si enim*, inquiebat S. Hieronymus, ad Damasum scribens, *Latinis exemplaribus fides est adhibenda, respondeant quibus? tot enim sunt exemplaria pene, quot codices. Sin autem veritas est quærenda de pluribus, cur non ad Græcam originem revertentes, ea, quæ vel a vitiosis Interpretibus male reddita, vel a præsumptoribus imperitis emendata perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata, corrigimus?* Et paulo post : *Hæc præsens Præfatiuncula pollicetur quatuor tantum Evangelia*, etc., *codicum Græcorum emendata collatione, sed Veterum.* Sanctus quoque Augustinus in lib. II de Doctrina Christiana eamdem regulam tradit. De Italæ versionis interprete, ope Latinorum codicum emendando, non est meum statuere, verene aliqui sentiant, an secus. At illud meum est multis ostendere, æquum esse mihi concedi, ut ego de Itala non minus tuto judicare possim, ex Græcorum verborum tenacitate, cum perspicuitate sententiæ. Millii editionem N. T. tu jam legendo, et pervolvendo trivisti : cum autem pleraque illorum, quæ contulit, Exemplaria, pervetera esse constet, nec quisquam adhuc, quod sciam, si Montfauconium, paucosque alios excipias, cujus sint ætatis, formæque, prodiderit; non alienum putavi testari tibi, quid de illis opiner. Codicem Evangeliorum Cantabrigiensem Græco-Latinum antea describam ex eodem Millio. Et quamvis sint illæ membranæ per aliquos vel Ogygiæ, numquam tamen propter eas adducar, ut aliquem versum mei Quadruplicis Evangeliarii castigem; quoniam, si eas quandoque sequare, falleris, aut falles. Est equidem Codex ille antiquissimus, sed mendosus, ut cæteri. Retinet ipse antiquam italam, quæ tamen cariosas et edentulas lectiones habet.

Græci adeundi sunt codices, sed incorrupti, sine quibus nemo putet Italam inveniri, ac inventam, absque maculis edi posse. Ego neque Doctoris Maximi institutum satis laudare, nec aliquorum animositatem satis mirari queo, quibus labor Hieronymi, qui aditum sibi ad purissimos Græcos fontes pro emendando Latino quatuor Evangeliorum codice patefecit, improbatur; quoniam correctionem suam ex cœnosis illis ac turbulentis Latinorum interpretum lacunis hauriendam esse non duxit. Censores habuit Hieronymus sua etiam ætate; qui, ut ejus labori moras necterent, fidemque detraherent, atque opus quod aggrediebatur, suspectum Ecclesiis efficerent, præmonuerunt ignarum vulgus, ut caveret sibi; quoniam a Latinis exemplaribus recedebat. Sed in defensione, quam pro se beatissimo papæ Damaso scripsit, ita eum (cupiens amoliri a se illam opinionem) alloquitur, et dicit : *Novum Opus facere me cogis ex veteri; ut post exemplaria Scripturarum toto Orbe dispersa, quasi quidam arbiter sedeam; et quia inter se variant, quæ sint illa, quæ cum Græca consentiant veritate, decernam. Pius labor, sed periculosa præsumptio*, etc. *Quis enim .... cum in manus volumen assumpserit, et a saliva, quam semel imbibit, viderit, discrepare quod lectitat, non statim erumpat in vocem, me falsarium, me clamitans esse sacrilegum, qui audeam aliquid in veteribus libris addere, mutare, corrigere? Adversus quam invidiam duplex causa me consolatur, quod et tu, qui Summus Sacerdos es, fieri jubes; et verum non esse, quod variat, etiam maledicorum testimonio comprobatur.* Et post pauca : *Magnus hic in nostris codicibus error inolevit; dum, quod in eadem re alius Evangelista plus dixit, in alio, quia minus putaverint, addiderunt : vel dum eumdem sensum alius aliter expressit, ille, qui unum e quatuor primum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque æstimaverit emendandos. Unde accidit, ut apud nos mista sint omnia; et in Marco plura Lucæ, atque Matthæi; rursum in Matthæo plura Joannis, et Marci; et in cæteris*

(*a*) Vide Prolegomena, col. 0000 et seq.

reliquorum, quæ aliis propria sunt, inveniantur. Hoc etiam codici Brixiano, quem ego tuo nomine publici juris facio, quemque tu, vir cl., insigni epistola tua, in fronte primæ partis hujus editionis impressa, mirifice illustras, non semel accidit; sed maxime Ms. Cantabrigiensi Græco-Latino, cujus hic descriptionem attexo, antequam tibi sistam præcipuas lectiones nostri Evangeliarii Quadruplicis, quæ cum textu Græco Vulgato aliisque decem Romanis codicibus manu exaratis magis concordant.

Descriptio codicis ms. Græco-latini, Evangeliorum et Actorum in Bibliotheca Cantabrigiensi asservati (*a*).

Membranaceus codex est in *quarto* (uti vulgo loquimur) grandiori. *Evangelia, et acta Apostolorum* complectitur. Lacerum, et sexaginta ac sex foliis mutilatum (e quibus decem circiter supplevit alimade recentior calamus), initio belli civilis apud Gallos, anno 1562, ex cœnobio S. Irenæi, Lugduni, postquam ibi in pulvere diu jacuisset, nactus est Beza: ipsumque, mox ut absolvisset *majores* suas, quas vocat, adnotationes, dono dedit Academiæ Cantabrigiensi, anno 1581, missis una litteris, in quibus suum aperit de Codice isto consilium. In Academiæ istius Bibliotheca jam repositi variantes lectiones primus, quod sciam, collegit, *Patricius Junius*: qui et ipse tradidit eas cl. *Puteanis* fratribus, Puteani *Morino*, etc.; Morinus, seu alius quispiam, Stephano Curcellæo. Sed et Usserius exemplar hoc ad editionem N. Test. anni 1624 Elzevirianam accurate contulit, ejusque varietates, ut et aliorum insuper quindecim mss. codicum, cum *Waltono* communicavit, in Bibliorum πολυγλώττων tomo sexto, sive appendice reponendas. Exemplar ipsum quod attinet, descriptum est quidem illud litteris grandiusculis, sive uncialibus, absque omni verborum distinctione, lineis non in unam eamdemque longitudinem exporrectis, sed omnino inæqualibus, longioribus aliis, aliis brevioribus, velut ἐν εἴδει στιχήρων, in quibus sedulo a descriptore cautum est, ut Græca, et Latina sibi invicem responderent, verbum fere verbo, servato; lerumque etiam eodem ipso verborum ordine. Græca sinistram paginam occupant, dextram Latina. Periere duo prima folia: ad tertium, sive paginam quintam, incipit Latina versio (*Matth.* I, 12): *Post transmigrationem autem Babylonis*, etc.; ad paginam sextam textus Græcus, cap. I, vers. 20, παραλαβεῖν Μαριάμ, etc. In Evangeliis, *Matthæum* proxime sequitur *Joannes*, idque consilio ipsius Digestoris; ad calcem enim Matthæi hæc habet: Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον ἐτελέσθη, ἄρχεται Εὐαγγέλιον κατὰ Ἰωάννην. Joannem sequitur *Lucas*, Lucam *Marcus*, cum eadem ἐπιγραφή: ita nempe dispositis libris istis, ut *Apostolorum* Evangelia præponerentur Evangeliis *Apostolicorum*, quomodo *Marcum*, et *Lucam*, Apostolorum comites vocat Tertullianus (*b*). *Marci* Evangelio suffixa est etiam notula, significans post illud proxime poni librum *Actuum*. Verum hæc est scribæ recentioris. Sequens enim folium, quod prima facie duodecim postremos versus *Epistolæ tertiæ D. Joannis* exhibet, altera primam partem capitis primi *Actorum*, clare indicat Exemplar hoc jam olim præter *Evangelia* et *Acta*, complexum fuisse *Catholicas* saltem Epistolas. Epistolam vero *Joannis* tertiam (prætermissa *Judæ*, nisi tamen in hoc, ut in aliis quibusdam cod. Epistolæ *Jacobi* fratris annexa fuerit) subsecutum fuisse librum *Actorum*. Sic enim ms.: *Epistola Joannis tertia explicit. Incipit Actus Apostolorum.* Codici ipsi ad oram (ne quid in actum prætereamus) ascripta sunt varia: 1° Sectiones *Ammonianæ*, charactere codicis ipsum probe simulante, sed pleniori nonnihil, ac nigriori. Solæ hic incedunt, et absque comitatu codicis Eusebiani, quo, ad quam quæque tabulam spectat, ostenderetur. Nempe Scriba, cum jam haud adesset ei minium forte, quo Canonem characteribus rubris exprimeret, ad mentem *Eusebii* (*c*), scriptionem ejus in aliud tempus distulisse videtur, ac postea ex oblivione, aliaque aliqua causa impeditum fuisse, quominus ipsam ex instituto describeret. 2° Sparsæ hinc inde vocule ἀρχή, τέλος, καὶ λέγε, ὧδε στῆκε, initium et finem Lectionum Ecclesiasticarum denotantes, ut et lectionum quarumdam tituli, fœda ac barbara manu exarati (*d*). 3° Capita quædam rerum in Evangeliis tractatarum horrido charactere exarata, aliquando in marg., sæpius autem in summa pagina (*e*). Notulæ autem hæ, reliquæque jam dictæ, non unius alicujus descriptoris erant, imo nec unius sæculi. Aliquæ pervetustæ sunt, aliæ posterioris paulo ævi, aliæ inferioris multo adhuc ætatis; aliæ tantum non hodiernæ, seu etiam plane recentes: singulæ Latinorum quorumdam, ut videtur, qui, animi gratia, vocabulorum portenta ista, uti poterant, depinxere. Certe textus ipse codicis, Græcus pariter ac Latinus, est Latini scribæ. Quod ostendit *Simonius* (*f*), ex similitudine characterum textus utriusque; ex litteris pure Græcis in oppositam versionem admissis; ex ipso instituto codicum hujusmodi Græco-Latinorum; qui certe Græcis usui esse non poterant, (quid enim ipsis cum versione, seu etiam lingua Latinorum?) sed in Occidentalium omnino gratiam confecti videntur; ut textu Græco scilicet e regione Latini posito, haberent jam, quibus facultatis aliquid in Græcis, unde et S. codicem me-

(*a*) *Millio in Prolegomenis in novum Test. Græcum, pag.* 132.

(*b*) Lib. IV, contra *Marcion.*, cap. 2.

(*c*) Ep. ad Carpianum.

(*d*) Χῦ γενε, αναγνωσμα περη το σαββατο, μεταιμορφις αναγνωσμα, αναγνωσμα περι του κυριακη, αναγνωσμα εις την παρασκυην, αναγνωσμα περι τουν σαββατου εις την εκκλησιαν εγκαινησιν αναγνωσμα περι το κυριακυ των προφυτισματων, του απολυσην, etc.

(*e*) Matth. IX, 35, et X, 1, ubi agitur de morborum curatione, et electione Apostolorum, exstat hæc notula: του θεραπιει και τον αποστολον, h. e. περὶ τοῦ θεραπεύειν, καὶ τῶν ἀποστόλων; alibi ista: τον γραμματεον και φαρισεον, h. e. περὶ τῶν γραμματέων καὶ φαρισαίων; alibi ista: Αποστολυ και τον υιων Ζεβεδεον, i. e. περὶ τῶν ἀποστόλων, καὶ τῶν υἱῶν Ζεβεδαίου.

(*f*) Hist. Crit. textus N. T. cap. 30.

lius intelligere eis liceret, et Latina sua, sicubi opus esset, emendare : denique ex mendis ipsius exemplaris γραφικοῖς, quorum aliqua satis clare produnt amanuensem Latinum; v. gr. Ἡρώδους, Ἰωάννους, Ἰωάννει, Σαμαριτάνων, φλαγελλώσας, λεπρώσου, et ejusmodi alia. Et jam quidem ad ipsius codicis partes accedimus. *Latina*, translationem Italicam exhibet, qualis tum temporis interpolata ferebatur, ante castigationem Hieronymi. *Græcum* vero textum mirifice corruptum ac depravatum, hujusmodi tamen, qui originem certe duxerit ex iis fontibus, ex quibus manavit Italica Versio. Nempe cum exemplaribus interpretum italorum, et apographis inde deductis ita omnino actum arbitror. Exemplaria, quibus interpretes ipsi usi sint, sicut aliquantulum hinc inde passa fuerant a Scribis (id enim ex Syriaca, aliisque Versionibus aliquibus ad consimiles cum ipsis Codices adornatis omnino constat) : ita in cæteris egregie referebant Apostolicam dictionem. Quod autem in Latinorum manus devenerint, deducti exinde codices mendosi prodiere. Scripti nimirum, non uti cætera exemplaria Orientis, a scribis Græcis, linguæque adeo patriæ haud nescîis, qui textum nitidum fere, probeque curatum emisere; sed a notariis, quales in Occidente ferebat ista ætas, misere indoctis et barbaris, qui de libris, quos descripturi erant, nihil fere norant, præter ipsas litteras. Hinc certe tractu temporis, major multo adhuc, immo vero tandem infinita plane vitiorum, et injectitiarum lectionum vis Codicibus istis ingruebat. Mox enim, ut e Latinis doctiores aliqui excerpta undecumque scholia, et insigniores pericopas ascripsissent ad oram suorum exemplarium, librariis ea transcripturis illud negotii datum erat, ut universam hanc farraginem marginalem in Apographi sui corpus transmitterent. Hujusmodi codices nonnulli hodieque exstant misere, supraque omnem modum mixti et maculati. Pervetusti plerique omnes, et eximiæ olim apud Occidentales auctoritatis; eoque certe majoris, quod interpolatis istis Versionem istam magis magisque accommodatam dederint Latini alii. Hinc enim haud quaquam dubitatum erat, quin Græca, quibus Latina hæc tam probe respondebant, originarium illum textum integrum et illibatum exhibuerint, ad quem expressa fuerat Italica versio. Consentientia, sic ut diximus, Græca hæc, et Latina, primum certe diuque, ut videtur, seorsum, et in distinctis voluminibus incedebant. Postea autem, quod apud Occidentales linguæ Græcæ studium aliquantulum florere cœperit, eruditis e re visum est, originarium textum, et versionem sub oculum simul exhibere ; idque vel in eadem pagina, quod in nonnullis libris factum videmus ; vel in diversis, ut in aliis aliquibus, ac speciatim in hoc Cantabrigiensi.

Hujus certe, de quo jam agimus, Græca quod attinet, vix dici potest, quam supra omnem modum in iis digerendis licenter se gesserit, ac plane lascivierit Interpolator, quisquis ille. In animo ipsi fuisse prima fronte creuideris, non quidem textum ipsum exhibere, quam ediderant ipsi Evangelistæ, sed, observato dumtaxat S. Textus ordine, ac historia, singula Evangelia absolutioria ac pleniora reddere. Huc enim faciunt intromissæ in cujusque Evangelii textum particulæ variæ, integræque periodi reliquorum : huc transposita in unoquoque plurima, ob historiæ claritatem : huc traductæ ex Evangeliis περικοπαί : huc interpolationes aliæ innumeræ. Verum et in aliam plane sententiam pertrahunt nonnulla vocabula pro genuinis alia, neutiquam σημαντικώτερα, adeoque ad historiæ claritatem ac ubertatem nihil conferentia : mutationes numerorum, casuum, generum, temporum, passim factæ absque omni causa : transpositiones infinitæ, quarum nulla idonea ratio vel lingi poterit : contracta denique plurima, et excisæ hinc inde partes, et quidem totæ sententiæ, quæ mirifice ad historiæ Evangelicæ integritatem faciunt. Neutiquam enim hujusmodi praetermiserit, cui constitutum fuerit ex uno quoque Evangeliorum conficere integram historiam Evangelicam, e quasi Diatessaron. Immo vero certum illud unum, Digestorem hujus textus, in hisce libris *Evangeliorum*, et *Actuum* grassatum fuisse pro arbitrio ; addidisse, sustulisse, mutasse, plane uti ferebat animus; multoque, ut verbo dicam, labore illud egisse, ut textus ipsorum Evangelistarum, magna sui parte, in alium quemdam transformatus incederet. E locis codicis vitiosis et interpolatis, pauca dumtaxat hic notabimus. In Evangelio Matthæi, insignis illa pericope de primis accubitibus cœnæ (cap. xx, vers. 28) in interpolatis hisce Græce jam primum apparet : Ὑμεῖς δὲ ζητεῖτε ἐκ μικροῦ αὐξῆσαι, καὶ ἐκ μείζονος ἐλαττονεῖσθαι· (sic enim legendum) εἰσερχόμενοι δὲ κ. τ. λ. cujus cum partem posteriorem ex *Lucæ*, cap. xiv, vers. 8, sumptam nemo non norit, tum certe prior (quod nondum a quoquam observatum, quod sciam) ortum habuit ex Græcis *Cant.* ejusdem Evangelii, cap. xxii, vers. 27, 28 : Ἐγὼ γὰρ ἐν μέσῳ ὑμῶν ἦλθον οὐχ ὡς ὁ ἀνακείμενος, ἀλλ' ὡς ὁ διακονῶν καὶ ὑμεῖς ηὐξήθητε ἐν τῇ διακονίᾳ μου, ὡς ὁ διακονῶν, οἱ διαμεμενηκότες κ. τ. λ. Cap. xxi, vers. 32, cum in parabola de filiis duobus in vineam ire jussis, quorum prior se non iturum dixit, iverit tamen, posterior iturum se, sed non iverit cum voluntatem Patris in cod. aliquibus fecisse diceretur ἔσχατος, seu posterior (ut in Latinis mendosis ante Hieronymum), neque vero aliter haberet exemplar interpolatoris nostri ; quo in Scribas et Sacerdotes, filio posterieri in ipsius textu comparatos, quadraret hæc parabola, expuncto, fecit ἰδόντες μετεμελήθητε, contra omnem codicum fidem, et sententiam Salvatoris. Apud Marcum, cap. ii. vers. 26, particulam ἐπὶ Ἀβιάθαρ τοῦ ἀρχιερέως, ceu historiæ veritati haud consentaneam, sustulit : ut et verba, πᾶς γὰρ πυρὶ ἁλισθήσεται, cap. ix, vers. 49, quod forte absurda viderentur. Alia mutavit, Evangelicæ veritatis studio. Cap. xv, vers. 25, cum in exemplari suo fuerit, ἦν δὲ ὥρα τρίτη, καὶ ἐσταύρωσαν αὐτὸν, crucifixio vero non nisi ad horam sextam, seu paulo ante contigerit, ne quid falsi (ut ipsi videbatur) diceret Evangelista, mutavit ἦν δὲ

ρωσαν in ἐφύλασσον, ita enim salva omnia. Ejusdem generis est illud, εἰς τί ὠνείδισάς με, cap. XV, vers. 34. Haud ferebat quispiam (qui idem apud Matthæum dictum esse non jam memineraat) ut Christus, in cruce pendens, se a Deo derelictum diceret : unde emollitum voluit ἐγκατέλειπες ad marg. per ὠνείδισας, ceu Salvatori apprime congruum, Judæorum sanuis et contumeliis jam impetito : hoc autem, in codicis hujus ac aliorum haud dubie aliquem textum irrepsit. In Evangelio *Lucæ*, ubi insignis præ cæteris codicis hujus ab aliis variatio est, obtrusit nobis interpolator novam Christi genealogiam, qua conciliatur Lucas cum Matthæo. In hac, pars illa, qua ascenditur a Josepho ad Salomonem (non ad Nathanem), Matthæi est, insertis dumtaxat Eliacim, præter Jechoniam et Josiam, *Amasia* item, *Joas*, et *Ochosia* inter Osiam, et Joram, quos Evangelista iste τεσσαραδεκάδων constituendarum gratia prætermiserat : reliqua, a Salomone ad Adamum usque, a codicibus Lucæ haud variant. Immanis certe hæc est licentia. Sed et in hunc modum nonnullos jam olim in textu Evangelico grassatos fuisse testatur Hieronymus Præf. ad Damasum. *Ille*, inquit, *qui unum e quatuor primum legerat, ad ejus exemplum cæteros quoque existimavit emendandos.* Lucæ, cap. VI, vers. 4, ad calcem, exstat hic, et in Steph. β' insignis pericope de homine operante die sabbati, quæ desumpta videtur ex Evangelio secundum Hebræos. Nescio an et ex ejusmodi διηγήσει aliqua provenerit traditio, quæ occurrit in hoc codice, cap. XXIII, vers. 54, de magnitudine lapidis revoluti ad ostium monumenti Jesu ; ejusmodi eum fuisse, quem μόγις εἴκοσι ἑκύλιον. In *Actis Apostolorum* (Evangelium enim *Joannis* mittimus, quippe cujus varietates sunt minus notabiles) textus scatet invectis aliunde scholiis, et περιοχαῖς prolixioribus, quibus historiam Apostolicam insigniter adauctam et illustratam voluere interpolatores. Ex his aliqua exstant ad frontem lectionum Ecclesiasticarum (harum enim initialia, diversa subinde ab iis, quæ exhibet Πραξαπόστολος, nonnullis in locis in hunc codicem irrepsisse videas). Alibi etiam quamplurimis amplificatam dedere hanc historiam, adjectis circumstantiis, excepta una, et altera, haud in idoneis; si idoneum quidquam dici poterit, quod hujusmodi temeratores in sacrum textum intruserint de suo.

Verum utcumque mire interpolata sint hujusce codicis Græca; cum tamen in multis retineant puritatem primævorum, unde deducta sunt, fontium, copiam certe haud exiguam exhibent genuinarum lectionum, a receptis hodiernis discrepantium. De

A iis, quas *Cantabrig.* cum aliis codd. communes habet, non loquimur : hic eas dumtaxat attingemus, quæ in uno hoc, quod sciam, occurrunt exemplari Græco, Χωλούς, τυφλούς, κυλλούς. *Matth.* cap. XV, vers. 30, abest a nostro κωφούς, inclusum scilicet in sequentibus καὶ ἑτέρους πολλούς.

Εἰς ἀπάντησιν τοῦ νυμφίου καὶ τῆς νύμφης, cap. XXV, vers. 1; sic et Vulgata, Syr. ac Latini; nec dubito quin ita Matthæi Interpres. Sed, quod infra de sponsi solius occursu fiat mentio, neque nisi sponsi dumtaxat occursus memoretur, in posterioribus codd. delebant illud καὶ τῆς νύμφης Græci, seu perperam ab antiquis additum. — Ἀπὸ τοῦ αἵματος τούτου (*a sanguine hujus*, Cant. Lat.), cap. XXVII, vers. 24, addito τοῦ δικαίου. — Ἀργύριον ἱκανὸν, cap. XXVIII, B vers. 12, cum *Steph. β', Cant.* et *Vulg.* omnino recte. Sed cum supra in Græco in cap. præcedenti sit perpetuo plurale ἀργύρια et, quod magis, paulo infra v. 15, milites accepisse dicantur ἀργύρια, haud mirum, si studiosi jam olim in margine fecerint ἀργύρια ἱκανά hoc loco ; quod mox admiserunt scribæ in textum.— Μετὰ τῶν τελωνῶν καὶ ἁμαρτωλῶν ἐσθίει, Marc. cap. II, vers. 16, recte; et, ut arbitror, respondent ad præcedens ἰδόντες αὐτὸν ἐσθίοντα.— Καὶ οἱ φαρισαῖοι ἐπηρώτησαν αὐτὸν, cap. X, vers. 2. Προσελθόντες, ante οἱ φαρισαῖοι quod in nostris jam omnibus, Matthæi est.— Καὶ ἔρχεται εἰς Ἰερίχω, cap. X, vers. 46. Ita in singulari etiam *Lucas*, Marci assiduus sectator. Plurale ἔρχονται, factum videtur ex Matthæo. — Ἦν δὲ τὸ πάσχα μετὰ δύο ἡμέρας, cap. XIV, vers. 1. Ita habent *Italica* et *Saxon.* — Οἱ ἁμαρτωλοὶ ἁμαρτωλοῖς C δανείζουσιν, ἵνα ἀπολάβωσι, cap. VI, vers. 34. Ἀπολάβωσι simpliciter, ut in priori parte commatis. — Ὑπὸ ἐθνῶν ἄχρις οὗ πληρωθῶσιν, cap. XXI, vers. 24, gentes scilicet, conformiter D. Paulo, apud quem occurrit haud semel πλήρωμα τῶν ἐθνῶν. — Οὗτις ἐστὶν ὁ προφήτης, Joann. cap. VI, vers. 14. — Ὅπου ἔφαγον τὸν ἄρτον, cap. VI, vers. 23; mox, εὐχαριστήσαντος τοῦ Κυρίου. Verum missis istis, ad codicis Latina properemus. Illa vero (quæ ad Italicæ versionis exemplar aliquod descripta diximus) cum in plerisque accurate ad textum Græcum accommodarit Digestor Operis, retento eodem verborum quantumcumque transpositorum, ordine, et quidem vitiis ipsis sui codicis; ubi enim deficiunt Græca (quod ob ὁμοιοτέλευτον, scribæque incuriam innumeris in locis accidit), deficiunt et Latina, non sine omnis quandoque sensus dispendio ; tum certe ex variis hinc illinc a Græco abeuntibus liquet, versionem hanc diversi ab hoc nostro textus (*a*) fuisse, iisque porro non uno loco glossis et expositionibus Latinorum

(*a*) Ecce lectiones diversas ; priori loco positæ, lectiones codicis *Cantabrigiensis* designant ; posteriori, lectiones codicis græci, ex quo expressa erat latina versio Cantabrigiensi obversa. Ἐλπίζουσιν, ἐλπιοῦσιν, Matth. XII, 21 ; ἐλάλει, λαλῶ, XIII, 13 ; προσέχειν, προσέχετε, XVI, 12 ; ἐμὸν τοῦτο δοῦναι, ἐμὸν δοῦναι, XX, 23. — Διόρυγ, τρίχας, Marc. I, 6 ; ἐν σοὶ, ἐν ᾧ, I, 11 ; εἰσεπορεύοντο, εἰσπορεύονται, I, 21 ; ἐπερωτῶν, παρακαλῶν, I, 40 ; στάχυας, στάχυη, IV, 28 ; θεσκομένη, βοσκομένων, V, 11 ; ἐθεώρει, θεωρεῖ, V, 38 ; τοιαῦτα, ταῦτα, VI, 2 ; κατέγνωσαν, ἐμέμψαντο, VII, 2 ; ἀγαπᾷ, τιμᾷ. VII, 6 ; καθαριζει, καθαριζον, VII, 19 ; φοίνισσα, συροφοίνισσα, VII, 26 ; ἐγγίζουσιν, ἤγγιζεν. XI, 1 ; προάγω, προάγει, XVI, 7 ; πρῶτοις, πρῶτον, XVI, 9 ; ἐπικεφάλαιον, κῆνσον, XII, 14 ; ὠνειδισας, ἐγκατάλιπες, XV, 34 ; τρίτη, ἕκτη, XV, 33. — Βοσκομένη, βοσκομένων, Luc. VIII, 32 ; εἰς ἑαυτούς, εἰς αὐτόν, XXII, 65 ; οὐκέτι θεωρεῖτε, Οὐ θεωρεῖτε. — Joan. XIII, 1 ; τρίτη, ἕκτη. XIX, 14 ; καὶ οὐκ ἐπίστευσεν, καὶ ἐπίστευσεν, XX, 8. — Εἰσῆλθεν, εἰσῆλθον, Act. I, 13 ; ὃ

interpolatam esse, quibus obversa Græca neutiquam respondent. Ex. gr. quænam est significationis affinitas inter ista, κυλλοὺς, *sideratos?* Mat. c. xv, vers. 30. κυλλοί, in genere *membris debiles, mutilati, manci.* Lector quispiam, qui, nescio qua de causa, κυλλοὺς hic loci, pro illis habuit, quibus debilitas hæc ex sideratione contigerat, exposuit *sideratos.* Ejusdem generis sunt ταλάντων, *denariorum*, cap. xviii, vers. 24; νόμισμα, *denarium*, cap. xxii, vers. 19; παρασκευήν, *cœnam puram*, cap. xxvii, vers. 62: ita enim jam olim dicta est Parasceve. Glossæ veteres, *cœna pura*, παρασκευή. Occurrit phrasis apud Tertullianum, lib. v adversus Marcion., c. 4, et Augustinus in Joan. notat, *Parasceven* a Judæis sui temporis usitatius dictam fuisse *cœnam puram.* Cur autem *cœna* hæc *pura* diceretur, rationem hanc reddit doctissimus *Dufresne*, (*a*) non quod careret carnibus, sed quod religionis et dicis causa fieret. Nam et *Parascevæ* Judaicæ habuere carnes, et nihilominus dicuntur *cœnæ puræ*, quod dicis causa coquebantur, coquunturque hodie pro sabbato, quia in sabbato coqui non liceat. Hæc ille. Νόμισμα, *figuram*, Luc. cap. xx, vers. 24.

Vidimus jam qualia fuerint Græca, qualia item Latina hujusce codicis. De Græcis unum illud ultra quæritur, an aliqua ex parte castigata fuerint ad Latinum exemplar? Ea enim erat de libris hujus generis eruditorum quorumdam nostræ et superioris ætatis, diserta sententia. Nempe cum mirifice consenserint ista cum Latinis, contra quam reliqui Græciæ libri, iique optimi, facile ipsis persuasum erat, ea vel non omnino fuisse Græcæ originis, sed tota, quanta quanta, traducta de Latinis, vel saltem recensita et emendata fuisse variis sui partibus, ad Latinam versionem. Sic de ipsis pronuntiant *Erasmus, Lucas Brugensis, Estius, Grotius*, alii. De hac re jam ita videtur. Exscripta erant apud Latinos, ex librorum ad quos confecta erat Itala versio apographis, varia Græca exemplaria, ex ignorantia Scribarum, doctiorumque e Latinis quorumdam περιεργίᾳ (qui mutuata e Græcorum libris scholia, in codices ex suis descriptos inserenda curabant graviter læsa et interpolata). Istis mox adaptabatur a quibusdam Latina versio. Ex hac autem consensione factum est, ut indocta manus paucula hic inde in textu Græco ad formam Latinorum, et e Latina versione mutaverit. Illud enim apparet in Græcis *Cant.* Ἡρώδους, Ἰωάννους, Σαμαριτάνων, aliaque id genus ad Latinorum formam confecta sunt. Matth. cap. v, vers. 21, cum Latinum esset *offeres*, πρόσφερε mutavit librarius in προσφερεῖς. Ea enim ipsi erat secunda persona futuri. Καταβαῖνον, factum καταβαίνοντα, ob Lat. *descendentem*, cap. iii, vers. 16; xi, 22, 24, cum esset in Lat. *quam vobis*, et vero Græcum esset ἢ ὑμῖν, ut Latino responderet. Sic cap. ejusdem vers. 28, factum est πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι ἐστέ, ob Lat. *omnes qui laboratis, et onerati estis.* Cap. xv, vers. 11, 20, ob Latina obsoleta (sed genuina interpretis Vulgati) *communicat, communicant*, i. e., polluit, polluunt, pro κοινοῖ, κοινοῦντα, reposuit absurde κοινωνεῖ, κοινωνοῦντα; uti et Act. cap. xxi, vers. 28, ἐκοινώνησε τὸν ἅγιον τόπον τοῦτον, ob Lat. *communicavit locum sanctum hunc.* Sic Matth. cap. xviii, vers. 22, ἑβδομηκοντάκις ἑπτάκις, ob Lat. *septies.* Act. cap. v, vers. 9, συνεφώνησεν (pro συνεφωνήθη) ὑμῖν, ob Lat. *convenit vobis.* Mitto alia.

Epistola Theodori Bezæ.

Inclytæ modisque omnibus celebratissimæ Academiæ Cantabrigiensi, etc.

Quatuor Evangeliorum, et Actorum Apostolorum Græco-Latinum exemplar, ex S. Irenæi Cœnobio Lugdunensi ante aliquot annos nactus, mutilum quidem illud, et neque satis emendate ab initio ubique descriptum, neque ita ut oportuit habitum (sicut ex paginis quibusdam diverso charactere insertis, et indocti cujuspiam Græci Calogeri barbaris ascriptis quibusdam notis apparet), vestræ potissimum Academiæ, etc., *celeberrimæ, dicandum existimavi*, etc., *in cujus sacrario tantum hoc venerandæ (nisi forte fallor) vetustatis monimentum collocatur.*

Et si vero nulli melius quam vos ipsi quæ sit huic exemplari fides habenda æstimarint, hac de re tamen vos admonendos duxi, tantam a me in Lucæ præsertim Evangelio repertam esse inter hunc codicem et cæteros quantumvis veteres discrepantiam, ut vitandæ quorumdam offensioni asservandum potius quam publicandum existimem. In hac tamen non sententiarum, sed vocum diversitate nihil profecto comperi, unde suspicari potuerim a veteribus illis hæreticis fuisse depravatum. Imo multa mihi videor deprehendisse observatione digna; quædam etiam sic a recepta Scriptura discrepantia, ut tamen cum veterum quorumdam, et Græcorum, et Latinorum Patrum scriptis consentiant: non pauca denique, quibus vetusta Latina editio corroboratur: quæ omnia pro ingenii mei modulo inter se comparata, et cum Syra et Arabica editione collata, in majores meas adnotationes a me super emendatas, et brevi prodituras congessi.

Sed age, res hæc tota vestri, sicuti par est, judicii esto. Tantum a vobis peto, ut hoc qualecumque summæ in vestram Amplitudinem observantiæ meæ veluti mo-

γνωστὸν, καὶ γνωστὸν, i, 19; χρόνῳ ὡς, χρόνῳ, ἐν ᾧ, i, 21; πάσας σάρκας, πᾶσαν σάρκα, ii, 17; ἐπερωτήσω σε, εἰπέ μοι, v, 8; οὐ παραγγελίᾳ, παραγγελίᾳ, v, 28; δεξιᾷ, δόξῃ, v, 31; ἐκ τοῦ συνεδρίου, ἐν τῷ συνεδρίῳ, v, 34; οὗτοι ἐστάθησαν, οὓς ἔστησαν, vi, 6; οἵ τινες προσευξάμενοι, καὶ προσευξάμενοι, ibid.; τοῦτο, ταῦτα, vii, 1; ἐφυγάδευσεν, ἔφυγεν, vii, 29; σὺν χειρὶ, ἐν χειρὶ, vii, 35; ἐπήγαγον, ἐπήγειραν, xiv, 2; τούτῳ, οὕτω, xv, 15; ἀπαγγελοῦντας, ἀπαγγέλλοντας, xv, 27; εὐθέως, αὐτῇ τῇ ὥρᾳ, xvi, 18; προστεταγμένους, προστεταγμένους, xvii, 26; ἐνθυμήσεως, ἐπιθυμήσεως, xvii, 29; κατασείσας, καταστείλας, xix, 35; ἐνομίσαμεν, ἐνόμιζον, xxi, 29.

(*a*) *Carol. Dufresne* Glossario Lat., voce *Cœna.*

nimentum ab homine vestri studiosissimo profectum, æqui bonique consulatis, etc.

Genevæ, VIII Idus Decembris, anno Domini CIↃIↃLXXXI,

Vestræ totius inclytæ Academiæ dignitati addictissimus

Theodorus Beza.

NOTA MANU THEODORI BEZÆ CODICI INSCRIPTA.

Est hoc exemplar venerandæ vetustatis, ex Græcia, ut apparet ex barbaris Græcis quibusdam notis ad marginem ascriptis, olim exportatum, et in Sancti Irenæi monasterio Lugduni, ita ut hic cernitur, mutilatum, postquam ibi diu in pulvere jacuisset, repertum, oriente ibi civili bello, anno Domini 1562.

CONCORDANTES LECTIONES
EVANGELIARII QUADRUPLICIS
CUM TEXTU GRÆCO,
IN LOCIS ABEUNTIBUS AB EDITIONE VULGATA.

S. MATTHÆUS.

CAP. I. — 3. *Esron.* Græce : Ἐσρώμ. Et ita Veron. et Corbeien.

CAP. II. — 1. *In Bethlehem Juda.* In Græco, τῆς Ἰουδαίας, *Judææ*. Et ita in Vercell., San-Ger., Veron., Brix. Alteram Bethlehem, quæ in tribu Zabulon, Josue XIX, 15, tum in Hebræo exemplari, tum in Latino vulgato collocatur, cur libri Græci expunxerunt, et pro Bethlehem, Βαιθμὼν scripserunt? At hæc altera, *Bethlehem Juda* appellatur etiam Judic. XIX, 1.

4. *Ubi Christus nasceretur.* Græce : γεννᾶται, *ubi Christus nascitur*. Et ita Verc. et San-Ger.

5. *In Bethlehem Judæ.* Græce : τῆς Ἰουδαίας, *Judææ*, ut versu 1. Et ita Verc., Brix.

7. *Diligenter didicit.* Græce : ἠκρίβωσε, *exquisivit*. Et ita Verc. et San-Ger. et Brix.

8. *Interrogate.* Græce : ἐξετάσατε. Brix. *requirite diligenter*.

11. *Et intrantes domum.* Græce : καὶ ἐλθόντες εἰς τὴν οἰκίαν, *et venientes in domum*. Verc. quoque, Veron. et Brix. legunt, *in domum*.

14 *Qui consurgens.* Græce : ὁ δὲ ἐγερθείς. Et sic iterum versu 21. Brix., *ille autem surgens*. Verc. et Veron., *surgens autem*; et ita San-Ger.

CAP. III. — 7. *A ventura ira.* In Græco hic est : ἀπὸ τῆς μελλούσης ὀργῆς, *a futura ira*. Et ita in Corb., Veron.

8. *Fructum dignum.* Græce : καρποὺς ἀξίους, *fructus dignos*, ut apud Lucam. Et ita Verc.

11. *Qui post me venturus est.* Græce est ὁ ἐρχόμενος, *qui venit*. Verc. habet : *qui autem venit*.

14. *Ego a te debeo.* Græce : ἐγὼ χρείαν ἔχω, *ego opus habeo*. Et ita Brix.

CAP. IV. — 10. *Vade, Satana.* In Græcis multis mss. legitur, ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ. In Veron., *Vade retro me, Satanas*. At Verc. et Corb. habent, *Vade retro, Satanas*.

14. *Prophetam.* In Græco additur λέγοντος, *dicentem*. Et ita in Brix.

22. *Et patre.* In Græco additur αὐτῶν, *suo*. Et ita in San-Ger. et in Veron.

24. *Opinio ejus.* Græce : ἀκοὴ αὐτοῦ. San-Ger. habet, *fama*.

CAP. V. — 1. *Videns autem* JESUS *turbas.* Non est in Græco nomen *Jesus*. Nec habetur in Brix. et Ver.

4. *Possidebunt terram.* Græce : κληρονομήσουσι. Brix. habet, *hæreditabunt*. Et Verc. *hæreditate possidebunt*.

22. *Qui irascitur.* Græce additur, εἰκῇ, *sine causa*. Et ita Verc., Veron., Corb., Brix. Prave, tametsi hanc vocem habent omnes mss. Græci, etiam Cantabrigiensis, uno excepto codice Vaticano.

24. *Et vade prius reconciliari.* Græce : καὶ ὕπαγε, πρῶτον διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, *et abi, prius reconciliare fratri tuo*. Verc., Veron. et Brix. habent : *et vade, prius reconciliare fratri tuo*.

41. *Alia duo.* Non est in Græco vox, *alia*. Nec in Brix.

B 44. *Benefacite his, qui oderunt vos.* His verbis Græci codices præponunt ista : εὐλογεῖτε τοὺς κατηρωμένους ὑμᾶς. Brix. quoque, *Benedicite maledicentibus vos*.

Ibid. *Pro persequentibus, et calumniantibus vos.* Græce : ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων ὑμᾶς, καὶ διωκόντων. Brix. habet, *pro calumniantibus vobis, et persequentibus vos*. Verc. quoque et Veron., *pro calumniantibus, et persequentibus vos*.

46. *Quam mercedem habebitis?* Græce : ἔχετε, *habetis*. Et ita Corb.

48. *Cœlestis.* Græce : ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *qui in cœlis est*. Et ita Veron. et San-Ger.

CAP. VI.—1. *Justitiam vestram.* Græce : τὴν ἐλεημοσύνην ὑμῶν, *eleemosynam vestrum*, cum Brix.

4. *Reddet tibi* (Nam *beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur*). Græci codices, tum in hac versu, tum in versu 6 et 18, addunt, ἐν τῷ C φανερῷ, *in manifesto* : et ita Brix. Verc. quoque et San-Ger. habent, *in palam*. Veron. *in pala*.

10. *Adveniat.* Græce : ἐλθέτω, *veniat*. Et ita Corb.

13. *Amen.* Hic Græci codices addunt : ὅτι σου ἐστὶν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας, *quia tuum est regnum, et tua est potestas, et gloria in sæcula*. Brix. habet, *quoniam tuum est regnum, et virtus, et gloria in sæcula*.

CAP. VII. — 19. *Excidetur, et in ignem mittetur.* Græce : ἐκκόπτεται, καὶ εἰς πῦρ βάλλεται, *exciditur, et in ignem mittitur*, ut Matth. III, 10. Verc. legit, *exciditur, et in ignem mittetur*, sumpto *e*, pro *i*, ut etiam Corb. *excidetur, et in ignem mittitur*.

21. *Ipse intrabit in regnum cœlorum.* Et ita Brix. Non sunt hæc verba in Græcis codicibus.

29. *Eorum et Pharisæi.* Desunt hæc verba in Græcis codicibus. In Brix. quoque deest, *et Pharisæi*. Pharisæi, ut ego opinor, ne præter Scribas, populum ex officio docuisse existimentur, fuerunt in D nonnullis Codd. omissi.

CAP. VIII — 7. *Ego veniam, et curabo eum.* Græce : Ἐγὼ ἐλθὼν θεραπεύσω αὐτόν. Et ita Verc., Brix. et San-Ger.

13. *In illa hora.* Mss. Græci decem et amplius hic addunt ista : Καὶ ὑποστρέψας ὁ ἑκατόνταρχος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ εὗρε τὸν παῖδα αὐτοῦ ὑγιαίνοντα; et ita San-Ger. *ex illa hora*.

CAP. IX. — 2. *Remittuntur.* Græce : ἀφίωνται. Et ita Verc., Veron., San-Ger. in præterito Attico, pro communi ἀφεῖνται. In præsenti est, ἀφίενται.

12. *Ait.* Græce : εἶπεν αὐτοῖς, *ait illis*. Et ita Brix.

13. *Sed peccatores.* In Græco additur, εἰς μετάνοιαν, *ad pœnitentiam*. Et ita in San-Ger. ex Luca, apud quem legitur, cap. V, vers. 32. Non est hic in mss. Cantabrigiensi.

32. *Mutum.* Græce : κωφὸν, *surdum*. Verc., Veron., San Ger. habent, *mutum et surdum*.

CAP. X. — 3. *Et Thaddæus.* In Græco hic legitur, καὶ Λεββαῖος ὁ ἐπικληθεὶς Θαδδαῖος, *et Lebbæus, qui*

cognominatus est Thaddæus. Brix. habet, *et Lebbeus, qui nominatur Taddæus.*

5. *In civitates.* Græce : εἰς πόλιν, *in civitatem.* Et ita Corb.

8. *Mortuos suscitate.* Græci quidam codices mss. et Brix. hæc verba non habent. Quidam etiam ista omittunt, *dæmones ejicite;* qui vero utrumque habent, istud *leprosos mundate* huic dicto præponunt *mortuos suscitate.*

Cap. XI. — 4. *Quæ audistis et vidistis.* Quæque narrantur strictim a Luca, cap. VII, vers 21. Græce : ἀκούετε καὶ βλέπετε, *auditis et videtis.* Et ita Veron.; Verc. vero habet, *audistis et videtis.*

10. *Ante faciem tuam.* Apud Malachiam legitur, *ante faciem meam*, et ita in Verc. Sed nihil interest, cum Christus sit Deus ipse Altissimus et Dominus : juxta illud de eodem Joanne Baptista, Luc. I, 76 : *Et tu, puer, Propheta Altissimi vocaberis : præibis enim* ANTE FACIEM DOMINI *parare vias ejus.*

26. *Fuit placitum.* Græce : ἐγένετο εὐδοκία, *fuit beneplacitum.* Et ita San-Ger. et Veron. B

Cap. XII. 1. — 1. *Sabbato.* Græce : τοῖς σάββασι, *sabbatis.* Et ita Verc., Corb., San Ger., Veron. et Brix.

22. *Mutus.* Græce : κωφὸς, *surdus.* Veron. habet, *mutus et surdus.* Corb., *surdus et mutus.*

31. *Non remittetur.* In Græco additur, τοῖς ἀνθρώποις, *hominibus.* Et ita in Brix.

Cap. XIII. — 4. *Volucres cœli.* In Græco vulgato deest vox illa, *cœli.* Et ita in Corb. et Veron.

7. *Creverunt spinæ.* Græce : ἀνέβησαν, *ascenderunt.* Et ita Corb. et Brix.

28. *Vis, imus.* Græce : θέλεις οὖν ἀπελθόντες, *vis igitur ut abeuntes*, etc. Brix. habet, *vis ergo, abeuntes.*

30. *Ad comburendum.* In Græco additur, αὐτὰ, *ea.* Et ita in Brix.

38. *Filii nequam.* Græce : οἱ υἱοὶ τοῦ πονηροῦ. Veron. legit *filii iniqui;* Brix., *filii maligni*, hoc est, diaboli. Propterea in Latina editione, *nequam*, est in secundo casu.

51. *Etiam.* In Græco : ναί, κύριε, *etiam, Domine.* Verc., Veron., Brix., San-Ger. habent, *utique, Domine.*

Cap. XIV. — 30. *Mergi.* Græce : καταποντίζεσθαι, *demergi, submergi.* Corb. habet, *Demergere.*

Cap. XV. — 8. *Me honorat.* Textus Græcus habet, ἐγγίζει μοι ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν, καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ. Brix., *appropinquat se mihi populus hic ore suo, et labiis suis me honorat.*

10. *Turbis.* Græce : τὸν ὄχλον, *turbæ.* Brix., *turbam.*

30. *Mutos.* Græce : κωφοὺς, *surdos.* Et ita Corb.

31. *Mutos loquentes.* Græce : κωφοὺς λαλοῦντας, κυλλοὺς ὑγιεῖς, *surdos loquentes, debiles sanos.* Brixian. habet *mutos loquentes, debiles sanos.* Debiles sanos ideirco omisisse Matthæus videtur, quod existimarit minora ex majoribus miraculis satis intelligi.

Cap. XVI. — 1. *Rogaverunt.* Græce : ἐπηρώτησαν, *interrogaverunt.* Et ita Corb.

3. *Faciem.* In Græco præmittitur, Ὑποκριταί. Et ita in Corb. et Brix. quod editio Latina non habet. D

5. *Trans fretum.* Corb., *trans erat.* Græce : εἰς τὸ πέραν. Sic libri Græci semper. Nam quater apud Matthæum illud *trans fretum*, scripserunt εἰς τὸ πέραν; et apud Marcum quater similiter, cap. V, vers. 1, 21, VI, 45 et VIII, 13.

13. *Quem dicunt.* Græce : τίνα με λέγουσιν, *quem me dicunt.* Et ita Verc., Veron., Corb., Brix. et San-Germ.

22. *Absit.* Græce : Ἵλεώς σοι. Brix. habet, *propitius esto tibi.* Verc., *propitius tibi.* Veron., *absit a te, propitius esto.* Syrus Interpres., *Parce tibi :* חס לך.

Cap. XVII. — 11. *Venturus est.* Græce : ἔρχεται πρῶτον, *venit primum.* Brix. habet, *Veniet primum.* Matth. XI, 14, Christus Dominus de Joanne Baptista, *Ipse est Elias*, inquit, *qui venturus est :* hoc est, qui prædictus est esse venturus.

20. *Per orationem et jejunium.* Græce : ἐν προσευχῇ καὶ νηστείᾳ, *in oratione et jejunio.* Et ita Brix. ex Marc. IX, 28. A

21. *Conversantibus.* Græce : ἀναστρεφομένοις. Corb. habet *redeuntibus.*

Cap. XVIII. — 35. *De cordibus vestris.* Hic addunt Græci codices, τὰ παραπτώματα αὐτῶν, cum Brix. *peccata eorum.*

Cap. XIX. — 4. *Qui fecit hominem ab initio.* Græce tantum, ὁ ποιήσας ἀπ' ἀρχῆς, *qui fecit ab initio.* Et ita Verc. et San-Ger.

7. *Et dimittere.* In Græco additur αὐτὴν, *eam.* Et ita in Brix.

12. *De matris utero.* Græce : ἐκ κοιλίας μητρὸς, *ex alvo matris.* Brix. habet, *ex utero matris.*

17. *Quid me interrogas de bono?* Græce : τί με λέγεις ἀγαθόν; *Quid me dicis bonum?* Et ita Brix. ut apud Lucam.

21. *Quæ habes.* Græce : σοῦ τὰ ὑπάρχοντα. Verc. habet *bona tua.*

Cap. XX. — 1. *Simile est.* Græce γὰρ additur, *simile est enim.* Et ita habent Verc. et Brix.

7. *Ite et vos in vineam meam.* Addunt hic libri Græci : καὶ ὃ ἐὰν ᾖ δίκαιον, λήψεστε, *et quod fuerit justum accipietis.* Brix. *et quod justum est accipietis.* In solo ms. Cantabrig. ea non leguntur.

15. *Annon licet mihi quod volo facere?* Addunt libri Græci, ἐν τοῖς ἐμοῖς, *de meo, in rebus meis.* Et ita videtur legisse Vercell.

22. *Quem ego bibiturus sum.* Addunt hic libri Græci : καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι, βαπτισθῆναι, *et baptismo, quo ego baptizor, baptizari?* et versu sequenti similia : quæ sunt huc ex Marco translata : nisi quod pro *aut*, habent καὶ, *et.* Brix. legit, *aut baptisma baptizari, quo ego.*

23. *Calicem quidem meum bibetis* Post *bibetis*, in textu Græco legitur : καὶ τὸ βάπτισμα, ὃ ἐγὼ βαπτίζομαι βαπτισθήσεσθε. Cui lectioni fere consonat Brix. habens, *et baptisma, quo ego baptizor, baptizamini.*

Cap. XXI. — 11. *Populi autem.* Græce : οἱ δὲ ὄχλοι ἔλεγον, *turbæ autem dicebant.* Et ita Brix. et Corb. In ms. Cantabrig. legitur, οἱ δὲ πολλοὶ εἶπον, *multi vero dixerunt.* C

17. *Ibique mansit.* Græce : καὶ κυλίσθη ἐκεῖ. Brix. habet, *et requievit illic.*

21. *Tolle.* Græce : ἆρθητι, *tollere.* Et ita Veron.

26. *Omnes enim habebant Joannem sicut prophetam.* Scriptum est in Græco ἔχουσι, *habent.* Et ita Veron. et San-Ger.

31. *Dicunt ei : Primus.* In ms. Cantabrig. ἔσχατος, *novissimus.* Et ita in Verc., Corb., San-Germ. et Veron.

38. *Et habebimus.* Græce : καὶ κατάσχωμεν. Corb. habet, *et possideamus.*

Cap. XXII. — 5. *In villam suam.* Græce : εἰς τὸν ἴδιον ἀγρὸν, *in suum agrum.* Brix. habet, *ad agrum suum.*

7. *Rex autem.* Græce : ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, *rex ille.* Et ita Brix.; Veron. vero, *ille rex.*

10. *Discumbentium.* Græce ἀνακειμένων. Corb. legit, *recumbentium.*

30. *Erunt.* Græce : εἰσὶν, *sunt.* Et ita Corb., Veron. et Brix.

Cap. XXIII. — 5. *Fimbrias.* In Græco additur, τῶν ἱματίων αὐτῶν, *vestimentorum suorum.* Et ita in Brix.

14. *Orationes longas orantes.* Græce : καὶ προφάσει μακρὰ προσευχόμενοι Veron. legit, *occasione longa orantes.* Brix., *sub obtentu prolixæ orationis.* Versus hic 14 integer deest in quibusdam Latinis.

25. *Et immunditia.* Græce : καὶ ἀκρασίας, *et intemperantia.* Et ita Verc. In aliis quibusdam, καὶ ἀδικίας, *et injustitia.* Et ita in Brix. Sed *immunditiam* legi oportere, constat ex versu sequenti, ubi habetur, *Munda prius quod intus est.*

33. *Qui effusus est.* Græce : ἐκχυνόμενον, *qui effunditur.* Et ita Verc.

37. *Et noluisti.* Græce : καὶ οὐκ ἠθελήσατε, *et noluistis.* Et ita Veron.

Cap. XXIV. — 6. *Hæc fieri.* Græce: πάντα γενέσθαι, *omnia fieri.* Et ita Brix.

18. *Tunicam suam.* Græce: τὰ ἱμάτια αὐτοῦ, *vestimenta sua.* Et ita Brix.

30. *Cum virtute multa et majestate.* Græce : μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς, *cum virtute et gloria multa.* Et ita Brix.

36. *Nisi solus pater.* Græce : εἰ μὴ ὁ πατήρ μου μόνος *nisi Pater meus solus.* Et ita Brix.

Cap. XXV. — 2 *Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes.* In Græco e contrario prudentes fatuis præponuntur, ut in Brix.

4. *Cum lampadibus.* Græce additur, αὐτῶν, *suis.* Et ita in Veron. et Brix.

11. *Novissime vero.* In Græco est ὕστερον, *postea*, ut in Brix.

31 *Et omnes angeli.* Græce, καὶ πάντες οἱ ἅγιοι ἄγγελοι, *et omnes sancti angeli.* Et ita Brix.

Cap. XXVI. — 2. *Tradetur.* Græce : παραδίδοται, *traditur.* Et ita Veron.

28. *Effundetur.* Græce : ἐκχυνόμενον , *qui effunditur.* Et ita Vere.

59. *Morti traderent.* Græce : θανατώσωσι, Vere. *interficerent.*

60. *Novissime.* Græce : ὕστερον, *postea.* Et ita Vere.

61. *Et post triduum.* Græce : καὶ διὰ τριῶν ἡμερῶν. Vere. legit, *et in tribus diebus, et per triduum.*

65. *Blasphemiam.* In Græco additur αὐτοῦ, *ejus.* Et ita in Veron. et Brix.

Cap. XXVII. — 16 *Habebat autem.* Græce : εἶχον, *habebant.* Et ita Vere., Veron. et Brix, ut ad Judæos referatur, non ad præsidem.

22. *Dicunt omnes.* In Græco : inseritur αὐτῷ, *dicunt ei omnes.* Et ita in Brix.

26. *Tradidit eis.* Græci libri non habent, *eis*, excepto Cantabrig. Deest etiam in Veron.

Cap. XXVIII. — 7. *Ecce prædixi vobis.* Græce : ἰδοὺ εἶπον ὑμῖν, *ecce dixi vobis.* Et ita Vere., Corb. et Veron.

8. *Discipulis ejus.* Hic libri Græci addunt : ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Brix. *ut autem abierunt nuntiare discipulis ejus.*

20. *Usque ad consummationem sæculi.* In Græco additur ἀμήν. Et ita in Vere., Veron. et Brix.

S. JOANNES.

Cap. I. —4. In *ipso vita erat.* In Cantabrig. codice Græco sic legitur : ἐν αὐτῷ ζωὴ ἐστιν : *in ipso vita est.* Et ita in Corb. et Brix. Vere. quoque, Gat. et mss. legunt, *in illo vita est.* Veron., *in eo vita est.*

15. *Joannes testimonium perhibet de ipso, et clamat.* Græce : μαρτυρεῖ (Vere. et Veron., *testificatur*) περὶ αὐτοῦ, καὶ κέκραγε.

27. *Ipse est qui post me venturus est.* Græce : αὐτός ἐστιν ὁ ὀπίσω μου ἐρχόμενος, *qui post me venit.* Et ita Vere., Veron. et Brix.

43. *In crastinum voluit exire.* Græce : τῇ ἐπαύριον, ut versu 29 et 35, ubi Latine legitur *altera die.* Et ita Vere.

Cap. II. — 4. *Et dicit ei* Jesus. Græce, λέγει αὐτῇ, absque conjunctione καί, quæ deest etiam in Vere., sed in Alexandrino legitur.

Cap. III. — 3. *Nisi quis renatus fuerit denuo.* Græce : ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἄνωθεν, *nisi quis natus fuerit de sursum.* Brix. habet : *nisi quis natus fuerit denuo.* Gat. *nisi qui natus fuerit.*

25. *Facta est autem quæstio.* Græce : ἐγένετο οὖν, *facta est igitur.* Vere. Et Brix. habent, *facta est ergo.*

Cap. IV. — 1. *Ut ergo cognovit* Jesus. Græce : ὡς οὖν ἔγνω ὁ Κύριος, *ut ergo cognovit Dominus.* Et ita Brix.

2. *Quamquam* Jesus *non baptizaret.* In Græco : Ἰησοῦς αὐτὸς, Jesus *ipse.* Et ita in Vere., Veron. et Brix. Gat. et Mm. habent, *ipse Jesus.*

3. *Reliquit Judæam.* Cantabrigiensis codex habet, A Ἰουδαίαν γῆν, *Judæam terram* : et ita Veron., Gat. et, Mm.; Vere. quoque, *terram Judæam.*

28. *Et dicit illis hominibus.* Græce : καὶ λέγει τοῖς ἀνθρώποις, sine pronomine, *illis.* Et ita Vere., Veron. et Corb. Alius codex Græcus habet, πολίταις, *civibus.*

31. *Interea rogabant eum discipuli.* Græce : ἐν δὲ τῷ μεταξὺ ἠρώτων αὐτὸν οἱ μαθηταί. Vox ἐρωτᾶν, non *rogare*, sed *interrogare* sonat, ut habet Vere. Attamen in libris Græcis Novi ac Veteris Testamenti, præsertim vero apud Evangelistas, vox illa occurrit, ubicumque fere in Latino *rogare* est.

40. *Rogaverunt eum.* Græce : ἠρώτων αὐτὸν. Et ita Vere. et Veron.

42. *Non propter tuam loquelam.* Græce : οὐκέτι διὰ τὴν σὴν λαλιάν. Cantabrigiensis, μαρτυρίαν, *non propter tuum testimonium.* Et ita Veron. Antiquo interpreti visa vox est *testimonii*, quam *loquelæ* dignior.

42. *Quia hic est vere Salvator mundi.* Græce : ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου ὁ Χριστὸς, *Salvator mundi Christus.* Et ita Brix. necnon Syrus interpres ex Græco.

B 45. *Et erat quidam regulus.* Græce : καὶ ἦν τις βασιλικὸς. Vere. legit *Basiliscus*; quia forte. Latinus interpres legit inconsiderate βασιλίσκος, pro eo quod scriptum erat Græce, βασιλικός.

47. *Incipiebat enim mori.* Græce : ἤμελλε γὰρ ἀποθνήσκειν. Vere., *erat enim moriturus.*

49. *Filius meus.* Græce : τὸ παιδίον μου, *puer meus.* Veron. et Corb. habent tantum *puer.* In Alexandrino est, τὸν υἱόν μου.

51. *Quia filius ejus viveret.* Græce : ὅτι ὁ παῖς σου ζῇ. Vere. et Veron. habent, *quoniam filius tuus vivit.* Cantabrigiensis, ὁ υἱός.

Cap. V. — 2. *Est autem Hierosolymis probatica piscina.* Græce : ἔστι δὲ ἐν τοῖς Ἱεροσολύμοις ἐπὶ τῇ προβατικῇ κολυμβήθρα. Brix., *est autem in Jerosolymis super Probatica piscina.* Gat. quoque et Mm. habent,..... *super Probatica.*

2. *Bethsaida.* Græce : Βεθεσδά. Atque ita Brix. et Syrus interpres ex Græco. In versione Coptica retenta vox est, Βυσαϊδά.

C 3. *Aridorum.* Cantabrigiensis codex addit, παραλυτικῶν. Et ita Vere. et Veron.

1. *Angelus autem Domini.* Græce : ἄγγελος γάρ, omisso nomine *Domini*, et γὰρ posito, pro δέ. Et ita Veron., Corb. et Gat., qui tamen pro *autem*, habet *enim.* In Græco Bezæ codice, quem dicunt esse vetustissimum, quartus hic versus plane omittitur. In Alexandrino legitur vox κυρίου.

4. *Descendebat in piscinam.* Græce : κατέβαινεν ἐν τῇ κολυμβήθρᾳ. Vere., *descendebat in natatoria.* Et ita Veronensis. In Alexandrino codice, ἐλούετο, *lavabatur.*

4. *Et movebatur aqua.* Græce : καὶ ἐτάρασσε τὸ ὕδωρ, *et turbabat aquam*, angelus nimirum. Et ita Vere., Corb., Veron., Gat. et mss.

16. *Propterea persequebantur Judæi* Jesum. Addunt Græci codices : καὶ ἐζήτουν αὐτὸν ἀποκτεῖναι, *et quærebant eum interficere.* Et ita Brix.

D 27. *Et potestatem dedit et judicium facere.* Græce : καὶ κρίσιν ποιεῖν, *et judicium facere.* Brix. habet, *et judicium faciendi.*

28. *Audient vocem Filii Dei.* Græce : ἀκούσονται τῆς φωνῆς αὐτοῦ, *audient vocem ejus.* Et ita Vere., Gat., mss., Veron. et Brix. Codices Græci tres, vel plures, versu 25 tantum legunt, ἀκούσονται τῆς φωνῆς τοῦ Θεοῦ, non, ut alii habent, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ.

30. *Sed voluntatem ejus, qui misit me.* Græcus addit, πατρός. Et ita Veron. ac Brix.

46. *Crederetis forsitan et mihi.* Græce : ἐπιστεύετε ἂν ἐμοί. Vere., *crederetis et mihi.*

Cap. VI. — 1. *Trans mare Galilææ, quod est Tiberiadis.* Græce : πέραν τῆς θαλάσσης τῆς Γαλιλαίας τῆς Τιβεριάδος, *trans mare Galilææ Tiberiadis.* Et ita Vere. In Cantabrigiensi, εἰς τὰ μέρη τῆς Τιβεριάδος, *in partes Tiberiadis*, ut in Veron.

11. *Accepit ergo* Jesus *panes.* Græce : ἔλαβε δέ, *accepit autem.* Et ita Veron.

11. *Distribuit discumbentibus.* Græce : δέδωκε τοῖς μαθηταῖς, οἱ δὲ μαθηταὶ τοῖς ἀνακειμένοις. Veron. habet, *et dedit discipulis suis, discipuli autem discumbentibus.*

12. *Ne pereant.* Græce : ἵνα μή τι ἀπόληται, *ne quid pereat.* Et ita Vere.; Brix. quoque, et Veron. legunt, *ne quid ex illis pereat.*

15. *Fugit iterum.* Græce : ἀνεχώρησε πάλιν, *secessit iterum.* Et ita Veron. et Brix.

22. *Quia navicula alia non erat ibi, nisi una.* Græce legitur : εἰ μὴ ἓν ἐκεῖνο εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Verc. habet, *nisi una, in qua ascenderant discipuli Jesu.* In Cantabrig. quoque ms. legitur..... μαθηταὶ Ἰησοῦ, *discipuli Jesu.*

23. *Aliæ vero supervenerunt naves.* Græce : ἄλλα δὲ ἦλθε πλοιάρια, *aliæ vero venerunt naves.* Et ita Verc. et Brix., *aliæ vero naves venerunt.* Cantabrigiensis codex Græcus habet, ἄλλων πλοιαρίων ἐλθόντων, *aliis navigiis venientibus.*

24. *Ascenderunt in naviculas.* Græce : ἐνέβησαν καὶ αὐτοὶ εἰς τὰ πλοῖα, *ingressi sunt et ipsi in navigia.* In Cantabrig. legitur, ἔλαβον ἑαυτοῖς πλοιάρια. In Veron., *acceperunt sibi ipsi naviculas.*

26. *Non quia vidistis signa.* Græce : σημεῖα. Cantabrigiensis addit, καὶ τέρατα, *et prodigia.* Et ita Verc., Gat., Veron. et Brix.

Et vidistis me, et non creditis. Alexandrinus codex καὶ ἑωράκατε, καὶ οὐ πιστεύετε. Veron., *et vidistis, sed non creditis.* Verc., *et videtis, et non creditis.*

37. *Non ejiciam foras.* Cantabrigiensis codex non habet illud *foras*, ἔξω; uti nec Verc. aut Veron.

45. *Omnis, qui audivit a Patre.* Græce : Πᾶς οὖν ὁ ἀκούσας, *omnis igitur qui audivit.* At in alio, ἀκούων, *qui audit;* ut habent Verc., Veron. et Gat.

52. *Et panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita.* Græce : καὶ ἄρτος δὲ ὃν ἐγὼ δώσω, ἡ σάρξ μού ἐστιν, ἣν ἐγὼ δώσω ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου ζωῆς. Brix. legit sic, *panis enim hic, quem ego dabo, caro mea est, quam ego dabo pro hujus mundi vita.*

56. *Vere est cibus .... vere est potus.* Unus e mss. Stephani non habet, ἀληθῶς, *vere*, sed utrobique ἀληθὴς, *verus* : et ita mss. ut Leontius, et Appollinaris in Catena.

57. *Et ego in illo.* Addit ms. Cantabrigiensis : ἐὰν μὴ λάβητε τὸ σῶμα τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ὡς τὸν ἄρτον τῆς ζωῆς, οὐκ ἔχετε ζωὴν ἐν αὐτῷ. In Verc. et Corb. legitur ita : *Si acceperit homo corpus Filii hominis, quemadmodum panem vitæ, habebit vitam in eo.* At in Corb. pro *in eo*, est *in illo.*

60. *In Capharnaum.* Addit Cantabrigiensis ms. et alter Stephani, σαββάτῳ. Et quidam scriptores Latini legunt, *docens sabbato in Capharnaum*, ut Verc. et Corb.

70. *Quia tu es Christus, Filius Dei.* Græce : τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος. Corb. habet, *Dei vivi.*

Cap. VII.—8. *Vos, ascendite ad diem festum hunc.* Græce : εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην. Sed exemplaria quædam omittunt ταυτήν, sicut Verc. et Veron.

8. *Ego autem non ascendo ad diem festum istum.* Græce : ἐγὼ οὔπω ἀναβαίνω εἰς τὴν ἑορτὴν ταύτην, *ego nondum ascendo ad diem festum istum.* Brix. habet, *ego autem nondum ascendo ad diem festum hunc.* Sic innumeri pene codices Græci, maxime vero antiquissimus ille Vaticanus toto terrarum orbe celeberrimus.

9. *Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa.* Græce : ταῦτα δὲ εἰπὼν αὐτοῖς (Verc., *Hæc dicens illis.* Brix., *Hæc autem dixit eis.* Corb., *Hæc cum dixisset illis*), ἔμεινεν ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ, *hæc autem cum dixisset ipsis, mansit in Galilæa.*

13. *Nemo tamen palam loquebatur de illo.* Græce : οὐδεὶς μέν τοι παῤῥησίᾳ. Brix., *nemo tamen fiducialiter*, etc.

26. *Numquid vere cognoverunt principes, quia hic est Christus?* Græce : Μήποτε ἀληθῶς ἔγνωσαν οἱ ἄρχοντες ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός, *numquid vere cognoverunt principes, quia hic est vere Christus?* Et ita Brix. Corb., *numquid forte vere cognoverunt.....* Sic versu 41. quidam mss. Græci habent, οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστὸς, *hic est vere Christus :* ubi Latina editio, *hic est Christus* tantum.

35. *Gentium.. Gentes.* Græce : Ἑλλήνων et Ἕλληνας, *Græcorum, et Græcos.* Et ita Verc., Corb. et Veron.

52. *Numquid et tu Galilæus es?* Græce : μὴ καὶ σὺ ἐκ τῆς Γαλιλαίας εἶ, *non et tu ex Galilæa es?* Brix. habet : *Numquid et tu a Galilæa es?*

52. *Scrutare Scripturas, et vide.* Græce ἐρεύνησον, καὶ ἴδε. *scrutare et vide.* Et ita Gat., Mm. et Brix. Tamen in Cantabrig. legitur, ἐρεύνησον τὰς Γραφὰς, *scrutare Scripturas.*

Cap. VIII. — 6. *Digito scribebat in terra.* Græce : εἰς τὴν γῆν, *in terram.* Et ita Corb., Gat. et mss. Addunt quidam mss. Græci μὴ προσποιούμενος, *non simulans, non fingens;* hoc est illos reipsa condemnans. Alii e diverso, καὶ προσποιούμενος, *et hoc sibi sumens,* nempe pro potestate. Nam ei verbo illa utraque significatio convenit.

10. *Et mulier in medio stans.* Græce : ἑστῶσα. At in Cantabrig. ms. οὖσα. Corb. legit, *erat.* Alii Græci verbum illud prorsus omittunt.

12. *Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.* Græce : οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, *non ambulabit in tenebris.* Et ita Veron.

19. *Forsitan et Patrem meum sciretis.* Non dubitantis hæc particula *forsitan*, sed affirmantis est. *Forsitan* hoc loco idem sonat atque *utique*, ut legitur in Vercell.; cui lectioni favent etiam Veron. et Græci codices, in quibus ea vox abest.

25. *Principium, qui et loquor vobis.* Obscurus hic locus ut interpretibus videretur, fecit lectio Græca, quæ est profecto perplexa. Est enim hujusmodi : Τὴν ἀρχὴν ὅ τι καὶ λαλῶ ὑμῖν. Brix. habet, *Principium, quod et loquor vobis.* Veron. *in primis, quia loquor vobis.* Gat. et Mm., *Principium, quod loquor.*

27. *Et non cognoverunt quia Patrem ejus dicebat Deum.* Græce : ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῖς ἔλεγεν. Verc. legit : *quod Patrem illis diceret.* Brix., *quia de Patre eis dicebat.* Veron., *de.... Patre diceret eis.* Gat. et Mm., *Patrem eis.... dicebat.* Ut Latinus interpres pro αὐτοῦ, αὐτοῖς legerit. Ita etiam Syrus. In Cantabrig. ms. habetur : ὅτι τὸν πατέρα αὐτοῦ λέγει τὸν Θεόν.

28. *Sicut docuit me Pater.* Græce : ὁ πατήρ μου, *Pater meus.* Et ita Brix. Sed non est illud μοῦ in Cantabrig.

29. *Et non reliquit me solum.* In Græco additur, ὁ πατήρ. Et ita in Brix. Sed non est ea vox in Cantabrig.

38. *Et vos quæ vidistis.* Græce : καὶ ὑμεῖς οὖν ὃ ἑωράκατε. Verc., *et vos itaque quod vidistis.* In Cantabrigiensi ms. legitur : ἃ ἠκούσατε, *quæ audistis.* Et ita in Brix.

39. *Si filii Abrahæ estis, opera Abrahæ facite.* Græce : εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε ἄν. *Si filii Abrahæ essetis, opera Abrahæ faceretis.* Et ita Verc. et Brix.

45. *Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi.* Græce : ἐγὼ δὲ ὅτι τὴν ἀλήθειαν λέγω, οὐ πιστεύετέ μοι. Gat. legit, *ego autem quia veritatem....* Verc., Veron. et Corb., *ego quia veritatem dico, non credit s mihi.*

49. *Et vos inhonorastis me.* Græce καὶ ὑμεῖς ἀτιμάζετέ με, *et vos inhonoratis me.* Et ita Corb. Verc. habet, *non honorificatis.* Veron. *dehonorificatis.*

59 *Et exivit de templo.* Græce additur : διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως, *transiens per medium illorum ; et sic præteriit.* Brix. habet, *transiens per medium eorum, et ibat.* Quæ verba non sunt in mss. Cantabrig. sed habentur in Syro et Arabico.

Cap. IX. — 1. *Et præteriens* Jesus. In Græco non est Jesus : nec in Verc., Veron. et Brix.

2. *Discipuli ejus.* In Græco additur, λέγοντες, *dicentes.* Et ita in Verc., Veron. et Brix.

7. *Siloe.* In Græco est Σιλοὰμ, *Siloam.* Et ita in Verc. et Veron.

8. *Qui viderant eum prius, quia mendicus erat.*

Græce : ὅτι τυφλὸς ἦν. Verc., *quod cæcus, et mendicus erat.* Veron., *quoniam mendicus erat, et cæcus.*

11. *Ille homo, qui dicitur* Jesus. Græce : ἄνθρωπος λεγόμενος Ἰησοῦς, *homo, qui dicitur* Jesus. Et ita Verc., Veron. et Brix.

16. *Non est hic homo a Deo, qui sabbatum non custodit.* Græce : ὅτι τὸ σάββατον οὐ τηρεῖ, *quia sabbatum non custodit.* Brix. habet, *quia sabbatum non observat.* Verc. et Veron., *quod*, etc.

17. *Quid dicis de illo, qui aperuit oculos tuos?* Græce: ὅτι ἤνοιξε, *quia aperuit :* et ita Brix.; Verc. habet, *quod aperuit.*

22. *Ut si quis eum confiteretur esse Christum.* In Græco non est verbum *esse*, nec legitur in Veron., Verc. et Brix.

27. *Dixi vobis jam, et audistis.* Græce : καὶ οὐκ ἠκούσατε, *et non audistis.* Et ita Gat., Brix. et Verc.

30. *Respondit ille homo.* Græce : ἀπεκρίθη ὁ ἄνθρωπος, *respondit homo.* Et ita Verc. absque pronomine ἐκεῖνος, *ille.*

38. *Et procidens adoravit eum.* In Græco, non est verbum *procidens* : nec in Verc. B

Cap. X. — 8. *Omnes quotquot venerunt.* Græce : πάντες ὅσοι πρὸ ἐμοῦ ἦλθον, cum Gat..... *venerunt ante me.*

10. *Et abundantius habeant.* Græce : καὶ περισσὸν ἔχωσιν. Mm., *et amplius habeant.*

11. *Pro ovibus suis.* In Græco non est illud pronomen, *suis* : nec in Verc. et Brix. Sic versu 15, ubi legitur, *pro ovibus meis*, in Græco non est illud, *meis* : neque in Verc.

13. *Non pertinet ad eum de ovibus.* Græce : οὐ μέλει αὐτῷ περὶ τῶν προβάτων, *non est illi cura de ovibus.* Et ita Brix.

25. *Loquor vobis.* Græce : εἶπον ὑμῖν, *dixi vobis.* Et ita Verc. Tamen in Cantabrig. ms. legitur, λαλῶ ὑμῖν, *loquor vobis.*

26. *Non estis ex ovibus meis.* Græce additur, καθὼς εἶπον ὑμῖν, *sicut dixi vobis.* Et ita in Verc., Veron. et Brix. nec non Syrus, atque omnes Græci codices. C

31. *Sustulerunt ergo lapides Judæi.* Græce : ἐβάστασαν οὖν πάλιν λίθους οἱ Ἰουδαῖοι, *sustulerunt ergo iterum lapides Judæi.* Et ita Brix. Non est tamen illud πάλιν, in Cantabrig. ms.

Cap. XI. — 28. *Silentio.* Græce : λάθρα, *clam, occulte.* Et ita Brix. At in Cantabrigiensi, σιωπῇ, *silentio.*

29. *Surgit.* Græce : ἐγείρεται. In Cantabrigiensi, ἐγέρθη, *surrexit.* Et ita in Verc., Veron. et Brix.

37. *Qui aperuit oculos cæci nati.* Græce : τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, absque verbo *nati.* Et ita in Verc., Veron, et Brix.

41. *Tulerunt ergo lapidem.* In Græco additur, οὗ ἦν (in Brix., *ubi fuerat*) τεθνηκὼς κείμενος.

41. *Elevatis sursum.* Aliqui mss. habent pro *sursum*, εἰς τὸν οὐρανὸν, *in cœlum*, ut Brix. Veron. vero, *ad cœlum.*

45. *Qui venerunt ad Mariam et Martham.* Græci non habent, *et Martham*; deest quoque in Verc., Veron., Brix., Gat. et Mm.

Cap. XII. — 1. *Ubi Lazarus fuerat mortuus, quem suscitavit* Jesus. Græce legitur : ὅπου ἦν Λάζαρος ὁ τεθνηκώς, ὃν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, *ubi erat Lazarus, qui mortuus fuerat, quem suscitavit ex mortuis.* Brix. habet : *ubi erat Lazarus, qui fuerat mortuus, quem suscitavit Jesus ex mortuis.* Veron. *ubi erat Lazarus, qui fuit mortuus, quem suscitavit.*

4. *Judas Iscariotes.* Græce : Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, *Judas Simonis Iscariotes.* Et ita Corb. sed pro *Iscariotes* legit *Iscariotis.* Brix., *Simonis Schariotes.* Verc., *Simon ... Scarioth.* Veron., *Simon Scariotes.*

6. *Non quia de egenis pertinebat ad eum.* Græce : οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ. Brix. *non quia de pauperibus cura ei erat.* Verc. et Corb., *non quod de pauperibus cura illi esset.*

Ibid. *Et loculos habens.* Græce : γλωσσόκομον. Brix., *loculum.*

7. *Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud.* Græce : ἄφες αὐτήν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό, *sine illam, in diem sepulturæ meæ servavit illud.* Et ita Brix.; at pro *in diem*, legit *in die.* Veron. quoque et mss. habent, *sine*, etc. Græcam editionem Grotius, aliique Latinæ anteponunt. Tamen Latinam absolvunt codices Cantabrigiensis, Vaticanus et alii, in quibus legitur : ἵνα εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τηρήσῃ αὐτό.

17. *Quando Lazarum vocavit.* Græce : ὅτι. Veron., *quia*; Verc., *quoniam*, etc.

19. *Quia nihil proficimus.* Græce : ὠφελεῖτε, *proficitis.* Et ita Verc.; at Veron. *prodestis.*

20. *Quidam Gentiles.* Græce : Ἕλληνες, *Græci.* Et ita Verc., Corb. et Veron.

26. *Honorificabit eum Pater meus.* In Græco non est, *meus*, nec legitur in Veron. et Brix.

28. *Clarifica nomen tuum.* In Cantabrig. ms. legitur: δόξασον (τὸν Υἱόν σου) ἐν τῇ δόξῃ ᾗ εἶχον παρά σα πρὸ τοῦτον κόσμον γενέσθαι, *clarifica Filium tuum* (Et ita in mss.) *in gloria, quam habui apud te prius quam mundus fieret.*

31. *Nunc judicium est mundi.* Græce additur, τούτου, *hujus* : et ita in Verc. et Brix.

47. *Et non custodierit.* Græce : καὶ μὴ πιστεύσῃ, *et non crediderit.* Et ita Brix. Tamen in Alexandrino et Cantabrig. legitur, καὶ μὴ φυλάξῃ, *et non custodierit.*

Cap. XIII. — 24. *Et dixit ei : Quis est.* Græce : πυθέσθαι τίς ἂν εἴη, *interrogare, quis esset.* Verc. habet, *interroga, qui est.* Brix., Corb., *interroga, quis est.*

27. *Introivit in eum Satanas.* Græce : τότε εἰσῆλθεν, *tunc introivit.* In Brix. quoque et Gat. legitur, *tunc*, etc.

Cap. XIV. — 1. *Creditis in Deum, et in me credite.* Græce : πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε : *Credite in Deum, et in me credite.* Et ita Veron., Verc., Gat. et Mm., *credite in Deum*, etc. At Verc. *et in me creditis.* Sic Græce positum verbum istud, πιστεύετε, anceps est : potest enim esse indicativi modi et imperativi.

9. *Qui videt me, videt et Patrem.* Græce : ὁ ἑωρακώς ἐμέ, ἑώρακε τὸν Πατέρα, *qui vidit me, vidit Patrem.* Et ita Veron., Verc. et Brix.; sed ante *Patrem*, addunt *et.* In Brix. legitur *me*, post *qui.*

10. *Non creditis.* Græce : οὐ πιστεύεις, *non credis.* Et ita Verc., Veron. et Brix.

11. *Non creditis.* Græce : πιστεύετέ μοι, *credite mihi.* Et ita Verc., Veron. et Brix.

Cap. XV. — 2. *Tollet eum.* Græce : αἴρει αὐτὸν, *tollit eum.* Et ita Veron., Brix. et Verc. Et mox, καθαίρει, *purgat*, cum Verc. et Brix.

15. *Jam non dicam vos.* Græce : οὐκέτι ὑμᾶς λέγω, *jam non dico vos.* Et ita Verc., Veron., Brix. et Gat.; at mss..... *dico vobis.*

Cap. XVI. — 2. *Obsequium se præstare Deo.* Græce: λατρείαν προσφέρειν τῷ Θεῷ, *sacrificium offerre Deo.* Et ita Verc.

9. *Non crediderunt in me.* Græce : οὐ πιστεύουσιν, *non credunt*, etc. Et ita Corb. et Veron.

13. *Docebit vos omnem veritatem.* Græce : ὁδηγήσει ὑμᾶς εἰς πᾶσαν τὴν ἀλήθειαν, *deducet vos in omnem veritatem.* Et ita Verc. et Corb.; at Veron. habet, *deducet vos in veritate omni.* Brix. vero, *diriget vos in omnem veritatem.* D

20. *Sed tristitia vestra vertetur in gaudium.* Græce: ἡ λύπη ὑμῶν εἰς χαρὰν γενήσεται. Brix. legit, *in gaudium erit.*

22. *Nemo tollet a vobis.* Græce : οὐδεὶς αἴρει ἀφ' ὑμῶν, *nemo tollit a vobis.* Et ita Veron. Etiam in Brix. legitur, *aufert.*

Cap. XVIII. — 5. *Nazarenum.* Græce : Ναζωραῖον. Veron. et Brix., *Nazoreum.*

Cap. XIX. — 3. *Et veniebant ad eum.* Hæc verba non habent Græci codices, nec Brix.

34. *Latus ejus aperuit.* In Græco est : ἔνυξε, *vulneravit* Et ita in Veron.; at Verc. et Corb. habent, *percussit.*

37. *Videbunt in quem transfixerunt.* In Græco

LXX, Zach. XII, 10, legitur : καὶ ἐπιβλέψονται πρός A με ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο, *et aspicient ad me, quoniam* (vel, *pro eo quod*) *insultaverunt*. Sed apud Aquilam, Symmachum, et Theodotionem, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. In Verc., Veron. et Corb., *in quem compunxerunt*.

CAP. XX. — 1. *Et vidit*. Græce : βλέπει, *videt*. Et ita Verc. et Brix.

20. *Et latus*. Græce : καὶ τὴν πλευρὰν αὐτοῦ, *et latus suum*. Et ita Gat. et Veron.

25. *Fixuram clavorum*. Græce : τὸν τύπον τῶν ἥλων, *figuram clavorum*. Et ita Veron. Similiter pro eo quod est in Latino, *et mittam digitum meum in locum clavorum*, Græce legitur, εἰς τὸν τύπον τῶν ἥλων, *in figuram clavorum*. Ab auctore nostræ Latinæ editionis Vulgatæ lectum est, τόπον, non τύπον.

CAP. XXI. — 12. *Et nemo audebat discumbentium*. Græce : ... ἐτόλμα τῶν μαθητῶν. Verc. et Brix., *audebat ex discipulis*. Veron., *discentium audebat*.

22. *Sic eum volo manere*. Græce : ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, *si eum volo manere*. Et ita Brix.

S. LUCAS.

CAP. I. — 2. *Et ministri fuerunt sermonis*. Græce : τοῦ λόγου. Brix. *verbi*.

3. *Visum est et mihi*. In quodam ms. Cantuariensi Græco hoc loco additur, καὶ Πνεύματι ἁγίῳ, *et Spiritui sancto*, ut etiam in Veron.

12. *Et timor irruit*. Græce : ἐνέπεσεν. Veron. et Brix. legunt, *cecidit*.

29. *Quæ cum audisset*. In Græco : ἡ δὲ ἰδοῦσα. Gat. habet, *ipsa autem cum vidisset*. Veron. quoque, Verc., Brix. et Corb. legunt, *ipsa autem ut vidit*.

29. *Qualis esset ista salutatio*. Addit hoc loco quidem ms. codex Cantuariensis, ὅτι οὕτως εὐλόγησεν αὐτήν. Veron., Brix. et Corb. legunt, *quod sic benedixisset eum*. Quam lectionem etiam Verc. habuisse videtur, licet quædam litteræ nunc sint oblitteratæ, nec amplius legi possint.

35. *Quod nascetur*. Græce : τὸ γεννώμενον, *quod nascitur*. Et ita Gat. Sed videtur, quod futuri temporis verbo usus sit angelus, *quod nascetur*. Neque enim de conceptione Christi hoc loco agitur, sed de nativitate ipsa : alioquin diceret Angelus, *quod in te*, non *quod ex te*; ut Matth. I, 20 : *Quod enim in ea natum est*.

50. *Et misericordia ejus a progenie in progenies, timentibus eum* ; ut in psalmo CII, 17 : *Misericordia autem Domini ab æterno, et usque in æternum super timentes eum*. In Græco est : καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν. Verc. et Veron. habent, *et misericordia ejus in sæcula sæculorum*. Alii mss. legunt, εἰς γενεὰν καὶ γενεάν, cum Corb. et Brix. *in progeniem et progeniem*.

63. *Joannes est nomen ejus*. Hic addit ms. Cantabrigiensis : καὶ παραχρῆμα ἐλύθη ἡ γλῶσσα αὐτοῦ. Verc. quoque, *et confestim soluta est lingua ejus*. Item Veron. et Corb., *et continuo resoluta est lingua ejus*. Quamobrem versu sequente omittunt hæc verba, *illico et lingua ejus*.

CAP. II. — 2. *A Præside*. In Græco legitur, ἡγεμονεύοντος τῆς Συρίας Κυρηνίου. In Brix. *Præside Syriæ Cyrino*. Qui nomine *universi Orbis* Romanum omne imperium intelligi versu primo voluerunt, ii arbitrati, dici non potuisse factam a Præside Syriæ descriptionem *hanc* universi Orbis, ut appellatur versu I-to secundo, præpositionem *a* expunxere in suis exemplaribus : ut facta tantum intelligeretur, quo tempore esset ille Syriæ præses, non tamen ab ipso.

4. *In Judæam*. Ms. Cantabrig., εἰς γῆν Ἰούδα, *in terram Juda*. Verc. habet, *in terram Judæam*.

9. *Stetit juxta illos*. In Græco, ἐπέστη αὐτοῖς, *astitit illis*. Et ita in Brix.

Eodem. *Et claritas Dei*. Græce : δόξα Κυρίου. Verc. quoque, et Brix. legunt, *Domini*.

17. *De puero hoc*. Græce : περὶ τοῦ παιδίου τούτου. Sed illud τούτου non habent mss. Cantabrigiensis, Verc. et Brix.

18. *Et omnes qui audierunt, mirati sunt, et de his, quæ dicta erant a pastoribus ad ipsos*. In Græco : ἐθαύμασαν περὶ τῶν λαληθέντων, etc., *mirati sunt de his, quæ dicta erant*, etc., expuncta particula conjunctiva *et*, quæ deest etiam in Verc., Veron. et Brix.

25. *Et Spiritus sanctus erat in eo*. Græce : ἐπ' αὐτον, *super eum*. Et ita Verc.

27. *Parentes ejus*. Illud *ejus*, Græci libri nulli habent ; sed γονεῖς tantum, ante τὸ παιδίον, ut Verc.

33. *Et erat pater ejus, et mater*. In Græco : καὶ ἦν Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, *et erat Joseph, et mater ejus*. Et ita in Verc., Corb., Veron. et Brix. In Cantabrigiensi vero ms. legitur, καὶ ἦν πατὴρ καὶ ἡ μήτηρ, absque αὐτοῦ, *ejus*.

34. *Et in signum, cui contradicetur*. Græce : ἀντιλεγόμενον. Verc., *quod contradicitur*.

38. *Redemptionem Israel*. Græci codices et Gothica versio, λύτρωσιν ἐν Ἱερουσαλήμ. Veron. et Brix. legunt, *redemptionem Hierusalem*. Et ita Corb. *Jerusalem*.

B 40. *Et confortabatur*. Brix. *confortabatur spiritu* ; ut habet idem S. Lucas etiam cap. I, 80, de Joanne : *Puer autem crescebat, et confortabatur spiritu*. *Confortandi* verbum interdum in sacris Litteris de viribus corporis accipitur ; ut Act. IX, 19 : *Et cum accepisset cibum*, CONFORTATUS EST. Quare nonnulli Græci codices legunt hoc loco, ἐκραταιοῦτο πνεύματι, *confortabatur spiritu*. Quamquam in Cantabrigiensi ms. vox illa non apparet.

42. *Secundum consuetudinem diei festi*. Addit ms. Cantabrigiensis : τῶν Ἀζύμων. Et ita Verc. *Azymorum*.

43. *Parentes ejus*. In Græco : Ἰωσὴφ καὶ ἡ μήτηρ αὐτοῦ, *Joseph, et mater ejus*, ut versu 33. Et ita in Corb., Veron. et Brix. Cantabrigiensis habet, οἱ γονεῖς αὐτοῦ.

45 *Requirentes*. Græce, ζητοῦντες. Verc. et Veron., *quærentes*. Cantabrigiensis, ἀναζητοῦντες.

CAP. III. — 7. *Ut baptizarentur ab ipso*. In Cantabrigiensi ms. ἐνώπιων αὐτοῦ, *coram ipso*. Et ita in Veron.

C 8. *Et ne cœperitis dicere*. In Græco Vulgato : καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς. In Brix., *et ne incipiatis dicere intra vos*. In Cantabrig., καὶ μὴ δόξητε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς, *et ne putetis dicere intra vos*.

10. *Quid ergo faciemus?* In Cantabrig. ms. additur, ἵνα σωθῶμεν, *ut salvemur*, quod iterum repetitur versu 14. Veron. et Gat. habent *ut vivamus*.

14. *Existimante autem populo*. In Græco (etiam ms. Cantabr.) : Προσδοκῶντος δὲ τοῦ λαοῦ. In Brix., *sperante autem populo*. Putant nonnulli, quod Vulgatus interpres δοκοῦντος legerit, pro προσδοκῶντος ; vel, quod amanuensis Latinus scripserit *existimante*, pro *exspectante*.

16. *Veniet autem*. In Græco Vulgato, ἔρχεται δέ. In Verc., Brix. et Gat., *venit autem*. In Cantabrig., ὁ δὲ ἐρχόμενος, *qui autem venit*. Et sic ubicumque legitur in Latina edit., *qui venturus est*, in Græco est, ὁ ἐρχόμενος.

D 19. *Fratris sui*. In Græco Vulgato additur, Φιλίππου, qua voce alii mss. Græci sat multi carent, uti etiam nostri Latini Veron., Verc. et Brix.

CAP. IV. — 1. *Agebatur a spiritu*. Græce : ἤγετο ἐν τῷ πνεύματι, *agebatur in spiritu*. Et ita Corb. et Brix.

2. *Diebus quadraginta, et tentabatur a diabolo*. In Græco : ἡμέρας τεσσάρακοντα πειραζόμενος. Verc. habet, *diebus* XXXX *cum tentaretur*. Veron., *diebus* XXXX *tentabatur*. Gat. vero, *tentatur*.

Ibid. *Esuriit*. In Græco : ὕστερον ἐπείνασε, *postea esuriit*. Et ita Brix. In Cantabrig. tamen non est illud, ὕστερον.

3. *Dic lapidi huic, ut panis fiat*. In Cantabrigiensi, ἵνα οἱ λίθοι οὗτοι ἄρτοι γένωνται, *ut lapides isti panes fiant*. Verc. quoque videtur legisse, *fiant panes*. Forte ex Matthæo.

5. *Orbis terræ*. In Græco Vulgato, τῆς οἰκουμένης. In Cantabrig. κόσμου, *mundi* : et ita in Brix. ex Matthæo.

8. *Dicit illi*. Hic addunt Græci libri Vulgati : ὑπαγε

ὀπίσω μου, Σατανᾶ, cum Veron., *vade post me, Satanas.*

15. *Et magnificabatur.* Græce : δοξαζόμενος. Verc. legit, *honorem accipiens.*

18. *Sanare contritos corde.*

19. *Prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, dimittere confractos in remissionem.* Origenes, Eusebius, Augustinus et Beda, omittunt priorem sententiam; posteriorem, retenta priore, Theophylactus. Hieronymus in caput LXI Isaiæ, citans hunc Lucæ locum, servat utramque. Mss. Græci nonnulli, quos citat Lucas Brugensis, et codex Cantabrig. omittunt illud, *sanare contritos corde*, cum Verc., Veron. et Corb., tametsi est apud Isaiam.

38. *In domum Simonis.* Addit Cantabrig. ms. καὶ Ἀνδρέου, *et Andreæ.* Et ita Corb. et Veron. ex Marc. I, 29.

Ibid. *Magnis febribus.* In Græco, συνεχομένη (in Cantabrig. κατεχομένη) πυρετῷ, *febre magna*, ut habet Verc. Corb. quoque legit in singulari numero, *febri.*

CAP. V. — 1. *Cum turbæ irruerent in eum.* Græce : ἐν τῷ τὸν ὄχλον ἐπικεῖσθαι αὐτῷ. Verc. habet, *dum turba incumbit ei.*

2. *Descenderant.* Græce : ἀποβάντες ἀπ' αὐτῶν. Brix., *descendentes de eis.*

5. *Præceptor.* Græce : ἐπιστάτα, *præses, præfecte, qui præes et præcipis, qui positus es ad præcipiendum.* Tamen ms. Cantabrig. habet, διδάσκαλε, cum Verc., *magister.*

6. *Rumpebatur autem rete.* Cantabrig., ὥστε τὰ δίκτυα ῥήσσεσθαι, *ita ut retia rumperentur.* Brix. quoque habet, *ita ut rumperentur retiæ.*

7. *Ita ut pene mergerentur.* In Græco Vulgato non legitur illud *pene*; nec in Verc., Corb., Veron. aut Brix. In ms. Cantabrig. est, παρά τι.

10. *Eris capiens.* Græce : ἔσῃ ζωγρῶν. Veron. et Verc. habent, *eris vivificans.* Corb. quoque legit, *vivificans.*

21. *Nisi solus Deus?* Græce : εἰ μὴ μόνος ὁ Θεός. Cantabrig, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεὸς, *nisi unus Deus.* Et ita Verc.

CAP. VI. — 10. *Et restituta est manus ejus.* In Græco additur, ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, *sana sicut altera.* In Brix. quoque habetur, *sicut altera*, et in Veron., *sicut alia.* Ex Matth. XII, 13. In Alexandrino ms. aliisque additur, ὑγιὴς, *sana*, tantum.

17. *Et Tyri.* Deest conjunctio καὶ, in Græco, atque in Verc., Corb. et Brix.

42. *Ipse in oculo tuo trabem non videns.* Ms. Cantabrig., καὶ ἰδοὺ ἡ δόκος ἐν τῷ σῷ ὀφθαλμῷ ὑπόκειται. Verc., Veron. et Corb. habent, *et ecce in oculo tuo* (Corb., *suo*) *trabes* (Veron. *trabis*) *subjacet.*

45. *Os loquitur.* In Græco : λαλεῖ τὸ στόμα αὐτοῦ, *loquitur os ejus.* Et ita Corb., Veron. et Brix. Verc. habet, *illius.* Sed in Cantabrig. non est illud, αὐτοῦ.

CAP. VII. — 4. *Ad* JESUM. In Cantabrig. ms. deest illud, πρὸς τὸν Ἰησοῦν, ut etiam in Verc. Sed in Græco Vulgato legitur.

9. *Sequentibus se turbis.* Græce : τῷ ἀκολουθοῦντι αὐτῷ ὄχλῳ. Et ita Verc., *sequenti se turbæ.*

Ibid. *Amen dico vobis.* Non est illud *amen*, in Græco Vulgato, nec in Veron.; at est in Cantabrigiensi.

Eodem. *In Israel.* Græce : οὐδὲ ἐν τῷ Ἰσραήλ. Brix. habet, *nec in Isdrahel.* Cantabrig. οὐδέποτε, *numquam.*

11. *Deinceps.* Græce : ἐν τῇ ἑξῆς. In Alexandrino ms., ἐν τῷ ἑξῆς. Brix. legit, *in sequenti die.*

12. *Et ibant cum eo discipuli ejus.* In Græco : οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ ἱκανοί, cum Veron., *discipuli ejus multi :* ut alii, præter duodecim, comitati tunc fuisse JESUM existimentur.

12. *Ecce defunctus.* Græce : καὶ ἰδού, *et ecce.* Et ita Brix., Veron. et Verc.

Ibid. *Matris suæ.* Græce : τῇ μητρὶ αὐτοῦ, *matri suæ.* Et ita Brix. Dandi casus significat superstitem matri suæ unicum : non quem unicum pepererit mater sua.

16. *Magnificabant Deum.* Græce : ἐδόξαζον, *glorificabant*, ut alibi superius. Et ita Verc.

17. *In universam Judæam.* In Græco : ἐν ὅλῃ τῇ Ἰουδαίᾳ. Et ita in Verc., *in tota Judæa.* Veron. quoque habet, *in universa Judæa.*

21. *Et plagis.* Græce : καὶ μαστίγων, cum Verc., *et verberibus.*

37. *Mulier, quæ erat in civitate peccatrix.* Græce : γυνὴ ἐν τῇ πόλει, ἥτις ἦν ἁμαρτωλός, *mulier in civitate, quæ erat peccatrix.* Et ita Verc. et Veron.

42. *Quis ergo eum plus diligit?* Græce : τίς οὖν αὐτῶν. Et ita Brix., *quis ergo eorum*, etc.

44. *Intravi domum tuam.* Græce : εἰσῆλθόν σου εἰς τὴν οἰκίαν, juxta Verc., Veron. et Brix., *intravi* (Brix., *introivi*) *in domum tuam.*

CAP. VIII. — 2. *A spiritibus malignis.* In quodam ms. Græc. : ἀπὸ νόσων. In Brix., *ab infirmitatibus*, etc. In Veron. *infirmitatibus*, etc.

3. *Quæ ministrabant ei.* In Græco Vulgato, αὐτῷ, *ei.* At in Cantabrig. et altero Rob. Stephani ms. αὐτοῖς, *eis :* ut legunt Brix. et Gat. et habetur similiter in Syriaca versione : ut ad Apostolos referatur simul, et ad Christum.

4. *Cum autem turba plurima convenirent.* Græce : συνιόντος δὲ ὄχλου. Verc., *conveniente autem turba.* Cantabrig., συνελθόντος.

Ibid. *Dixit per similitudinem.* Græce : Διὰ παραβολῆς. In Cantabrig., εἶπε παραβολὴν ταύτην πρὸς αὐτούς. In Veron., *dixit similitudinem ad illos talem.* In Verc., *dixit parabolam*, etc.

27. *Vir quidam.* In Græco additur, ἐκ τῆς πόλεως. In Veron. et Brix., *de civitate.*

28. *Is ut vidit* JESUM. In Græco : ἰδὼν δὲ τὸν Ἰησοῦν, *videns autem* JESUM. Et ita Verc.

28. *Obsecro te.* Græce : δέομαί σου. Vercellens., *oro te.*

42. *Et contigit, dum iret, a turbis comprimebatur.* Græce : ἐν δὲ τῷ ὑπάγειν αὐτὸν, οἱ ὄχλοι συνέπνιγον αὐτόν. Verc. habet, *dum iret turba... ut suffocarent eum.* Corb..... *comprimebatur, ut suffocarent eum.*

47. *Et procidit ante pedes ejus.* Græce : καὶ προσπεσοῦσα αὐτῷ. Brix., *et procidit ante eum.*

49. *Ad principem Synagogæ.* Græce : παρὰ τοῦ ἀρχισυναγώγου, *a principe Synagogæ.* Et ita Verc. et Veron.

CAP. IX. — 1. *Duodecim Apostolis.* Græce : τοὺς δώδεκα μαθητὰς αὐτοῦ, *duodecim discipulis suis.* Et ita Veron. At Cantabrigiensis ms. et Alexandrinus, et alii multi habent duntaxat, τοὺς δώδεκα, *duodecim.*

4. *Et inde ne exeatis.* Græce : καὶ ἐκεῖθεν ἐξέρχεσθε, juxta Verc., Veron. et Corb., *et inde* (Verc., *exite*) *proficiscimini.* At Luc. X, 7 : *Nolite transire de domo in domum.*

10. *Qui est Bethsaidæ.* Græce : εἰς τόπον ἔρημον πόλεως καλουμένης Βηθσαϊδά, juxta Verc. et Brix., qui legunt, *in locum desertum, qui vocabatur* (in Brix., *dicitur*) *Bethsaida.* Gat. quoque habet, *Bethsaida.* Veron. vero, *Betsaida.*

13. *In omnem hanc turbam.* Græce : εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦτον, *in omnem hunc populum.* Et ita Verc.

28. *Et Jacobum, et Joannem.* In Græco, nominum ordine permutato, καὶ Ἰωάννην, καὶ Ἰάκωβον. Et ita in Veron., Verc., Brix. et Gat. At ms. Cantabrigiensis Vulgatam editionem sequitur.

31. *Excessum ejus.* Græce est τὴν ἔξοδον, *exitum.* Et ita Brix.

36. *Et dum fieret vox.* Græce καὶ ἐν τῷ γενέσθαι τὴν φωνήν, *et cum facta esset vox.* Verc. habet, *et cum facta est vox.*

38. *Obsecro te.* Græce : δέομαί σου, *oro te*, ut Vercellensis

39. *Et dissipat eum.* Græce : σπάρασσει αὐτὸν, *discerpit eum.* Verc. habet, *discarpit illum.*

41. *In cordibus vestris.* Græce : εἰς τὰ ὦτα ὑμῶν.

Verc., Veron., Brix. et Corb. legunt, *in auribus vestris.*

48. *Hic major est.* Græce : οὗτος ἔσται μέγας, *hic erit magnus.* Verc. habet, *hic est magnus.*

54. *Et consumat illos.* Addunt Græci codices : ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησε, cum Verc., Veron. et Brix., *sicut Helias* (Brix., *et Helias*) *fecit.*

56. *Animas perdere.* Græce : ψυχὰς ἀνθρώπων, *animas hominum.*

57. *Quocumque ieris.* In Græco additur, κύριε, *Domine.* Et ita in Brix.

Cap. X. — 1. *Septuaginta duos.* In Græco Vulgato, ἑβδομήκοντα tantum, hoc est, *septuaginta.* Et ita in Veron., Brix. et Syriaca versione. In ms. Cantabrig. οϐ', hoc est, *septuaginta duo.* In alio ms. ὁ μαθητὰς, *septuaginta discipulos.* Forte ut cum Septuaginta senibus ex Israel, quorum mentio est Num. XI, 16, 24, 25, conferri isti possent, et cum septuaginta palmis, quæ in Elim juxta aquas fontium duodecim creverant, Græci libri quidam manuscripti non LXXII, sed LXII, legerunt in hoc Lucæ loco. B

6. *Ad vos revertetur.* Græce : ἐφ' ὑμᾶς, etc. Verc. et Veron., *super vos*, etc. At in Cantabrig., ἐφ' ὑμᾶς ἀναστρέψει ἡ εἰρήνη ὑμῶν, *in vos convertetur pax vestra.*

11. *Etiam pulverem, qui adhæsit nobis.* Alexandrinus, et Cantabrig. ms. εἰς τοὺς πόδας ἡμῶν. Brix. *in pedibus nostris.* Verc., *in pedes.* Veron., Mm. et Vind., *in pedibus.*

17. *Septuaginta duo.* Græce : *septuaginta* tantum, ut versu 1. Et ita Veron., Brix. et Vind.

19. *Et nihil vobis nocebit.* Græce : ὑμᾶς οὐ μὴ ἀδικήσει. Verc., Veron. et Vind.,... *vos nocebit.*

20. *In cœlis.* Cantabrig. ἐν τῷ οὐρανῷ, *in cœlo.* Et ita Verc., Veron., Brix. et Vindeb.

38. *In quoddam castellum.* Græce : εἰς κώμην τινά. Verc. habet, *in vicum quemdam.*

Cap. XI. — 2. *Adveniat regnum tuum.* In Græco hic additur, *Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, et in terra.* Et ita in Vindeb., Brix. et versione Syriaca. In Veron. quoque legitur, *fiat voluntas tua in cœlo, et in terra.* In Verc. tantum, *fiat voluntas tua.*

4. *In tentationem.* Addunt Græci codices, ut sit integra hic oratio, qualis est apud Matthæum, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ. Corb. et Veron. quoque habent, *Sed libera nos a malo.* Vind. et Brix., *sed erue* (Vind., *eripe*) *nos a malo.*

7. *In cubili.* Græce : εἰς τὴν κοίτην. Et ita Vind., *in cubilem.* Cantabrig. tamen, ἐν τῇ κοίτῃ.

11. *Quis autem ex vobis patrem petit panem*, etc. Græce : τίνα δὲ ὑμῶν τὸν πατέρα αἰτήσει ὁ υἱός. Brix. habet, *quem autem ex vobis patrem, si petierit filius.* Veron., *a quo autem ex vobis petet filius.* Vind. et Corb., *a quo autem patre ex vobis petet filius.* Gat., *ex vobis patrem petiit filius.* Mss. *ex vobis filius patri petiit.*

15. *In Beelzebub.* Græce : ἐν Βεελζεβοὺλ, *in Beelzebul :* Et ita Vindeb. et Brix. ; at Veron. et Gat. habent, *Belzebul.* Corb. vero, *Belsebul.*

20. *Pervenit in vos regnum Dei.* Græce : ἔφθασεν ἐφ' ὑμᾶς, *prævenit ad vos.* Veron. et Brix. habent, *prævenit in vos*, etc. D

41. *Quod superest.* Græce legitur, τὰ ἐνόντα. Quod verbum alii vertunt, *quæ suppetunt, quæ panes vos sunt :* alii, *quæ intus exsistunt :* alii, *quæ sunt ;* ut habet cod. Veronensis.

44. *Væ vobis.* In Græco additur : γραμματεῖς, καὶ Φαρισαῖοι ὑποκριταί, *Scribæ et Pharisæi hypocritæ.* Et ita in Veron., Brix. et Vind. qui tamen omittit, *hypocritæ.*

49. *Mittam ad illos.* Græce : εἰς αὐτούς, *in illos.* Et ita Vind. et Veron.

Cap. XII. — 1. *Multis autem turbis circumstantibus.* Græce : ἐπισυναχθεισῶν. Brix. habet, *congregatis.*

Ibid. *Attendite.* In Græco : πρῶτον προσέχετε ἑαυτοῖς, *primum attendite vobis a fermento.* Brix. habet, *primo attendite vobis a fermento.* Veron.,... *vobis...* Verc. et Vind., *primum*...

2. *Nihil autem.* In Cantabrig., οὐδὲν γὰρ, *nihil enim.* Et ita in Verc.

3. *In lumine dicentur.* Græce : ἐν φωτὶ ἀκουσθήσεται, *in lumine audientur.* Et ita Brix.

5. *In cubiculis.* Græce : ἐν τοῖς ταμείοις, *in cellariis.* Et ita Vind. ut versu 24, ταμεῖον *cellarium est.*

12. *Quid oporteat vos dicere.* Græce : ἃ δεῖ εἰπεῖν. Verc., Veron., Brix. et Vind. habent, *quæ oportet dicere.* Mm., *quæ.*

18. *Et majora faciam.* Græce : οἰκοδομήσω, *ædificabo.* Et ita Verc. et Brix. Sed in Cantabrig. legitur, ποιήσω, *faciam.*

20. *Cujus erunt?* Græce : τίνι ἔσται, *cui erunt?* Et ita Vind. At in Cantabrig. ms. τίνος ἔσται. Genitivus, potestatem ac dominium ; dativus, usum declarat.

31. *Quærite primum.* Non est illud *primum*, in Græco ; nec legitur in Veron., Verc., Brix., Corb., Gat. aut Mm.

31. *Et justitiam ejus.* Hæc quoque desunt in Græco, et in Verc., Veron., Brix. ac Vind. B

35. *In manibus vestris.* Hæc verba non sunt in ullo Græco codice, sive edito, sive manuscripto, nec in Verc., Veron., Brix. aut Gat.

39. *Qua hora fur veniret.* Græce : ἔρχεται, *venit.* Et ita Veron., Brix. et Vind.

42. *Quem constituit.* Græce : ὃν καταστήσῃ, *quem constituet.* Et ita Vind. et Brix.

49. *Et quid volo, nisi ut accendatur?* Græce : καὶ τί θέλω, εἰ ἤδη ἀνήφθη. Veron., Corb. et Vind., *et quid volo, si accendatur.* In Corb. tamen et Vind. deest, etc.

Cap. XIII. — 4. *In Siloe.* Græce : ἐν τῷ Σιλωάμ. Brix. et Vind., *Siloam.* Gat., *Syloam.*

7. *Terram occupat.* Græce : τὴν γῆν καταργεῖ. Veron. et Corb. habent, *terram evacuat.*

8. *Et hoc anno.* In Græco Vulgato : καὶ τοῦτο τὸ ἔτος. In Verc., *et hunc annum.* In Cantabrig. ἔτι τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν.

10. *Sabbatis.* In Cantabrig. τῷ σαββάτῳ. Et ita in Vind., *Sabbato.* C

Ibid. *In synagoga eorum.* Græce : ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν, *in una synagogarum.* Et ita in Veron. ; sed Brix. habet, *in quadam synagoga.* Cantabrig. codex ms. secutus editionem Vulgatam, legit, ἐν τῇ συναγωγῇ αὐτῶν, *in synagoga eorum.*

12. *Vocavit eum ad se.* Græce : προσεφώνησε, tantum. Brix., Gat., Mm. et Vind. habent, *vocavit ad se.* At hoc totum, *vocavit eum ad se*, Cantabrigiensis ms. omittit.

15. *Hypocritæ.* Græce : ὑποκριτά, *hypocrita.* Et ita Brix.

16. *Filiam Abrahæ.* Græce : θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν. Verc., *Cum sit filia Abrahæ.*

25. *Cum autem intraverit paterfamilias.* Græce : ἀφ' οὗ ἂν ἐγέρθῃ. Veron., *ex quo surrexerit.* Tamen Cantabrigiensis ms. secutus editionem Vulgatam, habet, εἰσέλθῃ, *intraverit.*

Cap. XIV. — 2. *Homo quidam hydropicus erat ante illum.* In Græco Vulgato, ἦν ὑδρωπικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ, *erat hydropicus ante illum.* In Cantabrig. ms. deest vox illa, *quidam.* Et ita in Veron. et Corb.

4. *Ipse vero apprehensum.* Græce : καὶ ἐπιλαβόμενος. Verc., *ipse itaque adprehendens.*

8. *Cum invitatus fueris.* In Græco additur, ὑπό τινος. Et ita in Veron. et Brix., *ab aliquo.*

28. *Ad perficiendum.* Græce : τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν. Verc. habet, *quæ opus sunt ad consummandum.* Brix., *quæ opus sunt ad perficiendum.*

33. *Omnibus quæ possidet.* Græce : πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσι, *omnibus suis facultatibus.* Et ita Verc.

35. *Sed foras mittetur.* Græce, absque particula adversativa *sed*, βάλλουσιν αὐτόν Veron. quoque habet tantum, *mittent eum.*

Cap. XV. — 1. *Publicani.* Græce : πάντες οἱ τελῶναι, *omnes publicani.* Et ita Verc., Brix. et Vind.

14. *Et postquam omnia consummasset.* Græce : A διαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα. Verc. habet, *cumque consumpsisset omnia.* Veron., Brix. et Vind.,... *consumpsit...*

17. *Hic fame pereo.* Abest a Græco adverbium istud, *hic*, quod locum a domo paterna longe dissitum indicat. Sic etiam ibi scriptum est, πόσοι μίσθιοι πατρός μου, *quanti mercenarii patris mei* : et ita in Verc., Veron., Brix., Corb., Gat. et Mm. In Vind. quoque,... *mercenarii patris*.... pro eo quod est in editione Vulgata, *in domo patris mei.*

25. *Et manducemus.* Græce : καὶ φαγόντες. Brix., *et manducantes.*

25. *Et chorum.* Græce καὶ χορῶν, *et choros.* Et ita Veron.

Cap. XVI. — 1. *Diffamatus est.* Græce : διεβλήθη. Vind. habet, *delatus erat.*

2. *Villicare.* Græce : οἰκονομεῖν. Verc., *administrare.*

6. *Accipe cautionem tuam.* Græce : γράμμα, *litteras.* Et ita Veron. et Corb. *Cautio* dicitur, quia B per eas litteras cavetur creditori, ne debitor ei negare debitum possit.

9. *Mammona.* Hoc verbo Syriaco significari divitias, hujus orationis series et ἀκολουθία admonet. In Græco Vulgato scribitur μαμωνᾶ : et ita in Verc., Veron. et Brix. In Cantabrigiensi tamen ms., μαμμονᾶ.

14. *Qui erant avari.* Græce : φιλάργυροι. Verc. *amatores pecuniæ.* Omnis amor pecuniæ a Deo reprehenditur, qui sit cum avaritia conjunctus.

21. *Et nemo illi dabat.* In omnibus libris Græcis hæc desunt; ut etiam in Verc., Veron. et Brix.

22. *Et sepultus est in inferno.* Græce : καὶ ἐτάφη. Veron. et Brix. habent, *et sepultus est.* Præclara antithesis in Latino Vulg. textu fulget : ubi mendici sors ultima ultimæ pariter divitis sorti egregie opponitur : dum ille, portatus ab Angelis in sinum Abrahæ dicitur; iste, non sepultus tantum, ut in Græco, et in duobus ex nostris codd. legitur; sed, *sepultus* C *in inferno.*

24. *In aquam.* Græce : ὕδατος, *aqua.* Et ita Brix.

25. *Recepisti bona.* Græce : ἀπέλαβες σὺ τὰ ἀγαθά, *recepisti tu bona.* Et ita Veron.

28. *In hunc locum tormentorum.* Græce : βασάνου. Verc., *cruciatus.*

Cap. XVII. — 14. *Dum irent.* Græce : ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτούς. In Veron., Corb., et Vind., legitur, *dum vadunt.*

16. *Gratias agens.* In Græco additur, αὐτῷ, *ei.* Et ita in Veron.

22. *Et ait ad discipulos suos.* Deest pronomen *suos*, in omnibus libris Græcis, atque in Brix.

Cap. XVIII. — 4. *Per multum tempus.* Græce : ἐπὶ χρόνον. Verc., *per tempus.*

5. *Sugillet me.* Græce : ὑπωπιάζῃ με, *livore oculos sugillet.* Quidam mss. Græci ὑποπιέζῃ με. Veron. et Corb. habent, *constringat me.*

7. *Et patientiam habebit in illis?* Græce : μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς. Veron., Verc. et Vind., *patientiam habens* (in Alexandrino ms., μακροθυμεῖ). Sic in Græco Ecclesiastici, cap. XXXV, vers. 18 (qui locus respondet Editioni Latinæ, cap. XXXV, vers. 22) legitur, οὐδὲ μὴ μακροθυμήσει ἐν αὐτοῖς.

8. *Putas.* Græce : ἆρα. Veron. et Vind., *numquid?*

14. *Justificatus... ab illo. Ab illo* utique Pharisæo, ad quem pronomen *ab illo*, refertur; et idem valet, ac *præ illo.* In Græco legitur ἢ ἐκεῖνος, *quam ille.* Et ita in Veron., Brix., Gat., Corb. et Vind. In Cantabrig. Vero μᾶλλον παρ' ἐκεῖνον τὸν Φαρισαῖον, *magis supra illum Pharisæum* : in aliis παρ' ἐκεῖνον, dumtaxat. Verc. habet *præ illum*, imitatus Græcam syntaxin.

20. *Et matrem.* In Græco additur σου, *tuam.* Et ita in Verc. et Veron.

Cap. XIX. — 7. *Divertisset.* Græce : εἰσῆλθε καταλῦσαι Verc. habet, *introisset manere.* Brix., *intrare manere.*

15. *Servos.* Græce : τοὺς δούλους τούτους. In Brix. legitur, *servos illos.*

Ibid. *Ut sciret quantum quisque negotiatus esset.* Græce : ἵνα γνῷ τίς τί διεπραγματεύσατο, *ut sciret quis quid negotiatus esset.* Verc. habet, *ut sciret quis quid negotiatus fuisset.*

23. *Ut ego veniens.* Græce : καὶ ἐγὼ ἐλθών, *et ego veniens.* Et ita Veron. et Brix.

26. *Et abundabit.* Istud in Græco deest, ut etiam in Verc., Brix., Corb. et Vind.

28 *Præcedebat.* Græce : ἐπορεύετο, *ibat.* Et ita Verc.

37. *Omnes turbæ discipulorum.* Græce : πᾶς ὄχλος, *omnis multitudo.* Et ita Verc.

39. *De turbis.* Græce : ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ut versu 37. Verc. et Brix., *de turba.*

43. *Conangustabunt.* Græce : συνέξουσι, *continebunt.* Et ita Verc.

47. *Plebis.* Græce : λαοῦ. Verc., Brix. et Gat. *populi.*

Cap. XX. — 1. *Convenerunt.* Græce : ἐπέστησαν. Verc. habet : *adstiterunt.*

3. *Respondete mihi.* Græce : καὶ εἴπατέ μοι, *et dicite mihi.* Et ita Brix.

20 *Eum in sermone.* Græce : αὐτοῦ λόγου. Corb. et Vind. *sermones ejus.* Verc. ..... *illius.*

27. *Qui negant.* Græce : οἱ ἀντιλέγοντες, *qui contradicunt resurrectionem non esse.* Et ita Verc.

37. *Secus rubum.* Græce : ἐπὶ τῆς βάτου, *in rubo.* Et ita Corb. et Brix.

Cap. XXI. — 4. *Ex abundanti sibi.* Græce : ἐκ τοῦ περισσεύοντος αὐτοῖς. Verc. habet. *de quo super illis fuit.* Brix. *ex eo quod abundavit illis.*

7. *Cum fieri incipient.* Græce : ὅταν μέλλῃ ταῦτα γίνεσθαι. Corb. et Vind., *cum futura erunt.*

14. *Non præmeditari quemadmodum respondeatis.* Græce : μὴ προμελετᾶν ἀπολογηθῆναι. Verc., *non prius meditare, quomodo rationem reddatis.*

16 *A parentibus.* Græce : καὶ ὑπὸ γονέων, *et a parentibus.* Et ita Verc.

25. *Pressura magna.* Græce : ἀνάγκη μεγάλη. Verc. *necessitas magna.*

25. *Pressura gentium.* Græce : συνοχὴ ἐθνῶν. Verc., *compressio gentium.* Brix., *occursus gentium.*

26. *Arescentibus.* Græce : ἀποψυχόντων. In Verc. legitur, *a refrigescentibus.*

Ibid. *Virtutes cœlorum movebuntur.* Græce : αἱ γὰρ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν σαλευθήσονται. In Cantabrig. αἱ γὰρ δυνάμεις αἱ ἐν τῷ οὐρανῷ. In Verc. et Corb. *Virtutes enim* (in Corb., *nam Virtutes*) *quæ sunt in cœlo.*

27. *Cum potestate magna et majestate.* Græce : μετὰ δυνάμεως καὶ δόξης πολλῆς. Verc., *cum potestate magna, et gloria.*

30. *Producunt.* Græce : προβάλωσιν. Veron. *producant.* Additur in Græco deinde, quod in nostris Latinis non est; βλέποντες ἐφ' ἑαυτοῖς γινώσκετε, *ea cernentes per vos ipsos agnoscitis.*

Cap. XXII. — 2. *Timebant vero.* Græce : ἐφοβοῦντο γάρ, *timebant enim.* Et ita Verc. et Brix. Cantabrig. habet cum vulgata editione, ἐφοβοῦντο δέ, *timebant vero.*

3. *Qui cognominabatur.* In Græco legitur, τὸν ἐπικαλούμενον; ut in Verc., *qui cognominatur.* In Cantabrig. τὸν καλούμενον.

3. *De duodecim.* Græce : ἐκ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν δώδεκα. Verc., *de numero* XII.

Ibidem, 6. *Ut traderet illum sine turbis.* Græce : ἄτερ ὄχλου, *sine turba.* Et ita Verc., Corb., Vindeb. et Veron.

7. *Occidi.* Græce : θύεσθαι, *immolari.* Et ita Corb., Vindeb. et Brix.

26. *Fiat sicut minor.* Græce : ὡς ὁ νεώτερος, *sicut junior.* Et ita Gat., Mm. et Brix. Veron. habet, *adolescentior.*

51. *Sinite usque huc.* Verc., Corb. et Vind. habent, *usque hoc*, pro *usque huc*, cum Græco, μέχρι δεῦρο.

52. *Et magistratus templi.* Græci codices hoc loco legunt, στρατηγούς. Verc., *Antistites.*

Cap. XXIII. — 10. *Constanter.* Græce : σὐτόνως. Verc. habet, *vehementer.*

11. *Cum exercitu suo.* Græce : σὺν τοῖς στρατεύμασιν αὐτοῦ, *cum exercitibus suis.* Et ita Veron. et Corb. Brix. vero habet, *cum militibus suis.*

16. *Emendatum.* Græce : παιδεύσας. Vercell. legit, *castigatum.*

19. *Missus.* Græce : βεβλημένος. Verc. *conjectus.*

22. *Corripiam ergo illum, et dimittam.* Græce : παιδεύσας οὖν αὐτὸν ἀπολύσω. Verc., *castigatum ergo illum dimittam.* Brix. habet, *emendans ergo illum dimittam.* Vide quæ diximus ad vers. 16.

23. *Instabant.* Græce : ἐπίκειντο, *imminebant.* Et ita Verc.

29. *Venient dies.* Græce : ἔρχονται, *veniunt.* Et ita Mm. In Cantabrig. est, ἐλεύσονται.

33. *Et latrones.* Græce : καὶ τοὺς κακούργους, *et maleficos.* Et sic versu 39. Græce est κακούργοις, *maleficis.* Et ita habet Cod. Verc.

42. *Cum veneris in regnum tuum.* Græce : ὅταν ἔλθῃς ἐν τῇ βασιλείᾳ σου, *cum veneris in regno tuo :* et ita Verc.; Veron. habet, *quando venies in regno tuo.*

48. *Et omnis turba.* Græce : καὶ πάντες ὄχλοι. Verc., *et omnes... turbæ.*

51. *Et actibus eorum.* Græce : καὶ τῇ πράξει αὐτῶν. Verc. habet, *et operæ illorum.*

51. *Civitate Judææ.* In Græco : πόλεως τῶν Ἰουδαίων, *civitate Judæorum.* Et ita in Verc. et Brix.

56. *Siluerunt.* Græce : ἡσύχασαν, *quieverunt.* Et ita Verc. et Brix.

Cap. XXIV. — 1. *Sabbati.* Græce : σαββάτων, *sabbatorum.* Et ita Verc. ut Marc. xvi, 2.

Ibid. *Quæ paraverant aromata.* Addunt hic Græci codices, καί τινες σὺν αὐταῖς. Brixianus quoque, *et aliæ simul cum eis.* Interpres Syrus vertit, *et erant cum eis mulieres aliæ.*

4. *Dum mente consternatæ essent.* Græce : ἐν τῷ διαπορεῖσθαι αὐτάς. Brix., *dum hæsitarent.*

11. *Verba ista.* Græce : τὰ ῥήματα αὐτῶν, *verba illarum.* Et ita Brix.

20. *In damnationem mortis.* Græce : εἰς κρῖμα, *in judicium.* Verc. *in judicio.*

24. *Ipsum vero non invenerunt.* Græce : αὐτὸν δὲ οὐκ εἶδον, *ipsum vero non viderunt.* Et ita Corb., Veron. et Brix. quibus consonant Verc. et Gat., excepto quod, pro *vero*, legunt *autem.* Cantabrig. habet, αὐτὸν δὲ οὐκ εἴδομεν, *ipsum vero non vidimus.*

26. *Et ita intrare.* In Græcis libris deest adverbium illud, *ita;* ut etiam in Verc.

29. *Et intravit cum illis.* Græce : καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι σὺν αὐτοῖς. Gat., *et intravit manere cum illis.* Verc., *et intravit, ut cum eis maneret.* Brix., *et intravit cum illis, ut maneret.* Veron., *et intravit cum illis, et mansit.* Paria in ms. Cantabrig. leguntur, καὶ εἰσῆλθε τοῦ μεῖναι μετ' αὐτῶν. Quidam mss. Græci sententiam hanc totam omittunt.

30. *Et porrigebat illis.* Græce : καὶ ἐπεδίδου αὐτοῖς. Brix. habet, *et dedit eis.*

31. *Evanuit.* Græce : ἄφαντος ἐγένετο. Veron. et Brix., *invisus factus.*

32. *Dum loqueretur in via.* Græci addunt ἡμῖν, *nobis.* Et ita Brix.

35. *Quæ gesta erant in via.* Græce : τὰ ἐν τῇ ὁδῷ, *quæ in via.* Et ita Verc.

36. *Stetit* Jesus. Græce : καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς ἔστη. Gat. et Brix., *ipse autem* (in Brix., *autem* deest) *Jesus stetit.* Verc. et Veron. *ipse stetit.*

38. *Ascendunt in corda vestra.* Græce : ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, *in cordibus vestris.* Et ita Brix.

41. *Adhuc illis non credentibus, et mirantibus præ gaudio.* Græce : ἔτι δὲ ἀπιστούντων αὐτῶν ἀπὸ τῆς χαρᾶς, καὶ θαυμαζόντων, *adhuc autem non credentibus illis præ gaudio et mirantibus.* Et ita Brix.

43. *Et cum manducasset coram eis, sumens reliquias, dedit eis.* Græce tantum : καὶ λαβὼν, ἐνώπιον αὐτῶν ἔφαγεν, *et accipiens coram eis manducavit.* Et ita Brix. et Verc. Sed Brix. pro *eis*, legit *ipsis;* et Verc. post *manducavit*, ponit *coram ipsis.*

47. *Incipientibus ab Hierosolyma.* In Græco Vulgato, ἀρξάμενον, *incipientem.* In Verc. *incipiens.* In Cantabrig. ἀρξαμένων.

49. *Sedete in civitate.* Græce additur Ἰερουσαλήμ, *in civitate Jerusalem.* Brix. habet, *in civitate huc Jerusalem.*

MARCUS.

Cap. I. — 5. *Universi.* Et ita solus Brix. Deest vox illa in libris Græcis.

10. *Et manentem.* Deest illud in Græco, atque in Verc. et Brix.

11. *In te complacui.* Græce : ἐν ᾧ, *in quo.* Et ita Veron. At Cantabrig. habet ἐν σοί, *in te.*

13. *Et quadraginta noctibus.* In Græcis libris hæc desunt; ut etiam in Verc., Corb., Veron. et Brix.

15. *Et credite Evangelio.* Græce : ἐν Εὐαγγελίῳ, *in Evangelio.* Et ita Verc.

18. *Relictis retibus.* In Græco additur αὐτῶν, *suis.* Et ita in Brix.

38. *In proximos vicos, et civitates.* Græce : εἰς τὰς ἐχομένας κωμοπόλεις. Verc. legit, *in proxima castella.* Veron., *castella confinia.*

39. *Et in omni Galilæa.* Græce : εἰς ὅλην τὴν Γαλιλαίαν, *in omnem Galilæam.* Et ita Verc. absque, *et.*

41. *Principi sacerdotum.* Græce : τῷ ἱερεῖ, *sacerdoti.* Et ita Verc., Veron. et Brix.

Cap. II. — 2. *Et convenerunt.* Græce : καὶ εὐθέως συνήχθησαν. In Verc. legitur, *et protinus* (in Brix., *et confestim*) *convenerunt.*

5. *Et venerunt.* Græce : καὶ ἔρχονται, *et veniunt.* Et ita Verc. et Veron.

5. *Dimittuntur.* Græce : ἀφίωνται, *remissa sunt.* Et ita Veron., Brix. vero, *dimissa sunt.*

7. *Blasphemat.* Græce : τί οὗτος οὕτω λαλεῖ, *quid iste sic loquitur.* Et ita Verc. et Brix.

16. *Magister vester.* Hæ duæ voces in Græco desunt, ut etiam in Verc., Veron. et Corb.

17. *Sani.* Græce : οἱ ἰσχύοντες, *fortes.* Et ita Veron.

Ibid. *Sed peccatores.* In Græco additur, εἰς μετάνοιαν. In Verc. quoque et Vind., *in pœnitentiam*, forte ex Luca additum.

26. *Sub Abiathar principe sacerdotum.* Hæc desunt in ms. Cantabrigiensi, atque etiam in Verc., Veron. et Vind.

Cap. III. — 3. *Surge in medium.* Græce in aliquibus mss. ἐγέρθητι καὶ στῆθι ἐν μέσῳ. In Brix., *surge, sta in medium.*

5. *Et restituta est manus illi.* In Græco additur, αὐτοῦ ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη, forte ex Matthæo. Gat. habet... *illius sanitati, sicut altera.* Verc. vero, et Veron., *ejus, sicut et* (in Veron. deest *et*) *alia.*

10. *Plagas.* Græce : μάστιγας. Verc. *verbera.*

21. *In furorem versus est.* Græce : ἐξέστη. Verc., Veron., Corb. et Vind. legunt, *exsentiat.*

22. *Beelzebub.* Græce est, Βεελζεβούλ. Et ita habet Brix. Vind. vero, *Behelzebul;* Veron., *Belzebul.*

Cap. IV. — 10. *Et hi, qui cum eo, erant duodecim.* Græce : οἱ περὶ αὐτὸν σὺν τοῖς δώδεκα. Brix. legit, *hi, qui cum eo erant cum duodecim.*

18. *Et alii sunt.* Græce : καὶ οὗτοί εἰσιν. Brix., *et hi sunt.*

19. *Ærumnæ.* Græce : μέριμναι. Et ita Corb., Veron. et Brix. Vind. vero habet, *sollicitudine.*

19. *Sæculi.* Græce : τοῦ αἰῶνος τούτου, *sæculi hujus.* Et ita Brix.

24. *Et adjicietur vobis.* Græce additur, τοῖς ἀκούουσι, *audientibus.* In Brix. pro *audientibus*, legitur *credentibus.*

40. *Quis, putas.* Græce ; τίς ἄρα. Corb. et Vind., *quisnam.*

Cap. V. — 2. *Occurrit.* In Græco additur αὐτῷ, *ei.* Et ita in Brix. ac Veron.

10. *Ne se.* Græce : ἵνα μὴ αὐτούς. Brix., Corb. et Vind. habent, *ne... eos.*

12. *Spiritus.* Græce : πάντες οἱ δαίμονες. Verc., *universa dæmonia.* Brix. habet tantum, *dæmonia.*

13. *Præcipitatus est.* Græce : κατὰ τοῦ κρημνοῦ. Veron., *per præceps.*

13. *Ad duo millia.* Græce : ἦσαν γὰρ ὡς δισχίλιοι. Verc. videtur legisse, *erant autem circiter duo millia.* Brix. et Vind. habent, *erant autem quasi duo millia.*

34. *Vade in pace.* Græce : εἰς εἰρήνην, *in pacem.* Et ita Vindeb.

Cap. VI. — 2. *Et virtutes.* Græce : ὅτι καὶ δυνάμεις. In Brix. legitur, *quod virtutes.*

26. *Contristare.* Græce : ἀθετῆσαι. Verc. *spernere.*

27. *Sed.* Græce : καὶ, *et.* Ac ita Veron.

Ibid. *Et decollavit.* Græce : ὁ δὲ ἀπελθὼν ἀπεκεφάλισεν. Brix., *isque abiens, decollavit.* Verc. et Vind., *et cum abiisset, decollavit.* Veron., *isque abiit, et decollavit.*

35. *Et jam hora præterivit.* Græce : καὶ ἤδη ὥρα πολλή. Verc., *et hora jam multa*, etc.

51. *Et plus magis.* Græce : καὶ λίαν ἐκ περισσοῦ. Veron. habet, *et abundantius.*

Ibid. *Stupebant.* In Græco additur, καὶ ἐθαύμαζον, *et mirabantur.* Et ita habent Veron. et Brix. In Verc. legitur, *cum admiratione.*

56. *In plateis.* Græce : ἐν ταῖς ἀγοραῖς. Verc., *in foro.*

Cap. VII. — 3. *Crebro.* Græce : πυγμῇ. Corb. et Vind., *pugillo.* Veron., *subinde.* Verc., *momento.*

7. *Et præcepta.* In Græco deest, *et* : ut etiam in Corb. et Veron.

14. *Turbam.* Græce : πάντα τὸν ὄχλον, *omnem turbam.* Et ita Brix.

26. *Gentilis.* In Græco hic est Ἑλληνίς, *Græca.* Et ita in Verc., Corb. et Vind.

32. *Mutum.* Græce : μογιλάλον. Gat. habet, *mugillatum.*

37. *Fecit audire.* Græce : ποιεῖ, *facit*, etc. Et ita Verc. ac Brix.

Cap. VIII. — 1. *Convocatis discipulis.* In Græco additur, ὁ Ἰησοῦς. Et ita in Brix

20. *Quot sportas fragmentorum.* Græce, πόσων σπυρίδων πληρώματα κλασμάτων In Brix. legitur, *quot sportas plenas fragmentorum.*

25. *Et cœpit videre.* Græce : καὶ ἐποίησεν αὐτὸν ἀναβλέψαι, *et fecit eum videre.* Et ita Brix. et Verc. (qui tamen pro *eum*, habet *illum*).

26. *Et si in vicum introieris, nemini dixeris.* Græce, μηδὲ εἰς τὴν κώμην εἰσέλθῃς, μηδὲ εἴπῃς τινὶ ἐν τῇ κώμῃ. Verc., *et ne in municipio intres, neque cuiquam dicas*, absque ἐν τῇ κώμῃ.

10. *Quid ergo dicunt?* Græce : ὅτι λέγουσιν. Veron. et Vind., *quia dicunt.*

37. *Et prohibuimus eum.* In Græco additur : οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν; ut etiam in Brix, *quia non sequitur nos.* Veron. vero, et Verc. habent, *qui non sequitur nos* (Verc. *nobiscum*).

Cap. X. — 17. *Ut vitam æternam percipiam.* Græce : κληρονομήσω. Verc. et Brix., *possideam.*

21. *Et sequere me.* In Græco additur, ἄρας τὸν σταυρόν. In Verc., *et sublata cruce.*

29. *Aut matrem.* In Græco additur, ἢ γυναῖκα, *aut uxorem.* Et ita in Brix.

40. *Non est meum dare vobis.* Illud *vobis* deest in Græco, in Verc., Corb., Vindeb. et Veron.

Cap. XI. — 1. *Bethaniæ.* In Græco legitur, εἰς Βηθφαγὴ καὶ Βηθανίαν Brix. habet, *in Bethfage, et Bethania.* Assumentum ex Luca, XIX, 29.

25. *Fiet ei.* Græce : ἔσται αὐτῷ ὃ ἐὰν εἴπῃ. Verc. habet, *contingent illi quæcumque dixerit.* Veron., Corb. et Vind., *quodcumque dixerit.*

Cap. XII. — 6. *Carissimum.* Græce ; ἀγαπητόν, *dilectum.* Et ita Verc.

15. *Versutiam.* Græce : ὑπόκρισιν. Verc., *simulationem.*

26. *Ego sum.* Græcus, et Veron. omittunt, *sum.*

27. *Vivorum.* Græce : ζώντων, *viventium.* Et ita Gat.

31. *Secundum autem simile est illi.* Græce : καὶ δευτέρα ὁμοία αὐτῇ. Veron., *secundum simile illi.*

38. *Cavete a Scribis.* Græce : βλέπετε ἀπὸ τῶν γραμματέων. *videte a Scribis.* Et ita Corbeien., Vindebon. et Veronen.

38. *Qui volunt ambulare in stolis, et salutari.* Græce : καὶ ἀσπασμούς. *qui volunt ambulare in stolis, et salutationes.* Et ita Veron.

40. *Sub obtentu prolixæ orationis.* Græce : καὶ προφάσει μακρᾷ προσευχόμενοι. Verc. et Corb., *occasione longa orantes.* Vind., *oratione longa orantes.*

Cap. XIII. — 14. *Ubi non debet.* Græce : ὅπου οὐ δεῖ, *ubi non oportet.* Et ita Verc. et Corb.

Cap. XIV. — 3. *Nardi spicati.* In Græco est, νάρδου πιστικῆς. Et ita in Gat., Brix. et Vindeb. Forte ex Joanne, cap. XII, 3, ubi legitur, *nardi pistici.*

14. *Refectio mea.* In Græco deest pronomen μοῦ. Et ita in Corb. et Vind.

15. *Stratum.* In Græco additur ἕτοιμον, *paratum.* Et ita in Corb., Brix et Vindeb.

19. *Numquid ego?* In Græco additur καὶ ἄλλος, μήτι ἐγώ, *et alius : Numquid ego?* Et ita in Corb., Verc., Vindeb. et Brix.

22. *Sumite.* In Græco Vulgato additur, φάγετε; in Corb., *edite.* Non est tamen illud φάγετε, in mss. Alexandrino, et Cantabrigiensi.

34. *Et vigilate.* In Græco additur μετ' ἐμοῦ, *mecum.* Et ita in Gat.

50. *Tunc discipuli ejus.* Non sunt in libris Græcis hæc tria verba, nec in Verc. et Brix.

56. *Et convenientia.* Græce : ἴσα, *æqualia.* Et ita Verc.

Cap. XV.— 7. *Fecerat homicidium.* Græce : οἵτινες ἐν τῇ στάσει φόνον πεποιήκεισαν. Verc. videtur legisse, *qui in seditione homicidium fecerat.*

8. *Et cum ascendisset turba.* Græce : καὶ ἀναβοήσας ὁ ὄχλος. Verc., *accensa tota turba* : quæ lectio magis videtur accedere ad ἀναβόησας (licet ἀναβοᾶν, significet *exclamare*), quam ad ἀναβήσας, quod interpretatur, *cum ascendisset.*

CONCORDANTES LECTIONES.

EVANGELIARII QUADRUPLICIS

CUM DECEM GRÆCIS CODICIBUS MSS. ROMÆ ASSERVATIS.

S. MATTHÆUS.

Cap. I. — 10. Ms. 1, τὸν Ἀμώς, cum Cor.

20. Ms. 1, ἕως οὗ ἔτεκεν υἱὸν καὶ ἐκάλεσε, cum Veron. et San-Ger.

Cap. IV. — 16. Ms. 1, καὶ τοῖς καθημένοις ἐν σκότει καὶ σκιᾷ. Cor. legit, *et sedentibus in regione, et umbra.*

24. Ms. 1, καὶ ἐξῆλθεν ἡ ἀκοή. San-Ger., *fama.*

Cap. V. — 22. In ms. 9, habetur vox εἰκῇ, cum Verc., Veron., Corb. et Brix, *sine causa.*

47. Mss. 9, τοὺς φίλους ὑμῶν, cum Brix.

Cap. VI. — 4 et 6. In mss. 9 legitur, ἐν τῷ φανερῷ. In Verc. et San-Ger., *in palam* (sed in San-Ger. re-

mel tantum); in Veron., *in pala*; in Brix., *in manifesto*.

7. Ms. 1, ὥσπερ μὲν ὑποκρῖται, cum Brix.

Cap. VII. — 19. Mss. 3, πᾶν οὖν δένδρον, cum Veron. et Brix.

Cap. VIII. — 33. Mss. 2, κατὰ τῶν δαιμονιζομένων. Verc., Veron., Brix. et Gat. habent, *de his, qui dæmonia habebant.*

Cap. IX. — 35. Mss. 7 legunt, ἐν τῷ λαῷ. San-Germ., *in populo.*

Cap. XIII. — 34. Mss. 2, οὐδὲν ἐλάλει αὐτοῖς, cum Brix.

40. Mss. 9, τοῦ αἰῶνος τούτου, cum Brix.

Cap. XIV. — 33. Mss. 2, οἱ μὲν δὲ ἐν τῷ πλοίῳ προσεκύνησαν αὐτῷ, cum Cor.

34. Mss. 1. ἐπὶ τὴν γῆν εἰς Γεννεσαρέτ. Brix. legit *Genesaret.*

Cap. XV. — 35. Mss. 1, καὶ παραγγείλας τῷ ὄχλῳ ἀναπεσεῖν, cum Veron.

Cap. XVI. — 3. Mss. 3, τῶν καιρῶν οὐ συνίετε. Verc. legit, *temporum non potestis nosse?* Veron., *temporum non potestis cognoscere?*

Cap. XVII. — 4. Ms. 1, ποιήσω ὧδε σκηνὰς τρεῖς. Veron., *faciam hic tria tabernacula.* Cor., *faciam tria tabernacula.*

Cap. XVIII.—5. Ms. 1, τοιοῦτον ἐπὶ τῷ ὀνόματί μου, cum Veron. et Brix.

29. In mss. 9 legitur, εἰς τοὺς πόδας αὐτοῦ. In Brix., *ad pedes ejus.*

29. Mss. 5, καὶ ἀποδώσω σοι, cum Verc.

35. In mss. 9 legitur, τὰ παραπτώματα αὐτῶν. In Brix., *peccata eorum*

Cap. XIX. — 20. Ms. 1 non legit ἐκ νεότητός μου, cum Corb.

Cap. XX. — 22. Mss. 10, ἢ τὸ βάπτισμα. Brix., *aut baptisma.* Sed verba hæc irrepserunt in textum Matthæi ex cap. x Marci.

Cap. XXII. — 45. Mss. 4, Δαβὶδ ἐν πνεύματι καλεῖ, cum Verc., Corb. et Brix.; at Veron. legit, *David cum in spiritu vocat.*

Cap. XXIII.—5. Mss. 9 addunt τῶν ἱματίων αὐτῶν. Brix., *vestimentorum suorum.*

Cap. XXIV.— 14. Mss. 2, καὶ κηρυχθήσεται τὸ εὐαγγέλιον, cum Verc.

32. Mss. 8, ἐκφύῃ. Verc. et Veron., *nascuntur.* Cor., *procreaverit.*

Cap. XXV. — 29. Mss. 8, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται, cum Verc., Veron. et Corb.

Cap. XXVI.— 3. Mss. 8 legunt, καὶ μὲν γραμματεῖς. Brix., *et Scribæ.*

28. Ms. 1, τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, cum Verc.

39. Mss. 6, καὶ προσελθὼν μικρόν. Verc. habet, *et progressus modicum.*

59. Mss. 9 legunt, καὶ οἱ πρεσβύτεροι. Brix., *et seniores.*

Cap. XXVII. — 35. Verba illa, ἵνα πληρωθῇ τὸ ῥηθέν, etc., usque ad finem versus, in mss. 10 non leguntur, nec in Corb. et Brix.

Cap. XXVIII. — 8. Mss. 7 legunt, ὡς δὲ ἐπορεύοντο ἀπαγγεῖλαι τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ. Brix., *ut autem abierunt nuntiare discipulis ejus.*

S. JOANNES.

Cap. I.— 16. Ms. 1, ὅτι ἐκ τοῦ πληρώματος. Verc., *quia.* Veron., *quoniam de plenitudine.*

Cap. II. — 12. Ms. 1, μετὰ ταῦτα κατέβη. Veron., *post hæc discendit.* Brix., *post hæc abiit.*

Cap. IV. — 1. Mss. 9, ἔγνω ὁ κύριος ὅτι, cum Brix.

41. Mss. 10 legunt, ἐπίστευσαν διὰ τὸν λόγον αὐτοῦ. Verc. et Veron., *crediderunt per* (Veron., *propter*) *verbum ejus.*

42. Mss. 9 addunt, ὁ Χριστὸς; quibus favet Brix.

Cap. V.— 30. Mss. 9 addunt, πατρὸς; quibus consonat Veron.

Cap VI. — 10. Mss. 2, ἀνέπεσον οὖν οἱ ἄνθρωποι. Verc. *recubuerunt ergo homines.*

14. Ms. 1, ἃ ἐποίησε σημεῖα, cum Verc.

15. Mss. 4, βασιλέα, ἀνεχώρησεν. Veron. et Brix. legunt, *regem, secessit.*

Ibid. Mss. 9 legunt, ἐκεῖνο, εἰς ὃ ἐνέβησαν οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ. Veron., *illud.....* Verc..... *in qua ascenderant discipuli Jesu.*

55. Ms. 1, ἀληθής ἐστι βρῶσις, καὶ τὸ αἷμά μου ἀληθής ἐστι πόσις. Mm. legit, *verus cibus.....verus est potus.*

Cap. VII. — 26. Mss. 6, ὅτι οὗτός ἐστιν ἀληθῶς ὁ Χριστός, cum Brix.

Cap. VIII. Duo mss. codd. prætermittunt undecim integros versus VIII capitis (videlicet ab illis verbis, Ἰησοῦς δὲ ἐπορεύθη, usque ad illa, ἀπὸ τοῦ νῦν μηκέτι ἁμάρτανε) qui in Verc. quoque et Brix. desiderantur. At in Veron. licet desint, apparet tamen eos vetustate fuisse oblitteratos.

6. Mss. 2, κατέγραφεν εἰς τὴν γῆν. Corb., Gat., Mm., ... *in terram.*

11. Mss. 4, ἢ ποῦ ὑπάγω. Brix., Gat. et Mm. habent, *aut quo.*

42. Mss. 3 non legunt οὖν, *ergo;* quod pariter deest in Verc. et Veron.

59. Mss. 9 addunt διελθὼν διὰ μέσου αὐτῶν, καὶ παρῆγεν οὕτως. Brix., *transiens per medium eorum. Et ibat.*

Cap. IX. — 16. Ms. 1, καὶ σχίσματα ἦν ἐν αὐτοῖς. Verc. habet, *et dissentiones erant inter illos.*

28. Mss. 10 non habent οὖν, *ergo;* quod in Veron. quoque desideratur.

Cap. X. — 8. Mss. 4, ἦλθον πρὸ ἐμοῦ, κλέπται, cum Gat.

Cap. XI. — 41. Mss. 9 legunt, οὗ ἦν τεθνηκὼς κείμενος. Brix. habet tantum, *ubi fuerat.*

Cap. XII. — 31. Legitur in mss. 10, νῦν κρίσις ἐστὶ τοῦ κόσμου τούτου. In Verc. et Brix., *nunc judicium est hujus mundi.*

Cap. XIII.— 24. Ms. 1, Σίμων Πέτρος, καὶ λέγει αὐτῷ· εἰπέ τίς ἐστιν περὶ οὗ λέγει. Brix., *Simon Petrus, et dicit ei: Interroga quis est de quo dicit.* Veron..... *Dic....*

Cap. XIV. — 17. Mss. 2, ὅτι ἐν ὑμῖν μένει, καὶ ἐν ὑμῖν ἐστι. Verc. habet, *quia vobiscum manet, et in vobis est.* Brix., *quia apud vos manet, et in vobis est.* Veron. et Cor., *quia apud vos manet, et vobiscum est.*

Cap. XV. — 14. Ms. 1, ὃ ἐγὼ ἐντέλλομαι ὑμῖν. Verc. legit, *quod præcipio vobis.*

Cap. XVIII.—11. Mss. 8, τὴν μάχαιραν εἰς τὴν θήκην, cum Verc., Veron. et Brix.

40. Ms. 1, ἐκραύγασαν οὖν πάντες. Veron., *clamaverunt ergo omnes.* Verc., *clamaverunt autem omnes.*

Cap. XIX. — 28. Mss. 4, ἰδὼν ὁ Ἰησοῦς, cum Verc.

31. Mss. 4, ἐκείνου τοῦ σαββάτου, cum Verc., Veron. et Cor.

Cap. XXI. — 1. Ms. 1, τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ ἐπὶ τῆς, cum Verc., Ver. et Brix.

S. LUCAS.

Cap. I.—35. Legunt mss. 10, καὶ τὸ γεννώμενον ἅγιον, cum Brix. At Cor. *quod nascetur, Sanctum.* Veron., *Ideoque quod nascetur, Sanctus.*

50. Mss. 3, εἰς γενεάν, καὶ γενεάν. Corb. et Brix. legunt, *in progeniem, et progeniem.* Ms. 1, εἰς γενεὰς καὶ γενεάς.

Cap. II. — 40. Mss. 9, addunt, πνεύματι. Et ita Brix., *spiritu.*

Cap. III. — 2. In mss. 10 legitur, ἐπ' ἀρχιερέως. In Veron., *sub sacerdotum principe.*

4. In mss. 9 additur vox λέγοντος : et ita in Brix. *dicentis.*

22. Mss. 9 addunt, λέγουσαν. Brix. et Vind., *dicens.*

Cap. IV. 4. Mss. 9 habent, λέγων. Et ita Brix., *dicens;* at Verc., *et dixit.* Veron., *dixit.*

7. Ms. 1, ἐὰν πεσὼν προσκυνήσῃς. Et ita Veron., Verc. et Brix., qui legunt, *si procidens, adoraveris.*

8. Mss. 9 addunt, Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ. Veron., *Vade post me, Satanas.*

Cap. VI. — 10. Mss. 1, πάντας αὐτοὺς ἐν ὀργῇ εἶπεν αὐτῷ. Verc. habet, *omnes illos esse in ira; di-*

xit homini; Veron. et Cor., *illis omnibus in ira, dixit homini;* Brix., *illos omnes, dixit homini.*

10. Mss. 9 addunt, ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλη; Veron., *sicut alia;* Brix., *sicut altera,* absque ὑγιὴς, *sana.*

Cap. VII. — 11. In mss. 9. est ἱκανοί. In Veron. *multi.*

31. Verba illa, εἶπε δὲ ὁ κύριος, desunt in mss. 10, ut in Verc., Veron., Corb., Gat. et Mm.

42. Mss. 2, τίς οὖν αὐτῶν πλεῖον ἀγαπήσει αὐτόν. Brix., *quis ergo eorum plus illum diligit.*

Cap. VIII. — 3. Mss. 8, διηκόνουν αὐτοῖς, cum Brix.

9. In mss. 9. additur, λέγοντες; et ita in Brix. *dicentes.*

Cap. IX. — 17. Ms. 1, καὶ ἦραν τὸ περισσεῦσαν αὐτοῖς. Brix. legit, *et tulerunt quod superavit illis.*

25. Mss. 9, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολ. Veron. habet, *et sublata cruce sua, sequatur.*

54. Mss. 9 legunt, ὡς καὶ Ἠλίας ἐποίησεν: similiter Brix.; at Verc. et Veron. habent, *sicut Helius fecit,* absque, etc.

57. In mss. 9 est, κύριε; et ita in Veron. et Brix.

Cap. X. — 11. Ms. 1 addit, ἐκ τῆς πόλεως ὑμῶν εἰς τοὺς πόδας, cum Verc.; at Verc., Brix., Mm. et Vind. legunt, *in pedibus.*

22. Mss. 8 addunt, καὶ στραφεὶς πρὸς τοὺς μαθητὰς εἶπε, quibus consonant Verc. et Veron., *et conversus ad discipulos, dixit.*

25. Mss. 9 legunt, κατ' ἰδίαν; Brix, *seorsum.*

Cap. XI. — 4. Mss. 9 addunt, ἀλλὰ ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, et ita Veron.; Vind. vero, et Brix., *sed libera* (Brix. *erue,* Vind. *eripe*) *nos a malo.*

25. Ms. 1, εὑρίσκει σχολάζοντα σεσαρωμένον. Brix. legit, *vacantem, scopis mundatum.*

53. Mss. 2, δεινῶς ἔχειν; et ita Vind. *graviter habere.* Veron. *male habere;* Verc., *male se habere.*

Cap. XII. — 8. Legunt mss. 10, ὁμολογήσει ἐν αὐτῷ, quibus favent Corb., Vind. et Gat., *confitebitur in illo.*

30. Ms. 1, χρήζετε τούτων ἁπάντων. Ver., *horum omnium indigetis.* Mm., *his omnibus* (Brix., *omnibus his*) *indigetis.* Verc., *hæc omnia opus sunt.*

48. Mss. 2, ἀπαιτήσουσιν αὐτόν; et ita Vind. *repetent ab illo.*

Cap. XIII — 35. Mss. 5 non legunt ἔρημος, nec Vind.

Cap. XIV. — 5. Mss. 8, υἱὸς ἢ βοῦς, cum Brix.

Cap. XVII. — Mss. 9, ἐπιστρέψῃ λέγων; et ita Brix. ac Vind. *conversus fuerit, dicens.*

Cap. XVIII. — 7. Ms. 1, καὶ μακροθυμεῖ ἐπ' αὐτοῖς. Verc. et Vind. legunt, *patientiam habens in illis.*

9. Ms. 1, καὶ ἐξουθενοῦντας πολλούς. Verc. habet, *et spernentes cæteros.*

Cap. XX. — 20. Mss. 4, αὐτοῦ λόγου. Verc., Corb. et Vind. legunt, *sermones illius* (Corb. et Vind., *ejus*).

Cap. XXI. — 26. Ms. 1, ἀποψυχούντων. Verc. habet, *a refrigescentibus.*

Cap. XXII. — 57. Mss. 4, ὁ δὲ ἠρνήσατο λέγων, cum Verc., Ver. et Brix.

61. Mss. 2, φωνήσαι σήμερον, ἀπαρν. Veron. et Corb. habent, *negabis hodie.*

Cap. XXIII.— 8. Mss. legunt, καὶ ἤλπιζέ τι σημεῖον, cum Verc.

23. Mss. 9 habent, καὶ τῶν ἀρχιερέων. Brix., *et Sacerdotum.*

Cap. XXIV. — 1. Mss. 9 legunt, καὶ τινες σὺν αὐταῖς. Brix., *et aliæ simul cum eis.*

29. Ms. 1, καὶ κέκλικεν ἤδη ἡ ἡμ. Brix. habet, *et jam declinavit dies.* Verc. et Veron., *jam declinavit dies.* Cor., *jam jam declinavit dies.*

S. MARCUS.

Cap. III. — 5. Mss. 9 legunt ὑγιὴς ὡς ἡ ἄλλε. Gat., *sanitati sicut altera.* Verc. et Veron., *sicut et* (in Veron. deest *et*) *alia.*

32. Mss. 8 habent, καὶ αἱ ἀδελφαί σου. Veron., Corb. et Verc., *et sorores tuæ.*

Cap. IV. — 4. Vox illa, οὐρανοῦ, deest in mss. 10, quæ in Veron. quoque, Corb., Brix. et Vind. desideratur.

19. Mss. 9 legunt, τούτου. Brix., *hujus.*

24. Mss. 9 habent, τοῖς ἀκούουσιν. In Brix. legitur, *credentibus.*

Cap. V. — 1. Mss. 6 legunt, ἦσαν δὲ ὡς δισχίλιοι. Verc., Brix. et Vind., *erant autem* (Vind., *et erant*) *quasi* (Verc., *cir....*) *duo millia.*

22. Mss. 9 habent, ἰδού. Brix. *ecce.*

Cap. VI. — 2. Mss. 2, ὅτι καὶ δυνάμεις τοιαῦται. Brix. legit, *quod virtutes tales.*

11. Mss. 9 concorditer legunt ita: Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἀνεκτότερον ἔσται Σοδόμοις ἢ Γομόρροις ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ἢ τῇ πόλει ἐκείνῃ. Verc. et Brix., *Amen dico vobis remissius* (Brix., *tolerabilius*) *erit Sodomis, et* (Brix., *aut*) *Gomoris in die judicii, quam civitati illi* (Brix., *illi civitati*).

20. Mss. 2, καὶ ἀκούων αὐτοῦ, cum Veron. et Vind.

23. Mss. 8, ὃ ἐὰν με αἰτήσῃς. Verc. legit *quidquid a me petieris.*

33. Mss. 9 legunt, καὶ ἦλθον πρὸς αὐτόν. Brix. habet, *et convenerunt ad eum.*

36. Ms. 1, ἀγοράσωσιν ἑαυτοῖς τι φάγωσιν, cum Verc.

51. Mss. 9 legunt, καὶ ἐθαύμαζον. Veron. et Brix. *et mirabantur.* Verc. habet, *cum admiratio....* extremis litteris *ne,* deletis.

Cap. VII. — 33. Mss. 6, καὶ ἀπολαβόμενος. Brix. habet, *et adsumens.* Veron. atque Vind., *et suscipiens.*

Cap. VIII. — 17. Mss. 2, πῶς οὔπω συνίετε. Vind. habet, *quia.... nondum intelligitis.*

Cap. IX. — 38. Mss. 9 legunt, ὅτι οὐκ ἀκολουθεῖ ἡμῖν. Brix., *quia non sequitur nos.*

Cap. X. — 17. Mss. 7, προσδραμὼν εἷς. Verc. habet, *procurrens unus.*

21. Mss. 9 legunt, ἆρας τὸν σταυρὸν. Verc., *et sublata cruce.*

46. Mss. 2 legunt, ὁ υἱὸς Τιμαίου; et al. mss. 6, Βαρτιμαῖος. Verc. et Vind., *Bar-timeas.* Ver., *Bari-timeas.* Cor., *Bur-thimeas.* Brix., *Bar-timæus.*

Cap. XI. — 10. Ms. 1. εὐλογημένη ἡ βασιλεία τοῦ πατρὸς ἡμῶν Δαβίδ, cum Verc.

23. Mss. 9 legunt, ὃ ἐὰν εἴπῃ. Corb., *quodcumque dixerit.*

Cap. XII. — 29. Ms. 1, κύριος ὁ Θεὸς ὑμῶν, cum Vind.

Cap. XIII. — 2. Mss. 3, οὐ μὴ ἀφεθῇ ὧδε. Verc. et Ver., *non relinquetur hic.*

Cap. XIV. — 2. Ms. 1, ἔλεγον γὰρ, cum Verc. et Vind.

27. Mss. 5 non habent, ἐν ἐμοὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ, cum Corb. At in Verc., Brix. et Vind. legitur, *in me,* absque *nocte hac;* in Gat. vero est *in ista nocte,* absque *me.*

29. Mss. 9 non legunt, ἐν σοὶ, neque Verc., Brix., Corb., Vind. aut Gat.

Cap. XV. — 3. Ms. 1 legit. αὐτὸς δὲ οὐδὲν ἀπεκρίνατο; et ita Verc., *ipse autem nihil respondebat.*

CONCORDANTES LECTIONES
EVANGELIARII CODICIS VERONENSIS
CUM VERSIONIBUS SYRIACA, ARABICA, PERSICA ET ÆTHIOPICA
IN LOCIS ABEUNTIBUS AB EDITIONE VULGATA.

S. MATTHÆUS.

Cap. I. — 13. Codex Veron.; *Eliachim*, et ita Versio Arabica : Persica vero, *Eliakim*.

20. Veron., *ex ea nascetur*. Arab., *is quem pariet*. Æthiop., *ex ea genitus erit*.

22. Veron., *per Esciam Prophetam*. Persica, *in libro Esaiæ Prophetæ*.

23. Veron., *in utero concipiet*. Syr., *concipiet;* et ita Arab.—Ibid. Veron., *vocabunt;* et ita Syr., Pers. et Æthiop.

25. Veron., *cognovit;* et ita Syr. et Arab.

Cap. II.— 1. Veron., *Judææ*, et ita Æthiop. hic, et ver. 5.

7. Veron., *vocavit;* et ita Pers. et Arab. — Ibid. Veron., *tempus, quando*. Syr. et Pers., *quonam tempore*.

9. Veron. et Syr., *venit, et stetit*.

12. Veron., *et admoniti*. Et ita Æthiop.

23. Veron., *per Prophetam;* et ita Syr. et Æthiop.; Persica vero, *in propheta*.

Cap. III.— 11. Veron., *post me venit;* et ita Arab.; Pers. vero, *pone me venit*.

14. Veron., *venisti* ; et ita Syr.

Cap. IV.—4. Veron., *vivet homo*. Æthiop., *vivent homines*.

10. Veron., *retro me*. Æthiop., *pone me*.

Cap. V. — 1. Deest *Jesus* in Veron., Arab. et Æthiop.

21. Veron. addit, *sine causa*. Syr., *temere ;* et ita Pers.

23. Veron., *offeres*. Syr., *obtuleris*. Æthiop., *attuleris*.

Marc. XII, 1. Ἀμπελῶνα ἐφύτευσεν ἄνθρωπος, καὶ περιέθηκε φραγμόν, καὶ ὤρυξεν ὑπολήνιον, καὶ ᾠκοδόμησε πύργον, καὶ ἐξέδοτο αὐτὸν γεωργοῖς, καὶ ἀπεδήμησε. *Vineam plantavit homo, et circumposuit sæpem, et fodit lacum, et ædificavit turrim, et elocavit eam agricolis, et peregre profectus est.*

5. Isai. V, 1. *Vinea facta est dilecto in cornu, et in loco uberi : et maceria circumdedi, et circumfodi, et plantavi vineam Soreth, et ædificavi turrem in medio ejus, et torcular fodi in ea, et sustinui ut faceret uvas, fecit autem spinas.*

6. Isai V, 1. *Vinea facta est dilecto meo in cornu filio olei, et sæpivit eam, et lapides elegit ex illa, et plantavit eam electam, et ædificavit turrim in medio ejus, et torcular exstruxit in ea, et exspectavit ut faceret uvas, et fecit labruscas.*

7. Matth. XXI, 33. Vercell.,..... *in eam torcular, et ædificavit turrem, et locavit eam colonis, et peregre profectus est.* Veron., Corb. et Brix., *Homo erat* (Brix., *homo quidam erat*) *paterfamilius, qui plantavit vineam, et sæpe* (Corb., *sæpem*; Brix., *sæpen*), *circumdedit ei* (Corb. et Brix., *eam*), *et fodit in eam torcular* (Corb., *in ea lacum*; Brix., *in ea torcular*), *et ædificavit turrem* (Corb. omisso *et*, legit *turrim*), *et locavit eam colonis* (Brix., *agricolis*), *et pregere profectus est.*

Marc. XII, 1. Vercell., *e... vineam plantavit homo, et circumdedit sæpem, et fodit torcular, et ædificavit turrem... locavit eam vinitoribus, et peregre profectus est.* Veron., *Vinam plantavit homo, et circumdedit sæpem, et fodit lacum, et ædificavit turrem, et tradidit eam colonis, et peregre profectus est.* Corb., *Et fodit torcular... et locavit eam colonis.* Vindebon., *Vineam plantavit homo, et fodit torcular... turrem... et locavit eam cultoribus.* Brix., *Vineam plantarit homo, et circumdedit sæpe, et fodit lacum, ædificavit turrem, et locavit eam agricolis, et peregre profectus est.*

Luc. XX, 9. Vercell., *Vineam plantavit homo, et locavit illam colonis, et ipse peregrinatus est temporibus multis.* Brix., *Homo plantavit vineam, et locavit eam colonis, et ipse peregre fuit annis multis.*

1. Isa. VI, 9. שִׁמְעוּ שָׁמוֹעַ וְאַל־תָּבִינוּ וּרְאוּ רָאוֹ וְאַל־תֵּדָעוּ *Audite audiendo, et non intelligetis : et videte videndo, et non cognoscetis*

2. Matth. XIII, 14. *Auditu audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non videbitis.*

Luc. VIII, 10. *Ut videntes non videant, et audientes non intelligant.*

3. Isai. VI, 9. Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. *Auditione audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non perspicietis.*

4. Matth. XIII, 14. Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε· καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. *Auditu audietis, et non intelligetis : et intuentes intuebimini, et non videbitis.*

Luc. VIII, 10. Ἵνα βλέποντες μὴ βλέπωσι, καὶ ἀκούοντες μὴ συνιῶσι. *Ut videntes non videant, et audientes non intelligant.*

5. Isai. VI, 9. *Aure audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non aspicietis.*

6. Isai. VI, 9. *Audite audientes, et nolite intelligere : et videte visionem, et nolite cognoscere.*

7. Matth. XIII, 14. Vercell., *Aure audietis, et non intelligetis.* Veron., *Aure audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non videbitis.* Corb., *Aure audietis, et non intelligetis : et videntes non videbitis.* Brix., *Auditu audietis, et non intelligetis : et videntes videbitis, et non videbitis.*

Luc. VIII, 10. Vercell., Veron. et Brix., *Ut videntes non videant, et audientes non intellegant* (Brix., *intelligant.*) Gat., *Audientes non audiant, et non intelligant.*

1. Isai. VI, 10. השמן לב־העם הזה ואזניו הכבד ועיניו השע פן־יראה בעיניו ובאזניו ישמע ולבבו יבין ושב ורפא לו : *Impingua cor populi hujus, et aures ejus aggrava, et oculos ejus obline,* vel *claude ; ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanitas obveniat ei.*

2. Matth. XIII, 15. *Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos clauserunt ; ne quando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos.*

3. Isai. VI, 10. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσομαι αὐτούς. *Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos compresserunt ; ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanabo eos.*

4. Matth. XIII, 15. Ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. *Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos clauserunt ; ne quando videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos.*

5. Isai. VI, 10. *Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos clauserunt ; ne forte videant oculis, et credant, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem illos.*

6. Isai. VI, 10. *Excæca cor populi hujus, et aures ejus aggrava, et oculos ejus claude ; ne forte videat oculis suis, et auribus suis audiat, et corde suo intelligat, et convertatur, et sanem eum.*

7. Matth. XIII, 15. Vercell., *Incrassa cor populi hujus, aures et oculos eorum grava ; ne quando convertantur, et sanem eos.* Veron., *Ingrassatum est enim cor populi hujus, et auribus suis graviter audierunt, et oculos suos gravaberunt ; ne quando oculis videant, et auribus audiant, et corde intellegant, et convertantur, et sanem eos.* Vindebon. *Incrassatum est enim cor populi hujus, et aures eorum obstrue, et oculos eorum grava, ne quando convertantur, et sanem illos, dicit Dominus.* Corb. et Brix., *Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos cluserunt ; ne quando oculis videant, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos.* San-German. omittit verba illa, *et oculos suos cluserunt.*

1. Isai. VII, 14. Hebr. הנה העלמה הרה וילדת בן וקראת שמו עמנואל : *Ecce Virgo concipiens, et pariens filium : et vocabit nomen ejus Emmanuel.*

2. Matth. I, 23. *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium : et vocabunt nomen ejus Emmanuel.*

3. Isai. VII, 14. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. *Ecce Virgo in utero concipiet, et pariet filium : et vocabis nomen ejus Emmanuel.*

4. Matth. I, 23. Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν, καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ΕΜΜΑΝΟΥΗΛ. *Ecce Virgo in utero habebit, et pariet filium : et vocabunt nomen ejus Emmanuel.*

5. Isai. VII, 14. *Ecce Virgo in uterum accipiet, et pariet filium : et vocabitis nomen ejus Emmanuel.*

6. Isai. VII, 14. *Ecce Virgo concipiet, et pariet filium : et vocabitur nomen ejus Emmanuel.*

7. Matth. I, 23. Vercell., *Ecce... go in u... ro concipiet... pariet fili... et vocab... nt nomen ejus Emanuel.* Corb., Veron. et Brix., *Ecce Virgo in utero concipiet* (Brix., *habebit*), *et pariet filium : et vocabunt* (Corb., *vocabit*) *nomen ejus Emmanuel.* San-German., *vocabunt.*

1. Isai. IX, 1. ארצה זבלון וארצה נפתלי והאחרון הכביד דרך הים עבר הירדן גליל הגוים : *Terra Zabulon, et terra Nephthali, et novissimo aggravata est via maris trans Jordanem, Galilæa gentium.*

2. Matth. IV, 15. *Terra Zabulon, et terra Nephthalim, via maris trans Jordanem, Galilæa gentium.*

3. Isai. IX, 1. Χώρα Ζαβουλὼν ἡ γῆ Νεφθαλίμ, καὶ οἱ λοιποὶ οἱ τὴν παραλίαν, καὶ πέραν τοῦ Ἰορδάνου Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. *Regio Zabulon, terra Nephthalim, et reliqui qui maritima, et trans Jordanem, Galilæa gentium.*

4. Matth. IV, 15. Γῆ Ζαβουλὼν καὶ γῆ Νεφθαλείμ, ὁδὸν θαλάσσης, πέραν τοῦ Ἰορδάνου, Γαλιλαία τῶν ἐθνῶν. *Terra Zabulon, et terra Nephthalim,* (per) *viam maris trans Jordanem, Galilæa gentium.*

5. Isai. IX, 1. *Regio Zabulon, terra Nephthalim, et reliqui, qui juxta mare estis trans Jordanem, Galilæa gentium.*

6. Isai. IX, 1. *Terra Zabulon, et terra Nephthali, et novissimo aggravata est via maris trans Jordanem, Galilæa gentium.*

7. Matth. IV, 15. Vercell., *Terra Za... et Galilæa gentium.* Veron., *Terra Zabulon, et terra Nephthali... maris trans Jordanem, Galilæa.* Corb. et Brix., *Terra Zabulon, et terra Nephtalim, via maris trans Jordanem, Galilæa* (Brix., *Galilæa*) *gentium.*

1. Isai. XXIX, 13. העם הזה בפיו ובשפתיו כבדני ולבו רחק ממני : *Populus iste ore suo, et labiis suis honorificavit me ; cor autem ejus elongavit se a me.*

2. Matth. XV, 8 ; et Marc. VII, 6. *Populus hic labiis me honorat ; cor autem eorum longe est a me.*

3. Isai. XXIX, 13. Ὁ λαὸς οὗτος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ, καὶ ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. *Populus iste in ore suo, et in labiis suis honorant me ; cor autem eorum longe abest a me.*

4. Matth. XV, 8. Ὁ λαὸς οὗτος τῷ στόματι αὐτῶν καὶ τοῖς χείλεσί με τιμᾷ· ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. *Populus hic ore suo, et labiis me honorat ; cor autem eorum longe abest a me.*

Marc. VII, 6. Οὗτος ὁ λαὸς τοῖς χείλεσί με τιμᾷ, ἡ δὲ καρδία αὐτῶν πόρρω ἀπέχει ἀπ' ἐμοῦ. *Hic populus labiis me honorat ; cor autem eorum longe abest a me.*

5. Isai. XXIX, 13. *Populus iste ore suo, et labiis suis honorat me ; cor autem ejus longe est a me.*

6. Isai. XXIX, 13. *Populus iste ore suo, et labiis suis glorificat me ; cor autem ejus longe est a me.*

7. Matth. XV, 8. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *Plebs hæc* (Corb., *Plebs ista* ; Brix., *Populus hic*) *labiis* (Brix., *ore suo, et labiis suis*) *me honorat* (Veron., *me diligit*) ; *cor autem* (Corb., *nam cor*) *eorum longe est a me.* San-German., *Populus hic,.... cor autem.*

Marc. VII, 6. Vercell., Corb. et Brix., *Populus* (Veron., *Plebs hæc* ; Corb., *Populus autem* ; Brix., *Populus hic*) *labiis me diligit* (Corb. omittit *diligit*, Brix. *me honorat*) ; *cor autem eorum* (Vercell., *illorum*) *longe est a me.*

1. Isai. XL, 3. קול קורא במדבר פנו דרך יהוה ישרו בערבה מסלה לאלהינו : *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectam facite in solitudine semitam Dei nostri.*

2. Matth. III, 3 ; Marc. I, 3, et Luc. III, 4. *Vox*

clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.

Joan. I, 23. *Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini.*

5. Isai. XL, 3. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.*

4. Matth. III, 3; Marc. I, 3; Luc. III, 4. Φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· ἑτοιμάσατε τὴν ὁδὸν Κυρίου, εὐθείας ποιεῖτε τὰς τρίβους αὐτοῦ. *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus.*

Joan. I, 23. Ἐγὼ φωνὴ βοῶντος ἐν τῇ ἐρήμῳ· εὐθύνατε τὴν ὁδὸν Κυρίου. *Ego vox clamantis in deserto : Dirigite viam Domini.*

5. Isai. XL, 3. *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite semitas Dei nostri.*

6. Isai. XL, 3. *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri.*

7. Matth. III, 3. Vercell, Veron., Corb. et Brix., *Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite semitas ejus* (Veron., *semitas Dei nostri*).

Marc. I, 3. Vercell., Veron. et Brix., *Vox clamantis in deserto : Præparate* (Veron. et Brix., *Parate*) *viam Domino* (Veron. et Brix., *Domini*). *rectas facite semitas Dei nostri.* Gat. quoque, *semitas Dei nostri.*

Luc. III, 4. Vercell., Veron. et Brix., *Vox clamantis in deserto : Parate viam Domino* (Veron. et Brix., *Domini*), *rectas facite semitas ejus.*

Joan. I, 23. Vercell. et Veron., *Ego vox clamantis in deserto; Dirigite viam Domini.* Brix., *Et ego vox clamantis in deserto: Parate viam Domini.*

Isai. XLII, 1. הן עבדי אתמך־ב בחירי רצתה נפשי נתתי רוחי עליו משפט לגוים יוציא : *Ecce servus meus; sustentabo,* vel, *tenebo eum : electus meus, complacuit sibi anima mea* (in illo) : *dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet.*

2. Matth. XII, 18. *Ecce puer meus, quem elegi; dilectus meus, in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus nuntiabit.*

3. Isai. XLII, 1. Ἰακὼβ ὁ παῖς μου, ἀντιλήψομαι αὐτοῦ. Ἰσραὴλ ὁ ἐκλεκτός μου, προσδεξάτο αὐτὸν ἡ ψυχή μου· ἔδωκα τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἐξοίσει. *Jacob puer meus, assumam eum. Israel electus meus, suscepit eum anima mea : dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet.*

4. Matth. XII, 18. Ἰδοὺ ὁ παῖς μου, ὃν ἡρέτισα, ὁ ἀγαπητός μου, εἰς ὃν εὐδόκησεν ἡ ψυχή μου· θήσω τὸ πνεῦμά μου ἐπ' αὐτὸν, καὶ κρίσιν τοῖς ἔθνεσιν ἀπαγγελεῖ. *Ecce puer meus, quem elegi : dilectus meus, in quo bene complacuit anima mea. Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus annuntiabit.*

5. Isai. XLII, 1. *Ecce Jacob puer meus, assumam eum : Israel electus meus, suscepit eum anima mea : dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus educet.*

6. Isai. XLII, 1. *Ecce servus meus, suscipiam eum : electus meus, complacuit sibi in illo anima mea : dedi spiritum meum super eum, judicium gentibus proferet.*

7. Matth. XII, 18. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *Ecce puer meus, quem elegi ; dilectus, in quo bene complacuit anima mea* (Brix., *animæ meæ*, Corb. *quem suscepit anima mea*). *Ponam spiritum meum super eum, et judicium gentibus adnuntiabit* (Vercell., *adnuntiavit*). San-German., *meus, in quo bene complacuit animæ meæ*

1. Isai. L, 6. גוי נתתי לכים ולחיי לבורטים פני לא הסתרתי מכלמות ורק : *Corpus meum dedi percutientibus, genas meas decapillantibus : faciem meam non abscondi ab ignominiis, et sputo.*

2. Matth. XXVI, 67. *Tunc exspuerunt in faciem ejus, et colaphis eum ceciderunt : alii autem palmas in faciem ejus dederunt.*

Marc. XIV, 65. *Et cœperunt quidam conspuere eum, et velare faciem ejus, et colaphis eum cædere.*

5. Isai. L, 6. Τὸν νῶτόν μου ἔδωκα εἰς μάστιγας, τὰς δὲ σιαγόνας μου εἰς ῥαπίσματα, τὸ δὲ πρόσωπόν μου οὐκ ἀπέστρεψα ἀπὸ αἰσχύνης ἐμπτυσμάτων. *Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas : et faciem meam non averti a confusione sputorum.*

4. Matth. XXVI, 67. Τότε ἐνέπτυσαν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ ἐκολάφισαν αὐτὸν, οἱ δὲ ἐῤῥάπισαν. *Tunc inspuerunt in faciem ejus, et colaphizaverunt eum : alii autem percusserunt.*

Marc. XIV, 65. Καὶ ἤρξαντό τινες ἐμπτύειν αὐτῷ, καὶ περικαλύπτειν τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ κολαφίζειν αὐτόν. *Et cœperunt quidam conspuere eum, et velare faciem ejus, et colaphizare eum.*

5. Isai. L, 6. *Dorsum meum dedi ad flagella, et genas meas ad alapas : faciem autem meam non averti a confusione sputorum.*

6. Isai. L, 6. *Corpus meum dedi percutientibus, et genas meas vellentibus : faciem meam non averti ab increpantibus, et conspuentibus in me.*

7. Matth. XXVI, 67. Vercell. et Veron., *Tunc exspuerunt in faciem ejus* (in Veron. deest *ejus*), *et colaphos dederunt ei* (Veron., *et colaphis eum ceciderunt*). Corb. et Brix., *Tunc exspuerunt in faciem ejus, et colaphis cum ceciderunt : alii autem palmas in faciem ei dederunt.*

Marc. XIV, 65. Vercell., *Et cœperunt quidam inspuere in faciem ejus, et colaphizabant eum.* Brix., *et cœperunt quidam conspuere in facie ejus, et colaphis eum cædere.*

1. Isa., LIII, 1. מי האמין לשמעתנו וזרוע יהוה על־מי נגלתה : *Quis credidit auditui nostro, et brachium Domini cui revelatum est?*

2. Joan. XII, 38. *Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?*

3. Isai. LIII, 1. Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; *Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?*

4. Joan. XII, 38. Τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν; καὶ ὁ βραχίων Κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; *Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?*

5. Isai. LIII, 1. *Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?*

6. Isai LIII, 1. *Quis credidit auditui nostro? et brachium Domini cui revelatum est?*

7. Joan. XII, 38. Vercell., Veron. et Brix., *Quis credidit auditui nostro? et brachium*|*Domini cui revelatum est?*

1. Isai. LIII, 4. אכן חלינו הוא נשא ומכאבינו סבלם *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros* (ipse) *portavit.*

2. Matth. VIII, 17. *Ipse infirmitates nostras accepit: et ægrotationes nostras portavit.*

3. Isai. LIII, 4. Αὐτὸς τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶται. *Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet.*

4. Matth. VIII, 17. Αὐτὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἔλαβε, καὶ τὰς νόσους ἐβάστασεν. *Ipse infirmitates nostras accepit, et ægrotationes portavit.*

5. Isai. LIII, 4. *Iste peccata nostra portat, et pro nobis dolet.*

6. Isai. LIII, 4. *Vere languores nostros ipse tulit, et dolores nostros ipse portavit.*

7. Matth. VIII, 17. Vercell., Veron. et Corb., *Quia* (Corb. omittit, *quia*) *ipse infirmitates nostras accepit* (Vercell., *suscepit*), *et languores nostros* (Veron., *et ægrimonia nostra* ; Corb. *et ægrotationes*) *portavit.* San-German., *Quia ipse... et ægrimonia nostra portavit.*

1. Isai. LIII, 12. ואת־פשעים נמנה *Et cum sceleratis reputatus est.*

2. Marc., XV, 28. *Et cum iniquis reputatus est.*
Luc. XXII, 37. *Et cum iniquis deputatus est.*

3 Isai. LIII, 12. Καὶ ἐν τοῖς ἀνόμοις ἐλογίσθη. *Et in iniquis reputatus est.*

4. Marc. XV, 28; Luc, XXII, 37. Καὶ μετ' ἀνόμων ἐλογίσθη. *Et cum iniquis reputatus est.*

5. Isai., LIII, 12. *Et cum iniquis reputatus est.*

6. Isai. LIII. 12. *Et cum sceleratis reputatus est.*

7. Luc. XXII, 37. Vercell., Veron., Corb., Vindebon. et Brix., *Et cum injustis* (Veron., *et cum scleratis*; Corb., *ut cum iniquis*; Vindebon., *cum injustis*; Brix., *et cum iniquis*) *deputatus est* (Veron., *deputatus sum*).

1. Isai. LIV, 13. וכל־בנך למודי יהוה *Et universi filii tui, docti Domini.*

2. Joan. VI, 45. *Et erunt omnes docibiles Dei.*

3. Isai. LIV, 13. Καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου διδακτοὺς Θεοῦ. *Et omnes filios tuos, discipulos Dei.*

4. Joan. VI, 45. Καὶ ἔσονται πάντες διδακτοὶ τοῦ Θεοῦ. *Et erunt omnes docibiles Dei.*

5. Isai. LIV, 13. *Et omnes filios tuos discipulos Dei.*

6. Isai. LIV, 13. *Universos filios tuos, doctos a Domino.*

7. Joan. VI, 45. Vercell., Veron. et Brix., *Et erunt omnes docibiles Dei.*

1. Isai. LVI, 7. ביתי בית־תפלה יקרא לכל־העמים *Domus mea, domus orationis vocabitur omnibus populis.*

2. Matth. XXI, 13. *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

Marc. XI, 17. *Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.*

Luc. XIX, 46. *Quia domus mea, domus orationis est.*

3. Isai. LVI, 7. Ὁ γὰρ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσιν. *Domus enim mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus.*

4. Matth. 21, 13. Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται. *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

Marc. XI, 17. Ὅτι ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς κληθήσεται πᾶσι τοῖς ἔθνεσι. *Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus.*

Luc. XIX, 46. Ὁ οἶκός μου, οἶκος προσευχῆς ἐστιν. *Domus mea, domus orationis est.*

5. Isai. LVI, 7. *Domus enim mea, domus orationis vocabitur cunctis gentibus.*

6. Isai. LVI, 7. *Quia domus mea, domus orationis vocabitur cunctis populis.*

7. Matth. XXI, 13. Vercell.,... *mus... domus... ionis.... tur.* Veron., Corb. et Brix., *Domus mea, domus orationis vocabitur.*

Marc. XI, 17. Vercell., Veron. et Brix., *Domus* (Brix., *Quia domus*) *mea, domus orationis vocabitur.* Vindeb., *Domus mea.*

Luc. XIX, 46. Vercell. et Brix., *Domus mea, domus orationis est.* Gat. et Mm., *Orationis vocabitur.*

1. Isai. LXI, 1. רוח אדני יהוה עלי יען משח יהוה אתי לבשר ענוים שלחני לחבש לנשברי־לב לקרא לשבוים דרור ולאסורים פקח־קוח: לקרא שנת־רצון ליהוה ויום נקם לאלהינו לנחם כל־אבלים *Spiritus Domini Dei super me; propterea unxit Dominus me, ad annuntiandum, vel, ad evangelizandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, ad prædicandum captivis libertatem, et vinctis aperitionem carceris. ad prædicandum annum beneplacitum Domino, et diem ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes.*

2. Luc. IV, 18. *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum, et diem retributionis.*

3. Isai. LXI, 1. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ εἵνεκεν ἔχρισέ με, εὐαγγελίσασθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, καλέσαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτὸν, καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως, παρακαλέσαι πάντας τοὺς πενθοῦντας. *Spiritus Domini super me, propter quod unxit me; evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis visum, vocare annum Domini acceptabilem, et diem retributionis, consolari omnes lugentes.*

4. Luc. IV, 18. Πνεῦμα Κυρίου ἐπ' ἐμέ, οὗ ἕνεκεν ἔχρισέ με· εὐαγγελίζεσθαι πτωχοῖς ἀπέσταλκέ με. ἰάσασθαι τοὺς συντετριμμένους τὴν καρδίαν, κηρύξαι αἰχμαλώτοις ἄφεσιν, καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψιν, ἀποστεῖλαι τεθραυσμένους ἐν ἀφέσει, κηρύξαι ἐνιαυτὸν Κυρίου δεκτόν. *Spiritus Domini super me, cujus gratia unxit me; evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis restitutionem visus, dimittere confractos in remissionem, prædicare annum Domini acceptum.*

Isai. LXI, 1. *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare pauperibus misit me, sanare contritos corde, prædicare captivis remissionem, et cæcis ut videant, vocare annum acceptabilem Domino, et diem retributionis, consolari omnes lugentes.*

6. Isai. LXI, 1. *Spiritus Domini super me; eo quod unxerit Dominus me, ad annuntiandum mansuetis misit me, ut mederer contritis corde, et prædicarem captivis indulgentiam, et clausis apertionem, ut prædicarem annum placabilem Domino, et diem ultionis Deo nostro, ut consolarer omnes lugentes.*

7. Luc. IV, 18. Vercell. et Brix., *Spiritus Domini super me; propter quod unxit me, evangelizare humilibus* (Brix., *pauperibus*) *misit me.* Veron., *Spiritus Domini super me; propterea.... me, evangelizare pauperibus misit me.*

1. Isai. LXII, 11. אמרו לבת ציון הנה ישעך בא הנה שכרו אתו ופעלתו לפניו *Dicite, filiæ Sion: ecce salus tua venit: ecce merces ejus cum eo, et opus ejus coram illo.*

Zach. IX, 9. גילי מאד בת־ציון הריעי בת־ירושלם הנה מלכך יבוא לך צדיק הושע הוא עני ורכב על־חמור ועל־עיר בן־אתנות *Exsulta valde, filia Sion, jubila, filia Jerusalem: ecce Rex tuus veniet tibi justus, et salvator: ipse* (est) *humilis, equitans super asinum, et super pullum filium asinarum.*

2. Matth. XXI, 5. *Dicite filiæ Sion; ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam, et pullum filium subjugalis.*

Marc. XI, 7. *Et duxerunt pullum ad Jesum, et imponunt illi vestimenta sua, et sedit super eum.*

Luc. XIX, 35. *Et duxerunt illum ad Jesum, et jactantes vestimenta sua supra pullum, imposuerunt Jesum.*

Joan. XII, 15. *Noli timere, filia Sion: ecce Rex tuus venit sedens super pullum asinæ.*

3. Isai. LXII, 11. Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· ἰδοὺ ὁ Σωτήρ σοι παραγέγονεν ἔχων τὸν ἑαυτοῦ μισθόν, καὶ τὸ ἔργον αὐτοῦ πρὸ προσώπου αὐτοῦ. *Dicite filiæ Sion: ecce Salvator tibi advenit habens mercedem suam, et opus suum ante faciem suam.*

Zach. IX, 9. Χαῖρε σφόδρα, θύγατερ Σιών, κήρυσσε, θύγατερ Ἱερουσαλήμ. ἰδοὺ ὁ βασιλεύς ἔρχεταί σοι δίκαιος καὶ σώζων, αὐτὸς πραΰς καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὑποζύγιον καὶ πῶλον νέον. *Gaude vehementer, filia Sion, prædica, filia Jerusalem: ecce Rex venit tibi justus, et salvans: ipse mansuetus, et ascendens super subjugalem, et pullum novum.*

4. Matth. XXI, 5. Εἴπατε τῇ θυγατρὶ Σιών· Ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεταί σοι πραΰς, καὶ ἐπιβεβηκὼς ἐπὶ ὄνον, καὶ πῶλον υἱὸν ὑποζυγίου. *Dicite filiæ Sion: ecce Rex tuus venit tibi mansuetus, et insidens super asinam, et pullum filium subjugalis.*

Marc. XI, 7. Καὶ ἤγαγον τὸν πῶλον πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπέβαλον αὐτῷ τὰ ἱμάτια αὐτῶν· καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῷ. *Et duxerunt pullum ad Jesum, et superinjecerunt illi vestimenta sua, et sedit super eum.*

Luc. XIX, 35. Καὶ ἤγαγον αὐτὸν πρὸς τὸν Ἰησοῦν, καὶ ἐπιῤῥίψαντες ἑαυτῶν τὰ ἱμάτια ἐπὶ τὸν πῶλον, ἐπεβίβασαν τὸν Ἰησοῦν. *Et duxerunt illum ad Jesum, et injicientes sua ipsorum vestimenta supra pullum, imposuerunt Jesum.*

Joan. XII, 15. Μὴ φοβοῦ, θύγατερ Σιών· ἰδοὺ ὁ βασιλεύς σου ἔρχεται καθήμενος ἐπὶ πῶλον ὄνου. *Ne time,*

A

B

C

D

7. Joh. v, 1. [illegible] A

4. Matth. xii, 40. [illegible] quam fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus et tribus noctibus, sic erit Filius hominis in corde terræ tribus diebus et tribus noctibus.

Luc. xi, 30. Καθὼς γὰρ ἐγένετο Ἰωνᾶς σημεῖον τοῖς Νινευίταις, οὕτως ἔσται καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ Ἀνθρώπου τῇ γενεᾷ ταύτῃ. Sicut enim factus fuit Jonas signum Ninivitis, ita erit et Filius hominis generationi isti.

5. Jon. II, 1. *Et erat Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus*, etc.

6. Jon. II, 1. *Et erat Jonas in ventre piscis tribus diebus, et tribus noctibus*, etc.

7. Matth. XII, 40. Vercell., Veron. et Corb., *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus*, etc. S. German, *erit*. Brix., *Sicut enim fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus, et tribus noctibus* B

Luc. XI, 30. Vercell., Veron. et Brix., *Sicut enim* (Veron., *Nam sicut*) *fuit Jonas signum Ninevitis*. Corb., *Et sicut Jonas in utero ceti fuit*.

1. Jon. III, 5. ויאמינו אנשי נינוה באלהים ויקראו צום ילבשו שקים מגדלם ועד-קטנם *Et crediderunt viri Ninevech in Deo, et prædicaverunt jejunium, et vestiti sunt saccis a majore eorum, et usque ad minorem eorum.*

2. Matth. XII, 41. *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam : quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ.*

Luc. XI, 32. *Viri Ninivitæ surgent in judicio cum generatione hac, et condemnabunt illam, quia pœnitentiam egerunt ad prædicationem Jonæ.*

3. Jon. III, 5. καὶ ἐπίστευσαν οἱ ἄνδρες Νινευὶ τῷ θεῷ, καὶ ἐκήρυξαν νηστείαν, καὶ ἐνεδύσαντο σάκκους ἀπὸ μεγάλου αὐτῶν ἕως μικροῦ αὐτῶν. *Et crediderunt viri Ninive Deo, et prædicaverunt jejunium, et vestiti sunt saccis a magno eorum usque ad parvum eorum.* C

4. Matth. XII, 41, et Luc. XI, 32. Ἄνδρες Νινευῖται (Luc., Νινευεῖ, Ninevi) ἀναστήσονται ἐν τῇ κρίσει μετὰ τῆς γενεᾶς ταύτης, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτήν· ὅτι μετενόησαν εἰς τὸ κήρυγμα Ἰωνᾶ. *Viri Ninivitæ resurgent in judicio cum generatione ista, et condemnabunt eam : quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ.*

5. Jon. III, 5. *Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum, et prædicaverunt jejunium, et vestiti sunt saccis a majore usque ad minorem.*

6. Jon. III, 5. *Et crediderunt viri Ninivitæ in Deum, et prædicaverunt jejunium, et vestiti sunt saccis a majore usque ad minorem.*

7. Matth. XII, 41. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *viri Ninevitæ* (Corb., *Ninivitæ*) *resurgent* (Veron., Corb. et Brix., *surgent*) *in judicio cum generatione ista* (Corb., *cum generatione hac*), *et condemnabunt eam* (Corb., *et damnabunt illam*) : *quia pœnitentiam egerunt* (Vercell., *agerunt*) *in prædicatione Jonæ* (Veron., *in prædicationem Jona*). S. German., *Ninevitæ generatione ista, et condemnabunt eam.* D

Luc. XI, 32. Vercell., Veron. et Brix., *Viri Ninevitæ surgent injudicio cum generatione hac* (Vercell., *cum gente hac*), *et condemnabunt eam : quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Jonæ*. Vindeben., *Viri Ninevitæ surgent in judicio cum viris generationis hujus... in prædicationem.*

1. Mich. V, 1. ואתה בית-לחם אפרתה צעיר להיות באלפי יהודה ממך לי יצא להיות מושל בישראל *Et tu, Beth'chem Ephrata, exqua* (es), *ut sis in millibus Juda : ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.*

2. Matth. II, 6. *Et tu, Bethlehem terra Juda, ne quaquam minima es in ducibus Juda*, etc., ut in Matth. Vulg. edit.

Joan. VII, 42. Οὐχὶ ἡ Γραφὴ εἶπεν, ὅτι ἐκ τοῦ σπέρματος Δαυὶδ, καὶ ἀπὸ Βηθλεὲμ τῆς κώμης, ὅπου ἦν Δαυὶδ, ὁ Χριστὸς ἔρχεται; *Nonne Scriptura dicit : Quia ex semine David, et de Bethleem vico, ubi erat David, Christus venit?*

5. Mich. V, 2. *Et tu, Bethleem domus Ephrata, nequaquam minima es, ut sis in millibus Juda : ex te mihi egredietur, ut sit in principem Israel.*

6. Mich. V, 2. *Et tu, Bethlehem Ephrata, parvulus es in millibus Juda : ex te mihi egredietur, qui sit dominator in Israel.*

7. Matth. II, 6. Vercell., *Et tu, Bethleem Judæa, non es minima inter principes Juda : ex te enim exiet Rex, qui regat populum meum Istrahel.* Veron., *Et tu, Bethleem Judæa, non es minima inter princi..... exiet Princeps, qui regat populum meum Istrahel.* Corb., *et tu, Bethleem terra Judæorum, numquid minima es in principibus Juda? ex te enim exiit dux, qui regat populum meum Israel.*

Brixian. *Et tu, Bethleem Jude*[1]*æ, non es minima inter principes Juda : ex te enim exiet Princeps, qui regat populum meum Isd*[2]*rael.*

Joan. VII, 42. Vercell., Veron. et Brix., *Nonne Scriptura* (Brix., *Scribtura*) *dicit : Quia ex* (Vercell., *de*) *semine David, et a Bethlem* (Veron., *Bethlehem*; Brix., *et de Bethleem*) *castello* (Veron., *municipio*), *ubi erat David, Christus venit?*

1. Mich. VII, 6. כי-בן מנבל אב בת קמה באמה כלה חמותה איבי איש אנשי ביתו *Quia filius vilipendens patrem, filia surgens in matrem suam, nurus in socrum suam : inimici viri, viri domus ejus.*

2. Matth. X, 21. *Tradet autem frater fratrem in mortem, et pater filium : et insurgent filii in parentes, et morte eos afficient.*

Luc. XII, 53. *Dividentur : pater in filium, et filius in patrem suum, mater in filiam, et filia in matrem, socrus in nurum suam, et nurus in socrum suam.*

3. Mich. VII, 6. Διότι υἱὸς ἀτιμάζει πατέρα, θυγάτηρ ἐπαναστήσεται ἐπὶ τὴν μητέρα αὐτῆς, νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς. ἐχθροὶ πάντες ἄνδρὸς οἱ ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ. *Quia filius contumeliam facit patri, filia insurget adversus matrem suam, nurus contra socrum suam : inimici omnes, viri domestici ejus.*

4. Matth. X, 21. Παραδώσει δὲ ἀδελφὸς ἀδελφὸν εἰς θάνατον καὶ πατὴρ τέκνον· καὶ ἐπαναστήσονται τέκνα ἐπὶ γονεῖς, καὶ θανατώσουσιν αὐτούς. *Tradet autem*, etc., ut supra in Matth. Vulg. edit., *et morte afficient eos.*

Luc. XII, 53. Διαμερισθήσεται πατὴρ ἐφ' υἱῷ καὶ υἱὸς ἐπὶ πατρί· μήτηρ ἐπὶ θυγατρὶ, καὶ θυγάτηρ ἐπὶ μητρί· πενθερὰ ἐπὶ τὴν νύμφην αὐτῆς, καὶ νύμφη ἐπὶ τὴν πενθερὰν αὐτῆς. *Dispartietur pater in filium, et filius in patrem, mater*, etc., ut in Luc. Vulg. edit.

5. Mich. VII, 6. *Quia filius contumeliam facit patri, et filia surgit adversum matrem suam, nurus contra socrum suam, inimici hominis, viri domestici ejus.*

6. Mich. VII, 6. *Quia filius contumeliam facit patri, et filia consurgit adversus matrem suam, nurus adversus socrum suam : et inimici hominis, domestici ejus.*

[1] S. German *Bethleem Judææ, non es minima inter principes Juda.... exiet princeps qui regat.*

[2] Littera e manifeste est, quamvis parumper derasa.

[3] Manifeste rasa est littera *d*, cujus apparent vestigia.

7. Matth. x, 21. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *Tradet autem* (Corb., *enim*) *frater fratrem in* (Corb., *ad*) *mortem, et pater filium : et insurgent filii in parentes, et morte eos adficient* (Corb., *afficient*). S. Germ., *autem.... in mortem morti.*

Luc. xii, 53. Vercell..... Veron., *Pater in filium, et filius in patrem suum dividetur : socrus in sponsam suam, et sponsa in socrum suam.* Vindeb., *Pater in filius... in patrem suum dividetur... socrus in sponsam suam, et sponsa in socrum suam.* Brix., *Pater adversus filium, et filius adversus patrem suum, mater adversus filiam, et filia adversus matrem suam, socrus adversus nurum suam, et nurus adversus socrum suam.*

1. Zach. xi, 12, 13. וישקלו את-שכרי שלשים כסף : ויאמר יהוה אלי השליכהו אל-היוצר אדר היקר אשר יקרתי מעליהם ואקחה שלשים הכסף ואשליך אתו בית יהוה אל-היוצר *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteis, et dixit Dominus ad me : Projice illud* (pretium, vel *illos*, triginta argenteos) *ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis : et tuli triginta argenteos, et projeci illos in domo Domini ad statuarium.*

2. Matth. xxvii, 9. *Et acceperunt triginta argenteos pretium appretiati, quem appretiaverunt a filiis Israel, et dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus.*

3. Zach. xi, 12. Καὶ ἔστησαν τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργυροῦς. Καὶ εἶπε Κύριος πρός με· κόθες αὐτοὺς εἰς τὸ χωνευτήριον, καὶ σκέψομαι εἰ δόκιμόν ἐστι, ὃν τρόπον δεδοκίμασθην ὑπὲρ αὐτῶν. Καὶ ἔλαβον τριάκοντα ἀργυροῦς, καὶ ἐνέβαλον αὐτοὺς εἰς τὸν οἶκον Κυρίου εἰς τὸ χωνευτήριον. *Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me : depone eos in conflatorium : et considerabo, si probatum est, sicut probatus sum pro eis : et tuli triginta argenteos, et injeci eos in domum Domini in conflatorium.*

4. Matth. xxvii, 9. Καὶ ἔλαβον τὰ τριάκοντα ἀργύρια, τὴν τιμὴν τοῦ τετιμημένου, ὃν ἐτιμήσαντο ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ. Καὶ ἔδωκαν αὐτὰ εἰς τὸν ἀγρὸν τοῦ κεραμέως, καθὰ συνέταξέ μοι Κύριος. *Et acceperunt triginta*, etc., ut supra in Matth. Vulg. edit.

5. Zach. xi, 12, 13. *Et statuerunt mercedem meam triginta argenteos.... sicut probatus sum pro eis : et tuli triginta argenteos, et misi eos in domum Domini in conflatorium.*

6. Zach. xi, 12, 13. *Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos..... Et tuli triginta argenteos, et projeci illos in domum Domini ad statuarium.*

7. Matth. xxvii, 9. Vercell., *Et acceperunt triginta argenteos pretium æstimati, quem æstimaverunt a filiis Istrahel : et dederunt eos in agrum figuli in sepulturam peregrinorum.* Veron., Corb. et Brix., *Et acceperunt triginta argenteos pretium adpretiati* (Corb., *appretiati*), *quod adpretiaverunt* (Corb., *quem appretiaverunt*) *a filiis Istrahel* (Corb., *a filiis Israel ; Brix., filiis ruel*) *: et dederunt cos in agrum figuli, sicut constituit* (Brix., *præcepit*) *mihi Dominus.*

1. Zach. xii, 10. והביטו אלי את אשר-דקרו *Et aspicient ad me, quem transfixerunt.*

2. Joan. xix, 37. *Videbunt in quem transfixerunt.*

3. Zach. xii, 10. Καὶ ἐπιβλέψονται πρός με ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο. *Et aspicient in me, pro eo quod insultaverunt.*

4. Joan. xix, 37. Ὄψονται εἰς ὃν ἐξεκέντησαν. *Videbunt in quem transfixerunt.*

5. Zach. xii, 10. *Et aspicient ad me, pro eo quod insultaverunt.*

6. Zach. xii, 10. *Et aspicient ad me, quem confixerunt.*

7. Joan. xix, 37. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *Viderunt* (in Corb. deest, *viderunt ; Brix., videbunt*) *in quem compunxerunt* (Brix., *transfixerunt*).

1. Zach. xiii, 7. הך את-הרעה ותפיצן הצאן *Percute pastorem, et dispergentur oves.*

2. Matth. xxvi, 31. *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.*

Marc. xiv, 27. *Percutiam pastorem, et dispergentur oves.*

Joan. xvi, 32. *Ecce venit hora, et jam venit, ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis.*

3. Zach. xiii, 7. Πατάξατε τοὺς ποιμένας, καὶ ἐκσπάσατε τὰ πρόβατα. *Percutite pastores, et avellite oves.*

4. Matth. xxvi, 31. Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα τῆς ποίμνης. Ut supra in Matth.

Marc. xiv, 27. Πατάξω τὸν ποιμένα, καὶ διασκορπισθήσεται τὰ πρόβατα. ut supra in Marc. Vulg. edit.

Joan. xvi, 32. Ἰδοὺ ἔρχεται ὥρα, καὶ νῦν ἐλήλυθεν, ἵνα σκορπισθῆτε ἕκαστος εἰς τὰ ἴδια, καὶ ἐμὲ μόνον ἀφῆτε, ut supra in Joan. Vulg. edit.

5. Zach. xiii, 7. *Percute pastorem, et dispergentur oves.*

6. Zach. xiii, 7. *Percute pastorem, et dispergentur oves.*

7. Matth. xxvi, 31. Vercell., *Percutiam pastorem,.. dispergen... oves gregis.* Veron., Corb. et Brix., *Percutiam pastorem, et dispergentur oves gregis.*

Marc. xiv, 27. Vercell. et Brix., *Percutiam pastorem, et dispargentur ores gregis* (in Brix. deest *gregis*). Vindeb., *et oves dispargentur.*

Joan. xvi, 32. Vercell. et Veron., *Ecce veniet* (Veron., *venit*) *hora, et jam venit, ut dispargamini unusquisque in sua regione, et me solum relinquatis.* Corb., *Unusquisque in sua.* Mon., *Ut relinquatis.* Brix., *Ecce veniet hora, et nunc venit, ut dispergamini unusquisque in propria, et me solum relinquatis.*

1. Malach. iii, 1. הנני שלח מלאכי ופנה-דרך לפני *Ecce ego mitto Angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam.*

2. Matth. xi, 10; Marc. i, 2; Luc. vii, 27. *Ecce ego* (in Luc. deest, *ego*) *mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

3. Malach. iii, 1. Ἰδοὺ ἐξαποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου, καὶ ἐπιβλέψεται ὁδὸν πρὸ προσώπου μου. *Ecce mitto angelum meum, et respiciet viam ante faciem meam.*

4. Matth. xi, 10; Marc. i, 2; Luc. vii, 27. Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου πρὸ προσώπου σου, ὃς κατασκευάσει τὴν ὁδόν σου ἔμπροσθέν σου. *Ecce ego mitto angelum*, etc., ut supra in ed. Vulg. et in textu Græco trium Evangelistarum, in quo semper legitur ἐγώ, *ego*.

5. Malach. iii, 1. *Ecce ego mittam angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam.*

6. Malach. iii, 1. *Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam.*

7. Matth. xi, 10. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *Ecce ego* (in Corb. deest, *ego*) *mitto angelum meum ante faciem tuam* (Vercell., *meum*), *et parabit* (Corb., *qui præparabit ;* Brix., *qui præparavit*) *viam tuam ante te.*

Marc. i, 2. Vercell. et Veron., *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, et parabit* (Veron., *qui præparabit*) *viam tuam.* Corb. et Brix., *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam* (Corb., *ante te, et ante faciem tuam*), *qui præparabit viam meam* (Brix., *tuam*) *ante te.*

Luc. vii, 27. Vercell. et Brix., *Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam* (Brix. addit, *ante te*). Veron., *Ecce.... ange.... ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te.*

1. Malach. iv, 5. הנה אנכי שלח לכם את אליה הנביא לפני בוא יום יהוה הגדול והנורא *Ecce ego mitto vobis Eliuh prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, et terribilis.*

2. Matth. xvii, 10. *Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat primum venire ?*

Marc. IX, 10. *Quid ergo dicunt Pharisæi, et Scribæ, quia Eliam oportet venire primum?*

3. Malach. IV, 5 καὶ ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω ὑμῖν Ἠλίαν θεσβίτην, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην καὶ ἐπιφανῆ. *Et ecce ego mitto vobis Eliam Thesbitem, antequam veniat dies Domini magna, et illustris.*

4. Matth. XVII, 10. Τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; *Quid ergo Scribæ dicunt, quod Eliam oporteat venire primum?*

Marc. IX, 11. Ὅτι λέγουσιν οἱ γραμματεῖς, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον; *Quod dicunt Scribæ, quia Eliam oporteat venire primum?*

5. Malach. IV, 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam Thesbiten, antequam veniat dies Domini magna, et illustris.*

6. Malach. IV, 5. *Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus, et horribilis.*

7. Matth. XVII, 10. Vercell., Veron., Corb. et Brix., *Quomodo ergo* (Corb., *Quare ergo*; Veron. et Brix., *Quid ergo*) *Scribæ dicunt, quod Helian* (Veron. et Brix., *Heliam*; Corb., *quia Heliam*) *oportet primum venire* (Vercell., *oportet primum venire*).

Marc. IX, 10. Vercell., *Quid ergo Scribæ dicunt* ..... Veron, Corb. et Brix., *quia dicunt* (Brix., *Quid ergo dicunt*) *Scribæ: Heliam* (Brix., *quia Heliam*) *oportet primum venire.*

4. Malach. IV, 6. והשיב לב־אבות על־בנים ולב בנים על־אבותם פן־אבוא והכיתי את־הארץ חרם *Et convertet cor patrum super filios, et cor filiorum super patres eorum; ne forte veniem, et percutiam terram anathemate.*

2 Luc. I, 17. *Ut convertat corda patrum in filios, et incredulos ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.*

3. Malach. IV, 6. Ὃς ἀποκαταστήσει καρδίαν πατρὸς πρὸς υἱόν, καὶ καρδίαν ἀνθρώπου πρὸς τὸν πλησίον αὐτοῦ, μή ἔλθω, καὶ πατάξω, τὴν γῆν ἄρδην. *Qui convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum; ne forte veniam, et percutiam terram penitus.*

4. Luc. I, 17. Ἐπιστρέψαι καρδίας πατέρων ἐπὶ τέκνα, καὶ ἀπειθεῖς ἐν φρονήσει δικαίων, ἑτοιμάσαι Κυρίῳ λαὸν κατεσκευασμένον. *Convertere corda Patrum in natos, et insuasibiles in prudentia justorum, parare Domino populum expeditum.*

5. Malach. IV, 6. *Qui convertet cor patris ad filium, et cor hominis ad proximum suum; ne forte veniam, percutiam terram penitus.*

6. Malach. IV, 6. *Et convertet cor patrum ad filios, et cor filiorum ad patres eorum; ne forte veniam, et percutiam terram anathemate.*

7 Luc. I, 17. Vercell., *Et ipse præibit in conspectu ejus, in spiritu, et virtute Heliæ; ad convertenda corda Patrum ad filios, et incredibiles ad prudentiam justorum, parare populum perfectum.* Veron. et Brix., *Et ipse præcedet ante illum in spiritu, et virtute Heliæ; ut convertat corda Patrum in filios, et incredibiles* (Brix., *ineruditos*) *ad prudentiam justorum, parare Domino plebem perfectam.* Corb..... *Et incredibiles ad prudentiam justorum.*

SANCTI EUSEBII

VERCELLENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS

EPISTOLÆ.

Ex Galland. bibl.

EPISTOLA PRIMA.

AD CONSTANTIUM IMPERATOREM.

Acceptis litteris ad synodum convocatoriis, Imperatorem certiorem facit S. Præses se properare Mediolanum.

Eusebius Constantio Imp. Augusto salutem.

Ego, clementissime imperator, videns animum tuum devotum hoc cupere, quemadmodum per orbem terrarum pax ecclesiastica permaneret; satis cum gaudio litteras tuas accepi. Suscepi etiam litteras fratrum et coepiscoporum meorum quibus hoc intimare dignati sunt, ut plena mihi relatio per ipsos quos tuæ parere [a] hoc necessarium duxi, Mediolanum venire properarem. Quidquid, domine imperator, cum in præsentiam venero, justum fuerit visum et Domino placitum, id me facturum promitto. Deus te custodiat, gloriosissime imperator.

(Vide Constantii convocatoriam epistolam ad tom. XIII nostræ Patrologiæ, col. 564.)

EPISTOLA II.

AD PRESBYTEROS ET PLEBEM ITALIÆ.

Gregi suo gratulatus S. Pastor de fide ejus, hortatur ad pergendam viam salutis.

Dilectissimis fratribus, et satis desideratissimis presbyteris, sed et sanctis in fide consistentibus plebibus Vercellensibus, Novariensibus, Hipporegiensibus, nec non etiam Dertonensibus: Eusebius, episcopus, in Domino æternam salutem.

I. Licet nos multis Dominus noster a vobis corpore separatos foveret bonis, et vestram admodum in adventu et visitatione plurimorum fratrum nobis præsentiam exhiberet; tamen mœsti ac tristes et sine lacrymis non eramus: quia longo temporis intervallo vestræ sanctitatis [b] non accipiebamus scripta. Verebamur enim ne qua vos aut accepisset diabolica subtilitas, aut potestas humana infidelibus subjugasset. His ergo dum afficimur cogitationibus, et omnem consolationem fratrum qui ad nos e diversis veniebant provinciis, ad dolorem magis absentiæ vestræ, quam ad lætitiam verterem: hoc præstare dignatus est Dominus, ut id de quo eram sollicitus, non solum litteris sinceritatis vestræ, sed et præsentia charorum nostrorum Syri diaconi et Victorini exorcistæ cognoscere potuerim. Agnovi itaque, fratres charissimi, vos, ut desiderabam, esse incolumes. Et quasi subito raptum omni longinquitate terrarum (ut Habacuc factum est, qui per angelum

[a] Supple *jussioni in hoc*. Sic Baronius. Hujus tamen loci sensus adhuc implexus videtur. Galland.

[b] Al. *non accipientes scripta, verebamur ne qua*, etc. Idem.

portatus fuit usque ad Danielem) sic me judicavi ad vos pervenisse, dum [a] singulorum litteras accipio, dumque sanctos amicos vestros et amorem in scriptis vestris percurro.

II. Miscebantur mihi cum gaudio lacrymæ : et avidus ad legendum animus occupatione lacrymarum tenebatur. Et erant utraque necessaria, ut singuli sensus in hoc complementum desiderii sua dilectionis officia cuperent prævenire. Sic per dies in occupatione hac vobiscum me famulari judicans, præteritos labores obliviscebar : ita enim undique circumdabant me gaudia, hinc stabilem fidem, hinc dilectionem, hinc fructum porrigentia; ut in tot et tantis constitutus bonis, subito me, ut superius dixi, non in exsilio, sed vobiscum esse judicarem. Gaudeo itaque, fratres charissimi, de fide vestra : gaudeo de salute quæ fidem sequitur : gaudeo de fructibus, quod non solum illic constituti, sed et longe pergitis. Ut enim agricola arbori bonæ inseruit illi, quæ fructuum causa non securim patitur, non ignibus mancipatur; ita et nos vestræ sanctitati non solum servitium secundum carnem volumus et cupimus exhibere, sed animas nostras pro vestra salute impendere. Extendistis, ut dixi, firmos cum fructu ramos, et per tam longa terrarum spatia ad me pertingere laborastis. Gaudeo agricola, et libens [b] vestri laboris poma decerpo, quia tantum facere voluistis : nec solum ego, vel qui mecum sunt sanctissimi nostri presbyteri et diaconi vel cæteri fratres, sed et omnes qui desiderantes sumus. Replestis enim, ut Apostolus beatissimus dicit (*Philem.* 7, 20), viscera mea cum complestis mandata divina, quæ [c] complere decebat Christianos in episcopum vel ecclesiasticos viros, quos in exsilio fidei causa nostis laborare. Complestis quæ oportebat fratres fratribus facere, et patri filios exhibere. Sed cum nos secundum mandata divina, vobis volentes de terrenis cœlestes, de caducis stabiles, de fragilibus sempiternos fructus facere; cœpimus per necessitatem patientes quotidie seminare. Gaudebant de vestris fructibus pauperes : glorificabant Deum non solum civitatis ipsius homines, sed et omnes : qui autem videre potuerunt, quam mecum dilectionem haberetis, ex ipsis fructibus videntes glorificabant Deum, et omni nos honore cum vestra benedictione nominabant.

III. Videns hoc diabolus innocentium hostis, justitiæ inimicus, contrarius fidei, quia in hoc opere benedicebatur Deus, inflammavit adversum nos Arionanitas suos, qui jam longo tempore suspirabant non solum de hoc opere, sed et de sua infidelitate ad quam nos persuadere non poterant, ut exsisterent violenti; more hoc quo semper est usus, ut quos persuadere non poterat, vi et potestate terreret. Congregavit itaque suorum multitudinem, qui nos ad officinam infidelitatis suæ rapiunt et eludunt : et totam hanc potestatem traditam sibi ab imperatore dicunt. His ergo multa dicentibus et de sua potestate gloriantibus, in hoc illis ostendere volui, quia nihil erant quæ poterant, dum taceus ut carnificibus corpus tradidi, quod Dominus dicebat posse in persecutionibus tradi. Quam libero autem fuerim animo, dum ab ipsis patior, et recludor, et per quatriduum servor, et diversorum increpationes et persuasiones audio : in hoc ostendi, quia nec unum sermonem dixi. Addere voluerunt ad malitiam suam, ut a me cessarent fratres, id est, presbyteri et diaconi; sed et cæteros dicebant se esse prohibituros, ne ad me accederent. Ego, ne ab infidelium manibus, vel potius transgressorum (quod deterius est) infidelium, ut Apostolus dicit, manducarem cibum, libellum ad ipsos hoc more feci :

EXEMPLAR LIBELLI FACTI AD PATROPHILUM CUM SUIS.

Servus Dei Eusebius cum conservis suis qui mecum fidei causa laborant, [d] Patrophilo custodi cum suis.

IV. Qua [e] me vi multorum et furore non solum tractum per terram, sed interdum nudato corpore supinum portastis de hoc hospitio quod mihi per vestros et agentes in rebus dedistis, e quo numquam nisi vestra violentia egressus sum; et Deus scit, et civitas novit, nec vos hic et in futuro negare potestis. Ideo Deo causam reservo, ut quemadmodum ipse ordinaverit, finem possit accipere. Interim me hoc decrevisse sciatis (ut ratio nunc et in futuro, et hic possit stare), in hospitio quo me clausum tenetis, in quo me post primam portationem retrudentes crudelius, ausi fuistis inde eodem modo portare, et in unam cellam [f] rejicere, non panem manducaturum neque aquam bibiturum, nisi ante singuli professi fueritis, non solum verbo, sed et manu vos non prohibituros, fratres meos qui mecum hæc fidei causa libenter patiuntur, de hospitio quo manent, necessarias escas offerre nec eos qui me dignati fuerint requirere. Oportuerat quidem exire de corpore, ne tantum scelus quod contra jus divinum et publicum commisistis, sæpe scire volentibus cogerer dicere. Sed ne quis de infidelibus vos in nobis crudeles appellet, et ignorantes divina præcepta putet nos confusionem potius vitare noluisse quam Domino parere, ideo hoc voluisse præsumere : iterum dico quod nisi professi et verbo et conscriptione fueritis, eritis homicidæ prohibendo.

V. Novit hoc omnipotens Deus : novit et ejus Unigenitus inenarrabiliter de ipso natus Filius, qui

[a] Al. *Dum autem singulorum..... miscebantur*, etc. GALLAND.

[b] Al. *Nostri lab.* ID.

[c] Al. *Complere. . . . viros decet.* ID.

[d] Cur Patrophilum Arianum antistitem, *custodem* potius quam episcopum appellet Eusebius, videsis Baronium ad ann. 556, num. 97. ID.

[e] *Qui me in multorum furore non solum tractum per terram, sed interdum nudato corpore supinum portastis, de hoc hospitio quod mihi per vestros agentes in rebus dedistis, me numquam nisi cum vestra violentia egredi passi fuistis. Et Deus scit*, etc. Minus recte, ut videtur.

[f] Legit Baronius cum al. reficere.

salutis nostræ causa Deus sempiternæ virtutis hominem perfectum induit, pati voluit, morte triumphata tertio die resurrexit, ad dexteram Patris sedet, venturus judicare vivos et mortuos : novit et Spiritus sanctus : testis est Ecclesia catholica, quæ sic confitetur : quia non ego in me reus ero, sed vos, qui conservos meos necessaria ministraturos prohibere voluistis. Et si hoc paraveritis, vos debere contemnere : non quasi mortem timentem, sed ne post excessum meum dicatis me voluntaria morte exire voluisse et [a] quamdam nobis nebulam accusationis inveniatis : conventurum me scitote Ecclesias, quas [b] clausis interim litteris possim pertingere ; conventurum et Dei servos, ut in ipsis concurrentibus, orbis terrarum, quid fides integra quæ ab universis catholicis episcopis comprobata est, ab Ariomanitis patiatur quos ante damnavit, possit agnoscere. Item subscripsi ego Eusebius episcopus.

Adjuro te qui has litteras legeris, per Patrem, Filium et Spiritum sanctum, ut non supprimas, sed alii legendas tradas.

VI. Ili ergo vix quarta die ad hunc libellum [c] mitigati, jejunos ad hospitium in quo manseramus, revertere nos compulerunt. Viderunt interea, quemadmodum nos revertentes populi cum gaudio susceperunt. Lucernis nostrum hospitium circumdederunt. Cœpimus annuente Domino iterum egentibus ministrare. Non hoc sustinuit ipsorum inhumanitas, et nostrum amorem in suum odium [d] perdiderunt. Vix fere viginti et quinque tolerare potuerunt dies. Erumpunt denuo, et cum perdita multorum manu ad nostrum hospitium veniunt armati fustibus, per aliena claustra parietem rumpunt, et ad nos [e] violenti perveniunt. Iterum rapiunt, et in arctiore custodia cum solo charissimo Tegrino presbytero recludunt. Nostros quoque fratres, id est presbyteros et diaconos omnes rapiunt et includunt. Post triduum potestate sua per loca diversa in exsilium mittunt. Alios fratres qui ad nos venerant visitandos, in carcere publico mittunt, per plurimos dies reclusos tenent. Advolantes iterum ad hospitium, omnia quæ aut in sumptu aut pauperibus fuerant comparata, [f] diruunt. Sed quia hoc publicum ipsorum facinus ab omnibus civibus notabatur, argumento hoc usi sunt, ut aliqua redderent leviora, et se nobis nostra reddidisse jactarent. Sumptus vero apud se tenuerunt : et post tantum scelus quærebant, si fieri possit, sic negare, ut nullum de meis ad me venire permitterent, qui escas corpori necessarias afferret. Vix sexta die, clamantibus sibi diversis, unum venire permiserunt. Quantum ad se fuit, ostenderunt homicidæ animos; quem primum, ne a malignitate cessarent, quarta die dimiserunt. Postmodum sexta vix, deficientibus nobis, olim cum victu venire permiserunt. Hæc itaque sunt Ariomanitarum opera.

VII. Videte, sanctissimi fratres, si non est persecutio, dum hæc patimur qui fidem catholicam custodimus : et altius cogitate, num valde etiam deterior sit quam illa, quæ fiebat per hos qui idolis serviebant. Illi mittebant in carcerem, non tamen prohibebant ad se venire suos. Quantum ergo satanas Ecclesias vulneraverit per Ariomanitarum crudelitatem ! In custodia publica mittunt, qui liberare debent. Violentiam faciunt, qui ut patiantur justitiæ causa discunt. Aliena diripiunt, qui sua direpta ne repetant, de divina lege docentur. Prætereo quanta illos invasit crudelitas, dum facultatibus temporalibus gaudent. In carcere latronibus clausis a quæstionariis vel a judicibus non denegatur facultas videndi suos : a nobis et nostri prohibentur : et devoti fratres ne veniant, non solum ab hospitio arcentur quo tenemur, sed ne adeant [g] carcerem, comminatione terrentur. Sic cunctos subjugaverunt, ut manifestissime [h] agnoverim. Ab episcopis incipiam : dum honorem quidam timent amittere, ipsos fidem perdidisse ; dumque facultates terrenas et immunitates nolunt perdere, cœlestes thesauros et veram securitatem nullam judicasse. Sic quoque ducti cæteri, dum episcopos hæc timentes perdere vident, amare cœperunt quæ semper habere non possunt.

VIII. Sic Ariomanitæ divites terrent, dum his proscriptionem minantur : sic pauperes, dum potestatem in carcere recludendi habent. Et quanta insania est ! In loco quo tenemur, non solum viros qui nobis serviunt in carcerem mittunt, sed et puellas sanctimoniales sine ullo divino timore in custodia publica recludunt. Sed ut gavisi non sunt seniores mali, qui pudicitiam Susannæ violare quærebant; ita nec hi gaudebunt semper, qui Ecclesiam persecutione varia et depressione nimia suæ infidelitati conantur subjicere. Dixit enim sanctus Daniel ad illos : *Sic timentes filiæ Israel concumbebant vobiscum* (*Dan.* XIII, 57). Sed recedat, sanctissimi, humanus timor a vestris animis, cum habeatis Domini consolationem, qui dicit : *Nolite timere illos qui corpus occidunt, animam autem occidere non possunt* (*Matth.* x, 18). Tempus est probationis : tempus est, ut probati innotescant [i] manifesti. Ideo acceperunt humanum adjutorium, quia divinum non habent : quod si haberent, numquam potestate terrena innocentium sibi animas subjugarent.

IX. Multa de illorum malis, quibus non solus ego, seu plurimi deprimimur, debueramus scribere ; sed ne possemus hoc facere, et ipsorum crudelitatem litteris intimare, arctissima custodia servamur ab ipsis. Ideo ad nos, et alii nostri et amici prohibentur

[a] Al. *Et quamdam vobis nebulam excusationis.*
[b] Al. *Clausus.* Mox, *ut ipsis conc.*
[c] Al. *Mitigata.* Et paulo post : *Viderunt in terra.* Mendose.
[d] Al. *Perviderunt.*
[e] Al. *Volentes.* Corruptissime.
[f] Leg. *diripiunt.*
[g] *Ne adeant carcerem, commin.* Al. *ne adeant, carcerum commin.*
[h] Locus mutilus.
[i] Al. *Manifestati.*

accedere. Sed concessit mihi Dominus hanc epistolam per charissimum nostrum ad vos Syrum diaconum mittere, quem in potestate mittendi habui; quia providentia Domini nostri eo tempore ad videnda loca sancta accesserat, et cum cæteris fratribus inventus non est.

X. Cæterum vix hanc epistolam quomodocumque conscripsimus, Deum semper postulantes, ut custodes in horas refrenaret, et concederet, ne ad vos diaconus nuntium magis laboris nostri, quam qualescumque salutationis litteras ferret. Propter quod satis vos peto, ut cum omni vigilantia custodiatis fidem, servetis concordiam, orationibus incumbatis, nostri memores sine intermissione sitis : ut dignetur Dominus Ecclesiam suam liberare quæ super universum orbem laborat, et ut nos qui deprimimur, possimus vobiscum liberati gaudere : quod præstare dignabitur Dominus, petentibus vobis, per Dominum nostrum Jesum Christum qui est secum [a] benedictus a sæculis et in omnia sæcula sæculorum, Amen.

XI. Iterum peto, et vos per misericordiam Dei rogo, ut unusquisque in hac epistola salutationem suam nuncupet; quia singulis, ut solebam, faciente necessitate, scribere non potui. Ita in hac vos omnes, fratres, sed et sanctæ sorores, filii et filiæ, omnem sexum appello, omnem ætatem peto, ut hac contenti salutatione, nostro obsequio, etiam hos qui foris sunt, et nos dignantur diligere, salutare dignemini. Salutant vos fratres nostri qui mecum sunt, presbyteri et diacones, sed et omnes nostri : qui una mecum satis petunt, ut nostri memores, omnes vestros nostro dignemini obsequio salutare. Transmisi præterea litteras, quas ad Patrophilum custodem meum feci, ut ex his agnoscatis, nos Ariomanitarum nec minis posse terreri, neque ipsorum serpentina blanda subtilitate posse ad ipsorum societatem perduci. Divinitas vos protegat, florentesque vivere et hic et in futuro faciat cum omnibus vestris, fratres charissimi et satis desideratissimi.

EPISTOLA III.

AD GREGORIUM EPISCOPUM SPANENSEM.

Gratulatur Eusebius Gregorio quod restitisset Osio et plurimis cadentibus Arimino in communicatione Valentis et Ursacii.

(Hanc epistolam vide ad tomum X nostræ Patrologiæ, inter opera historica S. Hilarii, Fragm. XI, col. 713. Vide etiam Epistolas Liberii papæ ad Eusebium, Patrol. tom. VIII, coll. 1330, 1333, 1336.)

[a] Deest hæc vox apud Baronium, quam tamen habent alii editi.

SANCTI EUSEBII
VERCELLENSIS EPISCOPI ET MARTYRIS
DE TRINITATE CONFESSIO

EX ANECDOTIS SACRIS EUGENII DE LEVIS.

MONITUM.

Postquam præfationis initio susceptæ a se Anecdotorum vulgationis cum occasionem tum utilitatem memoravit, sic progreditur vir eruditissimus de Levis : Exordiar, de S. Eusebio Vercellensi episcopo hujus nominis primo (Malleus Arianorum appellatus) *confessionem fidei adversus Arianos* luci mandandam statui, quam fidei formulam tribus in foliis membranaceis pertinentibus jam ad perinsigne monasterium Sanctorum Michaelis, et Januarii martyris de Lucedio reperi, et exscribi curavi. Quod monasterium conditum fuit sæculo septimo, ut suo loco videre est, et sub speciali tutela episcoporum Vercellensium. Quos autem Vercellensis Ecclesiæ S. antistites sæculo forsan octavo regimen hujus monasterii sumpsisse, et retinuisse usque ad S. Bonomium vita functum 1026, III kal. Septembris. Verum quidem est, quod nemo, quem sciam ex recentioribus huic sancto Vercellensi episcopo Eusebio inscripsit aliam confessionem adversus Arianos, quam illam vulgariter appellatam *Symbolum quicumque*, de quo scribunt Joannes Stephanus Ferrerius Vercellensis Præsul, P. Corbellini, Marcus Aurelius Cusanus, aliique. Sed si attente perpendimus quæ S. doctor scripsit cum S. Athanasio ad Antiochenos, non possumus huic opinioni consensum præbere adeoque *Symbolum quicumque* conflatum posterioribus sæculis judicandum duxerunt permulti, quibus libenter assentimus. *Opus de Unitate Trinitatis* scripsisse S. Eusebium tradit laudatus episcopus Ferrerius fide unius Codicis in Vaticana Bibliotheca existentis, quem sequitur Hyacinthus Galizia *Vite de' Santi*, tom. I, p. 177, scribens exemplar hujus operis in Bibliotheca PP. Oratorii S. Philippi Nerii Taurini asservari ex dono abbatis Laurentii Scoti. Quod exemplar vidi anno 1762, ex quo aliud transcribere curaveram. Quo exscripto didici alium librum scripsisse *de optimo genere interpretandi sacram Scripturam* super illa verba: *Ex Ægypto vocavi filium meum*, ut in fine libri V legitur post professionem Arianorum. Consultis tamen hisce quinque libris, seu opere de Unitate Trinitatis cum operibus S. Athanasii reperi hos libros, seu opus Faustino presbytero attributum, etsi diverso ordine quam in editis distributum sit. Perscrutatus etiam fui maxima cum diligentia si quæ in hoc opere adessent, quæ nobis certum auctorem indicarent, et maxime in epistola Augustæ Flaccillæ data, qua opus suum dicavit; nihil tamen inveni, nisi variantes plures lectiones, et post

Professionem Arianam, quæ hic in quinto libro exstat, reperiuntur plura inedita, inter quæ, ut jam dixi, memorat suum librum de optimo genere interpretandi sacram Scripturam. Num vero hoc opus a S. Eusebio conscriptum sit a multis sapientissimis viris dubitatum fuit, inter quos non est omittendus cl. F. Joannes Baptista Audifredi ex Ordine Præd. Casanatensis bibliothecæ præfectus, qui cum eum rogavissem, jam ab anno 1771, ut sua pervigili cura perscrutaretur in Vaticana hunc codicem, mihi sua epistola de die 29 novembris 1776, responsum dedit in codice sign. 1319, p. 253, exstare opus.... *S. Eusebii episcopi incipit liber de Unitate Trinitatis.* Initium operis hisce verbis incipit: *Tu unus Pater, et Filius, et S. Spiritus, qui unitatem, deitatem nobis declarasti*, etc., explicit quatuor libris. Liber ultimus finit his verbis: *Unita est eorum operatio in factura*, et sequitur immediate: *Explicit liber quartus.* Incipit *liber de professione Catholica*, et immediate alter liber *De professione impia Arianorum* qui finit hisce verbis: *Si aures surdæ sunt cæterorum*, etc., in qua sua epistola non dubitavit affirmare Faustini presbyteri non esse, sed potius S. Eusebii. Quinimmo in alia sua epistola de die 13 junii 1778 epistolam, seu libellum de Canonibus Evangeliorum, qui legitur in pluribus editionibus S. Scripturæ, esse ejusdem auctoris affirmavit, etiamsi pluribus S. Scripturæ editionibus Græce tantum hæc legatur: tandem observavit in editione Orthodoxographorum hanc epistolam exstare Græce et Latine scriptam ex veteri versione Latina, et in linguam Latinam in tomo VI Bibliothecæ Græcæ Fabricii, quæ quidem omnia maturiori consilio tractanda erunt, ut veritas oriatur. Nam etiamsi hisce observationibus perpensis exemplar Taurinensis Congregationis S. Philippi Nerii reperissem conforme quoad substantiam, cum tamen siluisset, num codex ille Vaticanæ Bibliothecæ sit in membrana conscriptus necne, siluisset characterum formam, et codicis ætatem reticuisset, mihi visum hic fuit utendum non esse hujusce operis auctoritate, ad ostendendam doctrinæ unitatem S. Eusebii adversus Arianos in hac confessione a nobis edenda, neque etiam opportunum edere ea omnia, quæ inedita reperta sunt in hoc opere Faustino attributo. Quanti sit facienda confessio fidei hujus nostri S. doctoris Eusebii, lectorem remitto ad præfatiunculam appositam ante textum, et ad parva commentaria super ipsam confessionem facta, in quibus certa et evidentiora argumenta habentur de vero auctore hujusce symboli, deque vera suæ fidei professione, et catholico dogmate, ita ut lectorem a consilio, et sententia mea discessurum non credo hisce omnibus perpensis. Nam in illis quam consona sit doctrina S. Eusebii illæ S. Athanasii Alexandriæ, reliquorum sanctorum Patrum, probatum est. Quas vero peculiares sententias protulerit S. Eusebius et conformes sacræ Scripturæ, antiquis Patribus, et conciliis demonstratum in illis fuit. Hisce sic editis habebit lector nova argumenta ad Arianorum hæresim confutanda, novas circumstantias ad illustrandam historiam illius temporis.

DISQUISITIO PRÆVIA

DE EUSEBII VERCELLENSIS FIDEI EXPOSITIONE,

SEU DE AUCTORE HUJUS SYMBOLI.

Acriter jam a multis clarissimis viris disputatum fuit de symbolo *Quicumque*, aliis S. Athanasio vindicantibus illud, aliis Anastasio Sinaitæ, multis ab auctore Latino adornatum fuisse pugnantibus, nonnullis a Gallico scriptore confectum contendentibus, ex quibus Vigilium Tapsitanum nulli contendunt auctorem, alii Vincentium Lirinensem; et suas sententias fulciunt ostendendo in illo symbolo damnatas hæreses Eutychetis, et Nestorii post obitum S. Athanasii exortas. At quid inde si quis diceret sanctos Patres præoccupasse, et præcavisse has hæreses, ut jam observatum est ab historicis, penes plures S. Patres antiquiores? Tunc nullius momenti essent hæ rationes. Quod autem alicujus negotii a pluribus Theologis judicatum fuit, illud esse dicam, quod auctoritate illius symboli nequaquam Latini usi sunt ad demonstrandam adversus Græcos schismaticos originem illam Spiritus sancti a Filio, seu *processionem*, ut docent Theologi. Cui rationi facile quisquam opponere posset S. Basilium Magnum, et Didymum Alexandrinum hanc *processionem* agnovisse, et tradidisse, quorum auctoritates contra Græcos fuerunt relatæ a Theologis. Hos autem Patres ætate S. Athanasii, et S. Eusebii Vercellensis episcopi fuisse nemo inficiatur: adeoque necesse non fuit omnes Patres, et scripta eorum illis objicere, et maxime forsan quæ in omnium ore versabantur, ut probetur, quæ traditione dabantur, auctoritate Patrum roborata fuisse. Nam, etsi ex his, qui pro supra enarratis auctoribus pugnant, pauci sint, qui pro S. Eusebio Vercellensi scripserint, et sententiam hanc tamquam communem retulerint: scimus tamen antiquissimo tempore symbolum illud in Ecclesia Vercellensi recitari consuevisse, et traditionem illius Ecclesiæ nos edocere hoc symbolum Latine scriptum fuisse Alexandriæ præsentibus SS. Athanasio, et Asterio, et S. Eusebio laudato, et cum actis illic celebratis Latine redditis ab eodem oblatis summo pontifici Liberio. Omnes scriptores de Ecclesia Vercellensi tradunt in ritu Eusebiano, et in horis canonicis antiquitus præscriptam fuisse recitationem hujusce symboli, et festum celebrari de sanctissima Trinitate, ex quo ritu Alcuinus Flaccus tempore Caroli Magni, ut novitiis sacerdotibus traderet facilem methodum

celebrandi sacrum, Missam de sanctissima Trinitate in Ecclesia Vercellensi recitari pluries consuetam, diebus dominicis præscripsit (ne dicam alium Alcuinum episcopum Vercellensem hac ipsa tempestate Ecclesiam illam administrantem) donec facili modo possent illi sacerdotes novitii ediscere usum aliorum plurimorum codicum. Cui opinioni robur quam maximum affert epistola synodica missa ab Athanasio ad Antiochenos, circa finem hæc habens : *Hæc quidem nos tum quia nefas est quicquam ultra Nicænum concilium requirere, aut contentiosas sententias recipere, tum vel ob pacem solum, et ne qui recte sentiunt pro rejectis habeantur ad istum modum censuimus, et eorum* CONFESSIONEM *qualis fuerit, nos, qui relicti sumus Alexandriæ, paucis indicavimus ; idque in commune una cum reliquis comministris sacrorum Asterio et Eusebio. Nam reliqui ex nostris quisquam ad suas provincias abierunt. Vos rursus in commune, ubi soletis conventus agere, ista videbitis pervulgari, eoque omnes evocate. Æquum est enim ut in eo loco primum epistola recitetur,* etc. Ergo ex hac auctoritate et confessione S. Eusebii et Asterii indicata Antiochenis ab Athanasio probatur, et suum symbolum cum epistola.

Quænam fuerunt illæ confessiones, seu symbola nobis incompertum est, num symbolum *Quicumque*, vel hæc confessio, quam typis mandamus. De primo contendunt scriptores inter se, ut observatum superius fuit. Altera vero, de qua quæstionem instituimus confessio hæc est, quam sine auctoris nomine tribus in foliis maximis conscriptam sæculo IX, ut characteris forma nobis indicare videtur, quæ quidem tribus foliis membranaceis inter alia, quæ ad monasterium SS. Michaelis et Januarii M. de Lucedio diœcesis Vercellensis pertinebant relata sunt, exscribi curavimus. Parum quidem differunt inter se symbolum *Quicumque*, et hæc confessio, si de stylo loquimur, tamen in multis sunt dissimilia, et hanc antiquiorem illo crederem. Si vero consideremus, hypostasis dogma eisdem Græcis verbis illud explicat, quibus S. Athanasius in sua epistola synodica jam laudata, adeoque ὁμοούσιον, οὐσίας leguntur in hoc symbolo ad explicandam Filii, et Patris substantiam unam, eamdemque esse, et loquendo S. Eusebius de hypostasibus in sua confessione facta in synodo Alexandrina, et relata in fine ejusdem epistolæ jam laudatæ ad Antiochenos ait : *Quantum attinet ad hypostases, fateor me quoque idem sentire, neque in id solum calculum meum addo, sed etiam incarnationem Salvatoris nostri consentio, eum videlicet, cum Filius Dei esset, hominem esse factum, et excepto peccata omnia, quæ veteris erant nostræ humanitatis assumpsisse. Idque prout habet epistolæ argumentum meis suffragiis confirmo.*

Quid ergo clarius habere desideramus, tum ex S. Athanasio, tum ex ipsomet S. Eusebio approbante ea omnia, quæ S. Athanasius scripsit. Quinimmo ex S. Hieronymo edocti sumus S. Eusebium Vercellensem antistitem Origenis commentarios in Davidis psalmos de Græco in Latinum transtulisse, ejusque emendatis erroribus, ut quisque impolluto et inoffenso pede eos legere posset. In hac vero confessione de hujus nostræ carnis resurrectione pertractans errorem Origenis circa corporum resurrectionem corripit. Ergo nulli melius quam S. Eusebio tribuendum hoc symbolum crederem. Et hoc forsan illud esse, ex quo conflatum posterioribus temporibus illud vulgariter appellatum *Quicumque*.

Si tandem acta ejusdem S. Eusebii considerentur ab Ughello Ital. Sac. tom. IV, p. 759, edita, ipsamet nos instruunt confessionem suam Liberio papæ dedisse Romæ, antequam iter suum Vercellas dirigeret. *Sanctus autem Eusebius athleta Christi data confessione fidei suæ, et posita Romæ in sacro scrinio valefaciens Liberio papæ cum cæteris fratribus iter aggressus est.* Quæ autem omnia consona videntur esse eis, quæ scripsit Rufinus hist. I, cap. 28, 29, 30, etc. Narrat enim Eusebium Alexandriam perrexisse cum aliis confessoribus fide integris ibique mitius cum lapsis egisse, et procurationem Occidentis eidem delata, ut Asterio Orientis, *additur sane in illo concilii decreto etiam de Spiritu sancto plenior disputatio, ut ejusdem substantiæ, ac deitatis, cujus Pater, et Filius, etiam Spiritus sanctus crederetur* (cap. 29, p. 211), *nec quidquam prorsus in Trinitate, aut creatum, aut inferius, posteriusve diceretur. Sed et de differentia substantiarum, et subsistentiarum sermo ejus per scripturam motus est. Græci οὐσίας, et ὑποστάσεις vocant, quidam etenim dicebant substantiam, et subsistentiam unum videri : et quia tres substantias non dicimus in Deo, nec tres subsistentias dicere debeamus... Sed, et de incarnatione Domini comprehensum est, quia corpus quod susceperat Dominus, neque sine sensu, neque sine anima suscepisset. Quibus omnibus caute, moderateque compositis unusquisque itinere suo cum pace perrexit.* De hisce omnibus in hac confessione pertractatur. Quinimmo Rufinus et Eusebium eodem lib. cap 30, circumeuntem Orientem, atque Italiam medici pariter, et sacerdotis fungentem officio describit, qui *singulas quasque Ecclesias abjurata infidelitate ad sanitatem recte fidei revocabat, maxime quod Hilarium* (Pictaviensem), *quem dudum cum cæteris Episcopis in exsilium trusum esse memoravimus, regressum jam, et in Italia positum hæc eadem erga instaurandas Ecclesias, fidemque patrum reparandum reperit molientem.* En quomodo apud Italos et Gallos dogma contra Arianos diffusum et promulgatum fuit.

Neque crederem me deceptum dicentem hanc confessionem, seu symbolum auctori Breviarii fidei notum, quod Breviarium fidei adversus Arianos Ballerini fratres Leoni I. S. P. in fide duorum codicum tribuendum volunt, etsi olim Sirmundus, Gallandius, et nonnulli alii incerto auctori. Nam plures sententiæ de verbo ad verbum transcriptæ leguntur in illo. Alcuinus vero Flaccus in suo libro de fide Trinitatis ad Carolum Magnum, et in Quæstionibus ad Fredegesium sparsim quædam retulit sine auctoris nomine, pauca autem indicata sunt suis in locis, ne sim prolixior quam res postulat.

DE S. TRINITATE CONFESSIO.

I. Confitemur, et credimus sanctam, atque individuam Trinitatem Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum unum Dominum naturaliter esse unius substantiæ, unius naturæ, unius quoque majestatis, atque virtutis; et Patrem quidem non factum, non creatum, non genitum profitemur. Ipse enim a nullo originem duxit, ex quo et Filius nativitatem, et Spiritus sanctus processionem accepit. Fons ergo, et origo ipse est totius Divinitatis, ipse quoque Pater essentiæ suæ, qui de ineffabili substantia filium ineffabiliter genuit, nec tamen aliud, quam quod ipse est, genuit; Deus Deum, lux lucem.

II. Ab ipso ergo est omnis paternitas in cœlo, et in terra. Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum, nec tamen factum esse fatemur. Quia nec Pater sine Filio, nec Filius aliquando exstitit sine Patre, et tamen non sicut Filius de Patre, ita Pater de Filio, quia non Pater a Filio, sed Filius a Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre. Pater autem Deus, sed non de Filio. Pater quidem Filii, non Deus de Filio. Ille autem Filius Patris, et Deus de Patre, æqualis tamen per omnia Filius Deo Patri, quia non esse cœpit aliquando, nec desiit..... Filius unius cum Patre substantiæ creditur, sic quod [a] et *homousion* Patri dicitur, hoc est ejusdem cum Patre substantiæ: OMO enim Græce [b] *unum*, USIA vero *substantia* dicitur, quod utrumque conjunctum sonat unam substantiam. Non enim de nihilo, neque de alia substantia, sed de Patris utero, id est, de Substantia ejusdem Filius genitus, vel naturæ credendus est.

III. Sempiternus ergo Pater, sempiternus et Filius; quod si Pater semper fuit, semper habuit Filium, cui Pater esset, et ob hoc Filium de Patre natum sine initio confitemur. Nec eumdem Filium Dei pro eo, quod de Patre sit genitus [c] dissectæ naturæ [d] portiunculam nominamus. Sed perfectum Patrem, perfectum Filium sine diminutione, sine dissectione genuisse asserimus, quia solius divinitatis est inæqualem Filium non habere. Hic etiam Filius Dei natura est Filius, [e] non adoptione, quem Deus Pater nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est, quia nulla in Deo necessitas capit, [f] nec voluntas sapientiam prævenit.

[a] Τὸ ὁμοούσιον significat Filium non solum similem esse Patri, sed ejusdem omnino cum illo naturæ, et essentiæ, adeoque hic profligatur Ariana hæresis, quam S. Athanasius in omnibus suis operibus, et in sui exsilio detestatus est, ut probaret cum Nicenæ synodi patribus veram consubstantialitatem Filii Dei, de qua fide Patrum hujus sacrosanctæ synodi historiam scripsit idem sanctus doctor Athanasius, ut videre est pag. 415 suorum operum.

[b] *Plures numero, qui Arimini, aut Niceæ adfuerunt sub auctoritate vestri nominis ad* Usiæ *licentiam sunt coacti, quod verbum a vobis quondam contra Ariomanitarum hæresim inventum a nobis semper sancte, fideliterque sumptum est.* Ita Patres concilii Parisiensis anno 362 celebrati, ut inter fragmenta S. Hilarii Pictaviensis legitur tom. II, pag. 553.

Interea legatos Ariminensis concilii ex parte nostrorum compellit Imperator uniri hæreticorum communioni, eisdemque conscriptam ab improbis fidem tradit verbis fallentibus involutam, quæ catholicam disciplinam perfidia latente loqueretur. Nam USIÆ *verbum tamquam ambiguum, et temere a Patribus usurpatum, neque ex auctoritate scripturarum profectum sub specie falsæ rationis adhibebat, ne unius cum Patre substantiæ Filius crederetur, eadem fides similem Patri Filium fatebatur: sed interius aderat fraus parata, ut esset similis, non esset æqualis.* Ita Sulpitius Severus in sua Historia sacra, lib. II, cap. 43, apud Gallandium, Bibliotheca PP. tom. VIII, pag. 389.

En ergo sancti Eusebii sensus adeo clarior contra hoc edictum, hujus synodi ne fraudi patrocinaretur, et *usia* unum, et *omousion*, id est eadem substantia, Latine scribendo, Græcas voces adhibet noster sanctus doctor, ut clarius se explicet, juxta mores suorum temporum, quod et fecit S. Hilarius ejus discipulus lib. I *de Fide Trinitatis*, n. 12.

[c] De hac naturæ dissectione nemo ante Tatianum orat. contra Græcos hanc explicavit impossibilem esse hoc modo: *Natus est autem per communicationem, non per abscissionem*, et hic prosequitur S. Justinus contra Triphonem: *Filius proprie ideo genitus dicitur, qui Patrem habet, qui eum avavit.* Et secutus Alcuinus Flaccus lib. I *de Fide S. Trinit.* n 5, cap. 15, pag. 717 edit. Andre v Quercetani, *sed non inter Patrem, et Filium* DIVISIO, *vel* SCISSIO, *quia alter in altero est.*

S. Justinus martyr, Dialogo contra Triphonem Judæum, num. 70: *Quale est, quod in nobis fieri videmus; aliquem enim sermonem proferentes, sermonem gignimus, nec tamen cum* ABSCISSIONE: *ita ut sermo ille, qui in nobis est, dum eum proferimus, imminuatur. Quale est etiam quod videmus ex igne alium ignem nasci non imminuto eo ex quo iste accensus est; et qui ex eo accensus est, exstat ipse, et apparet, nec eum imminuit, ex quo accensus est. Testis mihi erit* VERBUM SAPIENTIÆ, *ipse esse Deus ex Patre universorum genitus, qui et verbum, et sapientia, et virtus, et gloria est Salvatoris.*

[d] Sabellii hæresim profligatur hic S. Eusebius, ut etiam in operibus S. Hilarii, frag. XI, seu de fide catholica exposita apud Larissam civitatem ab episcopis Gallicanis ad Orientales episcopos, n. 2: *Nam* HOMOUSION *sermonem ad veram, et legitimam ex Deo Patre unigeniti Dei nativitatem sumus amplexi detestantes secundum Sabellii blasphemias ipsam unionem, neque* ALIQUAM PARTEM *Patris esse Filium intelligentes: sed ex toto, atque perfecto innascibili Deo totum perfectum unigenitum Deum natum, unius a nobis circo, vel usiæ, vel substantiæ cum Deo Patre confessum, nec creatura potius, aut* ADOPTIO, *aut appellatio videretur.*

[e] Hic refellit Arianorum hæresim, de qua Hilarius lib. VI de Trinitate, n. 26, contra hanc sic scripsit: *Quamquam igitur sola simplex confessio naturæ nomina ostendat, ut de quo dictum est* HIC EST FILIUS MEUS, *ad quem dictum est Pater meus hoc sint quod nuncupantur, tamen ne aut adoptionis in Filio nomen sit, aut honoris in Patre videamus, quæ proprietates per Filium ad Filii nomen adjectæ sint.* Et idem doctor contra Constantinum imp. n. 9: *Clamat ille: Hic est Filius meus dilectus*, etc., *et tu decernis non esse Filium, neque esse Patrem, sed adoptionis externas nuncupationes.*

[f] Non esset summum bonum *Deus* si aliquo indigeret. Neque esset æternus Deus, nec immensus, neque principium, vel origo omnium bonorum esset, si aliquo indigeret, vel si voluntas sapientiam præve-

IV. Sanctum quoque Spiritum, quem tertiam in Trinitate personam unum, atque æqualem cum Deo Patre, et Filio credimus esse Deum unius substantiæ, unius naturæ, non tamen genitum, vel creatum, sed ab utroque procedentem amborum esse Spiritum. Hic etiam Spiritus sanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur. Ne si ingenitum dixerimus, duos patres dicamus, aut si genitum, duos filios prædicare monstremus. Quod tamen nec Patris tantum, nec Filii tantum, sed simul Patris, et Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, vel de Filio [a] procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul ab utrisque processisse monstratur, quia charitas, sive sanctitas amborum esse agnoscitur. Hic igitur Spiritus sanctus [b] missus ab utrisque, sicut Filius a Patre creditur, sed minor Patre, et Filio non habetur [c], sicut, et Filium propter assumptam carnem minorem [d] Patre et Spiritu sancto esse testamur.

V. Hæc est sancta Trinitas, ut fert credi relata narratio, quæ non triplex, sed æternitas et dici, et credi potest. Nec recte dici debet ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas [e] in relativis personarum nominibus, Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque refertur, quæ cum relative tres personæ dicantur, una tamen natura, id est substantia creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus, sed unam substantiam, tres autem personas [f].

VI. Quod enim Pater est non a se, sed ad Patrem est. Similiter, et Spiritus sanctus non a se, sed ad Patrem et Filium relative refertur in eo, quod Patris et Filii Spiritus prædicatur. Item cum dicimus Deus non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus sanctus ad Patrem, et Filium, sed ad se specialiter dicitur Deus. Nam etsi de singulis personis interrogaremur, Deum necesse est, fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus, [g] singulariter dicitur, non tamen tres Dei, sed unus est Deus.

VII. Item, et Pater omnipotens, et Filius omnipotens, et Spiritus sanctus omnipotens singulariter dicuntur, nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens. Sicut, et unum lumen [h] unumque principium prædicatur. Singulariter ergo ut unaquæque

niret, adeoque recte dicitur summum bonum, fons, et origo omnium rerum, *qui fecit mundum et omnia, quæ in eo sunt; hic cœli et terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat, nec manibus humanis colitur, non indigens aliquo cum ipse det omnibus vitam, et inspirationem, et omnia* (*Act.*, XVII, 24, 25).

[a] Alcuinus Flaccus sic habet de Trinit. lib. I, cap. 15 : *Spiritus siquidem sanctus nec ingenitus, nec genitus alicubi dicitur, ne si ingenitus diceretur sicut Pater, duo Patres in sancta Trinitate intelligerentur. Si genitus diceretur sicut Filius, duo ibidem Filii in eadem æstimarentur esse sancta Trinitate, sed tantummodo procedere de Patre et Filio, salva fide, dicendus. Qui tamen non de Patre procedit in Filium, et de Filio procedit ad sanctificandam creaturam, sicut quidam male intelligentes credendum esse putabant, sed de utroque procedit, quia Pater talem genuit Filium, ut quemadmodum de se, ita de illo quoque procedat Spiritus sanctus.*

[b] *Si forte dicit aliquis : Ideo minor est quia missus legitur, et quid dicturus est cum legit in Isaia propheta ex persona Christi dicentis :* Dominus misit me, et Spiritus ejus; *et alibi* : Spiritus Dominus super me..... *Quomodo ergo minor credendus est qui etiam Deus, qui sicut ipse æqualis est Patri.* Ita auct. Brev. fidei adversus Arianos. Sirm. pag. 231. B. C.

[c] Evidentissimum est ex historicis omnibus Socinianos, Macedonianos, atque Arianos, Spiritum sanctum nullum esse præter charismatum munera, quod falsum eorum dogma, tamquam contrarium sacræ Scripturæ et sanctorum Patrum testimoniis Patres concilii Nicæni, et Alexandrini ostenderunt, tum Matth. XXVIII, 19, et historia Ananiæ Act. V, cum Pauli verbis Hebr. III, I ad Corinthios III, ut omittamus Veteris Testamenti auctoritates pluribus in locis relatas a sanctis Patribus, et conciliis, ut probarent et existentiam S. Spiritus, divinitatem, et eamdem cum Patre, et Filio dignitatem atque majestatem. Hoc dogma illud est, quod Rufinus memorat in sua historia fuisse a concilio Alexandrino definitum (*Hist. eccl. lib.* I, *cap.* 29, *pag.* 211). *Additur*, ait, *sane in illo concilii decreto etiam de Spiritu sancto plenior disputatio, ut ejusdem substantiæ, ac deitatis, cujus Pater, et Filius etiam Spiritus sanctus crederetur*, præferente S. Asterio procuratore Orientis, et S. Eusebio Occidentis Ecclesiæ, quæ autem omnia plane discutiuntur in Breviario fidei adversus Arianos (*Bibl. Pat. Galland. tom.* VIII, *pag.* 592 *et seq.*), adeoque quæ in præfatione notavimus hic clarius probantur. Quinimmo nemo, ut sciamus, hoc dogma nobis reliquit simillimis verbis conscriptum.

[d] *Nos enim catholici Dominum Deum nostrum Jesum Christum, et minorem dicimus Patre, et æqualem. Minorem propter humanitatem assumptam, quia cum in forma Dei esset, formam servi induere dignatus est. Æqualem vero dicimus propter deitatem perpetuam.* Ita auctor Breviarii fidei adversus Arianos apud Sirmund. edit. Venet. tom. II, pag. 195. Et paulo post ait : *Cum nusquam omnino Deus minor esse legatur, nisi ut dictum est propter dispensationem carnis assumptæ, in qua non solum ab angelis minoratus est, sed et matre sua junior invenitur, sicut jam diximus.*

[e] Alcuinus Flaccus lib. I de Fide Trinitatis cap. 4, pag. 710, ait : *Quædam de Deo substantialiter dicuntur, ut est Deus magnus omnipotens, quidquid ad se dicitur idem substantiam Divinitatis. Quædam itaque relative dicuntur, ut Pater ad Filium, et Filius ad Patrem, et Spiritus sanctus relative ad Patrem, et Filium, ad se autem sive Pater, sive Filius, sive Spiritus sanctus Deus dicitur. Itaque Pater, eo quo Deus est, hoc ipso substantia est, quia ejusdem substantiæ Filius, procul dubio, et Filius Deus, Spiritus sanctus Deus. At vero Deus, eo quod Pater est relative dicitur, quia non substantiæ nomen, sed refertur ad Filium. Non sic dicimus Filium Patrem esse quomodo dicimus Filium Deum esse, nec ita dicimus Patrem Filium esse, sicut dicimus Deum esse, quia Deus substantialiter dicitur Pater, et Filius, et Spiritus sanctus relative dicuntur. Prorsus, et Spiritus sanctus relative dicitur ad Patrem et Filium, sed non eodem modo quo inter se Pater et Filius.*

[f] *Credantur ergo tres personæ, sed non tres substantiæ; tres proprietates, sed non tres potestates.* Brev. fid. adv. Arian. Sirm. tom. I, pag. 225.

[g] *Nam si Ecclesiam catholicam interrogas de Patre quid sit, dicit Deum, sed et Filium dicit Deum, sed et Spiritum sanctum dicit Deum, et tamen non dicit tres Deos.* Ibidem, et apud Galland. Bibl. PP. tom. VIII, pag. 592, quæst. 19.

[h] D. *Numquid aliud lumen est Pater, et aliud Filius?* R. *Nequaquam aliud, sed unum lumen est Pater, et Filius sicut una substantia. Ideo recte dicitur lumen de lumine, sicut Deus de Deo, sicut unus Deus est Pater, et Filius, ita unum lumen est.* Ita Alcuinus Flac. ad Fredegisum de Trinit. q. 19, p. 764. *Quemadmodum enim ex una face multi ignes accenduntur, nec tamen primæ facis ob plures accensos [illos] imminuitur; sic verbum ex Patris potentia [et]*

persona plenus Deus, et totæ tres personæ unus Deus confitetur, et creditur una illis non divisa, atque æqualis majestas, deitas, atque potestas, nec minoratur [a] in singulis, nec augetur in tribus.

VIII. Quia nec aliquid abest cum unaquæque persona Deus singulariter dicitur, nec amplius [b] cum totæ tres personæ unus Deus enuntiatur. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus est, et verus Deus non recedit a numero, nec capitur numero [c]. In relatione enim personarum numerus cernitur. In divinitatis vero substantia quid innumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solum numerum insinuat, quod ab invicem sunt, et in hoc solum numero carent, quod ad se sunt [d]. Nam ita huic sanctæ Trinitati unum naturale convenit nomen, ut in tribus personis non possit esse plurale. Ob hoc secundum illud in sacris litteris dicitur *Dominus, Dominus noster, et magna virtus ejus, et sapientiæ ejus non est numerus* (*Psal.* CXLVI, 5). Nec quia tres has personas esse dicimus unum Deum, eumdem esse Filium, quem Patrem, aut eumdem, quod Spiritus sanctus est, Patrem, vel Filium dicere poterimus.

IX. Non enim ipse est Pater, qui Filius, nec Filius ipse, qui Pater, nec Spiritus sanctus ipse, qui est vel Pater, vel Filius, cum tamen ipse sit Pater, quod Filius, ipse sit Filius, quod Pater, ipse Spiritus sanctus, quod est Pater, et Filius, id est natura unus Deus. Cum enim dicimus non ipsum esse Patrem quem Filium, ad personarum distinctionem refertur.

X. Cum autem dicimus ipsum esse Patrem, quod Filium, ipsum Filium, quod Patrem, ipsum Spiritum sanctum, quod Patrem et Filium, ad naturam, qua Deus est, vel substantiam pertinere monstratur. Quoad substantiam unum sunt, personas enim distinguimus, non Deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus, unitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt natura scilicet, non persona, nec tamen tres istæ personæ separabiles existimandæ sunt, cum [e] nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia vel exstitisse, vel quidpiam operasse aliquando credatur. Inseparabiles enim inveniuntur et in eo, quod sunt, et in eo quod faciunt [f]; ita inter generantem Patrem, et generatum Filium vel procedentem Spiritum sanctum nullum fuisse credimus temporis intervallum, quo aut genitor genitum aliquando præcederet, aut genitus genitori deesset, aut procedens Spiritus Patri, vel Filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis et inconfusa hæc Trinitas a nobis et prædicatur, et creditur. Tres igitur istæ personæ dicuntur juxta quod majores definiunt, ut cognoscantur, non ut separentur. Nam si attendamus illud, quod Scriptura sacra dicit de sapientia: *splendor est lucis æternæ* (*Sap.* VII, 26; *Hebr.* I, 3), sicut splendorem a luce videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur Filium a Patre separari non posse. Tres ergo illas unius, atque inseparabilis naturæ personas sicut non confundimus, ita separabiles nullatenus prædicamus. Quandoquidem ita nobis hoc dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, cum etiam in his nominibus quibus voluit singillatim personas agnosci, unam sine alia non permittat intelligi, nec Pater absque Filio agnoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personas separari vetat, quas etiam dum non simul nominat, simul insinuat. Nemo autem audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur, et alterum.

XI. Cum igitur hæc tria sint unum, et unum tria,

genitorem verbi expertem non fecit. Sicut Tatianus Assyrius contra Græc. orat. n. 5, apud Galland. Bibl. PP. tom. I, pag. 641, sed et Justinus martyr hoc facis exemplo utitur, ut explicet æternam generationem, in qua Deus totam suam Filio substantiam communicavit Dialog. n. 128, ut observetur a nobis æternam generationem, et processionem a temporaria progressione dijudicari et sic: *Illam autem virtutem quam, et Deum sermo propheticus, ut multis similiter demonstratum est, et angelum vocat, non solo nomine, ut* LUCEM SOLIS, *numerari, sed et numero aliud quid esse* * *etiam supra breviter disserui* (ut observatum fuit superius col. 959, num. 2) *cum virtutem illam, ex Patre unitam dicerem, virtute, et voluntate ipsius, non vero per* ABSCISSIONEM *quasi Patris substantia divideretur; quemadmodum cætera omnia, quæ dividuntur, et scinduntur non eadem sunt, ac antequam scinderentur.* Apud Galland. Bibl. PP. p. 580, tom. I.

[a] *Apud homines ideo minorem filium generat pater, quia, et ipse minor est, generatur a Patre; idcirco crescente filio pater senescit, et moriente patre filius succedere comprobatur, et melior, ac potentior patre nonnumquam efficitur. Apud Deum vero non ita est, quia ubi crescere, vel senescere divinitas non habet, hoc est dignum ut Filium dilectio habeat æqualem.* Brev. fid. adv. Ar. Galland. ut sup. pag. 688.

[b] Supple *adest.*

* *Numero aliud esse* idem est ac, *Patris alium esse*, ut patet ex consequentibus, quia illum non discernit substantia, sed tantum subsistentia, seu persona.

[c] Quicquid ergo ad se ipsum dicitur Deus, et de singulis personis dicitur Patre, et Filio, et Spiritu sancto, et simul de ipsa Trinitate non pluraliter, sed singulariter dicendum est. Alcuinus de fide cap. 8, p. 712: *Id est ut tres personas, et unum Deum intelligas. Non semel dicunt, ne singularitatem credas; non bis, ne Spiritum sanctum excludas; non* Sancti Domini Sabaoth, *ne tres Deos more gentilium fatearis. Sed dicunt* Sanctus, Sanctus, Sanctus, Dominus Deus Sabaoth (*Isai.* VI, 3).

[d] *Ubi enim unus Deus creditur, ibi minor, et major excluditur. Nescit enim numerum unitas, et gradum non admittit æqualitas.* Brev. fid. advers. Ar. Sirmund. pag. 215.

[e] Alcuinus Flaccus lib. I, cap. 4, p. 617: *Scripsit totum illud caput, quo probat S. Trinitatem non esse separabilem in natura, nec in personis.*

[f] *Sed adhuc forte dicis, sicut habet carnalis intellectus inter gignentem Patrem, et genitum Filium non potuisse fieri nisi, ut aliquod fuisset spatium. Spatium horæ faciunt horæ, horæ tempus designant, ac si tempus anteponis Filio non omnia per ipsum facta fateris.* Brev. fid. adv. Ar. Sirmund. pag. 224. Et paulo post: *Sic ergo fuit Pater sine Filio, sicut tu dicis fuit sine virtute, fuit sine sapientia, fuit sine vita, fuit sine veritate. Sed quia sine his numquam fuisse: Pater credendus est, hoc convenit saluti tuæ, ut juxta fidem catholicam consempiternum Patri, et æqualem Filium fatearis.*

[g] Hic videtur S. Hil. Pict. lib. VII, de Trin. n. 29, hæc sumpsisse, etsi alio modo, et similitudine ignis utatur, ut in lib. VI, num. 12, *de lumine, seu lampade.*

est tamen unicuique personæ manens sua proprietas. Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius nativitatem cum æternitate, Spiritus vero Sanctus processionem sine nativitate cum æternitate. De his tribus personis solam Filii personam pro liberatione humani generis hominem verum sine peccato [a] de sancta et immaculata Maria Virgine credimus assumpsisse, de qua novo ordine, novaque nativitate est genitus, quia intacta Virginitas virilem coitum nescivit, et fecunda per Spiritum sanctum carnis materiam ministravit. Qui partus Virginis nec ratione colligitur, nec exemplo monstratur. Quod si ratione colligitur, non est mirabile. Si exemplo monstratur, non est singulare. Nec tamen Spiritus sanctus Pater esse credendus est Filii pro eo, quod Maria eodem Spiritu sancto obumbrata concepit [b], ne Patres Filii videamur asserere, quod nefas est dici. In quo mirabili conceptu ædificante sibi Sapientia [c] domum, *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Joan.* I, 14). Nec tamen verbum ipsum in carne conversum, atque mutatum est, ut desisteret esse Deus, quod homo esse voluisset. Sed ita *Verbum caro factum est*, ut non tantum ibi sit verbum Dei, et hominis caro, sed etiam rationalis hominis anima, atque hoc totum, et Deus dicatur propter Deum, et homo propter hominem. In quo Dei Filio duas credimus esse naturas, unam Divinitatis, alteram humanitatis.

XII. Quas ita in se una Christi persona univit, ut nec Divinitas ab humanitate, nec humanitas a Divinitate possit aliquando sejungi. Unde perfectus Deus, perfectus Homo in unitate personæ, unus est Christus. Nec tamen quia duas diximus in Filio Dei esse naturas, duas causabimus in eo esse personas, ne Trinitati, quod absit, accedere videatur quaternitas.

XIII. Deus enim verbum non accepit personam hominis, sed naturam, et in æternam personam Divinitatis temporalem accepit substantiam carnis. Item cum unius substantiæ credimus esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum, non tamen dicimus, ut hujus Trinitatis unitatem Maria Virgo genuerit, sed tantummodo Filium, qui solus naturam nostram in unitate suæ personæ assumpsit. Incarnationem quoque hujus Filii Dei tota Trinitas operasse credenda est, quia inseparabilia sunt opera Trinitatis. Solus tamen Filius formam accepit in singularitate personæ, non in unitate Divinæ naturæ. In id quod est proprium Filii, non quod commune Trinitati, quæ forma illa ad unitatem personæ quidem allata est, adeo ut Filius Dei, et Filius hominis unus sit Christus, id est Christus in his duabus naturis tribus exstat substantiis verbi, quod ad solius Dei essentiam referendum est, corporis et animæ, quod ad verum hominem pertinet. Habet igitur in se geminam substantiam divinitatis suæ et humanitatis nostræ. Hic etiam per hoc, quod de Deo Patre sine vitio prodiit natus tantum. Nam neque factus, neque prædestinatus accipitur.

XIV. Per hoc tamen, quod de Maria Virgine natus est, et prædestinatus esse credendus est. Ambæ tamen in illo generationes mirabiles, quia, et de Patre ante sæcula sine matre genitus, et in fine sæculorum de matre sine patre est generatus. Quod tamen secundum quod est Deus creavit Mariam, secundum quod homo est creatus ex Maria, ipse Pater Mariæ matris suæ, et Filius.

XV. Item per hoc quod Deus est, æqualis est Patri, per hoc quod homo, minor est Patre. Item et major, et minor esse credendus est. In forma enim Dei etiam ipse Filius [d] se ipso major est propter humanitatem assumptam. Quia Divinitas major est. In forma autem hominis etiam ipse Filius se ipso major est ad humanitatem, quæ minor divinitate accipitur. Ita secundum divinitatem, quæ æqualis est Patri, ipse, et Pater major est homine, quem sola Filii persona assumpsit. Item in eo, quod quæri potest, Filius sic æqualis, et minor esse creditur. Respondeamus *secundum formam Dei servi* (*Philip.* II, 7) minor et Patre et Spiritu sancto. Quia nec Spiritus Sanctus dicitur Pater [e]. Sed sola Filii persona suscepit carnem, per quam minor esse creditur illis personis duabus. Item hic Filius a Deo Patre et Spiritu sancto inseparabiliter discretus creditur esse persona ab homine assumpto ex Maria. Item cum in homine una exstat persona [f], cum Patre vero, et Spiritu sancto natura Divinitatis suæ substantia, missus tamen Filius non solum a Patre, sed a Spiritu Sancto [g] missus esse credendus est. In eo,

[a] S. Hilarius hoc argumentum in tractatu psalm. CXXXVIII, per totum diserte pertractat, et in libro X, n. 17, de Trinitate. Quæ quidem respondent eis quæ definita fuerunt in concilio Alexandrino, propter quæ S. Eusebius se subscribens epistolæ synodicæ ad Antiochenos missæ a S. Athanasio scribit: *Sed etiam incarnationem Salvatoris nostri consensio.*

[b] S. Hilarius de Trin. lib. X, n. 15: *Virgo enim nonnisi ex suo sancto Spiritu genuit, quod genuit.*

[c] *Ac Verbum caro factum, aut aliud esse, quam nostræ carnis Deus caro factus esset.* S. Hilarius de Trin. lib. XI, n. 16, et in libro de Synodis, seu de Fide Orient. anathema n. 11, pag. 384.

[d] *Hac carne major est Patre: æqualis verbo, major carne, æqualis ei, per quem fecit nos, major eo qui factus est propter nos. Nam quod Deus sit Filius, licet multa testimonia superius posita evidenter perdoceant, tamen adhuc pauca credidi subjungenda. In Genesi scriptum est:* Creavit Deus cœlum.... *et utique Evangelista confirmat omnia a Filio esse creata... Cum tam præsentibus, quam præteritis testimoniis, quæ de Scripturis sanctis prostulata sunt, Deus esse Filius demonstretur, miror cur forte cum aliqui* MINOREM *dicendo blasphemare non metuunt, cum nusquam omnino Deus minor esse legatur.* Breviarium fidei adversus Arianos.

[e] Supple *nec assumpsit carnem.*

[f] Scilicet persona discreta ab homine, seu humanitate assumpta ex Maria. Namque posuit semper *hominem* pro humanitate quotiescumque id nominis usurpavit, ut videre est pluribus in locis, adeoque hic solummodo hoc annotari ab omnibus opto, ne longior sim, quam res postulat.

[g] *Quod de cœlo descendit, conceptæ de Spiritu originis causa est. Non enim corpori Maria originem dedit: licet ad incrementa, partumque corporis omne quod sexus sui est naturale contulerit. Quod vero hominis Filius est, susceptæ in Virgine carnis est partus. Quod autem in cœlis, et naturæ semper manentis potes*

quod ipse per Prophetam dicit: *Et nunc Dominus misit me, et spiritus ejus* (*Isai.* XLVIII, 16). A se ipso quoque missus accipitur [a] pro eo, quod sine parabolis, non solum voluntas, sed et operatio totius trinitatis agnoscitur. Hic enim qui ante sæcula unigenitus est vocatus spiritualiter, primogenitus est factus. Unigenitus propter Divinitatis substantiam. Primogenitus propter assumptæ carnis naturam, in qua suscepti hominis forma juxta evangelicam veritatem [b] sine peccato conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus creditur, qui solus pro nobis peccator est factus, id est sacrificium pro peccatis nostris. Et tamen passionem ipsam, salva Divinitate sua pro delictis nostris sustinuit, mortique judicatus, et cruci veram carnis mortem excepit. Tertia quoque die virtute propria suscitatus de sepulcro surrexit.

XVI. Hoc ergo exemplo capitis nostri confitemur veram fieri resurrectionem carnis omnium mortuorum. Nec in aeria, vel qualibet alia carne [c], ut quidam delirant resurrecturos vos credimus, sed in ista, qua vivimus, consistimus et movemus. Peracto hujus sanctæ resurrectionis exemplo idem Dominus noster, atque Salvator paternam ascendendo sedem repetivit, de qua numquam per divinitatem discessit. Illuc ad dexteram Patris sedens exspectatus in finem sæculorum Judex omnium vivorum et mortuorum.

XVII. Inde cum sanctis omnibus veniet ad faciendum judicium, reddere unicuique mercedem proprie debitam, *prout quisque gesserit in corpore positus, sive bonum, sive malum* (I *Cor.* V, 10).

Ecclesiam sanctam catholicam pretio sui sanguinis comparatam cum eo credimus in perpetuum regnaturam. Intra cujus gremium constituti unum baptisma credimus; et confitemur in remissione omnium peccatorum. Sub qua fide, et resurrectione mortuorum veraciter credimus, et futuri sæculi gaudia exspectamus.

Hoc tantum nobis orandum est, et petendum ut cum peracto, finitoque judicio tradiderit Filius regnum Deo et Patri, participes nos efficiat regni sui, ut qui per hanc fidem illi inhæremus cum illo sine fine regnemus.

Hæc [d] est confessionis nostræ fides exposita, per quam hæreticorum dogma perimitur, per quam fidelium corda mundantur, per quam etiam ad Deum gloriose acceditur, cujus sacrosancto sapore sub triduano dierum jejunio continua relationum collatione ructantes ad ea, quæ subnixa sunt sequenti die exponenda transivimus.

tas est, quæ initiata, conditoque per se carne, non se ex infinitatis suæ virtute intra regionem definiti corporis coarctavit. S. Hil. de Trin. lib. X, n. 16, p. 531.

[a] *Sed forte dicit aliquis: Ideo minor est, quia missus legitur. Et quid dicturus est cum legit Isaiam prophetam ex persona Christi dicentem:* Dominus misit me, et Spiritus ejus... *Credendum est mitti, qui ubique esse dignoscitur.* Brev. fid. adv. Arian, ut sequitur S. Hilarius. *A Filio Paracletum missum meminimus, et in principio hoc fides ipsa exposuit. Sed quia frequenter per indifferentis naturæ virtutem opera sua, opera Patris esse dixit dicens,* Joan. X, 37. *Missurus quoque Paracletum sicuti frequenter spopondit interdum eum et mittendum dixit a Patre, dum omne, quod ageret, pie referre est, solitus ad Patrem, ex quo hæretici occasionem frequenter arripiunt, ut ipsum esse Filium Paracletum mittendum a Patre sit precaturus, differentiam missi rogantisque significet.* Sic S. Hilarius lib. de Synodis Orient., seu de fide Orientalium n. 20, pag. 494.; et sequitur. num. 21: *Si quis Spiritum sanctum partem dicat Patris vel Filii, anathema sit.*

[b] Quod hic legatur: *sine peccato conceptus, sine peccato natus, sine peccato mortuus creditur*, hæc credo referenda esse ad illamet verba S. Eusebii subscribentis epistolæ synodicæ jam laudatæ a S. Athanasio ad Antiochenos missæ in fine cujus scripsit idem Eusebius: *Et excepto peccata omnia, quæ veteris erant nostræ humanitatis*, etc.

[c] Ex hoc aperte eruitur pugnare Eusebium contra errorem Origenis docentis non carnem, sed corpora suscitanda, neque eadem, sed alia subtilia aerea cœlestia, quæ indutura sunt animæ loco crassioris illius materialis, et carnei, quod nunc regunt, et animant. Quod dogma, seu hæresim in Com. Psalm. tom. I edit. Venet. recent. pag. 398, 399, tradidit, et in Matth. pag. 344, 446, tom. XIII, seu tom. III, confirmavit. Quam hæresim secuti postea fuerunt Bardesanus Syrus, et alii plures, contra quos Patres Aquilcienses in symbolo apostolico addiderunt ad illum articulum carnis resurrectionem pronomen *hujus*, ut docet Rufinus lib. I Invectiv. in S. Hieronym. num. 4: *Sacra aquileiensis Ecclesia Dei spiritu futuras adversum nos calumnias prævidente ubi tradit carnis resurrectionem, addit unius pronominis syllabam, et pro eo, quod dicunt carnis resurrectionem, nos dicimus:* HUJUS CARNIS RESURRECTIONEM.

In hoc symbolo nec *in aeria, vel qualibet alia carne, ut quidam delirant resurrecturos* nos tradit. Ergo contra illos, qui resurrectionem alienæ carnis, seu materiæ, quam hujus nostri corporis docuerunt dogma statuitur, adeoque, sicut jam in præfatione diximus cum S. Hieronymo S. Eusebium commentarios psalmorum Origenis de Græco in Latinum emendatis erroribus dedisse, facile cuique erit hic agnoscere, contra quem hoc dogma definitum fuerit ab auctore hujus confessionis maxime cum in reliquis symbolis, nihil statutum fuerit tam clarum contra errorem Origenis verbo ipsa referentibus, ut hic legitur. De qua Origenis hæresi, sic S. Epiphanius scripsit speciatim in lib. Ancoratus pag. mihi 356: *At de his satis dictum esse puto, paucis e multis exemplis a nobis productis. Cæterum de his, qui Christiani esse videntur, verum Origeni credunt et mortuorum quidem resurrectionem confitentur, tum carnis nostræ, tum corporis Domini, sancti illius ex Maria assumpti, hanc autem carnem non resurgere dicunt, sed etiam pro hac ex Deo dari: quomodo non dixerimus magis impiam aliis habere ipsos opinionem, et stolidiorem quam est Græca*, quam alibi hæresim ut hic refutavit.

[d] Etsi in hac periodo videatur auctorem duobus aliis diebus locutum fuisse de hoc mysterio sanctissimæ Trinitatis; tamen in codice nihil aliud adest, et ultimam paginam vacuam habet, alibi hæc forsan petenda erunt.

EUSEBIANORUM OPERUM EDITIONIS COMPLEMENTUM,

IN QUO DE AUCTORIS VITA ET SCRIPTIS NOTANDA QUÆDAM EXPONUNTUR.

I. *De Eusebii Vercellensis vita et scriptis, ex Gallandio.* Eusebius natione Sardus (*a*), terra sua et cognatione relicta, atque otio domestico peregrinationem præferens, ut inquit sanctus Ambrosius (*b*), primum Ecclesiæ Romanæ lector, deinde Vercellensis episcopus est ordinatus. Et jure quidem creditum (*c*), quod ad munus episcopale divino esset electus judicio : quem enim numquam ante cognoverant electores, posthabitis civibus, simul ut viderunt et probaverunt; tantumque interfuit ut probaretur, quantum ut videretur : adeoque merito vir tantus evasit, quem scilicet divinitus vocatum omnis elegit ecclesia. Primus omnium (*d*) in occidentis partibus monasticam vitam clericali conjunxit : redux nimirum ex Ægypto, ubi exsulans sanctorum monachorum institutum diligenter perquisierat, ut auctor est Baronius (*e*). Anno autem 354 quo tempore potissimum Ecclesiam divexabat Ariana impietas, Liberius papa litteras ad Eusebium dedit (*f*), quibus ipsum rogabat, ut una cum sedis apostolicæ legatis fidei patrocinium apud Constantium susciperet. Romano pontifici morem gerens beatus antistes, legatisque Vercellis honorifice comiterque exceptis, viæ juxta atque legationis comitem sese obtulit, unaque cum illis ad imperatorem in Gallias contendit. Cujus rei certior factus summus pontifex, mox ad ipsum rescripsit (*g*), significans quanta lætitia fuerit affectus, dum eum ipsius legatis se adjunxisse intellexit.

Itaque apud Constantium enixius agens Eusebius, quidquid ea legatione petebatur obtinuit, nempe ut concilium celebraretur : quod utique anno insequente Mediolani fuit coactum. Et in eo quidem concilio eminuit Eusebii fortitudo atque animi firmitas (*h*) : siquidem non minas, non vincula, et ne gladium quidem districtum metuens, exsilium pro ministerii sui officio anno 357 suscepit, Scythopolim relegatus : ubi primum ab Josepho comite perhumaniter exceptus (*i*); deinceps vero a Patrophilo, Arii quondam socio, homine plane sævissimo, dire fuit vexatus. Quæ autem et quanta fortissimus Christi confessor tunc passus fuerit; scripto ad eumdem Patrophilum Arianum libello, quem litteris illigavit ad suos in Italiam missis, ipsemet Eusebius declarat (*j*). Scythopoli postea in Cappadociam, atque inde in Ægyptum deportatus; promulgato demum anno 362 Juliani edicto de episcoporum exsulum restitutione, A Alexandriam rogante Athanasio se contulit, ubi et synodo interfuit ab eodem Athanasio coactæ. Sed ea singillatim enarrare quæ in illa synodo Alexandrina gesta sunt, prolixius esse quam instituti nostri ratio ferat.

Illud tamen haud prætermittendum existimamus, Eusebium nimirum illius synodi Alexandrinæ actis Latine subscripsisse; quod quidem refert ipse Athanasius his verbis (*k*) : *Ego Eusebius, secundum exactam vestram utriusque partis confessionem, qua in eamdem circa hypostases sententiam convenistis, in eamdem quoque conveni : sed etiam circa incarnationem Salvatoris nostri, nempe Dei Filium hominem factum esse, et omnia præter peccatum assumpsisse, cujusmodi erat antiquus noster homo : idque juxta contextum Epistolæ meo suffragio confirmavi. Et quando-* B *quidem exclusa dicitur Sardicensis concilii tabella, ne ultra Nicænam fidem aliquid exponi videatur : ego huic quoque rei consentio, ne per illam Nicæna fides exclusa videatur, neque proferendam eam esse sentio. Opto in Domino vos bene valere.* Hactenus Eusebii subscriptio; cui hæc præmittit Athanasius : Τούτοις καὶ Εὐσέβιος ὑπέγραψε Ῥωμαϊστί, ὧν ἡ ἑρμηνεία· Ἐγὼ Εὐσέβιος κ. τ. λ. *His Eusebius quoque Latine subscripsit, quorum hæc est interpretatio :* Ego Eusebius, etc.

Hinc vero minus recte arguisse videtur Tillemontius (*l*), Eusebium fortasse Græcam linguam haud calluisse, propterea quod synodo Alexandrinæ Latine subscripserit. Scilicet Græce imperitus fuerit episcopus ille Vercellensis, qui teste Hieronymo (*m*) *edidit in Psalmos commentarios Eusebii Cæsariensis, quos* C DE GRÆCO IN LATINUM VERTERAT. Satius ergo fuerit illud suspicari, Eusebium Græce loqui aut scribere potius nescisse, quam Græcam linguam penitus ignorasse : vel etiam, quod quidem malim, ipsum licet Græce doctum, synodi Græcæ actis Latine subscribere voluisse, quo Ecclesiæ utriusque consensus in dogmatis definiendis plenius evidenti usque constaret.

Jam vero, celebrata synodo Alexandrina, sanctus Vercellensis antistes, ut habet Socrates (*n*) post Rufinum (*o*) *instar præstantis medici orientis provincias peragrans, eos qui in fide infirmi erant, ad integram valetudinem restituit, ecclesiastica doctrina eos instituens atque erudiens. Inde autem digressus in Illyricum venit; tandemque in Italiam delatus, eadem pietatis ac religionis officia præstare perrexit. Ad cujus*

(*a*) *Hieron.* de Vir. illustr. cap. 96.
(*b*) *Ambros.* epist. 63, § 68, opp. tom. II, pag. 1038, edit. BB. Paris.
(*c*) Id. ibid., § 2, pag. 1023.
(*d*) Id. ibid., § 66, pag. 1038.
(*e*) *Baron.* ad ann. 328, § 22.
(*f*) *Liber.* epist. ad Euseb. Vercell., tom. VIII nostræ Patrol., col. 1349 et seq.
(*g*) Id. ibid.
(*h*) *Athan.* Hist. Arian. § 34, pag. 363.
(*i*) *Epiph.* Hær. 30, § 5.
(*j*) *Euseb. Verc.* epist. vid. supra.
(*k*) *Athan.* tom. ad Antioch. opp. t. I, part. II, p. 776.
(*l*) *Tillem.* Mem. eccl. tom. VII, pag. 530.
(*m*) *Hieron.* de Vir. illustr. cap. 96, et epist. 61 ad Vigilant., § 2.
(*n*) *Socrat.* Hist. eccl. lib. III, cap. 9.
(*o*) *Rufin.* Hist. eccl. lib. I, cap. 30, 31.

optimi præsulis *reditum*, ut verbis utar Hieronymi (*a*), *lugubres vestes Italia mutavit*. Ubi denique ad suam Vercellensem ecclesiam fuit reversus, quam optime constitutam firmiterque in recta fide fundatam lætus invisit, post edita tot tamque præclara virtutum exempla, Valentiniano et Valente imperantibus, anno Christi Dionysiano CCCLXX, kalendis Augusti præsul optimus ex hac vita migravit, ut fert exactiorum chronologorum sententia (*b*).

Tres tantummodo sancti Eusebii epistolæ ad nos usque pervenere : quarum duæ priores ex archivo ecclesiæ Vercellensis erutas, annalibus ecclesiasticis intexuit magnus Baronius (*c*), unde illas descripsimus : tertiam vero ex opere historico sancti Hilarii Pictaviensis episcopi (*d*) excerptam subjecimus.

Exstat præterea codex Evangeliorum ejusdem sancti Eusebii manu descriptus; quem in majori ecclesia Vercellensi huc usque servatum, Joannes Andreas Iricus V. C. egregie illustratum in lucem emisit Mediolani anno 1748 ipsumque Romæ anno insequente noster Blanchinius operi suo luculento, *Evangeliarium quadruplex* inscripto, intexuit.

II. *De ejusdem scriptis, et horum editionibus, ex Schœnemanno.*

Exstant Eusebii epistolæ tres : prima, *ad Constantium Augustum;* secunda, *ad presbyteros et plebes Italiæ;* tertia, *ad Gregorium episcopum Spanensem.* Præterea *Libellus facti*, ad Patrophilum Arian. ep., quem epistolæ ad Vercellenses alligaverat (*e*). Intercidit *versio ejus Commentariorum Eusebii in Psalmos.* Codex Evangeliorum ipsius Eusebii manu descriptus Vercellis asservatur atque luci publicæ datus est post *Joan. Andr. Iricum* (Mediolani, 1748, in quarto) in Blanchini *Evangeliario quadruplici.*

Editæ sunt duæ priores epistolæ cum *Libello facti, primum*, ut Gallandius loquitur, *ex archivo Vercellensis Ecclesiæ* erutæ a Baronio in Annal. eccl., ad ann. 355, § 7, ad ann. 356, § 92 et seqq. Ego vero quæsiverim ex eo unde una illa ad Vercellenses ep. cum *Libello facti* (*f*) edita, jam in tomo I *Bibl. PP. Parisiensis* ann. 575 compareat, si recte Ittigium capio, qui epistolam Eusebii Vercellensis memorat, quæ nulla alia esse potest. Eadem posthac edita in *Supplementis ad M. Bibl. Paris.* editionis quartæ (Paris., apud Æg. Morellum, 1639), tom. I, p. 627 et 628, item in quinta *Bibl.* hujus *Parisinæ* editione (sumpt. ejusdem Æg. Morelli, 1654), quam Ittigius describit. Nisi forte hæc prorsus eadem sit, titulo tantum modo reficto, quod verisimillimum (*g*), si reputes quod Ittigium quoque pupugit, novi Supplementi Combefisiani an. 1648 editi nullam in ea rationem esse habitam. Tandem leguntur in *Bibl. Max. PP. Lugdunensi* (apud fratres Anissonios, 1677), tom. V, p. 1127, 1128. Epistola tertio loco commemorata edi cœpta est inter Fragmenta Hilarii, *fr.* XI, § 5, unde cum præcedentibus ad Baronium descriptis novissime exhibuit Gallandi in tomo V, n. 7 (Venet. 1769), cum notulis et variis lectionibus paucis, præmissa de Eusebio notitia in Prolegom. cap. 7.

(*a*) *Hieron.* Dial. adversus Lucifer. § 19, pag. 191.
(*b*) *Tillem.* Mem. eccl. t. VII, p. 559, et 777 not. 11.
(*c*) *Baron.* ad ann. 355, § 7, et ad ann. 356, § 92 et seq.
(*d*) *Hilar.* Frag. XI, § 5.
(*e*) Quapropter a Gallandio non seorsim numeratur; nec in Bibliothecis PP. antiquioribus, in quibus omnibus una tantum *ad presbyteros et plebes Italiæ* epistola nominatim exstat, ubique tamen hoc *Libello facti* subjecto. Oudinus pro singulari ep. censet.
(*f*) Non tres posteriores, id est, hæ duæ cum prima, ad Constant., ut Oudinus loc. laud. inquit. Idem etiam in secunda ed. Bibl. Bigneanæ an. 1589 repetitas tradit, quod falsum est, si recte Catalogum textuit Ittigius.
(*g*) Cf. Ittigium.

ANNO DOMINI CCCLIII-CCCL.

J. FIRMICUS MATERNUS.

MONITUM.

Locum Firmico Materno inter Constantinum et Candidum Arianum, uti Chronologicus ordo postulabat, assignaveramus, dedissemusque nisi optimam Munteris editionem expiscandi fere insuperabilis obstitisset difficultas. Cum vero, tempore hoc opus prælo mandandi instante, frustra bibliopolas bibliothecasque omnes sollicitaremus, et aliunde de properando Patrologiæ cursu a multis urgeremur, subscriptorum aviditati necnon circumstantiarum necessitati cessimus, animo destinantes, Firmicum, statim atque nacti essemus, eo loco edere quo minus a suo ordine aberraret. Eadem agendi ratione utimur utemurque quoties Chronologiæ studio scrupulosius indulgere non licebit nisi moras nectendo nobis et subscriptoribus pariter ingratas.

PROLEGOMENA.

I.

Decimus jam labitur annus, ex quo Joannes Michael Hertz, ædis cathedralis Roskildensis præpositus, paulo vero post episcopus Ripensis, collega desideratissimus, me suasore pro summis in theologia honoribus rite obtinendis dissertationem edidit bonæ frugis plenam de Julio Firmico Materno (*a*); quæ quidem commentatio prodromus quasi erat editionis hujus scriptoris, ad quam parandam haud dubie sese accinxisset, si Deo longiorem illi vitam

(*a*) De Julio Firmico Materno ejusque imprimis de Errore profanarum religionum libello Dissertatio inauguralis. Havniæ, 1817.

largiri placuisset. Jam vero cum senectute vix inchoata e vivis ereptus sit, mearum esse partium duxi, ut, quæ illi suasissem, ipse exsequerer, et in hunc scriptorem diu neglectum denuo illustrandum subsecivas aliquot horas impenderem. Opportuna quoque mihi visa sunt tempora. Hoc enim anno Ecclesia Danica memoriam celebravit conversionis majorum nostrorum a tenebris Paganismi ad lucem Christianam prædicatione Anscharii anno 826 inchoatæ. Quam ob rem, cum sanctum istum præsulem, uti quoque collegas et successores ejus, et generatim omnes eos, qui Christi doctrinam gentilibus annuntiarent, una, si sapienter agerent, incedere via oportuerit, ut nimirum avitas horum populorum destruerent superstitiones, antequam cœlestem eorum animis doctrinam insinuarent; haud ingratam me facturum esse rem ratus sum, si, deficientibus scriptis illius qua Anscharius floruit ætatis, quibus Germanorum et populorum septentrionalium religiones impugnabantur, argumenta, quibus Christiani Polytheismum, qui in Romano imperio viguit, aggressi sunt, in memoriam revocarem : ideoque speravi, lectores et hancce Firmici, qui in hoc argumento unice versatur, novam editionem æquo animo accepturos esse.

II.

Editores veteris cujuslibet scriptoris initium scribendi facere solent de ipso, quem sibi illustrandum sumpserunt, auctore : quod quidem rei ratio postulat. Me vero eorum vestigiis vix aut ne vix quidem insistere posse norunt omnes antiquitatum ecclesiasticarum periti. Illa enim iniqua sors obtigit Firmico meo, ut ne unus quidem scriptor hujus nominis meminerit ante Honorium Augustodunensem sæculi XIII scriptorem, qui libro II de Philosophia Mundi cap. 5, Firmici Astronomicon laudat. Hoc vero rem nostram parum juvat, cum hic liber plane diversus sit a nostro de Errore profanarum religionum, nec, mea sententia, idoneis argumentis evinci possit, utrumque librum ab eodem auctore profectum esse.

Ipsum *Firmicorum* nomen obscurum est. In scriptoribus desideratur, neque in monumentis litteratis occurrit. *Maternos* tantummodo legimus apud Gruterum pag. 220, 9; 1009, 2; 1468, 8; 1482, 11; et *Maternam* pag. 1225, 3; et qui Firmicum, sive unus utriusque libri auctor fuerit, sive duo statuendi sint, Siculos fuisse statuunt, in marmoribus Siculis a Gabriele Lancelloto Turris Mutiæ principe collectis nil invenient, unde argumenta pro sua sententia petant. Nam *Firmii*, qui in iis commemorantur pag. 145, 30, et 182, 55, cum Firmicis confundi minime debent. Itaque ipsi consulendi sunt libri superstites Firmicum auctorem profitentes, si forte ex iis aliquid colligi possit. Et duos, quod jam dixi, habemus Julii Firmici Materni nomine inscriptos; alterum astrologicum, ab homine Polytheismo addicto, alterum polemicum adversus numinum cultum, a Christiano scriptum. Utriusque auctor in titulo vocatur V. C. quas litteras, si de *viro consulari* intelligas, nullum habebis Julium Firmicum Maternum, Constantiniana ætate ad consulatus fastigium evectum, quantum quidem Fasti docent. Sed provinciam fortasse administrasse potuit, eaque de causa *consularis*, ut mos illius ævi ferebat, appellari; vel etiam hoc titulo mere honorifico ornatus fuit, cujus quidem rei exempla Gothofredus ex illorum temporum historia collegit. Utrumque vero librum exaratum fuisse Constantiniana ætate, ex locis in iis obviis luculenter patet. Liber enim Mathematicῶν I, c. 2, eclipsin solis, quæ Optatio et Paulino coss. anno 334 contigit (*a*) a mathematicis prædictam asserit, atque inter recentiora phænomena refert. Itaque brevi post scriptus aut saltem scribi cœptus est. Idem quoque alteri libro de Errore Profanarum Religionum tempus competit. Ad Constantium namque et Constantem, Constantini M. filios, Augustos datus, exaratus est post Constantis expeditionem Britannicam, quam commemorat, fortasse etiam initio belli Persici a Constantio gesti et ante clades iteratas, quibus hic imperator brevi post a Sapore fusus est; certe ante necem Constantis insidiis Magnentii anno 350 occisi; ergo inter annos 343 et 350. Unde patet, utrumque librum iisdem circiter annis editum esse; primum vero aliquanto prius, Constantino M. imperante, pro cujus salute auctor versus exitum libri primi pia vota facit. Neque impedire videtur locus alter procœmii libri I, ex quo intelligitur, auctorem Mathematicῶν libros, quos Mavortio Lolliano *in Campaniæ provinciæ fascibus constituto* dedicavit, eidem Lolliano proconsuli et ordinario consuli designato dedicasse. Fasti quidem ad annum 355 Lollianum quemdam habent consulem; Mavortium autem præfectum prætorio Ammianus Marcellinus ob *sublimem constantiam* laudat (*b*). Haud vero constat, duo hosce nonnisi unum fuisse hominem, eumdemque Mavortium Lollianum, cui Firmicus librum suum inscripsit; quanquam ex altera parte concedendum est, Mavortium Lollianum pluribus, antequam Consul processerit, annis consulem designari potuisse; id quod sub proximis Constantini decessoribus haud ita raro accidit, ejusque summorum honorum Mavortio Lolliano promissorum procrastinationis causa quæri fortasse poterit in rebellione Magnentii et tumultu civili inde orto, nec ante interitum hujus tyranni, cujus arbitrio ipsa urbs Roma obnoxia erat, anno 353 compresso. Itaque stabimus in ea sententia, libros Mathematicῶν editos esse brevi post illud solis deliquium, quod anno 336 accidit, et ante Constantini M. obitum; librum vero de Errore Profanarum Religionum conscriptum esse inter annos 343 et 350, vel potius 348, quo Romani a Sapore ad Singaram fusi sunt.

(*a*) Ann. Urbis conditæ 1087. Almeloveenii Fasti Consulares. pag. 161.
(*b*) Lib. XVI, 8.

III.

Prior liber auctorem habet virum superstitionibus Ethnicorum addictum, alter Christianum. Vix vero inducor ut mihi persuadeam, Firmicum mathematicum, ætate jam provectum, quod ipse in astronomicis profitetur, sententiam mutasse, numinum cultui, cui per omnem pristinam vitam adhæserat, valedixisse, et Christiana sacra amplexum fuisse. Quod si fecisset, in libro de Errore profanarum religionum certe conversionis suæ ad Christum meminisset, et vel inscius veteris superstitionis indicia quædam reliquisset. Sed religionum Ethnicarum quamvis bene sit gnarus, eas tamen ex lectione potius et relationibus aliorum hominum, quam ex propria experientia, novit. Sacræ Scripturæ est peritus, eaque pro more ætatis, cui diuturno unice usu assuescere potuit, in docendo atque disputando utitur, ita ut vix credi possit, eum adeo recenter Christianum factum esse, sed statuendum potius, a natalibus inde vel saltem a juvenili ætate Christianum fuisse.

Huc accedit sermonis Latini in utroque opusculo diversitas, quam sane magnam esse inter omnes constat. In Astronomico enim libro permodica utriusque linguæ, Græcæ et Latinæ, deprehenditur cognitio. Verbis et phrasibus refertus est barbaris, cujusmodi, ut nonnulla afferamus, sunt sequentia : *horoscopare*, *ferarum mansuetarii*, *cardinaliter*, *quiescentia* pro quieto, *intimare alicui* pro significare, *concordiale* pro sociale, *partiliter* pro per partes, *caballarius* pro equite, *computus* pro computatione (*a*) quæ quidem Longobardica tempora potius quam Constantiniana sapiunt, aut saltem illius, quæ in versione Irenæi legitur, latinitatis Gallicæ nos admonent.

Librum vero de Errore profanarum religionum quod attinet, scriptus est sermone puriore, quali auctores ævi Constantiniani utuntur ; etsi non aureæ latinitatis, ejusmodi tamen quæ ferri possit, et satis diserto. Sed et hic liber modicam Græcæ linguæ cognitionem prodit ; ex qua tamen minime colligere licet, utrumque librum ab uno eodemque auctore profectum esse. Hanc igitur amplectimur sententiam, diversum prorsus esse Firmicum astrologum a Firmico theologo ; quam quidem jam dudum inter multos alios, quos Hertzius recenset, tuiti sunt Cœlius Rhodiginus, Baronius, Glandorpius et Lipsius : sed misso astrologo, de theologo tantummodo videamus (*b*).

IV.

At valde dolendum, adeo incerta atque obscura esse omnia, ut candide confitendum sit, nos auctorem libri de Errore Profanarum religionum prorsus ignorare. Natales ei fuisse Siculos statuunt (*c*), nescio qua de causa. Afrum fuisse crediderim, si modo perpetuus fere codicum sacræ Scripturæ Afrorum, qui apud eum observatur, usus ad hanc opinionem astruendam sufficeret, cum hi ex Africa ad Italiam Hispaniam Galliamque devehi facillime potuerint; nec Africanæ latinitatis, ex Apuleio, Tertulliano et Cypriano satis notæ, luculenta indicia in ejus libro inveni.

Episcopum Mediolanensem Synodo Romanæ a Julio I, Romano episcopo anno 357, coactæ interfuisse, credit Baronius. Verum synodus ista est pseudo-Isidori figmentum (*d*). Julium, Julii episcopi Romani tempore episcopum Mediolanensem, ignorant omnes. Maternus vero Mediolanensis sub Diocletiano et Maximiano Augustis hujus urbis sacris Christianis præfuit anno 307 aut 311, et pro religione occubuit (*e*). Corruit igitur quod habent Binius et Cajetanus (*f*), eum inter sanctos Ecclesiæ Catholicæ referentes.

Itaque hoc tantummodo tenendum, Julium Firmicum Maternum, ut ex libro ejus de Errore profanarum religionum patet, fuisse virum pium et eruditum atque religionum Ethnicarum adversarium. Has acriter impugnat, nimio interdum fervore, cum Imperatores ad reliquias earum violenter delendas excitet ; quæ vero cum temporibus in quibus vixit, tum exemplis quæ præ oculis habuit danda potius, quam illi culpæ vertenda sunt.

V.

In examine de veteri quolibet auctore instituendo primariam aliquam partem sibi vindicat disquisitio de fontibus unde hauserit, imprimis si historici est argumenti. Nec in scriptore ecclesiastico negligendam eam esse, per se patet. Qua de causa, cum annotationes in Firmicum meum colligerem, sedulo circumspexi scriptores antiquiores quos consuluerit, ita tamen, ut caverem, ne singula quævis, quæ communia habet cum aliis religionis Christianæ apologetis, semper ex eorum libris hausta esse arbitrarer, cum ipsa argumenti ratio haud dubie postularet, ut omnes, qui Polytheismum destruerent easdem fere fabulas et recenserent et refutarent, eædemque iis vel ex eruditis colloquiis et ex institutione Catechumenorum innotuisse potuerint. Sed illos imprimis locos respexi, in quibus Firmicus easdem, quas cæteri scriptores apologetici habent, fabulas eadem pene serie et ipsis fere antiquiorum verbis recenset. Hujusmodi autem consensus, ut ex annotationibus patebit, haud raro animadvertitur cum Clementis Alexandrini Protreptico, Minucii Felicis Octavio, et maxime cum Arnobii libris adversus Gentes. Lactantium porro haud raro consuluisse videtur, et certe Cypriani Testimoniorum libros tres perpetua cura tractavit. Namque plurima V. et N. Testamenti dicta, quæ in medium profert, cum textu Cyprianico conspirant, non in vulgaribus tritis-

(*a*) Fabricii Bibliotheca Latina ed. Ernest. III, p. 115.
(*b*) De Jul. Firm. Materno p. 11, 12.
(*c*) Mongitor Siculum dicit incertæ patriæ, nimirum in Sicilia. Renda Biblioth. Sicula Vetus (*Romæ, 1700*), *pag. 167.*

(*d*) Walchii Historie der Kirchenversammlungen, p. 165.
(*e*) Ughelli Italia sacra IV, p. 367. Bisozius in Historia episcoporum Mediolanensium, p. 15.
(*f*) Idea S. S. Siculorum, p. 15 et 125.

que tantummodo locis, sed in iis quoque, ubi lectiones habent ab iis quas libri manuscripti et citationes in aliorum Patrum operibus suppeditant, diversas.

Neque vero scriptores Profanos prorsus neglexit. Ex haud ita paucis locis patet, Firmicum Ciceronis libros de Natura Deorum sedulo tractasse. Nonnulla hausit ex Porphyrii libro de Antro Nympharum, forsitan quoque ex alio ejus libello de Abstinentia ab esu carnium. Allegat præterea cap. 14 hujus philosophi librum περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας, qui jam dudum injuria temporum periit. Verum etiam in Firmico leguntur fabulæ apud nullum alium scriptorem Profanum Christianumve reperiundæ, qua quoque de causa recentiores rerum mythologicarum scriptores haud ita raro ad ejus testimonium provocant. Unde vero hæc aliis ignota hausit? dicam quid sentiam! Ex Euhemeri Ἱερᾷ Ἀναγραφῇ. Cum enim Ethnicas fabulas, spreta quavis physica mysticave interpretatione, historice tantummodo intellexerit explicaveritque, arridere ei quam maxime debuit Euhemeri illa totius mythologiæ Græcæ expositio, quam in iis, quæ de Jove habet, eum secutum esse, luculenter patet. Unde vero Euhemerus, Græcus scriptor, illi innotuerit, palam est ante oculos omnium. Ennius namque Euhemerum latinitate donaverat; cujus versionis complura fragmenta a Lactantio Instit. Divinæ libro I, c. 11, 13, 14, 17, 22, et de Ira Dei laudantur vel exscribuntur. A Cicerone de Natura Deorum I, c. 42, a Clemente Alexandrino Protrept. c. 2 p. 20 ed. Potteri, a Minucio Felice Octavii c. 21, ab Arnobio adv. Gentes IV c. 29, similiter allegatur. Itaque nil mirum, hunc auctorem, religionum Ethnicarum destructorem, Firmico innotuisse, placuisse, atque ab eo consultum fuisse. Mirari potius subit, apologetas rei Christianæ, in eodem cum Euhemero argumento tractando adeo sedulos, ejus tamen nomen et librum justo rarius laudasse atque locos ex eodem attulisse. Pauca tantummodo hactenus ex auctoribus veteribus ejus, Ennianæ imprimis versionis, excerpta sunt fragmenta; nullus tamen dubito, quin, ut ex Firmico ita quoque ex aliis scriptoribus complura hujusmodi λείψανα, quibus collectio Hesseliana in editione Ennii (*a*) locupletari queat, majori adhibita diligentia, sanaque in secernendo dijudicandoque crisi, erui possint (*b*). Id quod certe præstitisset vir præclare doctus Jo. Lundblad S. theol. D. et eloquentiæ atque poeseos in Universitate Lundensi professor Publ. Ordin. qui duabus dissertationibus de Euhemero (Londini Gothor., 1804) ejus fragmenta edere atque illustrare cœperat, e vivis autem ereptus est, antequam opus inchoatum absolvere potuerit. Cujus viri optimi mihique amicissimi vestigiis insistens, si Deus otium fecerit, Euhemeri quotquot reperire potero reliquias colligere atque publicam in lucem edere penes me constitui.

(*a*) Amstelædami, 1707, in 4°.

(*b*) Locos ubi allegatur sedulo collegit Jo. Conr. Orellius ὁ μακαρίτης, annotat. in Arnob. IV, 29, tom. II, p. 245; alia Jo. Lydus et Scholiastæ fortasse suppeditabunt.

VI.

Firmicum, ad seculum XVI medium usque penitus ignotum, typis primus vulgavit Matthias Flacius Illyricus Argentorati 1562 ex codice Mindæ Westphaliæ reperto. Hic unicus est codex qui auctorem nostrum posteris servavit. Eadem fortuna obtigit Phædro, Velleio Paterculo, quinque prioribus annalium Taciti libris, Hesychio, primæ Clementis Romani ad Corinthios Epistolæ, Minucio Felici et Arnobio. Ubi vero Firmici nostri codex hodieque lateat (latere enim dico, quum nusquam commemoretur) nescius sum. Editionis Flavianæ meminit Ritterus in Biographia Illyrici (Francofurti, 1725) pag. 353, haud tamen indicato loco annove impressionis: unde colligo, Ritterum eam oculis haud usurpasse. At rara est admodum. Desideratur in Bibliothecis nostris, cum Regia tum Universitatis, neque fuit in Bunaviana jam cum Regia Dresdensi conjuncta. Inveni vero in selectissima rever. Hansen. pastoris Slangerupiensis diœceseos Selandiæ, qui hocce χειμήλιον liberaliter dono mihi dedit. Ita vero Flacius in Proœmio ad Andream Meiendorfium de codice, ex quo suam editionem hausit, verba facit.

« Ad hanc vero piam gratitudinem zelumque in animis nostris excitandum, cum aliqua pia et aliqua etiam impia scripta profuerint, tum et hoc Julii Firmici contra errores profanarum religionum, quod a me in veteri et non ignobili civitate Westphaliæ Minda repertum nunc primum in publicam utilitatem evulgatur. Est sane dignissimus libellus qui exstet, cum propter sermonis elegantiam, tum propter vetustatis Ethnicæ et simul Christianæ, quæ in eo continetur, cognitionem. Non pauca enim hinc de doctrinæ sinceritate et rituum Ecclesiæ simplicitate et puritate cognoscere possis, si modo paulo attentius, quæ de Christo, de sacrificiis, de pane cœlesti, et de imaginibus ac aliis dicuntur, expendas. »

Hæc ille. Cæterum vix ulla est spes fore ut alius hujus nostri auctoris codex emergat. In ditissimis enim bibliothecis ejus exemplaria desiderantur. Desunt nimirum in Vindebonensi, Monacensi, Parisiensi, Veneta Divi Marci, et in San Gallensi; neque habentur in Britannicis Belgicisque, cum editores Batavi de hac re investiganda certo certius solliciti fuerint; nec in Vaticana, quæ quasi est bibliotheca bibliothecarum, cui a duobus inde sæculis viri doctissimi, Holstenius, Leo Allatius, Zaccagnius, Marinius aliique præfuerunt, qui hujusmodi εὕρημα minime neglexissent. Nisi enim forte fortuna in palimpsesto aliquo codice detegatur, aut ex angulo bibliothecæ alicujus monasticæ nondum satis diligenter perlustratæ in lucem producatur, unico eo in posterum quoque fruendum nobis erit, quod ante tria fere hæc sæcula emersit, exemplari.

Ejus quidem ætatem Flacius haud indicavit. Ex tota vero textus indole apparet, descriptum id esse

a librario haud imperito. Mendas enim habet haud adeo multas et facili negotio corrigendas. Lacunæ librario haud sunt culpæ vertendæ; exstiterunt enim sine dubio in codice quem exscripsit. Proœmium mutilum est ab initio; verba autem Flacii, *Desunt quædam*, indicare videntur, in codice Mindensi haud ita multa defuisse. Eo vero in loco, ubi Woweri editio et post eam reliquæ (*in hac editione col.* 983) lacunam exhibent, nullam in suo codice reperit Flacius, saltem haud notavit. Attamen aliquid deesse contextus docet, cum Firmicus promissis suis haud steterit.

Capite quinto post verba : *at Persarum legibus sequatur*, apud Flacium una, apud Wowerum eadem, et brevi post altera habetur lacuna a Flacio haud notata : a Wowero igitur ex conjectura indicata videtur. Reliquæ ex singulis tantummodo verbis elisis ortæ videntur; nec sensum magnopere impediunt.

Nonnulla sphalmata correxerunt Wowerus atque Gronovius; ego quoque pauculas emendationes addidi in notis; in duobus tantum locis, c. 16, ipsi textui medelam afferens, ubi aperte *Abaris Scytha* legendum est pro *Avaro Scytha*.

Istud autem imprimis in nova hac Firmici editione curæ mihi fuit, ut, quantum possem, licet brevissime, ea, quæ de sacris Ethnicis refert, illustrarem. Quem in finem notas Woweri aliorumque virorum doctorum in Firmicum exscripsi, quibus adjeci complura eorum, quæ Hertzius in dissertatione de Firmico observavit; neque neglexi editores Patrum Firmico antiquiorum, in quibus similia eorum, quæ is habet, leguntur; videlicet Quzelium, Heraldum, Rigaltium, Davisium, Lindnerum in Minucium Felicem, Walchium in Lactantium, Elmenhorstium et imprimis Orellium in Arnobium, alios, quos passim inspexi, ut taceam. Plura quoque ex propria penu addidi, in primis ad posteriora capita a 18 inde, quæ Wowerus fere tota neglexit, neque qui eum secuti sunt editores curarunt; ita leviter et perfunctorie in illustrando hoc auctore minime sane contemnendo versati sunt.

Denique, cum loci Biblici haud ita pauci allegati sint ex versionibus Latinis Antehieronymianis, ipsas illarum lectiones examinandas esse duxi. Nec difficilis hic labor. Namque statim compertum habui, eas a Sabaterio in *Bibliorum Sacrorum Latinis Versionibus antiquis* sedulo collatas esse. Itaque hoc cum maxime explorare studui, quosnam ex tot veteris versionis, vel potius antiquarum versionum, codicibus Firmicus ante oculos habuerit. Et quævis fere me pagina docuit, eum inter omnes Patres Latinos maxime cum Cypriano, imprimis cum libris hujus episcopi Testimoniorum adversus Judæos et de Unitate Ecclesiæ consentire; sacros igitur textus, quibus utitur, aut ex hisce opusculis, aut e codicibus eorum, quos Cyprianus legit simillimis mutuatum esse.

Et hæc quidem est summa curarum, quas in Firmicum impendi. Superesse fateor unum earum genus, quod harum rerum arbitri fortasse desiderabunt: collatio nimirum exegesces atque sententiarum theologicarum Nostri cum interpretatione eorumdem locorum atque expositione dogmatum, quorum Firmicus meminit, apud reliquos apologetas atque Patres. Neque plane neglexi. Attamen, cum Firmicus, exegetica atque dogmatica si spectes, exigue saltem usui sit theologis, verum Ehtnica mythologia arcanæque religiones lucem haud ita aspernandam ab eo lucrentur, hæc potiora esse duxi, atque in his illustrandis curatius versatus sum. Vellem vero Orellium virum eruditissimum, ut spem fecerat in præfatione ad Arnobium p. XVI, in Firmicum quoque doctrinæ suæ copias erogasse; tum meis sane curis haud opus fuisset. At ille, cum aliis doctis laboribus per aliquot annos distractus fuisset, nuper, quod valde dolendum est, e vivis excessit.

VII.

Antequam vero ad argumentum libri, quem enarraturus sum, exponendum accedam, de ipsius titulo pauca monebo. Cum vero unicum exemplar exstet vel exstiterit, a Flacio in lucem emissum, unicus, quem pro genuino habere licet, is est quem Flacius illi inscripsit, in ipso Mindensi codice haud dubie ab eo lectus : *de Errore Profanarum Religionum*. Quod si igitur scriptores recentiores, qui hujus libri mentionem fecerunt, titulum paulo aliter expresserunt, v. c. Balth. Bonifacius in historia ludicra (Bruxell. 1656, p. 456), qui *libellum de Errore Profanarum gentium et religionum* vocat, atque Baronius, apud quem *liber de Mysteriis et Erroribus Profanar. relig.* audit (*a*), hi haud dubie, cum scriberent, memoriter, nec inspecto libro, ejus titulum laudarunt. Nomen auctoris in codice Mindensi luculenter expressum est; nulla igitur fides habenda Gyraldo, qui *Villium*, et Glandorpio, qui *Qu. Villium* nuncupat (*b*), Uterque præterea cum astrologo confundit. Ille nomen in pervetusto codice et in antiquo saxo legi ex aliorum fide narrat (*c*); hic nullum citat vadem (*d*).

Ad Constantium et Constantem Augustos habet porro titulus : et jure id quidem; nam hisce imperatoribus, ut ex compluribus locis abunde patet, inscriptus est. Falsus igitur est Baronius, qui librum *ad Constantinum et Constantem* scriptum esse putat. Omnia enim historica quæ commemorat, post interitum Constantini, qui anno 340 evenit, acciderunt. De litteris V. C. nomini Firmici additis jam exposui.

VIII.

Jam vero ad argumentum libri exponendum accedo, Hertzium plerumque secuturus. Hoc tantummodo in prævium monebo : in Proœmio mutilo, mea quidem sententia, haud multa desiderari. Folia enim a codice Mindensi haud abscissa videntur, cum titulus adsit, et Flacius initio tantum habeat : *Desunt quædam*. Si vero titulus ab initio abfuisset, et ad calcem libri tantum adjectus fuisset hisce verbis : *Ex-*

(*a*) Hertz., de J. F. M., p. 36.
(*b*) *Apud Hertz., p.* 11.
(*c*) Ibid.
(*d*) Onomast., p. 905.

plicit Jul. Firmici Materni V. C. de Errore Profanarum Religionum, cujusmodi subscriptiones in multis veteribus libris leguntur, Flacius certe indicasset. Deest igitur brevis ad Imperatores allocutio et argumenti expositio. Transiisse videtur ad Christiana quædam dogmata de creatione mundi deque lapsu Protoplastorum insidiis diaboli seductorum; quibus viam sibi munivit ad Ethnicos (hos enim, licet imperatoribus liber sit inscriptus, sæpe alloquitur) admonendos, ut a simili fraude sibi caveant. Facilis hinc ad originem oraculorum divinationumque transitus, ex sententia Hertzii editionibus, quæ lacunam habent mox post initium, superstructus. Codex vero Mindensis, ut editio princeps Flaciana docet, nullam habet. Neque video cur necesse sit verba proœmii : *Manifestis rationibus exemplorumque testimoniis divinationem probabimus per diabolum esse inventam et perfectam*, ita accipere, ut isthoc scriptor primum agere decreverit, cum in eis quæ sequuntur ad hoc argumentum sæpius redeat. Sed eum initio libelli dogmata quædam Christiana tetigisse, Hertzius compluribus argumentis probavit, veri saltem simillimum reddidit. « Si fragmentum tantummodo est, inquit, quod exstat, si huic præcessit dogmatum quorumdam Christianorum expositio, absonum a vero mihi quidem non videtur Christianæ religionis apologiam suo ævo accommodatam Firmicum conscripsisse, mutatisque quæ pro ratione temporum mutanda viderentur, eumdem in hac adornanda, quem priores apologetas servasse videret, ordinem tenuisse. » Hoc quidem Hertzio lubens largior, si modo brevissime indicata potius quam exposita fuerint. Ubi vero addit : « Divinæ nempe religionis dogmata atque sacra, nec non integros Christianorum mores in priori tractatus parte adversus obtrectationes Gentilium defendit, in posteriori vero profanarum detexit religionum errores; » monebo : Firmicum potius adversarii superstitionis Ethnicorum quam apologetæ dogmatis cultusque Christiani personam egisse. Neque illa amplius ætate opus erat apologis eo sensu, quo ab Athenagora, Justino, Tertulliano, Minucio Felice, aliisque, florente numinum cultu, conscriptæ erant. Namque Constantiniano ævo omnes jam Ethnicorum res vacillabant; imperatores sese Christo addixerant; immensa hominum multitudo aras deorum deseruerat; leges jam in Ethnicum cultum latæ erant, qui olim dominans nunc fere opprimebatur. Hæc sane considerari et perpendi debent, ubi Firmicus cum antiquioribus apologetis componitur; inde explicanda est totius orationis diversitas, quæ vel ad cultum Ethnicorum vi destruendum imperatores plus semel hortatur atque excitat, id quod antiquioribus apologetis, licet et hi hostilem in religionem quam aggrediuntur animum ubivis fere locorum declarent, in mentem numquam venire potuit.

IX.

Editiones Firmici, quæ mihi innotuerunt, sunt sequentes :

Jul. Firmici Materni V. C. de Errore Profanarum Religionum ad Constantium et Constantem Augustos liber, numquam antehac in lucem editus. Excusus Argentinæ apud Paulum Machæropœum, sumptibus Johannis Oporini, anno 1562, in-8°. Præfation. subscripsit Matt. Flac. Illiricus. *Editio Princeps.*

— Paris., 1575.

— Cum Mythologicis Latinis cura Hieronymi Commelini. Heidelberge, 1599, in-8°.

— Paris., 1610.

— Jul. Firmicus de Errore Profanar. religionum Jo. a Wower recensuit (Hamburgi) 1603, in-8°.

— Cum Minutio Felice. Oxonii, 1662. in 8°.

— In Cypriani operibus ed Philippi le Prieur.

— Paris., 1666. in folio.

— Cum notis Woweri, Oxon 1678, in-8°.

— In Galland. Bibl. Patrum tom. v, 65 seq.

— In Bibliotheca P.P. Maxima tom. IV, p. 164-179.

In N. Rigaltii ed. Minucii Felicis et Cypriani de Idolorum vanitate, cum notis J. a Wower, una cum novo indice. Lugd. Batav., 1645, in-8°.

— Ead. editio repetita, accedente cura Jac. Oiselii Lugd. Bat., 1652, in-4°.

— In Jac., Oiselii Minucio Felice. Lugd. Batav., 1672, in-8°.

— Minucio Felici ed. le Maire adjunctus, Lugd. Bat. 1632. Qu.

— In Jacobi Gronovii Minucio Felice et Cypriano de Idolorum Vanitate. Lugd. Bat., 1709. Eadem edit., cum novo saltem titulo, prodiit Roterod. 1743, in-8°.

— Cum Arnobio in editione PP. Latinorum Oberthuriana. Wirceburgi, 1783, vol. V. Ex qua Firmici textum in singula capita divisi.

Belgice vertit notisque illustravit G. Kempfer 1718.

JULII FIRMICI MATERNI V. C.

DE ERRORE PROFANARUM RELIGIONUM.

PROŒMIUM.

. . . . . .

quod in fabricatione hominis artifex fecit [a], ut antea diximus, annuis perditorum commonitionibus ac communicationibus specialiter retexenda sunt [b]. In testificationem veritatis manifestis rationibus exem-

[a] De lacuna diximus in præfatione (*Col. præc.*, n. VIII init.), ubi quoque Hertzii sententiam attulimus de omissis. Haud ita multa ea esse, verba Flacii indicare videntur.

[b] Priores editiones conjungunt verba *in testifica-*

plorumque testimoniis divinationem probabimus per diabolum esse inventam [a] et perfectam, ut per hoc spiritus maculata cogitatione, spe fluxæ felicitatis, perversa discretione perverteret miseros homines perpetuis calamitatibus implicitos [b].....

CAPUT PRIMUM.

Elementa ponit esse principia rerum; cum vero hæc diversa sint et potestate contraria, eorum nullum esse summum numen (licet de igne tantum hoc loco loquatur, cæterorum cultu in sequentibus destructo), sed omnia Deum fabricatorem et moderatorem habere.

Quatuor Elementa esse principia creaturarum nemo est qui dubitet (id est, ignem, aquam, aerem et terram). Sed hæc Elementa diversa sunt, vel in potestate contraria. In errore sunt itaque gentes quæ cum elementis tribuant principatum [c] adhuc deputant ignem, quasi summum Deum [d], quasi cætera ex ipso habeant substantiam calore: nescientes, quod omnia Elementa ex ipsa sint sua contrarietate conjuncta, et quod et ipsa habeant fabricatorem Deum, qui singula suis locis ordinibusque constituens creavit, quod aut mente, aut cogitatione colligimus, aut certe quod oculis cernimus divina verbi sui societate compositum (*Joan.* I, 2, 3), æquata corporum moderatione in hoc toto.

CAPUT II.

Aquæ cultum apud Ægyptios refutat.

Ægypti incolæ aquarum beneficia percipientes, aquam colunt [e], aquis supplicant, aquas superstitiosa votorum continuatione venerantur. Sed in sacris suis (quæ mysteria vocant [f]) addunt tragica funera et funesta calamitatis metuendæ certamina [g]. Incestum cum sorore adulteriumque aiunt commissum, et hoc facinus severis mariti animadversionibus vindicatum. Isis soror est [h], Osiris frater, Typhon maritus; is cum comperisset Isidem uxorem incestis fratris cupiditatibus esse corruptam, occidit Osirim, artuatimque laceravit, et per omnes Nili fluminis ripas miseri corporis palpitantia membra projecit. [i] Isis, repudiato Typhone, ut et fratrem sepeliret et conjugem, adhibuit sibi Nephthen sororem [j] sociam,

tionem cum antecedentibus, præmisso commate. *At totus* sensus suadet, incipere hic novam sententiam. *Itaque* punctum posuimus.

[a] In hac assertione consentiunt Patres. v. c. Tertullianus: dæmonium oraculi Pythii; de Oratione c. 13. Eodem sensu omnes errores falsasque religiones uno ore dæmoniis tribuebant Athenag. Legat. pro Christianis c. 23, qui ἀπατηλοὺς τῶν ἀνθρώπων eos vocat; Minuc. Felix in Octavio, c. 26; Arnobius adv. Gentes I, c. 56; et ipse Firmicus, c. 27. Reliquum haud omnes Ethnicos divinationibus fidem adhibuisse, haud opus est ut exemplis ex historia petitis uberius demonstremus. Philosophos Eleaticos duce Xenocrate omnes divinationes sprevisse constat; cf. Cicer. de Divinat. I, 3; Plutarch. Plac. Philos. I. 1, qui idem de Epicuro asserit; Brandis. Comment. Eleaticæ I, pag. 71.

[b] Hanc vocem *implicitos* apud Wowerum aliosque editores excipit lacuna, cujus tamen nullum in editione principe indicium. Si qua fuit, promissis suis stetit Firmicus atque de origine divinationum ex astutia diaboli atque odio quo humanum genus persequebatur, ex historia et antiquitatibus complura congessit.

[c] Cultum Elementorum obiter tangit Athanasius κατὰ Ἑλλήνων c. 9. Hæc quoque culta fuisse Persis, docet Creuzerus *Symbolik und Mythologie der alten Völker*, I. 651; Kleuker Περσικὰ *im Anhang zum Zendavesta* c. 20, 114.

[d] Persas innuit. De ignis cultu apud Persas v. Herodot I, 131; Maxim. Tyr. serm. 38; Theodoret. Hist. eccles. v, c. 39; Evagr. Hist. eccles. c. 14; quos, utpote temporibus Firmici fere æquales, hic excitasse sufficiat. Adde Eustathium in Dionys. de Situ orbis, de Persis hæc habentem: τιμῶσι τὸ πῦρ. Plura ap. Brissonium de regio Persarum principatu (Argentorati, 1710) p. 349, et Creuzerum *Symbolik und Mythologie*, I, 692, 713. De cultu Solis et Mithræ apud Persas celebratissimo vide Creuzerum IV, p. 410; de aqua Persis sacra vide Brissonium p. 356: *Adhuc deputant*..... Sic Tertullianus adv. Valentinianos c. 32: *Ad Persas si forte deputabimur*, h. e. si Persarum religione uti docemur; Apolog. c. 16: *Deputor angelis, non angelus non angela*; de Præscr. c. 21, et sæpius. Vide Indicem Semlerianum latinitatis Tertullianeæ, vol. VI.

[e] Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 24: Πάντων μάλιστα Αἰγύπτιοι τὸ ὕδωρ προτετιμήκασι, καὶ θεοὺς ἀνηγορεύουσι. Idem de Incarnatione Verbi Dei. c. 45. Sic quoque Plutarchus de Iside et Osiride c. 5, nihil in majore Ægyptiis esse honore quam Nilum, asserit. Wow. — Hunc ut Deum coluerunt atque in statuis numisque repræsentarunt (Eckhelii Doctrina Numor. Veterum IV, p. 36). Nota est aquæ Niliacæ sanctitas, quæ Romam usque ad sacros usus devehebatur. Hanc Ægyptiorum superstitionem haud dubie in primis respicit Lactantius Instit. Divin. II, c. 6. Constantinus M. cultum Nili jam prohibuerat (Euseb. Vita Constant. III, c. 25). Aquam omnium rerum principium habebant Indi (Creuzer. I, 595); et apud Græcos Thales; Cicero de Nat. Deorum I, 25; Lactant. II, 10; Arnob. II, 9; et ibi Elmenhorstius et Orellius.

[f] Glossema. Wow. — Opponuntur tamen sacra hæc arcana publicis illis, de quibus primis hujus capitis verbis Firmicus egerat. De his mysteriis quæ posteriorum sunt temporum, quæ imprimis spectat Firmicus, consule cæterum San-Crucium *Mystères du Paganisme*, tom. II, p. 151 seq., et Creuzerum I, 259 seq.

[g] Totam hanc fabulam singulari libro complexus est Plutarchus, unde his Firmici petenda interpretatio. Wow.

[h] Isidis historiam narratam fuisse ad Euhemero, testis est Minucius Felix Octav. c. 21. Euhemerus exsequitur et eorum (deorum) natales, patrias, sepulcra dinumerat, et per provincias monstrat: Dictæi Jovis, et Apollinis Delphici, et Phariæ Isidis, et Cereris Eleusiniæ, Prodicus assumptos in deos loquitur, qui errando inventis novis frugibus, utilitati hominum profuere. Cf. Ouzelium ad h. l.

[i] Plutarch. de Iside et Osiride c, 18; Diodor. Sic. I, 21. De morte et dilaceratione Osiridis vide quæ collegit Creuzerus Symb. et Mythol. I, 259 seq. et 302 seq.

[j] Illam Typhonis sororem et conjugem; hunc Osiridis et Nephthis filium. Plut. de Iside et Osiride c. 14; Jablonsky Panth. Ægypt. III, 46, 112, 113, 118, 119. Nomen ex Jablonskii conjectura originem habet Ægyptiacem, sive a verbo significante *quod vento expositum est*, sive ab alio, significante *quod terminum ponit*, p. 120, 121.

et Anubin venatorem [a]. Cui ideo caninum caput [b] impositum est, quia lacerati corporis partes artificio canis vestigantis invenit. Sic inventum Osirim Isis tradidit sepulturæ. Fuerant sane hi apud Ægyptum reges [c] pariter ac tyranni, sed Osiris justus, præter illud, quod cum sorore commisit. Typhon furiosus, impotens ac superbus. Ideo ille colitur, iste vitatur[d]. Hæc est Isiaci sacri summa. In adytis habent idolum Osiridis sepultum : hoc annuis luctibus plangunt [e], radunt capita [f], ut miserandum casum regis sui turpitudine dehonestati defleant capitis, tundunt pectus [g], lacerant lacertos, veterum vulnerum resecant cicatrices, ut annuis luctibus in animis eorum funestæ ac miserandæ necis exitium renascatur. Et cum hæc certis diebus fecerint, tunc fingunt se lacerati corporis reliquias reperire, et cum invenerint, quasi sopitis luctibus, gaudent [h]. O misera et caduca mortalitas, ut regibus tuis per annos singulos funestas mittas inferias, neglecto Deo summo, qui omnia divini artificii moderatione composuit, et spem tuam perdis et vitam. Nec ostensi tibi luminis splendore corrigeris, nec recuperatæ libertatis quæris insignia, nec spem redditæ tibi salutis agnoscis, nec ex pœnitentia præteritorum criminum indulgentiam postulas. Frustra tibi hanc aquam, quam colis [i], putas aliquando prodesse. Alia est aqua, qua renovati homines renascuntur. Hanc aquam, quam colis per annos singulos, vis alia decoctis venarum meatibus siccat, aut certe funestus regis tui [j] sanguis commaculat.

A Illa, quam despicis [k], ignita venerandi spiritus majestate decoratur [l] : ut ex ipsa per veteres conscientiæ cicatrices credentibus hominibus salutaris sanitas irrigetur. Sed in his funeribus et luctibus, quæ vere sunt funera, quæ facta sunt, quorum exstant hodie quoque reliquiæ (nam et sepulcrum Osiridis hodie in Ægypto est [m], et cremati corporis reliquiæ cernuntur [n]) defensores eorum volunt addere physicam rationem. Frugum semina Osirim [o] dicentes esse, Isin terram [p], Typhonem calorem [q] : et quia maturatæ fruges calore, ad vitam hominis colliguntur, et a terræ consortio separantur, et rursus appropinquante hyeme seminantur, hanc volunt esse mortem Osiridis, cum fruges reddunt [r]; inventionem vero, cum fruges genitali [s] terræ fomento conceptæ, B nova rursus coeperint procreatione generari. Pone hanc veram esse sacrorum istorum rationem, pone propter fruges vota reddi numinibus, quid addis incestum, quid adulterium, quid miserandæ animadversionis exitium? Quid erramtibus hominibus et simpliciter peccare cupientibus de sacris tuis malum monstras exemplum? physica ratio quam dicis, alio genere celetur. Quid autem celari oportuit, quod omnibus notum est? Cur plangitis fruges terræ, et crescentia lugetis semina? Ad sustentationem generis humani hæc omnia divina summi Dei liberalitate donata sunt. Agendæ sunt summo Deo gratiæ C propter hoc, nec est summi Dei lugenda largitio. Deflete potius quod erratis, et, quod errorem ve-

[a] Rectius forte *latratorem*. Sic *latrator Anubis*. apud Virgil. Æn. VIII, 698 ; et *latrans Anubis*, Propert. Elegiar. lib. III, eleg. 10, v. 41, nisi venator dicatur, quia artificio canis vestigantis, ut ait Firmicus, lacerati corporis partes invenit.

[b] Cynocephalus inventor dicitur apud Minuc. Felicem in Octav. c. 21. Sic quoque describitur ad Apuleio : *Attollens canis cervices arduas Anubis, læva caduceum gerens*. Athanas. κατ' Ἑλλ. c. 9.

[c] Synesius de Providentia p. 91 seq. usque ad 121, ed. Petavii. Wow.

[d] Colebatur tamen in Idolis templisque. Vide Thorlacii mel Progr. de Typhoniis Ægyptiorum. Hafniæ, 1822. Horum Typhoniorum reliquiæ adhuc supersunt.

[e] Athanas. κατ' Ἑλλήνων c. 10. Wow.

[f] Plutarch de Iside et Osiride c. 4; Artemid. Oneirocrit. I, c. 23; Euseb. Præp. Evang. II, c. 1; Prudent. c. Symmach. I, vers 609 :

Isidis amissum semper plangentis Osirin.
Mimicaque et ridenda suis solemnia calvis.

Synesii encomium φαλακρίας, p. 79, ed. Petav. Tonderi autem solitos in luctu ex Plutarcho περὶ δεισιδαιμονίας et aliis notum. Wow.

[g] Herodot. II, 61, hoc de festo Isidis Busiritico narrat, atque de Caribus in Ægypto habitantibus addit, eos cultris facies vulnerare. Lactantius Div. Inst. I, c. 21. Isidis Ægyptia sacra fiunt, quatenus filium parvulum vel perdiderit vel invenerit. Nam primo sacerdotes ejus deglabrato corpore sua pectora tundunt et lamantantur ; sicut ipsa, cum perdidit, fecerat. Deinde puer producitur quasi inventus, et in lætitiam luctus ille mutatur. Theophilus ad Autol. I, c. 14. Wow. — Athenagoræ Legat. c, 12; Minuc. Felic. Oct. c. 21. Similia habet carmen ad senatorem, qui a religione christiana defecerat, in Cyprianicis, Lampridius in Commodo c. 9, Isiacos pineis usque ad perniciem pectus tundere cogebat.

[h] De perdito Isidis filio idem habet Minuc. Felix, c. 22. *Mox invento parvulo, gaudet Isis, exsultant sacerdotes.*

[i] Niliacam (Plut. de Iside et Osiride c. 5), aliamque Fontium sacrorum, fluminumque ab Ethnicis cultam.

[j] Osiridis.

[k] Sc. Aqua baptismi.

[l] Alludit ad historiam baptismi Christi. Luc. III, 21; Joan. I, 32, 33.

[m] Intelligit Busirin, in qua vacca lignea inclusum Osiridis corpus ab Iside sepultum fuisse tradit Diodorus Siculus I, 85. Alias ejus urbes sepulcrales ex alia traditione eodem loco refert, quarum præter Busirin celebriores erant Philæ, Abydus et Memphis. Neque reticet Nili abyssos inter Elephantinen et Syenen. Vide Creuzerum I, 259. seq. et Commentat. Herodoteas I, c. 2, §§ 10, 11, 15 : καὶ οὐ μόνον ὁ τάφος τοῦ Ὀσίριδος δείκνυται, ἀλλὰ καὶ ταριχεῖα; Athanas. c. 25. Multa supersunt Amuleta Ægyptia, quibus D columna in qua Isis corpus Osiridis abscondidit (Plutarch. de Is. et Os. c. 15) repræsentatur ; quorum hæc est figura : 

[n] Unde Firmicus hæc hauserit, nescius sum. Nova videtur esse fabula, neque facile ex Euhemero. Sed in Ægypto cadavera numquam cremabantur.

[o] Athenag. c. 19; Euseb. Præp. Evang. II, c. 1, III. c. 12, aliter Plutarch. de Is. et Os. c. 33. Vide Suidam in Δόγμα. Wow.

[p] Cf. Onzel. ad Minuc. Fel. p. 162, 163, et Creuzerum *Symbol. und Mythol.* IV, 220.

[q] Plutarch. de Is. et Os. c. 33 : *Typhon ventus ardens et pestilens Orientalibus Semum dictus.* Jablonsky Pantheon Ægyptior. III, 84, 85, 91, 92. V. Norbergii D. de Semum vento in Opusculis Academicis, Londini Gothor. 1819. III, p. 302.

[r] Lege : *redduntur*. Wow.

[s] Lectionem editionis principis *genitalis* Wowerus mutavit in genitali.

strum restauratis semper luctibus, plangite. Nolite annuis sacris quærere funus alienum; vestris potius funeribus parate solatia per annos singulos. O miser homo! invenisse te nescio quid gaudes, cum animam tuam ex istis sacris per annos singulos perdas. Nihil illic invenis nisi simulacrum, quod ipse posuisti, nisi quod iterum aut quæras aut lugeas. Quære potius spem salutis, quære exordium lucis, quære quod te summo Deo aut commendet, aut reddat. Et cum veram viam salutis inveneris, gaude, et tunc erecta sermonis libertate proclama Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν [a] cum ab his calamitatibus post pœnitentiam tuam summi Dei fueris indulgentia liberatus.

CAPUT III.

Terræ cultum apud Phryges refutat.

Phryges, qui Pessinuntem incolunt [b], circa Galli flaminis ripas [c] terræ cæterorum elementorum tribuunt principatum, et hanc volunt omnium esse matrem [d]. Deinde ut et ipsi annuum sibi sacrorum ordinem facerent, mulieris divitis ac reginæ suæ amorem, quæ fastus amati adolescentis tyrannice voluit ulcisci [e], cum luctibus annuis consecrarunt. Et ut satis iratæ mulieri facerent, aut ut pœnitenti solatium quærerent, quem paulo ante sepelierant, revixisse jactarunt, et cum mulieris animus ex impatientia nimii amoris arderet, mortuo adolescenti templa fecerunt. Tunc quod irata mulier pro injuria spretæ fecerat formæ, hoc ordinantes a se pati voluere sacerdotes [f]. Sic annuis sacris cum honore terræ istius funeris pompa componitur, et cum persuadetur hominibus quod colant terram, miseri funeris venerantur exitium. Hic quoque, sacratissimi imperatores, ut error iste celetur, etiam hæc sacra physica volunt esse ratione composita [g]. Amare terram volunt fruges, amatum vero hoc ipsum volunt esse, quod ex frugibus nascitur; pœnam autem, quam sustinuit, hoc volunt esse, quod falce messor maturis frugibus facit. Mortem ipsius dicunt, quod semina collecta conduntur: vitam rursus, quod jacta semina annuis vicibus reconduntur. Velim nunc mihi inquirenti respondeant, cur hanc simplicitatem seminum ac frugum cum facinore, cum morte, cum fastu, cum pœna, cum amore junxerint. Itane non erat aliud, quod diceretur? Itane non erat, quod in agendis Deo summo pro frugibus gratiis faceret misera mortalitas? Ut gratias pro renatis frugibus agas, ululas; ut gaudeas, plangis. Nec, te cum veram rationem videris, hoc aliquando fecisse pœnituit, sed hoc agis, ut annuis luctibus occupatus vitam semper fugias, mortem requiras. Dicant mihi, quid hoc frugibus profuit, ut fletus suos annuis ululatibus seminent in tristitia, interfecti funeris calamitatibus ingemiscant, quod dicant physica ratione compositum, lugetis et plangitis, et luctus vestros alia ratione celatis. Novit agricola, quando terram aratro dimoveat, quando sulcis frumenta committat. Novit quando maturatas solis ardoribus colligat segetes. Novit, quando tostas terat fruges. Hæc est physica ratio, hæc sunt vera sacrificia, quæ ab sanæ mentis hominibus annuo labore complentur. Hanc simplicitatem divinitas quærit, ut homines in colligendis fructibus ordinatis temporum legibus serviant. Cur huic ordini miseræ mortis figmenta quæsita sunt? Cur celatur lacrymis, quod celari non debuit? unde confiteantur necesse est, hæc sacra non in honorem frugum, sed in honorem esse composita mortis alienæ. Nam quod terram matrem esse omnium Deorum dicunt [h], qui hunc elemento tribuunt primas partes, vere deorum suorum mater est, nec abnuimus aut recusamus: quia ab hac collectos Deos suos, aut lapideos faciunt semper aut ligneos [i]. Terram omnem circumfluunt maria, et rur-

[a] Verba solemnia exclamantium in sacris Isiacis, invento corpore Osiridis. Scholiasta Juvenalis ad illa Sat. VIII, vers. 29:

> Exclamare libet populus quod clamat Osiri
> Invento,

habet sequentia: *Populus Ægypti invento Osiri dixit:* Εὑρήκαμεν, συγχαίρομεν. Ita enim Isidem inventis Osiridis membris exclamasse putabant; vide Crameri editionem hujus Scholiastæ (Hamburgi, 1823) p. 312. Eadem verba habet Athenagoras Legat. c. 19. Wow. —Cf. quoque Octavium Minucii Felicis c. 21, et Augustinum de Civitate Dei VI, c. 10.

[b] Strabo XII, c. 7; Ammianus Marcellinus l. XXII, c. 22. (al. 9). De lapide Pessinuntino δυπετεῖ qui bello Punico secundo Romam devehebatur (Liv. XXIX, c. 11 et 14) multi sunt: Appianus de bellis Annib. c. 56; Herodianus I, c. 2; Arnobius adv. Gentes VI, c. 11, et VII, c. 46 (Ubeli.); Augustin. de Civitate Dei III, c. 12; Tertullianus Apologet. c. 25; Lactantius II, 7; Cicero de Haruspic. Responsis. Cf. Falconeti dissertationem *sur la pierre de la mère des dieux; Mém. de l'acad. des Inscr. et B. L.* tom. XXIII, p. 213; et si tanti est, nostras Dissertat. Antiquarias Theotisce editas p. 257 seq.

[c] Steph. περὶ πόλεων in Πάλλος. Wow.

[d] Arnob. II, c. 52; *Nam et videmus alios ex sapientioribus dicere tellurem esse hominum matrem;* VII, *c. 33. Lactant.* II, c. 10. Censorin. de Die Natali c. 3 *et 4. Servius in Georg.* II, 268. Orpheus Hymn. 25; Γαῖα θεὰ μῆτερ μακάρων θνητῶν τ' ἀνθρώπων. De Cybele vide Rigaltii Ouzelii et Elmenhorstii notas ad Minuc. Felicem c. 21; Heraldum et Davies ad eumdem; ed. Cantabrig. p. 42 et 105. Cf. quoque Orellii notas ad Arnob. tom. I, p. 79.

[e] Ademptis genitalibus, quia fidem non præstiterat (Attis). Huc refer quæ sequuntur *iratæ mulieri.* Lactant. Epitome c. 8. Diverse fabula narratur; alii enim et plerique ab ipso Attide factum narrant quod h. l. Cybelæ iratæ tribuitur. Vide not. sequentem.

[f] Si hinc abesset præpositio, melior foret latinitas, Gronovius. —Mater Deum diligebat Attin: is ab Acdesti actus in furias, testula sibi genitalia desecat. Hoc in honorem magnæ Matris imitantur Galli ejus sacerdotes. Arnobius V, 7, 39, et Orell. ad h. l. Augustin. de Civ. Dei II, 4; Lucianus de Dea Syria c. 15; Euseb. Præp. Evang. II, c. 4. et multi alii. Wow.— *Quid, qui sanguine suo libat, et vulneribus suis supplicat, non profanus melius esset, quam sic religiosus?* Verba sunt Minucii Felicis c. 24, ed. Cantabrig. p. 125, Cf. notas. ad h. l.

[g] De cultu Phrygio ejusque physica explicatione et cum similibus syncretismo cf. omnino Creuzerum II, p. 36, seq. Firmicus vero omnia ad fertilitatem terræ, frugesque statuto tempore renatas refert.

[h] Orpheus l. c.; Platon. Polit.; Lucret, II, 598; Varro de Ling. Lat. Verb.; Elmenhorst ad Arnob. p. 94.

[i] Per ironiam dicta.

sus inclusa Oceani ambientis circulo stringitur. Cœli etiam rotunda sublimitate operitur, perflatur ventis, aspergitur pluviis, et timorem suum assidui motus tremoribus confitetur. Quid vos maneat, qui hæc colitis, considerate, cum Dii vestri infirmitatem suam vobis quotidianis professionibus prodant.

CAPUT IV.

Item Aeris apud Assyrios et Africanos populos nonnullos.

Assyrii et pars Aforum aerem ducatum habere elementorum volunt, et hunc imaginata figuratione venerantur [a]. Nam hunc eumdem, nomine Junonis vel Veneris virginis, si tamen Veneri placuit aliquando virginitas, consecrarunt. Junonem sane, ne et huic deesset incestus, Jovis volunt ex sorore conjugem factam [b]. Effeminarunt sane hoc elementum [c], nescio qua veneratione commoti. Num quia aer interjectus est inter mare et cœlum, effeminatis eum sacerdotum vocibus prosequuntur? Dic mihi hoccine est, quod in viro feminam quærunt, cui aliter servire sacerdotum suorum chorus non potest, nisi effeminent vultum, cutem poliant, et virilem sexum ornatu muliebri dedecorent [d]. Videre est in ipsis templis cum publico gemitu miseranda ludibria, viros muliebria pati [e], et hanc impuri et impudici corporis labem gloriosa ostentatione detegere. Publicant facinora sua, et contaminati corporis vitium cum maxima delectationis [f] macula confitentur. Exornant muliebriter nutritos crines, et delicatis amicti vestibus vix caput lassa cervice sustentant. Deinde, cum sic se alienos a viris fecerint, adimpleti tibiarum cantu, vocant Deam suam, ut nefario repleti spiritu vanis hominibus quasi futura prædicant. Quod hoc monstrum est, quodve prodigium? Negant se viros esse, et sunt; mulieres se volunt credi, sed aliud qualiscumque qualitas corporis confitetur. Considerandum est etiam, quale sit numen, quod sic impuri corporis delectatur hospitio, quod impudicis adhæret

[a] Ita Phœnices ex antiquissimo Sanchuniathonis testimonio ap. Euseb. Præpar. Evang. I, c. 10 : τὸν Οὐσωον..... ἀνιερῶσαι δύο στήλας πυρί τε καὶ πνεύματι, καὶ προσκυνῆσαι, ἅμα δὲ σπένδειν αὐταῖς ἐξ ὧν ἤρευε θηρίων (ed. Orelli, p. 18). Assyrios autem sive Syros (utrumque enim nomen a veteribus auctoribus sæpe permutatur) aerem coluisse nomine Junonis seu Veneris ex Plutarcho in Crasso, c. 17, discimus, ubi de Dea Hierapolitana : Γίνεται δὲ πρῶτον αὐτῷ σημεῖον ἀπὸ τῆς θεοῦ ταύτης, ἣν οἱ μὲν Ἀφροδίτην, οἱ δὲ Ἥραν, οἱ δὲ τὴν ἀρχὴν καὶ σπέρματα πᾶσιν ἐξ ὑγροῦ παραγαγοῦσαν αἰτίαν καὶ φύσιν νομίζουσι, καὶ τὴν πάντων εἰς ἀνθρώπους ἀρχὴν ἀγαθῶν καταδείξασαν. De cultu hujus Veneris Uraniæ, quæ apud Babylonios Ὁμόρκα vel Ὁμορώκα, et Θαλάτθ (תלת Genitrix) (Berosus ed. Richteri Lip., 1825, p. 50), nec non Μυλίττα, (מלדתא) vel Μόλις appellabatur, vid. Herodot. I, 199, et Pausan. I, c. 14. Apud Carthaginienses et Cyprios magna quoque religione colebatur : cf. Dissertat. nostras de religione Carthaginiensium, p. 62 seq., et de Templo Deæ Cœlestis Paphio.

[b] Sacrum hocce summorum deorum apud omnes gentes matrimonium (cf. Creuzer. I, p. 281), non Jovis tantum ac Junonis, sed Liberi quoque atque Liberæ (ibid. III, 570). De matrimoniis incestis deorum, ad quæ alludit Noster, cf. Minuc. Felic. c. 31. *Sic et Deos*, inquit, *colitis incestos, cum matre, cum filia, cum sorore conjunctos.* Eadem leguntur apud Athenagoram c. 16, 27; Clementem Alexandr. Protreptic. c. 2, p. 14; Tatian. c. 13, 16; Arnobium IV, 35, V, 9. Plura dabunt Ovid. Metamorph. III, vers. 265 :

Juno regina, Jovis et soror et conjux;

Tertull. Apol. c. 14 : *Jovem fœde subantem in sororem;* Macrob. Saturn. I, c. 16.

[c] Cicero de Nat. Deorum II, c. 26: *Aer autem interjectus inter mare et cœlum Junonis nomine consecratur, quæ est soror et conjux Jovis, quod ei similitudo est ætheris et cum eo summa conjunctio. Effeminarunt autem eum Junonique tribuerunt quod nihil est eo mollius.* Firmicus Ciceronis locum manifeste respexit. Sic quoque legitur in Heraclidis Pontici allegoriis Homerici-, c. 10, p. 53, ed. Schow: Ἡ δὲ Ἥρα μετ' αὐτὸν (Αἰθέρα,) ἔστιν ἀήρ, μαλακώτερον στοιχεῖον, διὰ τοῦτο καὶ θῆλυ; et c. 25, p. 87. Vide Creuzerum ad locum Ciceronis, *Junonem in aereum* (substantiam figuratus, nim. superstitio), Tertull. adv. Marcionem I, c. 13. Ægyptios cuivis elemento duplicem attribuisse sexum auctor est Seneca, Quæst. natur. III, 14.

[d] Eleganter Clemens Alexandrinus Pædagog. III, c. 3, p. 261, in titulo capitis: Πρὸς τοὺς καλλωπιζομένους τῶν ἀνδρῶν. Arnob. II, c. 41: *Idcirco animas misit* (rex mundi), *ut divini ponderis et gravitatis oblitæ, gemmas, lapillos, margaritas, castitatis dispendio compararent, innecterent his colla, laminas pertunderent aurium, conficiendis quærerent corporibus fucos, imminuerent frontes limbis, fuligine oculos obumbrarent, nec in formis erubescerent masculorum calamistris vibrare cæsariem, cutem corporis levigare, incedere poplitibus nudis, omnique alio cultu vigorem virilitatis et exponere, et in habitum feminarum delicinsque mollire?* Vide Notas in ed. Orellii. Causam indicat Philochorus apud Macrobium III, 8, ubi docet Lunam et Venerem idem esse numen : additque : *et sacrificium facere viros cum veste muliebri, mulieres cum virili, quod eadem et mas æstimatur et femina.* Cf. Creuzeri Symbol. II, p. 165. Similia habet carmen ad Senatorem ex religione Christiana ad idola reversum inter Cyprianica :

V. 3. Cujus (Matris magnæ) cultores infamia turpis inurit.
Namque sacerdotes tunicis muliebribus idem
Interius vitium cultu interiore fatentur.
Idque licere putant quod non licet : unde per orbem
Leniter incedunt, mollitaque verba loquentes,
Lapsatosque tenent exteuso pollice lumbos,
Et proprium mutant vulgato crimine sexum.
Cumque suos celebrant ritus, his esse diebus
Se castos memorant; ac si tantummodo tunc sunt,
Ut perhibent, casti, reliquo jam tempore quid sunt?
Sed quia coguntur saltem semel esse pudici,
Mente fremunt, lacerant corpus, fundunt que cruorem.
V. 21. Nunc etiam dicis quod te non fecerit ætas
Sed tua religio calvum : caligaque remota,
Gallica sit pedibus molli redimita papyro.

Cf. librum nostrum de religione Carthaginiensium p. 82 et 84. Consentiunt cum his versus sequentes Commodiani, poetæ, ni fallor, Afri, Instruct. XVII,

Vidistis Dindymarios, quali fragore
Luxurias ineunt, dum furias fingere quærunt.
Aut cum dorsa sua allidunt spurca bipenne,
Cum doctrina sua servant quod cruore sanant.

Cf. Rigaltii et Davisii notas.

[e] *Ubi autem magis a sacerdotibus, quam inter aras et delubra conducuntur stupra, tractantur lenocinia, adulteria meditantur?* Minuc. Felix c. 25. Imprimis in Isidos templis. Ovid. Amor. II, Eleg. 2, v. 25, et de Arte Amandi III, v. 392; Juvenal. Sat. VI, 488; et scholiast. ed. Crameri p. 445. Nec tamen deerant similia in aliis templis. Vide Onzelii et Davisii notas ad h. Minucii locum. Eadem, viros in cultu Magnæ Deæ muliebria passos esse habet Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 26.

[f] Forte, detestationis. Wow.

membris, quod polluta corporis contaminatione placatur. Erubescite, o miseri! supinitatem [a]; aliter vos Deus fecit. Cum cohors vestra ad tribunal judicantis Dei accesserit, nihil vobiscum afferetis, quod Deus, qui vos fecit, agnoscat. Abjicite hunc tantæ calamitatis errorem, et studia profanæ mentis aliquando deserite. Nolite corpus, quod Deus fecit, scelerata Diaboli lege damnare, calamitatibus vestris, dum adhuc tempus patitur, subvenite. Misericordia Dei dives est [b], libenter ignoscit. Relictis nonaginta novem ovibus, amissam quærit unam (*Matth.* XVIII, 12; *Luc.* XV, 4). Et reverso pater prodigo filio vestem reddit, et parat cœnam(*Luc.* XV, 22). Nulla vos desperare faciat criminum multitudo: Deus summus per filium suum Jesum Christum Dominum nostrum volentes liberat, et pœnitentibus libenter ignoscit, nec multa exigit [c] ut ignoscat. Fide tantum et pœnitentia potestis redimere, quicquid sceleratis Diaboli persuasionibus perdidistis.

[a] Editio princeps, *summitatem;* aliæ, *sublimitatem.* Wowerus restituit *supinitatem.*

[b] Respicit Matth. XVIII, 27.

[c] Wowerus, forte: *nec multam exigit.* Haud necessaria videtur correctio.

[d] Ignem procedenti Cyro prælatum fuisse testatur Xenophon Cyropæd. libr. VIII, c. 3, 12. Qui quidem ignem præferendi mos a Persis ad Romanos postea migravit; Augustis enim, si non prius, a M. Aurelii tamen et Commodi inde tempore ignem ut symbolum imperii et Augustalis honoris prælatum esse patet ex Herodiani lib. I, c. 8, 16, II, 8, aliisque hujus scriptoris locis. De Phœnicibus ignis cultoribus consule locum Sanchuniathonis ad c. 4, relatum apud Euzeb. Præp. Evangel. I, c. 10.

[e] Clement. Alexandr. Protr. c. 5, p. 56: Περσῶν δὲ οἱ Μάγοι τὸ πῦρ τετιμήκασι, καὶ τῶν τὴν Ἀσίαν κατοικούντων πολλοί. Maximus Tyrius serm. 38; Socrat. H. E. VII, c. 8; Ruffinus Hist. II, c. 26; et multi alii. Persæ omnia elementa colunt tamquam claram Dei sobolem, οἱ τὰ στοιχεῖα θεοποιοῦντες, igni vero et luci primarium locum assignabant. Huc enim denique spectant atque referuntur omnes notiones sublimes sanctæque. Theodoreti Hist. Eccles. V, c. 38, ed. Schulz. III, p. 1082. De Babyloniis ignem atque aquam colentibus cf. Berosum ap. Clementem Protrept. cap. 5, pag. 57, Potter.

[f] Apud Xenophon. Ζεὺς μέγιστος καὶ βασιλεύς. Ejus summum numen universitatem rerum igne penetrans vivificat movetque.

[g] Sunt hæ divinæ potestates secundum decreta Philosophiæ omnium fere veterum populorum, mascula, procreatrix, et femina, parturiens.

[h] Haud dubie respiciunt Mithram deum et Mitram deam Persarum, de quibus consulatur Creuzerus *Symb. und Mythol.* I, 728, seq. Uterque erant ignis masculus et femina. Jovem quoque, quatenus cum aere componebatur, διφυῆ sibi figurabant Græci, teste Athenagora c. 18. Pana διφυῆ vocat Plato in Cratylo haud quidem crediderim, ut non nulli autumant, propter inferiorem eamque ferinam corporis partem, sed quia pro naturæ, gemina ista quam indicavimus potestate instructæ, numine habebatur.

[i] Adde *ad* ante *viri*, vel ante *ignis*, quod malim. Habent enim duas statuas, alteram masculam, alteram muliebrem, quæ ipsis sunt imagines, seu symbola duplicis substantiæ ignis. Facem præfert Strabo, qui XI, c. 8, p. 478 ed. Tzschucke, de statuis loquitur, Anaitidis et Omani atque Anandati Persicorum Geniorum, a Sacis et Massagetis Zelæ in eadem ara positis. Cultum autem hunc imaginum apud Persas *ab Artaxerxe Darii Ochi* filio introductum fuisse,

A

CAPUT V.

Item Ignis apud Persas. Horum mysteria fabulasque detegit, lascivos tristesque ritus detestatur, admixtis sæpe e sacris Christianorum cohortationibus, et ad finem capitis, ubi post secundam lacunam de anima humana loquitur, philosophico etiam de indissolubili animi anima ratiocinatio.

Persæ et Magi omnes, qui Persiæ regionis incolunt fines, ignem præferunt [d] et omnibus elementis putant debere præponi [e]. Ili itaque Jovem [f] in duas dividunt potestates [g] naturam ejus ad utriusque sexus transferentes [h] et viri et fœminæ simulacra ignis substantiam deputantes [i], et mulierem quidem triformi vultu [j] constituunt, monstrosis eam serpentibus illigantes [k]. Quod ideo faciunt, ne ab auctore suo diabolo aliqua ratione dissentiant [l]: sed ut dea sua serpentibus polluta, maculosis diaboli insignibus adornetur. Virum vero abactorem boum [m]

Beroso auctore (lib. III, p. 70 ed. Richteri) perhibet Clemens Alex. Protrept. c. 5, p. 57 Pott.

[j] Quatenus in eam ex mente Græcorum coaluerant Mylitta, Artemis et Persephone (Creuzer I, 735). Nam de idolo tricipiti ad formam Hecates ficto non est quod cogitemus. Et licet Mithras artis operibus sæpe fuerit expressus, de Mitra tamen iisdem repræsentata numquam me legere memini, nisi mox sequentia huc pertineant.

[k] Nescio an huc referri possint, vel cum hisce Firmici aliquam similitudinem habeant, quæ Diodorus Siculus lib. II, c. 9, p. 125 Wesseling., narrat de statua Opis sedentis in cacumine Pyramidis quæ Belo Babylone exstructa erat. Hanc enim duo serpentes comitabantur, quos quidem nominis naturæ satellites sive socios fuisse non est quod miremur. Cæterum, cur Solis statuæ draconis effigies subjungi solita fuerit, docet Macrobius Sat. I, c. 19 et 20.

[l] Respicit historiam lapsus Protoplastorum Genes. III.

[m] Mithram. Is enim vocabatur Βουκλόπος. Porphyrius de Antro Nymph. c. 18: καὶ Βουκλόπος θεὸς τῶν γένεσιν λελῃδότως ἀκούων. Unde abactor boum, quod diserte expressit Statius Theb. I, vers. 720.

Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Ejus τελετὴ idcirco vocatur βουκλοπία; et, quia quotannis in orbem redibat, propterea κύκλα Βουκλοπίας dixit Poeta, h. e. solemne et in orbem redieus festum. Jos. Scaliger apud Wowerum—Furem quoque appellata Commodianus Instruct. XIII,

Insuper et furem adhuc depingitis esse....
Vertebatque boves alienos semper in antris,

cum Hercule Caci boves abigente confundens. Cf. Zoega Abhandlungen, edente Welckero, p. 131. De hoc Mithra Βουκλόπῳ vide Creuzerum Symb. I, p. 785 seq. Kleukero taurus est symbolum feminæ. Nescio an recte: nam numquam vaccæ, semper tauri habet formam. Attamen Lactatius ad Statii Thebaidos I, vers. 719, 720, per taurum Lunam a Mithra subactam intelligit. Erit vero potius symbolum tauri primigenii a venenatis Ahrimanis creaturis necati, cujus semen a bonis Geniis Lunæ servandum credebatur. Qua forte de causa Mithras, principium naturæ activum, in monumentis taurum eo consilio pugione interficiens repræsentatur, ut omnes plantæ ex cadavere ejus, omnia autem animalia ex ejus semine nascerentur. Hanc explicationem Zoega inter alias proponit, licet eam probare haud videatur. Cæterum sunt hæc mysteria Mithriaca, de quibus confer Sainte-Croix, *Recherches historiques et critiques sur*

colentes, sacra ejus ad ignis transferunt potestatem. Sicut Propheta ejus nobis tradidit, dicens: Μικτάξω μυστάκυ ὁ κλοπίης σύνδετε πατρος ἀγάυου [a]. Hunc Mithram dicunt [b]. Sacra vero ejus in speluncis abditis tradunt, ut semper obscuro tenebrarum squalore demersi, gratiam splendidi ac sereni luminis non videant. O cæca numinis consecratio; o nefariæ legis fugienda commenta! Deum esse credis, cujus de sceleribus confiteris [c]. Vos itaque, qui dicitis in his templis rite sacrificari non Magorum ritu Persico [d], cur hæc Persarum sacra laudatis? Scio, hoc Romano nomine dignum putatis, ac Persarum sacris [e]. At Persarum legibus sequatur [f]..... [g]

.....ut armata clypeo, lorica, thorace, gladio et hasta consecretur [h].... Tertia etiam pars est, qua in asperis secretisque sylvarum agrestiumque ferarum

les mystères du Paganisme, II, p. 121 et Zoegæ Diss. de operibus artis ad cultum Mithriacum spectantibus, in actis R. Scientiar. Societatis Danicæ de anno 1806, *theotisce in Zoëga's Abhandlungen*, edente Welckero, ad notas 1-5. Cf. Kleukerum in Persicis (*Anhang zum Zendavesta*, II, 2, p. 128), qui Firmici magnam religionis Persarum peritiam laudat.

[a] Emenda: Μυκητάο βοὸς μύσται.... Κύκλα Βοοκλοπίης συναείδετε πατρὸς ἀγαυοῦ. Wow. Firmicus de industria truncavit acroteleution prioris versus, ut sæpe auctores solent facere. Sed posterioris versus, lacunæ sunt a librariis, aut ab eo qui primus Firmicum edidit, quod litteras δυσαναγνώστους non posset consequi. Jos. Scaliger apud Wowerum, p. 122.—Cf. Woweri epistol. Centur. II, no. 38. Interim in Scaligeri epistola hic laudata non apparet aliqua ignis mentio; et quis credat, prioris versus primam partem citatum iri cum sequente versu, ut voluerit ille tantam lacunam esse? Gronovius.—Verba πατρὸς ἀγαυοῦ lucem aliquam accipiunt ex verbis a Clemente Alexandrino Protrept. c. 2 allatis, ταῦρος πατὴρ δράκοντος καὶ πατὴρ ταύρου δράκων, quæ quoque habet Arnobius V, 21, et not. Orellii.

[b] De Mithra, Solis genio apud Persas vide quæ Creuzerus disputavit *Symbol et Mythol.* I, p. 720 seq. Ejus in auctoribus frequens fit mentio; sed plerumque ex mente Paganismi. Qui rectiorem sibi notionem informare gestiunt adeant sacrum Persarum librum Zend-Avestam. Saxa quoque vetera haud raro, sed serioris ætatis et, quod sciam, tantummodo latina Mithram invictum commemorant deum. Respiciunt enim sacra Mithriaca a piratis illis Cilicibus a Pompeio M. domitis aut inventa aut propagata, et post Antonini Pii tempora per omnem fere Occidentem disseminata.

[c] Locus classicus apud Porphyrium de antro Nympharum c. 6. Primus Zoroastres apud Persas, ut narrat Eubulus, speluncam natura factam in Persiæ montibus, consecravit, in honorem rerum omnium auctoris et parentis Mithræ, ut per speluncam significaret mundum a Mithra conditum. Hæc Luctatius ad illa Statii Thebaidos I, vers. 719.

Seu Persei sub ruptibus antri
Indignata sequi torquentem cornua Mithram.

Hinc patet quam diversa a Zoroastrica doctrina fuerit Mithræ religio. Nam ab Oromasde mundum esse conditum purior magismus constanter docuit. Sacra Mithriaca commemorant Justinus Martyr Dial. c. Tryphone ed. Jebb. p. 213; Append. Tertulliani de Præscr. Hæret. c. 40; de Corona militis c. 15. Erubescite commilitones ejus, jam non ab ipso judicandi sed ab aliquo Mithræ milite: qui cum initiatur in spelæo, in castris vere tenebrarum, coronam interposito gladio sibi oblatam quasi mimum martyrii, dehinc capiti suo accommodatam, monetur obvia manu a capite depellere, et in humerum, si forte, transferre, dicens Mithram esse coronam suam. Wow. Anaglypha quæ passim in Italia, Gallia atque Germania conspiciuntur, Mithram proponunt taurum mactantem, haud raro in spelunca. (Zoega l. c. p. 145, 161, et Seel in libro *die Mithrageheimnisse*). In Dactyliothecis obviæ sunt gemmæ cælatæ, corvos, leones, scorpiones exhibentes ad eadem sacra alludentes. Hujusmodi anaglyphorum meminit Luctatius ad Statii locum laudatum de speluncis Mithriacis. Si plura cupias. vide quæ ex citatis auctoribus, nec non Hieronymo et Agathia congesserunt Lindenbrogius in Notis ad Luctatium et Kleukerus in Persicis mox laudatis.

[d] Nullum aliud scelus a Mithra commissum commemorat Firmicus, nisi quod boves abegerit. Sed symbola hujus cultus haud intelligit.

[e] Itaque Mithriaca sacra a Persarum religiones diversa statuit; et tamen in antecedentibus utraque confundit.

[f] Sensum haud assequor. Cur enim Romani aliam plane religionem colentes Romano nomine dignum putarent, quod sacrorum Zoroastricorum a Mithriacis diversitatem assererent? Quomodo verba *ac Persarum sacris* cum antecedentibus cohærent, equidem haud video. Neque facilior erit interpretatio, si *dignum* in *dignius* mutaveris.

[g] Locus affectus quem non tento. Etsi enim solœcismum *legibus sequi* corrigas, haud tamen video quo modo hæcce verba cum antecedentibus conjungenda sint. Lacuna hunc locum excipit, qua sensus interruptus est.

[h] Verba hæc, ut insula, inter duas lacunas posita neque cum antecedentibus, neque cum sequentibus cohærere videntur. Quod si vero nexum aliquem cum antecedentibus intercedere statuas, sermo erit de initiationibus Mithriacis, leviuscula mutatione vocis *armata* in *armatus* facta. Namque constat mystas Mithriacos dictos fuisse Mithræ milites: vid. Tertull. de Corona militis, c. 15 et Zoegam l. l. p. 158. Si tamen hæc displicent, cogitandum forte erit de ritu arcano religionis Zoroastricæ, ad cujus commemorationem viam sternere potuerunt verba quæ hocce fragmentum præcesserunt: *At Persarum legibus sequatur.* Plutarchus enim in Artaxerxe, c. 3, hunc Persarum regem, a Græcis *Mnemon* appellatum (eumdem quem Berosus lib. III, ed. Richt. p. 70, Anaitidis simulacra in variis imperii sui urbibus colenda proposuisse tradit), Pasargadis in templo deæ cujusdam, quam Πολεμικὰν vocat atque cum Minerva quodammodo componit, altiores initiorum doctrinas accepisse narrat. Eadem quoque de causa Xerxes Palladi Iliacæ sacra fecisse (Herodot. VII, 43) videtur. Hanc enim, ni fallor, Anaitidi comparavit. Anaitin, quæ idem est cum Astarte vel Mylitta numen, ritu Comano cultam suspicor, licet haud intelligam, quo pacto illius religio cum puriore Zoroastrica Artaxerxis jam ætate in ipsa Perside et haud procul a Persepoli, totius populi veluti Capitolio atque arce, conjungi potuerit. Aliis in locis Artemidos Persicæ fit mentio, v. c. apud Plutarchum in Lucullo; Pausaniam III, c. 16 (vide quoque VII, c. 6); Strabonem. XVI, c. I, 18, qui adytum hujus deæ Ἄζορα (vera lectio videtur esse Ζάρα, inde Ἀρτεμις Ζαρῖτις) vocat. Erit igitur, si vera est Plutarchi narratio, hocce numen idem cum Mithra: *Mithra Persarum, Naturæ generatricis symbolo, in illo templo armatum, uti Venus Urania in Cythera insula culta.* Cæterum vide quæ hoc de argumento disputat Creuzerus I, p. 730: *Huc forsan spectant nummi tetradrachmi Parthici, in quibus Pallas cernitur coram rege sedente stans illique coronam præbens, aut coronam capiti ejus imponens. Sed interdum loco Palladis sistitur mulier stolata vel turrita cum variis attributis, vel Victoria. Incerta igitur res. Sunt nummi Arsacis XV, Phrahatis IV, et successorum.* Catalogue de Mionet. V, p. 656 seq. et Eckhel D. N. Vet. III,

sortita imperium. Ultima pars tripartitæ istius divisionis æstimat libidinum vias, quæ prava desideria quæque præposteræ cupiditatis monstrant illecebras. Hæc unam partem capiti assignant, ut hominis iram quodammodo denotare videatur. Aliam in corde statuunt, ut diversarum cogitationum varietatem, quas multiplici intentione concipimus, in modum sylvarum tenere videatur. Tertia pars constituitur in jecore, unde libido nascitur et voluptas. Illic enim genitalium seminum collecta fecunditas naturalibus stimulis desiderium cupiditatis exagitat. Quid ergo perficit ista divisio, diligenter aspicite, ut cernatis, quam facile commentum ratio veritatis impugnet. Si dividitur anima, et substantia ejus diverso efficaciæ genere separatur, dissoluto ordine suo, incipit esse quod fuerat. Aliud enim mens est, aliud ira, aliud libido. Animam ergo separatio ista dissolvit, et patitur maximam ex ista partitione jacturam, nec integram sui speciem res ista custodit, quæ per tres contrarias separatim dividitur, et (ut verum dicam) fit ex ipsa divisione mortalis [a]. Etenim quod potest dividi, corpus est. Quod autem corpus est, necesse est esse mortale [b]. Ergo si anima dividitur, corpus est. Si corpus est, necesse est sit res mortalis. Egregia erroris istius ac præclara comitantia. Maximum nobis beneficium ex ista consequentia confertur. Commentis istarum absurditatum animas volunt esse mortales.

CAPUT VI.

Ab Elementorum cultu ad alias superstitiones transit earumque secreta pandit; et primo quidem duorum Liberorum, Cretensis quippe ac Thebani, historiam narrat.

Sic sunt, sacratissimi imperatores, Elementa a perditis hominibus consecrata. Sed adhuc supersunt aliæ superstitiones [c] quarum secreta pandenda sunt, Liberi et Liberæ [d], quæ omnia sacris sensibus vestris specialiter intimanda sunt, ut et in istis profanis religionibus sciatis mortes esse hominum consecratas. Liber itaque Jovis fuit filius [e] regis scilicet Cretici [f]. Hic cum fuisset adultera matre progenitus, nutriebatur apud patrem, studiosius quam decebat. Uxor Jovis, cui Junoni fuit nomen [g], novercalis animi furore commota, ad necem infantis omnifariam parabat insidias. Proficiscens peregre pater, quia indignationes tacitas sciebat uxoris, ne quid ab irata muliere dolo fieret, idoneis (sicut sibi videbatur) custodibus tutelam credit filii. Tunc Juno, opportunum insidiarum nacta tempus, et ex hoc fortius inflammata, quia proficiscens pater et solium regni puero tradiderat et sceptrum, custodes primum regalibus præmiis muneribusque corrupit, deinde satellites suos, qui Titanes vocabantur [h], in interioribus regiæ locat partibus, et crepundiis ac speculo affabre facto animos ita pueriles illexit, ut desertis regiis sedibus ad insidiarum locum puerilis animi desiderio duceretur. Illic interceptus trucidatur. Et ut nullum posset necis inveniri vestigium, particulatim membra conscissa satellitum sibi dividit turba. Tunc, ut huic facinori aliud facinus adderetur, quia vehementer tyranni crudelitas timebatur, decocta variis generibus pueri membra consumunt, ut humani cadaveris, inauditis usque in illum diem epulis, vescerentur. Cor visum sibi soror servat, cui Minerva fuit nomen, quia et ipsa sceleris fuit particeps, et ut manifestum esset delationis indicium, et ut haberet unde furentis patris impetum mitigaret. Reverso Jovi filia ordinem facinoris exponit. Tunc pater funesta calamitate cladis et acerba luctus

p, 530,534. Fortasse quoque huc pertinebit nummus Hierocæsareæ Lydiæ quem edidit Seguinus in Sel. numism. antiqu., p. 9 et 10 (Eckhel III, p. 193), in quo Artemis (deam Comanam credo) cultu muliebri, sed pharetra instructa, cum epigraphe ΠΕΡΣΙΚΗ. Aversa habet aram ignitam, sphingibus ornatam, qua cultus ignis mysticus indicatur. De Diocæsareensium hac Diana cf. Taciti Annal. III, 62, et Spanhemium ad Callimach. Hymn. in Dianam, v. 37, ubi multa de hoc numine congesta reperies.

[a] Athenag. c. 7 : Καί τοι ὁ μὲν Σωκράτης, παρὸ γεγονὸς καὶ φθαρτὸς, συγκείμενος καὶ διαιρούμενος εἰς μέρη. Ὁ δὲ Θεὸς ἀγένητος καὶ ἀπαθὴς καὶ ἀδιαίρετος. Loco Σωκράτης poterat etiam dixisse *homo* et *animal*. Sed maluit adhibere nomen rei singularis. LINDNER ad Athenag.

[b] Firmicum h. l. aggressum esse philosophos dubitari non potest, et imprimis quidem Pythagoræos, quos animi humani partes vel facultates tres, νοῦν, φρένας, θυμὸν, posuisse, harumque duabus prioribus in cerebro, tertiæ in corde locum assignasse constat. HERTZ de J. F. M. p. 39.

[c] Transit jam a refutatione cultus elementorum ad alias Mythologiæ partes impugnandas, quas partim ex traditione populari atque poetarum, quorum carmina ætas servavit, fabulis hausit; partim, ut suspicor, ex Euhemeri Ἱερᾷ Ἀναγραφῇ excerpsit. Initium facit a Libero et Libera.

[d] Lactant. I, c. 10, Minuc. Felix c. 21; Cicero de Nat. Deor. II, 24; Arnobius haud habet; Cruz. III, 376, 381.

[e] *Duorum* Liberorum (Cic. de Nat. Deor. II, 24) historiam narrat, Cretensis quippe et Thebani, eamque, si Cretensem Liberum spectes, fabulæ valde affinem. In qua quidem, an Clementem Alexandrinum in Protrept. c. 2, ut judicare videtur Wowerus in notis ad Firmicum, quod vero negat Ursinus Quæstione bibl. l. II, c. 19, secutus sit, facile dubitaverim, cum ab eo in sepultura saltim Liberi enarranda discedat, nulla cæterum auctoris cujusdam auctoritate fultus. Hertz. de J. F. M. p. 40. Hanc fabulam commemorant Eusebius, Præp. Evang. II, 5; Arnobius I, c. 36, 41; V, 19, et sæpius, imprimis libro V; licet haud ubique Thebanus a Cretensi facili negotio discerni possit. Hygini Fab. 167. Macrob. in somn. Scipionis I, c. 12.

[f] Sic Commodianus Inst. VI.

Ille autem (Jupiter) in Creta regnavit, ibique defecit.

Deos homines fuisse, quæ fuit Euhemeri sententia, Arnobius quoque perhibet, lib. I, c. 36-41. Vid. Petri Krog Meier, collegæ desideratissimi, Dissert. inauguralem de ratione et argumento Apologetici Arnobiani (Hafn., 1815) p. 158, 159. Cæterum Arnobius eadem fere affert exempla quæ Firmicus habet. Jovem a Cretensibus inter deos numeratum fuisse refert quoque Athanasius κατὰ Ἑλλ. c. 9.

[g] Omnis hæc fabula a solo Firmico narratur : an ex Euhemero?

[h] Hi apud Antoninum Liberalem considerantur ut satellites Saturni, c. 36, unde scribitur : Ζεὺς Τιτᾶνας ἐξελάσας τὸν Κρόνον ἀφείλετο τὰς ἀρχῆς. GRONOV.

atrocitate commotus, Titanes quidem vario genere suppliciorum excruciatos necat [a]. Nec prætermissum est in ultione filii aut tormentum aliquod aut pœna, sed per omnia pœnarum genera bacchatus, necem qualitercumque filii vindicavit, affectu quidem patris, sed tyrannica potestate. Tunc quia diutius pater ferre lugentis animi tormenta non poterat, et quia dolor ex orbitate veniens nullis solatiis mitigabatur, imaginem ejus ex gypso, plastico opere perfecit, et cor, ex quo facinus fuerat, sorore deferente, detectum, in ea parte plastæ collocat, qua pectoris fuerant lineamenta formata. Post hæc pro tumulo exstruit templum, et pædagogum pueri constituit sacerdotem. Huic Silenus fuit nomen [b]. Cretenses, ut furentis tyranni sævitiam mitigarent [c], festos funeris dies statuunt, et annuum sacrum trieterica consecratione componunt, omnia per ordinem facientes, quæ puer moriens aut fecit, aut passus est. Vivum laniant dentibus taurum [d], crudeles epulas annuis commemorationibus excitantes, et per secreta sylvarum clamoribus dissonis ejulantes fingunt animi furentis insaniam, ut illud facinus non per fraudem factum, sed per insaniam crederetur: præfertur cista, in qua cor soror latenter absconderat; tibiarum cantu et cymbalorum tinnitu crepundia, quibus puer deceptus fuerat, mentiuntur. Sic in honorem tyranni a serviente plebe deus factus est, qui habere non potuit sepulturam. Fuit etiam alius Liber apud Thebas tyrannus [e], magicæ artis potestate conspicuus. Hic cum muliebres animos venenis quibusdam et carminibus occupasset, pro arbitrio suo crudelia facinora furentibus imperabat, ut mente captas nobiles fœminas et libidinum ministras haberet et scelerum. Qui qualia fecerit scelera, vel quantum matri contra filium, vel sororibus contra fratrem imperaverit facinus, in scenis quotidie a tragici carminis auctoribus traditur [f], ut scelerati tyranni facinorosa crudelitas in animis audientium funestis semper relationibus renascatur. Hunc Lycurgus [g], sobria virorum conjuratione protectus, regno exuit, pellit patria. Neque enim effeminatus ille consensum virorum potuit diutius sustinere. Effeminatum enim fuisse, et amatorum serviisse libidinibus, Græcorum gymnasiis decantatur [h]. Nec fuga ejus Lycurgus tantum est exsilioque contentus, sed timens ne fugiens et ab aliis receptus, ludibriosa scelerum suorum etiam in alia regione conderet semina, succinctus ferro, patriæ dedecus minaci persequitur edicto. Tunc Liber projectis infulis, quas pampineis coronarum circulis illigabat, cum semiviro comitatu fugiens (soli enim cum secuti sunt stuprorum et flagitiorum et libidinum socii) per omnes oras vicini maris cum summa trepidatione desperationis erravit. Illic inter ebrias puellas [i] et vinolentos senes, cum adhuc cum scelerum pompa præcederet, et alter nigro amictu teter, alter ostenso angue terribilis [j], alter cruentus ore, dum viva pecoris membra discerpit, a Lycurgo comprehensus per proximam rupem, quæ immensum præcipitium saxis inviis fecerat, in mare præcipitatur, ut lacerum corpus marinis diu jactatum fluctibus, errantium populorum animos ad sanitatis ac sobrietatis ordinem severa animadversione revocaret. Hunc finem Liberi Homerus, ut fugam et trepidationem detegeret, et ut ostenderet mortem, ait:

. . . . . Διώνυσος δὶ φοβηθείς
Δύσεθ' ἁλὸς κατὰ κῦμα· Θέτις δ' ὑπεδέξατο κόλπῳ
Δειδίσσα· ἀφατιρὸς γὰρ ἔχε τρόμος ἀνδρὸς ὁμαλῇ [k].

Imitatur te, Lycurge, et sobrium tuum institutum sequitur, nec a salutaribus tuis legibus exorbitat etiam consul noster Posthumius [l]. Nam sicut in libris Annalibus invenimus, Bacchanaliorum scelera Ebutio quodam adolescente deferente detecta sunt. Erant adhuc in urbe Roma integri mores, nec quis-

[a] De his Commodianus Instr. xx, ubi:

Adoratis enim stulti mala Icto defunctos.

[b] De hoc Bacchi Pædagogo vide Lactant. I, c. 21, et Creuzerum, III, 514.

[c] Loca veterum de cultu Jovis in Creta videsis apud Meursium in Creta (Amstelod., 1675), p. 198.

[d] Hesych. Ταυροφάγος ὁ Διόνυσος. Suidas itidem de Baccho. Wow. — Quæ Photius habet in Lexico: Ταυροφάγον. Τὸν Διόνυσον Σοφοκλῆς ἐν Τυροῖ, ἀντὶ τοῦ ὅτι τὸν διθύραμβον νικήσασι βοῦς ἐδίδοτο· ἢ τὸν ὠμηστήν, ἀφ' οὗ καὶ ἐπὶ τὸν κρατῖνον μετήνεγκε τοὔνομα Ἀριστοφάνης, huc non pertinent.

[e] De Dionysio Thebano quæ habet, unde sumpserit, mihi non liquet, cum Homerus, Iliad. Ζ', 130; Hyginus Fab. 132, et Apollodorus Biblioth. III, c. 5, aliique fugatum quidem primo Bacchum, neque vero dilaceratum, neque in Lycurgo inultum fuisse narrent. Cf. Heyne ad Apollodor. II, p. 571, seq.

[f] Hujusmodi fuere Æschyli fabulæ: Bacchæ, Bassaræ, Διονύσου τροφοί, Ἡδονοί, Lycurgus, Xantriæ, Pentheus, Semele: Sophoclis Dionysiacus, si verus est titulus: Euripidis quæ supersunt Bacchæ (forte eadem quæ Pentheus inscripta, inter deperditas recensetur) et Cyclops, chori ratione habita.

[g] Lycurgi fabula varie narratur. Regem Hedonorum Thraciæ facit Apollodor. III, 5, Bacchumque e sua regione pepulisse narrat, haud vero et patria. De eo conf. Zoegæ dissertationem: *Lycurgos von den Mænaden bezwungen*, et Welckeri additamenta. Anaglyphon ibid. illustratur. Omnia hæc ex Euhemero hausisse videtur Firmicus. Fabula olim exstitit Æschyli Lycurgus inscripta.

[h] Hæc intelligenda videntur de certaminibus musicis, quæ inter festos deorum dies celebrandos in gymnasiis et alibi instituebantur; fortasse simul de carminibus, quæ iisdem in locis, quibus et juventus studiosa et quicumque Musis faverent, diebus etiam non festis convenire solebant, fere quotidie decantata esse per quam verisimile est.

[i] Quæ alii de Baccho terrarum orbem triumphali pompa peragrante narrant, noster in fuga ejus evenisse statuit. De Bacchis v. Creuzerum III, 186.

[j] Arnob. V, c. 19. Bacchanalia prætermittamus immania.... in quibus furore mentito....., circumplicatis vos anguibus, atque..... caprorum reclamantium viscera cruentatis oribus dissipatis. Scholiast. Lycophr. v. 143. De Bacchis: Πρεπῆγον οἰκείας χερσὶ λέοντας καὶ ἕτερα θηρία, δράκοντας δὲ περὶ τὰς κόμας εἶχον ἐσπειρημένους. Wouv. — Dracones v. serpentes in religionibus Bacchicis commemorat Creuzerus III, 187.

[k] Homeri Iliad. Ζ', v. 135.

[l] Hanc historiam fuse tradit Livius, XXXIX, c. 8-19. Celebre est S. C. de Bacchanalibus. Cf. Matthæum Ægyptium in S. C. de Bacchanalibus et By

quam peregrinas superstitiones dissolutis moribus appetebat : tunc nec senatus consuli nec leges Reipublicæ nec consul legibus defuit. Sed investigatis omnibus, qui hujus sacri scelerata commenta tradebant, contra omnes servos, immo Romanos quæstionis examine capitalis pœna de senatus sententia decreta est. Nec tam diu vindices gladii consulis conquierunt, quamdiu hoc malum fuisset radicitus amputatum. O digna Romano nomine animadversio! O priscæ virtutis laudanda constantia! nec civibus suis consul parcere voluit, cum ob purgandam patriam peregrina vitia corriguntur.

CAPUT VII.

Liberæ vel Proserpinæ historiam exponit, et Liberum pro sole, Liberam pro luna coli asserit.

Sequitur hanc sacri contagionem, et imitatur ordinem funeris, a Cerere, Hennensi muliere [a], mors filiæ consecrata. Nam quidquid in Creta pater ob filium fecerat, hoc totum Ceres apud Hennam amissa filia, impatientia materni doloris instituit, quod quatenus factum sit, brevi sermone perstringam. Unicam Cereris filiam, quam Græci Περσεφόνην, nostri immutato sermone Proserpinam dicunt, ad conjugale consortium plures petebant. Mater sollicite de singulorum meritis judicabat. Et cum adhuc omnibus matris sententia videretur incerta, dives rusticus, cui propter divitias Πλούτων fuit nomen, temerario cupiditatis ardore, cum moram dilationis ferre non posset, et cum de præposteri amoris conquereretur incendiis, prope Percum [b] inventam virginem rapit. Percus autem lacus in Hennæ civitatis finibus satis amœnus et gratus, cujus amœnitas ex florum varietatibus nascitur. Nam per omnem annum vicissim sibi succedentibus floribus coronatur. Illic invenies quidquid hyacinthi turget in caulem ; illic comam narcissi, vel quod auream rosam desuper pingit : illic albæ hederæ per terram molliter serpunt, et cum purpureis violis suaviter rubens amaracus invenitur : nec coronam istam alba deserunt lilia. Prorsus aptus locus, qui gratia sua puellares animos et invitaret pariter et teneret. In hoc loco, cum a Plutone virgo prope vesperam fuisset inventa, vi rapitur, [c] et superimposita vehiculo, scissis vestibus, laceratis crinibus ducitur. Nec reservati ungues contra amatorem rusticum aliquid profuerunt, nec clamor atque ululatus adjuvit, nec cæterarum strepitus puellarum. Tunc una celeri cursu, cum de civitate nemo succurreret, facta ex ipso timore velocior, matri raptum virginis nuntiat. Contra raptorem indignata mater, armatam manum ducit. Nec Plutonem mulieris fefellit adventus, sed ut retorsit ad civitatem oculos, et infinitos cuneos respexit venire cum matre, funestum cepit ex desperatione consilium. Quadrigam, quæ vehiculum trahebat, per medium lacum dirigit. Is erat profundis voraginibus immersus, illic cum amata submersus virgine, miserandæ matri de morte filiæ funestum spectaculum præbuit. Hennenses, ut possent maternis luctibus ex aliqua parte invenire solatium, inferorum regem virginem rapuisse finxerunt. Et ut fides figmentum sequeretur, prope Syracusas [d] eum per alium locum cum virgine emersisse jactarunt. Templum sane et raptori et virgini accurate collatis sumptibus faciunt, [e] et annua in templo vota decernunt. Sed nullo genere matris dolor vincitur, nec muliebris impatientiæ tormenta curantur. Sed credens vere filiam prope Syracusas esse visam, Triptolemo villico suo duce, nocturnis itineribus ad Syracusanæ civitatis littus cum lugubri veste ac sordido squalore pervenit, nec illi defuit, qui credulem de calamitatibus suis falleret matrem. Tunc ait se Pandarus, nescio quis, vidisse non longe à Pachyno navem raptorem ascendisse cum virgine. Persuasum est mulieri, quæ quolibet genere vivere filiam cupiebat audire, infinitis dotibus remunerat civitatem. Syracusani liberalitate mulieris provocati, raptum virginis consecrant, et mitigantes dolorem matris, pompam miseri funeris excolunt honore templorum. Sed nec hoc sufficit matri, sed ascensa nave per peregrina littora filiam quærit. Sic fluctibus tempestatibusque jactata ad Atticæ urbis locum pervenit. [f] Illic hospitio recepta, incolis incognitum adhuc triticum dividit. Locus ex patria et ex adventu mulieris nomen accepit. Nam Eleusis dictus, [g] quod illuc Ceres, relicta Henna, venerat. Sicque tum ipsa dispensatio [h] quod attulerat frumenta, tum

kershoek de Religione peregrina, in operibus. Tertull. Apologet. c. 6. Liberum Patrem cum mysteriis suis consules, senatus auctoritate, non modo Urbe, sed universa Italia eliminaverunt. De Bacchanalibus v. quoque Casp. Barthium ad Statii Thebaidos II, vers. 74 et 77.

[a] In Trinacriæ finibus natam dicit Arnobius I, 36. Hanc quoque narrationem Firmicum ex Euhemero hausisse suspicor.

[b] Sc. lacum. Ovid. Metamorph. v, 385 :

> Haud procul Hennæis lacus est a mœnibus altæ,
> Nomine Pergus, aquæ.

Ovidius, Aristoteles, Solinus et Diodorus locum floribus omnigenis et maxime violis obsitum describunt. Hinc imaginis mutuatus videtur Firmicus. Vide præterea Cluverii Siciliam 319, 20; 323, 24.

[c] Apollodori Bibl. I, c. 5, et Heyne ad h. l. Diodor. Sic. v, c. 3. Ovid. Fastor. IV, vers. 420 620. Hygini fab. 146. Arnob. v, c. 24. Cf. quoque Clericum *in Bibl. Universelle* VI, p. 55.

[d] Plutonem cum rapta Proserpina ad Orcum descendisse, illo vero in loco, ubi descenderit, ortum esse Cyanen fontem, referunt Diodorus Sic. lib. v, c. 4, p. 333. et Ovidius Metamorph. v, l. c. Vide Cluverii Siciliam, p. 177.

[e] Condebantur vero Syracusæ ab Archia multis, annis postquam cultus Cereris et Proserpinæ apud Græcos invaluerat, Olymp. XI, 2 aut 4, anno 735 ante Chr. n. Thucyd. lib. VI, c. 3 ; Cluverii Sicilia, p. 139.

[f] Arnob. v, 25.

[g] Idem tradit auctor Etymol. M., verb. Ἔλευσις. Διὰ τὴν ἀπὸ Δημήτερος ἔλευσιν· ἐκεῖ γὰρ εὗρε τὸν καρπὸν ἐλθοῦσα.... ἢ ἀπὸ Ἐλευσίνου τοῦ Ἑρμοῦ.

[h] Cum vox *dispensatio* nullum Verbum habeat quocum jungi possit, fortasse rectior foret hujus loci lectio, si aut statueretur post vocem *disciplinam* tale quid excidisse : *causa ei cultus divini fuit, atque post mortem.....*, aut deleretur vox *dispensatio*, et præterea *ipsa tum* pro *tum ipsa* legeretur.

quod colligendarum frugum tradiderat disciplinam, post mortem ob beneficium, quod ex frugum copia nascebatur, et sepulta in eo loco est [a], pariter et consecrata, et divino cum filia appellata nomine. Amat enim Græcorum levitas eos, qui sibi aliquid contulerint, vel qui consilio aut virtute se juverint, divinis appellare nominibus. Et sic ab ipsis beneficiorum gratia repensatur, ut deos dicant, et deos esse credant, qui sibi aliquando profuerint. Sic de Libero Nisa [b] non dubitat, nec de novis ambigit Sparta sideribus [c], cremat et consecrat Herculem [d] tristis Œtas [e], et a vanis Cretensibus [f] adhuc mortui Jovis tumulus [g] adoratur. Additur tamen, sacratissimi Imperatores, ad hujus profani erroris augmentum, quod hos homines (id est, Liberum et Proserpinam), majore quasi auctoritate defendat. Nam Liberum ad Solem volunt referre commenta Græcocorum [h], Proserpinam vero Liberam dicentes Lunam esse confingunt [i]. Quod quam absurdum et quam miserum sit, ex ipsa veritatis possumus ratione colligere. Quis vidit puerum Solem? quis fefellit? quis occidit? quis laceravit? quis divisit? quis membris ejus epulatus est? Quis Lunam rapuit? quis abscondit [j]? quis Plutonis conjugem fecit? Sed et errorem istum physica rursum volunt protegere ratione [k], indivisam mentem, et divisam, id est, τὸν ἀμέριστον, καὶ τὸν μεμερισμένον νοῦν [l], hac se putant posse ratione venerari. Dicite mihi, o vos mortales, quid naturalibus rebus additis funera? quid Dei dispositionem crudelium mortium atrocitate polluitis? quid opus erat tam duro crudelique tormento? quid sibi vult ista persuasio, ut divinis rebus funestæ calamitatis ordo societur? ut naturæ siderum, quam Deus summus certis legibus fecit, mortalis calamitas luctibus jungeretur? Cui rei prodest quod facitis? miscetis terrena cœlestibus, caduca superis, tenebrosa lucentibus, dolores ac luctus hominum divinis honoribus consecrantes.

CAPUT VIII.

Continet maximam partem prosopopœiam qua sol divinum, quem homines ipsi exhibebant, cultum oratione ad eos habita refutare atque detestari fingitur.

Si convocato omni genere humano Sol habita concione loqueretur, desperationem vestram hac forsan oratione perculeret: Quis vos, caduci homines et per dies singulos summo Deo variis generibus rebellantes, ad hoc tantum facinus impegit ut profano nefariæ cupiditatis errore et mori me dicatis vestro arbitrio et vivere? Atque utinam usitato more vel uno genere vesanæ cogitationis vestræ figmenta procederent! Utinam sine contumelia mei, sceleratæ cogitationis vestræ grassaretur improbitas! Nunc vosmet per præcipitia jactantes, mihi quoque non parcitis, nec aliquam habet vester sermo reverentiam; sed cum dedecore meo in exitium vestrum mortemque properatis. Alii me apud Ægyptum undis Nili et rapidis verticibus [m] obstinato mentis furore submergunt [n]. Alii amputatis virilibus plangunt [o]. Alii crudeli morte cæsum, aut in olla decoquunt, aut septem verubus corporis mei membra lacerata subfigunt [p]. Qui paululum mihi placida

[a] De Cereris in Eleusine sepulcro nihil apud scriptores legitur. Noster ex Euhemero hausisse videtur.

[b] Creuzer. III, 122, 124: *Nomen si ex India repetendum est, habes urbem* Nischadabura. Creuzer IV, 237: *Liberum Nysium appellatum fuisse docent auctores.* Arnob. V, 28: *Utrum autem ab urbe an ab homine nomen acceperit, incertum est.* Cicero de Natura Deor. III, c. 25, habet Liberum quintum Nyso natum et Dione. Cf. notam Creuzeri. Sic quoque Commodianus Instr. XII:

Tollitur atque datur Nyso nutriendus alumnus.

De Nysa et Baccho Nysio loci Classici sunt apud Diodor. Sic. I, c. 15 (ubi vid. Wesseling.), et III, 67-70; Orell. ad Arnob. V, 28.

[c] Dioscuris.

[d] Justin. M. Apol. I, c. 29. Theoph. ad Autolyc. I, c. 14: Ἡρακλέα μὲν ἑαυτὸν καύσαντα. Tatian. Orat. ad Græcos c. 36. Minuc. Felix c. 21: *Hercules, ut hominem exuat, Œtæis ignibus concrematur.*

[e] Vib. Sequester de Montibus; Cypr. de Van. Idolor. c. 1; Minuc. Felix c. 21; et v. Elmenhorstii atque Ouzelii notas ad h. l.; Lactant. I, 9; August. de Civ. Dei, XVIII, 4; Hygin. Fab. 50; Arnob. IV, 25.

[f] Suidas, v. Πίκος. Wow. — Haud invenio in ed. Kusteriana.

[g] Theoph. ad Autol. I, c. 15; II, 3. Athenagoras c. 26. Tatianus c. 44. Origenes adv. Celsum III, c. 43, p. 475. Ruæi Tertull. Apolog. c. 25. Arnob. IV, c. 25. Lactant. I, 11. Loca vett. auctor. collecta invenies in Meursii Creta, II, c. 4. Cf. Creuzer. IV. 427. De hoc Jovis tumulo Euhemeri testimonium servavit Ennius: *Ætate pessum acta, sic ille, in Creta vitam commutavit et ad deos abiit, eumque Curetes filii sui curaverunt, decoraverunique eum; et sepulcrum ejus est in Creta in oppido Gnosso.* vid. Ennium Hesselii, p. 323.

[h] Macrobii Saturnal. I, c. 18, ubi ostendit Liberum patrem eum ipsum esse Deum quem Solem.

[i] Creuzer. IV, 188, 220.

[j] Malim *abscondidit*, licet Nonius quoque habeat *abscondit*.

[k] Discrepantiam et pugnam sententiarum de uniuscujusque numinis natura, nominis vi et significatione, numeroque eorum qui communi aliqua appellatione salutentur, exponit Arnobius III, c. 29-34. Vide Meyer de Arnobio, p. 233-238.

[l] Ex Philosophia Neo-Platonica: Νοῦν μερικόν, *mentem particularem quæ est particeps Totius, et propter ipsam universalem animam et propter ipsam particularem mentem*, habet Proclus Diadochus Institutionis Theologicæ c. 109, ed. Creuzeri p. 160: Νοῦν ἀμέριστον, *mentem, individuam essentiam, quia est expers magnitudinis, incorporea et immobilis*, ibid., c. 171, p. 254.

[m] Emenda *Vorticibus*. Wow.

[n] et [o] Qui nimirum Solem idem cum Osiride numen esse contendunt (vid. Macrob. I, c. 21), Adonidem, Atyn, Osirim, et Horum aliud non esse quam Solem.

[p] Clemens Protrept. c. 2, p. 15: Οἱ δὲ Τιτᾶνες οἱ καὶ διασπάσαντες αὐτὸν λέβητά τινα τρίποδι ἐπιθέντες καὶ τοῦ Διονύσου ἐμβαλόντες τὰ μέλη, καθήψουν πρότερον, ἔπειτα ὀβελίσκοις περισπείραντες ὑπέιρεχον Ἡφαίστοιο. Vid. quoque Justin. M. Apol. I, c. 29; Arnob. V, c. 19: *Desistimus Bacchanalia prædicare, in quibus arcana et tacenda res proditur sacratis, ut occupatus puerilibus ludis distractus a Titanibus Liber sit, ut ab iisdem membratim sectus atque in ollulas conjectus, ut coqueretur.* Wow.— Et Arnob. I, 41: *Nonne Liberum et vos Patrem membratim ab Titanis discerptum* (quo-

fuerit oratione blanditus, quadrijugi currus[a] aurigam me esse confingit. Projicite aliquando tanti furoris exitium, et salutari persuasione convicti, veram salutis viam quærite. Inimicus Dei est, qui hæc aut cogitavit, aut finxit; nec facinus ejus simplex aut usitata pœna comitatur, qui sacra profanis persuasionibus polluit, qui de præclaro opere Dei[b] tanta confingit. Lugete mortuos vestros, et ipsi simili morte morituri. Mittite regibus vestris, ut vultis, inferias, et orbitates eorum alio remediorum genere mitigate. Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Atyn, lugete Osirin[c], sed sine nostræ contumelia dignitatis. Nolo me per tumulos eorum favillasque ducatis, nolo ut errori vestro nomen meum fomenta suppeditet. Ad lucem diei a Deo factus sum, hoc mihi sufficit solum. Quid me honesti muneris dignitate privatis? Aliud me Deus fecit, aliud esse jussit, et vos me pro libidine vestra dividitis[d], pro arbitrii vestri cupiditate laceratis? Quicquid sum simpliciter Deo pareo, nec aliud volo de me intelligatis nisi quod videtis. Hoc Deo gratum est, hoc Deus libenter amplectitur, hoc homines ad salutis viam ducit, si projectis erroribus Dei gratiam simpliciter ac fideliter audiatis. Hæc quidem, sacratissimi imperatores, prosopopœiaco me sermone dixisse sufficiat. At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio. Si dii sunt quos colitis, cur eos lugetis[e]? Cur eos annuis luctibus plangitis? Si lacrymis et luctu digni sunt[f], cur eos divino honore cumulatis? Unum itaque e duobus facite, aut nolite eos lugere, si dii sunt: aut, si luctu eos dignos putatis ac lacrymis, deos eos appellare nolite, ne luctibus ac lacrymis vestris majestas divini nominis polluatur. Sed quia mens perdita, et sceleratæ cupiditatis laqueis implicata, nulla potest ratione revocari, persequar cæteram, ut publicatis omnibus atque detectis, quæ profana consecravit improbitas, misericordia Dei in nomine Domini nostri Jesu Christi lapsos erigat, fugientes ad se revocet, dubitantes confirmet, errantes corrigat, et quod est potissimum, vitam morientibus donet.

CAPUT IX.

Luctum de morte Adonidis a Marte in aprum conversa percussi perstringit, et narrationem Evangelicam de ejecto dæmonio paucis commemorat.

In plurimis Orientis civitatibus, licet hoc malum etiam ad nos transitum fecerit[g], Adonis[h] quasi maritus plangitur Veneris, et percussor ejus circumstantibus vulnusque monstratur. Mars enim in porci sylvestris speciem formamque mutatus, ut sibi primas partes in amore Veneris vindicaret, incaute contra se ruentem[i] percutit juvenem. Si Deus erat Adonis, cur rivalis insidias nesciebat? Si homo, cur cum superiore certabat? Sed et alium audio[j] cum Venere conjugale habuisse consortium. Vulcanus, nisi fallor, ab his deorum cultoribus maritus Veneris esse perhibetur. O vanorum hominum ridenda persuasio! Inter duos maritos adulter positus ab uno capitur, alterum vincit. Sed vide, ut adulter Deus maritum vinceret, quod sibi corpus elegit, porcus esse maluit: qui, si habebat corporis mutandi potestatem, leonis debuit potius speciem formamque suscipere. Sed leonem dicunt, qui naturas animalium norunt, in illa agrestis animi feritate pudicitiæ servare virtutem. Merito igitur ab adultero leonis spernitur forma et libidinosi animalis eligitur. Hic jam Evangelicæ traditionis secreta tractemus. Ejecto dæmonio Dominus porcorum gregem donat (*Matth.* VIII, 31, 32; *Marci* V, 13; *Luc.* VIII, 32, 33). Nec immerito, ut cum libidinosis animalibus per dura præcipitia fluctusque jactatus, per mortes porco-

rum consecratione mactatis? Eadem fabula narratur ab Hygino Fab. 167, et Euseb. Præp. Evang. II, 15. Sol hoc loco personam gerit Liberi, cum quo ab Ethnicis serioris ætatis sæpe permutabatur. — *Septem verubus.* Fortassis corrigendum: aut in olla decoquunt aut discerpti corporis mei membra lacerata verubus subfigunt. In Homero enim Iliad. I, vers. 463: ..... παρ' αὐτὸν ἔχον πεμπώβολα χερσίν. Wow. — Sed septenarius numerus mysticus est.

[a] Sic in nummo Heliogabali apud Begerum Thes. Brandenburg. II, 712, in quo lapis conicus (Dei symbolum) in quadrigis, et humana figura itidem in quadrigis apud eumdem p. 768, et in nummo Maximini ibid. 792.

[b] Sc. Sole.

[c] In Mysteriis, et in publicis quoque religionibus.

[d] Ut Persæ Mithra-Mitram, ut Græci et Romani Apollinem et Solem.

[e] Minuc. Felix c. 21: *Nonne ridiculum est, vel lugere quod colas, vel colere quod lugeas?*

[f] Plane sunt illa apud Clementem Alex. Protrepticо c. 2, p. 21: Εἰ θεοὺς νομίζετε, μὴ θρηνεῖτε αὐτούς, μηδὲ κόπτεσθε· εἰ δὲ πενθεῖτε αὐτούς, μηκέτι τούτους ἡγεῖσθε εἶναι θεούς. Sunt autem Xenophanis Colophonii ad Ægyptios. Plutarch. de Iside c. 70: Ξενοφάνης ὁ Κολοφώνιος ᾐξίωσε τοὺς Αἰγυπτίους, εἰ θεοὺς νομίζουσι, μὴ θρηνεῖν· εἰ δὲ θρηνοῦσι, θεοὺς μὴ νομίζειν· ἄλλως δὲ γελοῖον ἅμα θρηνοῦντας εὔχεσθαι, τοὺς καρποὺς πάλιν ἀναφαίνειν καὶ τελειοῦν ἑαυτοῖς, ὅπως πάλιν ἀναλίσκονται καὶ θρηνῶνται. Wow. — Firmicum legisse Clementem ex hoc loco patet. Idem expressit et Minucius c. 21. Vide quoque Athenag. legat. c. 12 et 25.

[g] Quo tempore Adonidis Mysteria Romam devenerint, scriptores haud commemorant; probabile tamen est, hoc Hadriani aut certe Heliogabali temporibus factum esse.

[h] Arnob. VII, 33. Lactant. I, 17. De tota hac fabula Cf. *Welkerscher Erklarung des Mythus Adonis* (Gotha, 1800); et Creuz. II, p. 95 seq.

[i] Loco *serentem*, ut habet editio princeps. Ovid. Metamorph. X, vers. 710:

> Forte suem latebris vestigia certa secuti
> Exciere canes, silvisque exire parantem
> Fixerat obliquo juvenis Cinyreius ictu.
> Protinus excussit pando venabula rostro. Wow.

[j] Et c. X, *Audio Cinyram Cyprium.* Hæc verba indicare videntur hominem, qui ex aliorum relationibus penitiorem sacrorum Hellenicorum notitiam hausit, cum ipse in religione Christiana ab infantia inde educatus fuerit. Nec obstant verba c. 8: *At ego nunc sacrarum lectionum institutione formatus, perditos homines religioso sermone convenio.* Nam haud nimis urgendum est illud *nunc*, quasi provectiore ætate ad legendam S. S. tandem accesserit. Referendum potius est ad sequentia *perditos homines .... convenio.*

rum varias, digna nece immundus spiritus carperetur.

CAPUT X.

Flagitia in cultu Veneris Paphiæ explodit.

Audio Cinyram Cyprium [a] templum amicæ meretrici donasse [b], ei erat Venus nomen. Initiasse etiam Cypriæ Veneri plurimos, et vanis consecrationibus deputasse. Statuisse etiam, ut quicumque initiari vellet, secreto Veneris sibi tradito, [c] assem in manum [d] mercedis nomine deæ daret. Quod secretum quale sit, omnes taciti intelligere debemus, quia hoc ipsum propter turpitudinem manifestius explicare non possumus [e]. Bene amator Cinyras meretriciis legibus servit, consecratæ Veneri a sacerdotibus suis stipem dari jussit, ut scorto.

CAPUT XI.

Item flagitia Jovis Sabazii.

Sebazium colentes Jovem [f] anguem, cum initiantur, per sinum ducunt [g]. Adhuc primi erroris vitia grassantur, et quicquid hominem perdidit, colitur, et funesti anguis [h] callida et malitiosa crudelitas adoratur.

CAPUT XII.

Item et Corybantum flagitia fœdosque ritus.

In sacris Corybantum parricidium colitur [i]. Nam unus frater a duobus interemptus est, et ne quod indicium necem fraternæ mortis aperiret, sub radicibus Olympi montis a parricidis fratribus consecratur [j]. Hunc eumdem Macedonum colit stulta persuasio. [k] Hic est Cabirus, cui Thessalonicenses quondam cruento cruentis manibus supplicabant [l]. Considerandum itaque est, quale sit numen, quod parricidalis amentia, ut parricidium coleret [m], invenit.

CAPUT XIII.

Narrationibus de Deorum facinoribus quævis flagitia hominibus commendari, et nomina hominibus inferiora atque deteriora pingi docet.

Quapropter quicumque hæc sacra devota mente

[a] Tota hæc narratio Euhemerum sapit.

[b] Scilicet doctrina arcanæ in Mysteriis Veneris in templo Paphio et sacro horto, cujus nomen *ἱερὸς κῆπος* hodieque superest (*Voyage d'Ali-Bey*, II, pag. 129), mystis tradita.

[c] Clemens Alex. Protrept. c. 2, p. 12; Lactantius I, 17; et Theod. de Cur. Græc. affect. dissert. 3 ed. Schultzii tom. IV, p. 767. Omnes ex Euhemero: *Quæ* (Venus) *artem meretriciam instituit, auctorque mulieribus in Cypro fuit, uti vulgo corpore quæstum facerent.* Hesselii Ennius p. 325. Ex Trogo suo idem refert Justinus XVIII, c. 5. Commodiani Instr. XVI:

. . . . . Pharian una cœlestem,
Virgines et Venerem, cui conjuges vestræ delumbant.

Hanc meretricem a Cinyra inter deos relatam habet quoque Arnobius IV, 25.

[d] *In manum*, sic correxit Wowerus. Scaliger: *assem unum*, cum in editione principe legeretur, *secreto Veneris sibi tradito asse*, *manum mercedis nomine deæ daret.*

[e] Ex Clementis Protreptici c. 2, p. 13, et Arnobii lib. V, c. 12, hocce secretum discimus. Ille ἀλῶν κόνδρον καὶ φαλλὸν traditum fuisse scribit; ille: *nec Cypriæ Veneris abstrusa illa initia prætermimus, quorum conditor indicatur Cinyras rex Cypri fuisse, in quibus sumentes ea certas stipes inferunt, ut meretrici, et referunt phallos propitii numinis signo donatos.* Cf. Orell. ad h. l.; Lucianum de Dea Syria c. 16; Meursium in Cypro p. 109, et Dissertat. nostram: *der Tempel der Himmlischen Gottin zu Paphos*, p. 17. Templum Veneris Aphacenum in Libano monte ob scelera ibi commissa infame, Constantinus M. destruxerat. Hinc forte apud Firmicum recens templi Paphii memoria, et h. l. commemoratio. Hæc flagitia in templis Phœniciis Veneri dicatis tangit quoque Athanasius κατὰ Ἑλλ. c. 26.

[f] Hunc deum, qui est Dionysus (Creuz. III, 344) vel Lunus (Creuz. p. 350) et ad religiones Phrygias pertinet (ibid. 358) loquuntur inscriptiones, quæ cum Justino M. Apol. I, p. 45, et Firmico Jovem eum faciunt ex sequioris Paganismi omnia fere numina confundente syncretismo.

Q. NVNNIVS	SI. METIVS ZETVS	IOVI SABAZ
ALEXANDER	IOVI SABAZIO	Q. NVNNIVS
DONVM DEDIT	ALEXANDER	ALEXANDER
IOVI SABAZIO.	V. S. L. M.	V. S. L. M.
(*Gruter. p.* XXII.)	(*Gruter. ibid.*)	(*Ibid.*)

Sabazium et *Sebazium* promiscue scribunt. Hesychius vero, Suidas, Harpocration: Ζαβάζιος. Macrobius I, c. 18, *Sebadius*. Græci nominis etymum quærunt in verbo σαβάζειν, h. e. βακχεύειν. Zonaras in Lexico: Σαβάδιος, ἐπώνυμον τοῦ Διονύσου, καὶ Σαβοί, ἐπίθετμα βακχικόν. Photius in Lexico: Σαβοί, *Mystas Sabazii, h. e. Dionysi*, ut Βάκχους *Bacchi*, dicit ex Demosthene pro Ctesiphonte. Nomen potius crediderim originis peregrinæ. Ex Hebraico vel Phœnicio סבב, *inebriari*, derivat magnus Bochartus. Scholiasta vero Aristophanis (Vesp. v. 9) Thracicam vocem esse contendit. Quod si ita sese habet, componi forsitan poterit istud verbum cum verbo Germanorum *Saufen*, Suecorum *Suppa*, Danorum *Sobe*. Majori fortassis jure e Persicis linguis derivabitur; *Zabzeba* enim in Pelahvica est nomen Solis, a. v. Chald. זאב *splenduit*, cui voci si addas יד, in lingua eadem quoque obvium, habebis notionem splendoris fortissimi (Eusèbe Salverte, *Essai sur les noms d'hommes, de peuples et de lieux*, Paris, 1824, tom. II, p. 95). Sed incertas esse omnes hujusmodi etymologias, lubens fateor. De Sabazio porro vide Arnobium V, 21, et notam Orellii; Santa-Crucium, de Mysteriis II, p. 93; Welckeri *Anhang zu Zoegas Abhandlungen*, p. 401.

[g] Arnobius V, 21: *Ipsa novissime sacra, et ritus initiationis ipsius, quibus Sebadiis nomen est, testimonio esse poterunt veritati: in quibus aureus coluber in sinum demittitur consecratis, et eximitur rursus ab inferioribus partibus atque imis.* Similiter Justin. M. Apol. I, p. 45. Clem. Alex. Protrept. c. 2, p. 14: Σαβαζίου γοῦν μυστηρίων σύμβολον τοῖς μυουμένοις ὁ διὰ κόλπου θεός· δράκων δὲ ἔστιν οὗτος, διελκόμενος τοῦ κόλπου τῶν τελουμένων, ἔλεγχος ἀκρασίας Διός. Plura apud Orellium in notis ad l. l. Arnobii.

[h] Scil. Paradisiaci.

[i] Minuc. Felix, c. 21; Lactant. I. c. 15 (in quibus locis de parricidio haud est sermo). Arnobius V, 19: *Oblivioni etiam Corybantia sacra donentur, in quibus sanctum illud mysterium traditur, frater trucidatus a fratribus.* Sic quoque Clemens Protrept. c. 2: Εἰ θέλεις ἐποπτεῦσαι καὶ τῶν κορυβάντων ὄργια, τὸν τρίτον ἀδελφὸν ἀποκτείναντες οὗτοι, etc. Cf. præterea Sancta-Crucium, *Mystères du Paganisme*, I, p. 79, et Creuzerum, II, 41, 767 *seq.*

[j] Clem. Alex. Protrept. c. 2, p. 15.

[k] Lactantius, I, c. 15, Macedones Cabirum summa veneratione coluisse dicit.

[l] Cernitur in nummis Thessalonicensium. Vid. Eckhelii Doctr. nummor. Veterum. II, p. 77: *Ludi in ejus honorem apud eos celebrati*, *KABEIPIA*. Alibi quoque in nummis occurrit, v. c. Tripoleos Phœniciæ, III, p. 373, et Claudii Gothici imperatoris, DEO CABIRO inscriptis, VII, p. 472. Humanis ei sacrificiis litatum fuisse, solus Firmicus est testis.

[m] Malim *celaret*. Wow.—Sic habet editio princeps

veneratur, cuicumque placet superstitionis istius metuenda contagio, aut malis suis solatium quæsit, aut facinora eorum tacita collaudat cogitatione, hoc optans, hoc quærens, hoc utique magnopere desiderans, ut et sibi liceat, quod diis suis licuit, ut et se ad consortium talis vitæ morum similitudo perducat. Adulterio delectatur aliquis [a], Jovem respicit, et inde cupiditatis suæ fomenta conquirit, probat, imitatur, et laudat, quod Deus suus in cygno fallit [b], in tauro rapit [c], ludit in satyro [d], et ut liberalis in flagitiis esse consuescat, quod inclusam regiam virginem auro largiter fluente corruperit [e]. Puerorum aliquis delectatur amplexibus, Ganymedem in sinu Jovis quærat [f], Herculem videat Hylam impatienti amore quærentem [g], Hyacinthi desiderio captum Apollinem discat [h]. Chrysippum [i] alius, alius Pelopem [j] videat, ut per deos suos sibi licere dicat [k], quicquid hodie severissime Romanis legibus vindicatur [l]. Adulteria omnia eorum enumerare difficile est. Quis Amymonem [m]? quis Alopen [n]? quis Menalippen [o]? quis Chionen, Hippothoenque [p] corripit? Nempe Deus vester hæc fecisse memoratur. Ille, quem volunt severis oraculis errantium hominum peccata corrigere, Steropen amat [q], Æthusam rapit, Zeuxippem stuprat, quærit Prothoen et Arsinoæ adultera cupiditate blanditur. Sed ex isto corruptarum mulierum grege una puella amatorem Deum et vitavit et vicit. Daphnen [r] enim divinans Deus et futura prædicens, nec invenire potuit, nec stuprare. Muliebria patitur aliquis, et effeminato corpori solatium quærit? Videat Liberum amatori suo post mortem etiam promissæ libidinis præmia imitatione flagitiosi coitus repræsentantem [s]. Si quis monstruoso cupiditatis ardore in paternæ necis armatur exitium, a Jove sumat exemplum [t]. Qui fraternum desiderat sanguinem, Corybantum sequatur

attamen *coleret* melius cum orationis serie congruere videtur.

[a] Hujusmodi exprobrationes in Actis quoque martyrum passim leguntur. Sic v. c. Symphorianus martyr coram judice dixit : *Apollinem vero istum quis nesciat, apud Amphrysum fluvium Admeti regis fuisse pastorem; qui voluptatum suarum illecebras recolens laureas diligit sertis coronas* (Ruinarti Acta primorum martyrum sincera et electa p. 72). Achatius episcopus, ibid., p. 140, de Apolline : *Ut erat turpis in pueros, forma Hyacinthi cujusdam captus, ut bene nostis, incaluit, et miser atque ignarus futuri, disco illum quem optabat videre occidit.* Æsculapium fulminatum, Venerem adulteram, Jovem in Creta sepultum in sequentibus commemorat. Jovis, Martis, Vulcani scelera Theotechus martyr ostendit in Actis S. Theodot. (Ibid., pag. 363.) Neque deerunt alia hujusmodi testimonia, si Acta martyrum evolves. Vide, p. 47, de Venere; p. 468, de fornicatione Jovis cum Junone sorore; de Hercule et Æsculapio, p. 446. Cf. Justin. M. Apol. I, c. 9; Arnob. IV, c. 26; ubi spurci deorum amores recensentur; et Orellium atque Meyerum de Arnobio, p. 244. Eadem fere habet Clem. Alexandrinus Protrept., c. 2, p. 27. Indigna deorum facta deos illos non esse luculenter probant. Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 12. De singulis vide Mythographos. Pauca tantum notabimus.

[b] Ledam.

[c] Europam.

[d] Antiopen : Ovid. Metamorph. VI, 110 ; Hygin. Fab. 8; Apollod. III, c. 5, 5; Nonni Dionys. VII, 125, XVI, 272; et scholiast. Apollon. Rhod. IV, 1090, ed. Brunckianæ posterioris; Arnob. IV, 26. *Ludit* significatione Venerea. Ovid. de Arte amandi. I, 91, 613; Metam. VI, 131; et Burmann. ad Ovid. de Arte amandi, p. 546.

[e] Danaen. Horat. Od. III, 16.

[f] Minuc. Felix c. 22 : .... *et in Ganymedem Jovis stuprum cœlo consecratum.*

[g] Hunc quoque habet Arnobius, a Clemente mutuatus. Orell. l. c.

[h] Ita quoque Arnobius. *Hyacintho est alter occupatus.* Ovid. Metamorph. X, 160 seq. ORELL.—Commod. Instr. XI :

Ultimus ille dies fuit Hyacinthi sodalis.

[i] De Chrysippo Pelopis filio a Laio ob pulchritudinem rapto, a Pelope liberato, deinde ab Atreo et Thyeste interempto agunt Pausan. VI, c. 20; et Hygin. Fab. 85; at a deo quodam adamatum fuisse, haud legimus.

[j] *Hunc etiam recenset* Arnobius, a Neptuno amatum. Pind. Olymp. I, 38 : Πέλοπος· τοῦ *μεγασθενὴς ἐράσσατο γαιάοχος* Ποσειδᾶν. ORELL. — Ποσειδῶν τοῦ μειρακίου ἐρᾷ. Philostrati Icones I in Pelope.

[k] Οὐδὲ *βελτίους τῶν ἀνθρώπων δεικνύντες τοὺς θεούς.* Athenag. c. 9. Xenocrates jam cecinerat :

Πάντα θεοῖς ἀνέθηκαν Ὅμηρος θ' Ἡσίοδός τε,
Ὅσσα παρ' ἀνθρώποισιν ὀνείδεα καὶ ψόγος ἐστι,
Κλέπτειν, μοιχεύειν τε καὶ ἀλλήλους ἀπατεύειν.

LINDNER ad Athenag. — Cum Athenagora consentit Tertullianus Apol. c. II : *Sugillatio est in cœlo* (cœlum, sic Havercamp) *vestra justitia; deos facitis criminosissimos quosque;* et Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 25, ubi docet flagitiosa falsorum deorum exempla homines ad similia agenda induxisse.

[l] V. c. Lege Julia de adulteriis et stupris (cf. Jo. Guil. Hoffmannum ad legem Juliam de adulteriis coercendis. Francof. 1732. In insulam relegabantur). L. Peducæa de Incestu. L. Papia Poppæa. Sæpius a successoribus Augusti leges contra adulteria aliaque id genus crimina latæ sunt : v. c. Tiberii lex de Pudicitia (Sueton. in Tiberio c. 35), Caracallæ lex contra adulteros, Dig. L. XLVIII, tit. 5, L. 13, § 5. Proxime vero Firmicus respicere videtur leges Constantini M. de Matrimon. Cod. Theodos. L. III, tit. 16; IX, tit. 7. Cod. Justinian. L. IV, tit. 39; V, tit. 27. Obscœnitates cum cultu deorum in Syria imprimis conjunctas severis legibus repressit. Eusebi. Vita Const. III, c. 56, 58. Socrat. H. E. I, 18. Sozomeni H. E. II, 4.

[m] Hanc habent Clemens Alex. l. l., p. 27, et Arnobius IV, 26.

[n] Iidem. [o] Iidem.

[p] *Chionen* (Ovid. Metamorph. XI, 301 seq.) Clemens commemorat. *Hippothoen* Clemens et Arnobius. Omnes has a Neptuno corruptas scribunt Mythographi. Vide Orellii notas ad Arnobii locum. Chionen tamen ab Apolline compressam habet Ovidius.

[q] Clemens l. c., Arnobius l. c. ab Apolline vitiata ut et reliquæ *Æthusa, Prothoe, et Arsinoe*, quas Clemens et Arnobius habent l. l. Cf. Orellium in notis. De Zeuxippe nihil legi.

[r] Ovidii Metamorph. I, vers. 490 seq. Hygin. Fab. 203. Commod. Instr. XI :

Lasciviens qui Daphnen sic cœpit amare.

[s] Spurcam hanc fabulam narrant Clemens Alex. Protrept. c. 2, p. 29, et Arnobius V, c. 28, cum Firmico conferendus. Vide notas Orellii. *Potestisne*, verba sunt Arnobii, *impubibus et prætextatis vestris, quas Liber induxerit, pactiones suis cum amatoribus indicare?* A Gregorio quoque Nazianzeno commemoratur στηλιτευτικῷ B. Wow.

[t] Patrem fugante. Fabula notissima, ab Euheme-

institutum, et incestum desiderantibus a Jove sumantur exempla. Cum matre concubuit [a], sororem duxit uxorem [b]; et ut integrum facinus impleret incesti, filiam quoque animo corruptoris aggressus est [c]. Inferiores aliquis æmulo stridore persequitur, et adversarium cupit crudeli feritate torquere, ab Apolline ex Marsyæ casibus [d] crudelium tormentorum casus discat. Alienum aliquis desiderat et hoc cum morte domini conatur implere, videat ut Hercules occiso Geryone Iberas abegerit boves [e]. Si quis promiscua hominum cæde gaudet, præposteras Martis cupiditates diligenter inspiciat. Semina pene omnium scelerum a diis suis [f] peccantium turba collegit. Et ut perditus animus impune facinus posset admittere, ex præcedentibus facinorum exemplis majore se auctoritate defendit. Si stupri præmia corruptor inquirit, si viam optat sollicitationis addiscere, in sinu corruptæ mulieris aurum videat Jovis [g]. Si publicus parricida, commissam sibi regni custodiam nefaria prodere cupiditate desiderat, respiciat ad eos, qui Saturnum filio prodiderunt [h]. Quatenus jus lædatur hospitii, vel quatenus amicitiæ jura turbentur, vel quatenus mensæ conciliatio sancta violetur [i]. Si quis ad injuriam pronus quærit esse, ordinem scelerum de Tantali casibus discat [j]. O facinorosæ cupiditatis triste solatium! O homi- A num deflenda persuasio! O infelicis Imitationis cruenta meditatio! Scenam de cœlo fecistis [k], et errantes animos per abrupta præcipitia crudeli calamitate duxistis, cum hominibus peccare cupientibus facinorum via de deorum monstratur exemplis. Sed in ista criminum lege, in ista confessione scelerum gratias agamus illis, qui etiam exitia et mortes deorum istorum [l] nobis nescientibus prodiderunt: ut discceremus omnia per tot obstantes. Fuit enim et apud veteres, licet nondum terram illuminasset Domini nostri Jesu Christi veneranda dignatio, in spernendis superstitionibus religiosa constantia. Diomedes pudicus ac sobrius Venerem vulnerat, Martem vincit et percutit [m]. Oti et Ephialtæ [n] edicto Mars bellipotens temporali exsilio [o] damnatus, ferrea catenarum vincla B sustinuit. Sarpedonem filium mortuum in Troja Jupiter plangit [p]. Et mercedem fabricatorum murorum Neptunus a superbo rege [q] non recepit. Alterius regis [r] Apollo greges pascit. Et soli omnia videnti alius [s] occisarum boum nuntiat mortes. Castores sepelit Sparta [t], ardet apud Oetam Hercules [u], et Æsculapius alibi fulminatur [v], Vulcanus a patre præcipitatus pedem frangit [x]. Lycurgum fugiens Liber moritur [y]. Venus in adulterio deprehensa detegitur [z], et post Dei nuptias Anchisæ hominis cubile sectatur [a]. Saturnus regno timens devorat filios [b]. Hic ex Creta fugiens [c] in Italia a Spartanis absconditur [d]. Ob amo-

ro quoque narrata. Ennius Hesselii p. 320.

[a] Cybele in summo Agdis vertice, ut habet Arnobius, v, 9.

[b] Junonem.

[c] Proserpinam. Tatianus c. 16; Apuleii Metamorph. vi, p. 251; Elmenh. Nonni Dionys. vi, 157.

[d] Apollod. Bibl. ii, c. 4; Hygin. Fab. 165; Ovid. Metam. vi, vers. 384, et Fast. vi, 703.

[e] Apollod. ii, 5.

[f] Sic Wowerus correxit lectionem editionis principis *a piis suis* habentem.

[g] Intellige de Danae.

[h] Prometheus et socii, vid. Æschil. in Prometheo. Vel si ultimam proditionem respicit, qua Saturnus a filio exsecabatur, Lycophr. vers. 869, et Tzetzem ad eumdem.

[i] Hic aliquid excidisse videtur, nam desunt exempla, quæ sunt in cæteris; licet historia Tantali huc referri possit. Sed ea utitur Firmicus exemplo vindictæ de injuria sumptæ.

[j] Auctores qui res Tantali narrant v. in *Hederichs Mythol. Lexicon.* D

[k] Vera est emendatio, *Scenam* loco *cœnam*, quod habet editio princeps, ponens. Plane expressit illa Clem. Protrept. c. 4, p. 52: Οἷμοι τῆς ἀθεότητος, σκηνὴν πεποιήκατε τὸν οὐρανόν, καὶ τὸ θεῖον ὑμῖν δρᾶμα γεγένηται. Wow. — Tragœdiæ superstites, in quibus dei personas agunt, satis hanc Firmici querelam comprobant.

[l] V. c. Euhemerus, aliique.

[m] Iliad. E, 883 seq., 846 seq.; Clem. Protr. c. 2, p. 31, Pott.; Tertull. Apolog. c. 14; Minuc. Felix c. 22; Longinus περὶ Ὕψους c. 9; Arnobius, iv, 25; Gregor. Naz. Orat. iv, in Julianum.

[n] Iliad. E, 384; Diodor. Sicul. v, c. 51.

[o] Decem et tribus mensibus. Iliad E, v. 386. Hygin. Astronom. ii, c. 40. Wow.

[p] Sarpedonis mortem narrat Homerus Iliad. ii, 459.

[q] Laomedonte Trojæ rege. Homer. Iliad. Φ, 445, et Eustath. ad h. l.

C [r] Admeti. Hygin. Fab. 50; Tatian. Orat. ad Græcos, c. 35. Admeti pecora pavisse refertur quoque a Commod. Instruct. xi.

[s] Lampetia Odyss. M, 374.

[t] Pausanias, iii, c. 13; attamen credit eos in Messenia sepultos esse. Arnob. iv, c. 25.

[u] Vide supra ad c. 7.

[v] Just. M. Apol. i, c. 29; Tertull. Apol. c. 14; Minuc. Felix c. 21: *Æsculapius ut in deum surgat, fulminatur*; Apollodor. iii, c. 10; Hygin. Fab. 49; Arnobius iv, 24, et not. Orellii; Pindari Pyth. od. iii, antistr. 3, apud Clementem Protrept. c. 2, p. 25; Theodoret de curandis Græc. affect., disput. 3, Opp. ed. Schultz. tom. iv, p. 767.

[x] Iliad. *A*, 590-90; Clem. ibid.; Tertull. Apol. c. 14; Arnob. iv, c. 24, et Orell. ad h. l.

[y] Nescio unde hæc habeat Firmicus. Forte ex Euhemero.

[z] Ovid. Metam. iv, 170; Minuc. Felix c. 22.

[a] Arnobius v, c. 27.

[b] Apollodor. i, c. 1; Tatian. Orat. ad Græc. c. 42.

[c] Virgilii Æn. viii, vers. 319:

> Primus ab ætherio venit Saturnus Olympo,
> Arma Jovis fugiens, et regnis exsul ademptis.

Ovid. Fastor. i, vers. 235:

> Hac ego Saturnum memini tellure receptum;
> Cœlitibus regnis ab Jove pulsus erat.

[d] Arnob. iv, c. 24: *Numquid pulsum a nobis senem Italorum delituisse in finibus?* Minuc. Felix c. 22; Lactant. i, c. 13, 14; Euseb. Præp. Evang. iii, 3; Tertull. Apol. c. 10; et Orell. in notis ad Arnob. Euhemerus ap. Ennium p. 320: *Jupiter, cognitis insidiis* (Saturni) *regnum sibi denuo vindicavit et fugavit Saturnum.* Qui cum jactatus esset per omnes terras, persequentibus armatis, quos ad eum comprehendendum vel necandum Jupiter miserat, vix in Italia locum, in quo lateret, invenit. Sed de Sparta-

rem catamiti Juno spernitur [a], et ad Endymionem Luna descendit [b], et contra voluntatem uxoris et filiæ Trojanis auxilium ferens deceptus Jupiter dormit [c]. O flagitiosa confessio, o miserabiles deflendique cultus; o duræ servitutis miseranda conditio! Ad istorum cultum deorum sanctos homines, et Deum devota mente colentes, sacrilegum tyrannorum traxit imperium, et ut huic facinori aliud facinus adderetur, mors est decreta nolentibus [d]. Ad theatrum potius templa transferte, ut in scenis [e] religionum istarum secreta [f] tradantur, et ut nihil prætermittat improbitas, histriones facite sacerdotes. Alter dignior locus religionibus istis inveniri non poterit. Illic amores deorum vilis turba decantet. Illic casus mortesque saltatores..... Illic deorum in templis [g] ab impiis et facinorosis magistris melius mens perdita et muliebris docetur facinus.

CAPUT XIV.

Serapidem, ejus nomen et sacra e Josephi patriarchæ historia fictum esse contendit; et dæmones in simulacris ex assiduis sacrificiis colligi et hostiarum sanguine nutriri. Serapidem humanis obedire jussis et nolentem ad loquendum adactum fuisse, ex Porphyrio probat; et idem hoc de omnibus reliquis Gentilium diis, Christianorum imperio obnoxiis, statuit.

Discite etiam, sacrosancti imperatores, venerandum Alexandriæ numen [h] unde sumpserit exordium, ac [i] a communi nostra fragilitate detecta ad veritatis exordium mortalitatis nostræ sermo revocetur. Cum ingrueret arescentibus frugibus malitiosa fames, Jacobi religiosi patriarchæ semine procreatus juvenis Joseph, interpretatusque somnium regis, totum, quicquid innuebat, ostendit (*Gen.* XLI). Joseph (est Jacobi filius j) qui ob pudicitiam in carcerem missus, ereptus post interpretationem somnii, fuit particeps regni. Nam septem annorum collectis et servatis frugibus, alterius septennii egestatem divinæ manus providentia mitigavit. Huic post mortem Ægyptii patrio gentis suæ instituto templa fecerunt [k]: et, ut justam dispensationis gratiam posteritas disceret, quo modio [l] esurientibus et ementibus frumenta diviserat, capiti is superpositus est. Nomen etiam, ut sanctius coleretur, ex primo auctore generis accepit. Nam quia Saræ pronepos fuerat, ex qua nonagenaria (*Gen.* XXI, 2) Abraham indulgentia Dei susceperat filium, Serapis dictus est Græco sermone, hoc est, Σαρᾶς ἀπὸ [m]. Sed hoc invito Joseph accidit, immo mortuo. Neque enim ad hoc facinus religiosas animus et Deo summo dicatus adduci potuisset, ut erroris illecebras ex nomine suo superstitiosis hominibus ipse præberet, præsertim cum sciret hæc esse in Dei sacrosanctis legibus, ne quis hominum tale alinis ne verbum quidem in hoc loco. Unde hauserit Firmicus nescius sum. Latet certe sphalma veteris librarii, Spartianorum nomen cum nomine cujuspiam populi Italici haud absimili confundentis.

[a] Ganymedis. Ovid. Metam. X, vers. 155; Just. Mart. Ap. I, c. 33; Tatianus c. 10; Minuc. Felix c. 22; Arnobius IV, 44: *Et quid pro illis Ganymedibus raptis atque in libidinum magisteria substitutis?* Catamitum habet Cyprianus epist. 1, n. 2. Arnobius, IV, 26: *Catamitus rapitur delicium futurus, et poculorum custos.* Lactant. I, 11: *Rapuisse dicitur in aquila Catamitum.* Theodor. de curandis Græc. Affect. Disp. 3, Opp. IV, p. 767. Festus: *Catamitum pro Ganymede dixerunt.* Papias: *Catamitus..... Ganymedes. Ganymedes mollis fuit; ex quo Catamiti dicuntur molles.* Plura apud Orellium. Addo Plauti Menæchm. I, 2, 35.

Dic mihi, nunquam vidisti tabulam pictam in pariete,
Ubi aquila Catamitum raperet, aut ubi Venus Adoneum?

Cf. Observationes Taubmanni p. 587.

[b] Arnobius IV, 27. Notissima fabula. Apollod. I, c. 7, et Heyne ad eumdem.

[c] Iliad Ξ, 352; Minuc. Felix c. 22.

[d] Hunc locum Hertzius intelligit de persecutione a Sapore in Christianos mota. Sozomen. H. E. II, 1-13; Cassiod. Hist. Tripartita III, c. 2. Sed proxime cohærent cum iis quæ Firmicus paulo ante de mythologia Græcorum et Romanorum dixerat, quam Persas plane ignorasse constat. Itaque respiciunt persecutiones quibus impp. Romani ante Constantini M. imperium Christianos vexarunt.

[e] Tertull., Apologet. c. 6, theatra vocat *stuprandis moribus orientia.* Alio loco *consistorium impudicitiæ*, de Spectac. c 16; *sacrarium Veneris*, ibid. c. 10. Cyprianus ep. 2, ad Donatum: *Deinde morum quanta labes! quæ probrorum fomenta! Quæ alimenta vitiorum! histrionis gestibus inquinari.* Augustinus de Civitate Dei II, 13, laudat veterem Romam: *Illas theatricas artes diu virtus Romana haud noverat: quæ etsi ad oblectamentum voluptatis humanæ quærerentur, vitio morum irreperent humanorum.* Dii sibi eas exhiberi petiverant. Havercamp ad Apolog. l. l.

[f] V. c. in Bacchis Euripidis, et in Aristophane.

[g] Locus est mutilus. Sic supplere tentavit Wowerius: *Illic casus mortesque saltatores exhibeant, illic deorum in templis*, etc. Probo: pauca saltim desiderari videntur.

[h] Serapis. Multi in eo sunt Patres, ut doceant Gentiles complura ex antiquissimis Judæorum fontibus hausisse (v. c. Theophilus ad Autolyc. III, 19; Justini Cohortat. c. 8-10), sed multis modis corrupisse. Justini Cohortat. c. 14 seq.; Tatiani Orat. c. 40; Tertull. ad Nationes II, 2; Meyer de Arnobio p. 196. Idem hoc inter recentiores Petr. Daniel Huetius libro cætero quin doctissimo Demonstrat. Evang. probare aggressus est.

[i] Emenda *ut* a communi.

[j] Glossema quod e margine in textum irrepsit: in ed. principe legebatur *et*. Wow.

[k] Fabula, unice ex confusione Josephi cum Serapide orta. Apim fuisse Josephum dicit Rufinus II, 23. De Api confer Orellii notas ad Arnob. I, c. 36, p. 317.

[l] Emendatio Wowerii loco *quomodo*. Respicit modium capiti Serapidis impositum.

[m] Serapidem eumdem cum Josepho jam facit Paulinus Nolanus Nat. XI, S. Felicis, vers. 100:

..... Ut Serapis sanctum formaret Ioseph,
Nomine ferali abscondens venerabile nomen,
Cum tamen ipsa fidem simulacri forma doceret,
Qua modius capiti superest.

Ob annonam haud dubie Ægyptiis a Josepho levatam. Suidas quoque, ut Firmicus, verbo Σάραπις: ἄλλοι δέ (ἔφασαν εἶναι) τὸν Ἰωσήφ. Sed Serapidis nomen esse Ægyptiæ originis, minime vero Græcæ, per se patet. Difficile ejus etymon tentavit Georg. Zoega in egregio opere de Origine et Usu Obeliscorum p. 306, assignavitque vocem Ægyptiacam qua significatur *pater tenebrarum*, cui respondet Græcorum ἅδης s. ἀΐδης. Originem nominis dudumjam incertam fuisse patet ex Plutarcho de Iside c. 29, quia complures opiniones recenset. De hoc numine cujus vis atque potestas late patere credebatur, vide Creuzerum I, 312 seq.

quid aut veneraretur aut coleret. Hic in Ægypto colitur, hic adoratur, hujus simulacrum Neocororum turba [a] custodit, et ad memoriam vetustatis errans populus ordinem sacrorum in honorem integerrimi ac prudentissimi hominis [b] constitutum contentiosa hodie animositate custodit. Sed et in ipso simulacro, sicut in cæteris, ex assiduis sacrificiis immundi dæmonum spiritus colliguntur [c]. Nihil enim operantur animæ, et cruor ex assidua pecudum cæde profusus, nisi ut dæmonum substantia, qui diaboli procreatione generantur, ex isto sanguine nutriatur [d]. Nam ita esse Porphyrius, defensor Stoicorum, hostis Dei et veritatis, in multis sceleratarum impietatum scriptis, manifestis nobis probationibus prodidit. In libris enim, quos appellat περὶ τῆς εὐλογίων φιλοσοφίας [e], majestatem ejus prædicans, de infirmitate confessus est. Imprimis enim librorum partibus (id est in ipsis auspiciis positus [f]) dixit: *Serapis vocatus, et intra corpus hominis collocatus, talia respondit* [g]. Dicant nunc mihi perditi homines, quis potior est, qui vocat et imperat et includit, an qui vocatur et paret? Et cum venerit, in suscipientis hominis corpore potestate jubentis includitur. Gratias agimus, Porphyri, quod libris tuis deorum tuorum nobis substantiam prodidisti. Didicimus per te, quatenus dii tui hominibus viventibus serviant. Serapis tuus ab homine vocatur, et venit, et, cum venerit, statim jussus includitur, et loquendi necessitas nolenti forsitan imperatur. Sic apud nos deos vestros, cum hominibus nocere cœperint, religiosi sermonis flagella castigant [h]. Sic in corpore hominum constituti dii vestri verbo Dei spiritualium flammarum igne torquentur,

[a] De Neocoris, templorum ædituis et custodibus, quem honoris titulum non solum singuli homines gerebant, sed et multæ, imprimis in Asia minori, nationes et civitates ambitiose affectabant atque repetitis vicibus ter quaterque assumebant; vide Eckhelii Doctrinam Nummor. Veter. IV, p. 288. Hic sermo est de Neocoris Serapidis, quorum unum (multi enim erant, cum de turba Neocororum Firmicus loquatur) M. Aurelium Asclepiadem, commemorat Marmor Farnesium apud Gruterum p. 314, 1, qui dicitur:

Ο ΠΡΕΣΒΥΤΑΤΟΣ ΤΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ ΤΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ ΣΑΡΑΠΙΔΟΣ.

[b] Josephi ex mente Firmici, qui eum unum cum Serapide facit.

[c] Constans fuit veterum Christianorum opinio, sub statuis et imaginibus delitescere dæmones. Cf. Krog-Meyerum de Arnobio, p. 254. Hoc iisdem hisce verbis statuit Minucius Felix c. 27 (legendum autem *sub statuis et imaginibus consecratis*, haud vero, ut editt. habent, *consecrati*: nam statuæ, haud vero impuri spiritus consecrabantur. Vid. Lindnerum ad hunc Minucii locum). Idem asserit Cyprianus de Vanitate Idolorum c. 4: *Hi ergo spiritus sub statuis atque imaginibus consecratis delitescunt, ni fallor, ex Minucio.* Lactantius, II, c. 15, 16. Tertull. Apologet. c. 21, extr.: *Si ea est, qua cognita ad bonum quis reformatur* (sc. divinitas Christi), *sequitur ut falsa renuntietur quævis alia contraria comperta, imprimis illa omni ratione, quæ delitescens sub nominibus et imaginibus mortuorum, quibusdam signis et miraculis et oraculis fidem divinitatis operatur.* Cf. de spectaculis c. 12: *In mortuorum autem idolis dæmonia consistunt, ut et titulos consideremus.*

[d] Nidore ex sanguine et carne hostiarum exorto numina nutriri communis fuit veterum populorum persuasio. Porphyr. de Abstinentia lib. II, c. 42, p. 182; Goens. Lucianus de Sacrificiis c. 9; Aristoph. in Avibus v. 183 seq. et 1513 seq. Hinc quoque ad Christianos transiit, idem de dæmonibus statuentes. Athenagoras c. 22: Οἱ δαίμονές εἰσιν οἱ προειρημένοι, οἱ προστετηκότες τῷ ἀπὸ τῶν ἱερείων αἵματι, καὶ ταῦτα περιλιχμώμενοι; et c. 23: Οἱ περὶ τὴν ὕλην δαίμονες λίχνοι περὶ τὰς κνίσσας καὶ τὸ τῶν ἱερείων αἷμα ὄντες. Justin. M. Apol. 2, c. 6: Τὰ μὲν (dæmonum imperium in homines, angeli mali).... ἐπέφερον.... τὰ δὲ διὰ διδαχῆς θυμάτων καὶ θυμιαμάτων καὶ σπονδῶν, ὧν ἐνδεεῖς γεγόνασι μετὰ τὸ πάθεσι ἐπιθυμιῶν δουλωθῆναι. Minuc. Felix c. 27: *morbos fingunt, terrent mentes, membra distorquent, ut ad cultum sui cogant, ut nidore altarium vel hostiis pecudum saginati, remissis quæ constrinxerant, curasse videantur.* Huc referri quoque poterit Clementis Alex. Protrept. c. 2, p. 35: Αὐτοί που ἐξομολογοῦνται οἱ δαίμονες τὴν γαστριμαργίαν τῶν αὐτῶν, ἐ Δοιβῆς τε κνίσσης τε, τὸ γὰρ λάχομεν γέρας» ἡμεῖς λέγοντες. Tertull. Apolog. c. 22... *ut et sibi pabula propria nidoris et sanguinis procuret simulacris et imaginibus oblata.* Plura vide in Havercampii notis ad h. l. Arnobii tantum locum VII, 3, addam: *nisi forte hostiarum deus animas devorat, aut ex aris ardentibus nidorem consectatur et fumos, pasciturque de cnissis, quas evomunt ardentia viscera adhuc uda de sanguine et prioribus humecta de sacris.* Cf. quoque V, 19, et VII, 28.

[e] Lege: περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας. Creuz. I, p. 215. Liber dudum deperditus. Citatur ab Eusebio Præp. Evang. III, 4, et sæpius; Augustino de Civ. Dei X, 23; Theodoreto, aliisque. Holstenius de vita et scriptis Porphyrii c. 9, p. 55; et in Fabricii Bibliotheca Græca lib. IV, parte II.

[f] Puto irrepsisse e glossa. Wow.

[g] Verba Porphyrii respicit haud dubie. Sanationes miraculosas et imprimis incubationes, quas in templo Serapidis Canopico peractas fuisse testatur Strabo XVII, c. 1, § 17; Tzschukke VI, p. 533; Cic. de Divinat. II, c. 59. Serapidis Salutiferi mentio quoque exstat in marmoribus, Grut. p. XXIII, no. 7-10. Forte hoc adytum Firmici adhuc ætate frequentabatur. Nam inde fere ab Alexandri Severi ævo maxime celebrabatur reconditioribus sacris, quibus sedulo operam dabant philosophi Platonici. Creuzeri Dionysus I, p. 122.

[h] H. e. exorcismi: *adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, et statim de commissis sceleribus confitetur*, Orig. Hom. 24 in Josuam. *Si inimica virtus dæmonis obsideat alicujus corpus, adhibeantur autem multæ exorcistarum invocationes et ad hæc omnia surdus dæmon in obsesso corpore persistat, facilius ferens exorcistarum pœnas et adhibita sibi ex Dei nominis invocatione tormenta*, Tertull. Apologet. c. 23. Cyprianus de Idolor. vanitate c. 4: *Videas illos* (dæmonas) *nostra voce et operatione majestatis occultæ flagris cædi, igne torreri, incremento pœnæ propagantis extendi, ejulare, gemere, deprecari.* Idem ad Demetrianum, p. 191 Fell.: *Quando a nobis adjurantur et torquentur spiritualibus flagris et verborum tormentis, de obsessis corporibus ejiciuntur.* Idem ep. 78: *Per exorcistas voce humana et potestate divina flagellatur et uritur et torquetur diabolus.* Epist. 191: *Exorcistæ spiritalia flagra, et sæpius.* Minuc. Felix c. 27: *Adjurati enim per Deum verum et solum, inviti, miseri, corporibus inhorrescunt, vel exsiliunt statim, vel evanescunt gradatim, prout fides patientis adjuvat, aut gratia curantis aspirat.* Lactantius, II, 15: *Cujus* (Dei) *nomine adjurati, de corporibus excedunt, quorum verbis, tamquam flagris verberati, non modo, dæmonas se esse confitentur, sed etiam nomina sua edunt..... itaque maximis sæpe ululatibus editis, verberari se et ardere, et jamjam exire proclamant*; V, 21: *sic extorti et virtute divini numinis exululant* (al. *exultant*). Arnob. I, c. 46: *unus fuit e nobis... cujus nomen*

et qui apud vos quasi dii coluntur, apud nos religiosæ fidei medela Christi gratia humano subjacentes imperio, et tormenta repugnantes sustinent, et victi pœnis ultricibus subjugantur.

CAPUT XV.

De Penatibus agit, quorum nomen ex PENU *derivat, et de Vesta, domestico tantummodo igne; rebus igitur hominibus gratis, utilibusque, quas deos fecerint.*

Penates [a] etiam qui sint, explicare contendam, ne quid a me sit prætermissum. Qui nihil aliud putant esse vitam, nisi vescendi et potandi licentiam, hos sibi deos ex cupiditatis suæ humilitate finxerunt, nutrimenta corporis, quæ ex quotidianis epulis comparantur, hoc nomine pro salute hominum consecrantes. Quia per epulas corporis reficitur infirmitas, alimenta solum esse Deum sanxerunt, nescientes divini oraculi veritatem. Cum enim Dominus noster Jesus Christus cum diabolo, pro nostra salute sollicitus, divina majestatis suæ colluctatione certaret, et ut de faucibus ejus quem gerebat hominem liberare, hac eum responsione quassavit. Nam cum diceret ei diabolus: *Si filius Dei es, fac* [b] *ut isti lapides panes fiant* (*Matth.* IV, 3; *Luc.* IV, 3), A respondens ei Dominus dixit: *Non in pane tantum* [c] *vivit homo, sed in omni verbo Dei* (*Luc.* IV, 4). Nescientes itaque substantiam generis humani, quotidianas epulas hoc nomine consecrarunt. Nam omne, quo vescuntur homines, penus vocatur; hinc et cella penaria [d], hinc et dii penates, ab abjectis et prostratis hominibus misera sunt cogitatione composita. Vesta autem quid sit discite [e], ne putetis antiquum aliquid, aut cum summo terrore inventum. Ignis est domesticus, qui in focis quotidianis usibus servit. Quapropter coquos habeat [f], non miseras virgines sacerdotes, quæ contemnentes ignis ipsius favillas, aut prostituto corpore peccare coguntur [g], aut in virginitate perseverantes perdunt honestam gloriosi nominis dignitatem [h].

CAPUT XVI.

B *Palladii originem exponit, ejusque numine neque Trojam, neque Romam, ab incendio tutam fuisse, nec ejus cultores in posterum tutos futuros.*

Palladii etiam quid sit numen audite. Simulacrum est ex ossibus Pelopis factum [i]. Hoc Abaris [j] Scytha fecisse perhibetur; jam quale sit considerate, quod Scytha barbarus consecravit. Estne aliquid apud Scythas humana ratione compositum,

auditum fugat noxios spiritus. Prudent. Apothes. 438:

. . . . . Torquetur Apollo
Nomine percussus Christi; nec fulmina Verbi
Ferre potest, agitant miserum tot verbera linguæ!

Notandum ad h. l. ex Historia ecclesiastica: *Catholicos spiritum erroneum objurgasse et ultro loqui prohibuisse; Montanistas contra ad loquendum plura provocasse.* Routh Reliquiæ Sacræ I, 416. Eamdem quoque Gentilibus de vi adjurationum inhæsisse persuasionem docet locus in Firmici Astronom. II, c. 9: *Faciet exorcistas et qui laborantes dæmonum incursione homines aptis remediis liberent.* Plura de exorcistis vide ap. Binghamum Origg. eccl. tom. II, p. 19 seq.

[a] Cicero de N. deor. II, c. 27, et ibi Creuzer. Tob. Hempelii de Diis Laribus. Zwickaviæ 1797. Jerm. Muller Dissert. Inaug. de Diis Romanorum Laribus et Penatibus. Hafn. 1811. Creuzer II, 747 seq.

[b] *Fac* unice exstat apud Firmicum. In reliquis Codicibus et Patribus, qui Antehieronymianam habent Matthæi et Lucæ Versionem, legitur *dic*.

[c] *Non in pane tantum*. Reliqui habent *solo*. Maximus Taurinensis consentit cum Firmico. Vide Sabaterii Bibl. Sacror. Latinas versiones antiquas 3, p. 277.

[d] Festus: *Penora*. Varro de Lingua Latina lib. IV. Wow.

[e] De Vesta cf. Cic. de Nat. Deor II, c. 27; Ovid. Fastor. III, 45, et VI, 250 seq.; Arnob. III, 32, IV, 35; Isidori Origg. IX, c. 11.

[f] Irrisio!

[g] Haud intelligo quomodo ad peccandum cogi dici possint virgines Vestales, in quarum incontinentiam ex legibus Pontificalibus Romanorum severissime animadverteretur. Neque *contemnentes* illud Firmici cum verbis *aut in virginitate perseverantes perdunt*, etc., quadrare videtur. Totus locus laborat, et vix in integrum restitui poterit.

[h] Sc. quia cælibem vitam non Deo, sed impuræ dæmoni Vestæ consecraverant.

[i] Cogitat de humero Pelopis, quem Ceres in epulo a Tantalo diis parato parum cauta, cum Proserpinam amissam lugeret, comederat. Serv. ad Virgil. Georg. III, 7: *Cui a diis in vitam revocato Ceres humerum eburneum loco amissi restituit.* Hyginus fab. 83. Serv. l. c. Lycophron v. 152: *Hic deinceps cum ex Pisis Trojam deferretur, quod sine illo osse et arcu Philoctetis* Ἴλιον δυσάλωτον *oraculo accepissent, naufragio periit juxta Eubœum; a Damarmeno vero piscatore Eretriensi expiscatum, illi et posteris custodiendum tradebatur.* Pausan. Eliac. I, c. 13. Ex illa traditione, humerum Pelopis ad Græcos Trojam obsidentes delatum fuisse, orta est altera fabula, ex eo a Trojanis Palladium factum esse. Hanc præter Firmicum habet Clemens Alex. Protrept. c. 4. p. 41, ed. Potter: Πολλοὶ δ' ἂν τάχα θαυμάσειαν, εἰ μάθοιεν τὸ Παλλάδιον τὸ διοπετὲς καλούμενον ὁ Διομήδης καὶ Ὀδυσσεὺς ἱστοροῦνται μὲν ὑφελέσθαι ἀπὸ Ἰλίου παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι, ἐκ τῶν Πέλοπος ὀστῶν κατεσκευάσθαι, καθάπερ τὸ Ὀλύμπιον ἐξ ἄλλων ὀστῶν Ἰνδικοῦ θηρίου. Hujus eburnei humeri mentionem quoque facit Philostratus, Imagg. c. 30. Cum Clemente consentit Arnob. IV, 25: *Quis ex reliquiis Pelopis compactum esse Palladium prodidit? non vos?* Huc pertinere Cassandræ verba apud Lycophronem v. 53, Meursius existimat:

Λεύσσω σε, τλῆμον, δεύτερον πυρούμενον
Ταῖς τ' Αἰακείοις χερσὶ, ταῖς τε Ταντάλου,
Ἀπιτρίναν οἰκουροῦσι λειψάνοις πυρός
Παιδὸς καταβροχθέντος αἰθάλῳ δίμας.

D Ex comparatione Palladii cum Jove Olympio probabile est Clementem de humero eburneo Pelopis cogitasse. Acceperat forte, Palladium apud Vestales Romanas servatum ex osse factum esse; vetustæ igitur fabulæ fidem habuit. Palladii, cujus primi auctores exstitisse feruntur Lesches et Arctinus (Hesych. v. Διομήδειος), ultimam, quantum scio, notitiam suppeditat Herodianus lib. I, c. 14. Vestæ templo Commodi tempore igne deleto, Vestales virgines Palladium una cum aliis quæ servabant pignoribus imperii Romani ad pontificem maximum eumdemque imperatorem in Palatinas ædes detulisse. Unde Firmicus quæ de Palladio tradit hauserit, nos latet. Plura habet quam Clemens; venditum, subhastatum fuisse ait. Hæc vero ex Euhemero eum sumpsisse, conjicere licet.

[j] In editionibus *Avarus Scytha* bis legitur. Sine hæsitatione correxi *Abaris Scytha*, quem Aristoteles *Barin* appellat. Cf. Scaligerum in Gronovii Minuc. Felice et Firmico, p. 434.

et illa effera gens (hominum) et crudeli atque inhumana semper atrocitate grassata, in constituendis religionibus rectum aliquid potuit invenire ? Simulacrum hoc Trojanis Abaris vendidit, stultis hominibus vana promittens. Vendebatur Deus, ut prodesset emptori, et emptor suppliciter adorabat, quicquid paulo ante viderat subhastatum. Substantia autem simulacri ipsius ex ossibus Pelopis est. Si humana vis miseros homines ossa venerari, purioris saltem et castioris hominis reliquias [a] collige. Accedat idolo, quod facis, ex hominis virtutibus meritum. Pelops in deliciis amatoris fuit, et diu prostituti pudoris damna sustinuit. Sed nec adulto ei scelus defuit. Is enim, cujus filiam petebat, cum fraude proditoris occidit [b]. Proditorem etiam ipsum perjuriis aggressus est, et ne promissa redderet præmia, hunc eumdem per abrupta præcipitia jactavit. En cujus electa sunt ossa, ut Deus fieret, qui urbes et regna servaret. Sed nec servavit aliquando nec profuit, et quid se maneat, ex urbium, in quibus fuit, casibus vidit. Incensa est Troja a Græcis, a Gallis Roma et ex utroque incendio Palladium reservatum est [c]. Sed reservatum non propriis virtutibus, sed humano præsidio : ab utroque enim loco homines liberant, et translatum est, ne humano flagraret incendio. Tanto numini humana fuerunt præsidia necessaria, et ne arderet, humanum quæsivit auxilium. Dilatum est Palladium ab incendio, non liberatum [d]. Stat sententia, manet pœna, ignis imminet, ignis urget, quem vitare non poterit. Jam parturit flamma cœlestis, jam divinæ animadversionis monstratur adventus, jam futuræ cladis nuntiatur exitium, in hoc incendio Palladium latebras invenire non poterit; ignis iste scrutatur abdita, quærit absconsa: et quidquid errantes homines vanis persuasionibus perdidit, rapida flammarum populatione complectitur : *Venit enim* (inquit) *dies Domini ut ardens clibanus* [e] (*Malach.* IV, 1). Audisti quid veniat. Nihil est, quod ex te collectum in apothecis Dominicis reponi possit : ardebis ut stipula, cujus inanis vilitas in cineres favillasque servatur, quam rapax ignis violentia congeniti spiritus pascitur. Hic est exitus finisque vester : hæc est pœna, quam pro deceptis hominibus Deus statuit, ut perpetuis ardeat flammis, qui contra voluntatem Dei miserum hominem aut decepit aut perdidit. Volo sane diligenter inquirere, cujus Minervæ hoc volunt esse signum [f]. Plures enim Minervas fuisse constat, nec aliquis in ista parte dissentit. Singularum itaque genus, institutum, artem propositumque dicamus, ut ex his omnibus inveniri possit, Palladium cujus Minervæ sit nomine consecratum.

CAPUT XVII.

De quinque Minervis agit. Quintæ Pallantis filiæ, Palladium dedicatum fuisse, cujus ut concremetur imago, deleanturque templa, hortatur, simul in sacrorum ritus, quibus homines peccare docentur, turpes et cruentos invehitur, eosque abrogari postulat.

Quinque Minervas [g] fuisse legentibus nobis tradit antiquitas. Una est Vulcani filia, quæ Athenas condidit, quam ex agrestibus locis ad urbanæ conversationis ordinem rustica turba comitata est. Fuit alia in Ægypto [h], Nili regis filia [i], textrinæ artis magistra. Tertia patre Saturno genita est. Sed hanc viraginem fuisse commemorant : nam numquam se intra feminei sexus verecundiam tenuit, sed arma semper strepitumque pugnarum et cruenta secuta est studia bellorum. Quarta Jovis Cretici regis fuit filia, quæ occisum patri detulit Liberum. Quinta Pallante patre et Tritonide [j] matre orta est, quæ patris appellata nomine, Pallas est ab hominibus nuncupata. Hæc parricidalis amentia furoris et vesanæ temeritatis instinctu, patrem Pallantem crudeli morte jugulavit [k] : nec simplici patris morte contenta, ut diutius malis suis frueretur, et ut de morte patris crudelius

[a] Neptunus sc. Pelopem amasse dicitur. Pindar. Olymp. I, 38; Tatianus Orat. ad Græcos c. 42; Arnob. IV, 26. Vide supra col. 1008, not. [k].

[b] Hæc fabula a solo Firmico narratur.

[c] Ex primo ab Ænea, ex secundo a virginibus Vestalibus in bello Gallico ann. Urbis conditæ 365. Livius V, 40, tertium sub Commodo haud commemorat. Forte vero de Ænea haud cogitavit Firmicus, sed de Cæcilio Metello, qui cum templum Vestæ arderet (A. U. C. 512), sacra pignora a Vestalibus derelicta e flammis eripuit. Ovid. Fasti VI, vers. 437 seq.

[d] Itaque, cum Firmicus scriberet, Constantino et Constante impp. incolume adhuc sub virginum Vestalium custodia permansit. Fabulæ enim sunt quæ J. Malela et auctor Chronici Alexandrini ex traditione Byzantina referunt, Constantinum M. simulacrum hoc, Byzantium translatum, in foro ab eo nuncupato defodisse. Jo. Georg. Rœser de Palladio, in Jo. Christoph. Martini Thesauro dissertationum, etc., tom. II, part. I (Norimb., 1765), p. 290. Quo autem tempore Palladium perierit, ab Auctoribus haud est memoriæ proditum. Vestales vero virgines post leges a Gratiano et Valentiniano II adversus Idololatriam latas contemptui sunt habitæ et sensim desierunt. Nadal, *Histoire des Vestales ; Mémoires de Littérature tirés du Registre de l'Académie des Inscript. et B. L.*, tom. V, edit. in octava forma; Jo. Frid. Eisenhart de Vestalibus et Jure Vestali P. R. Helmst. 1752; et in Opusculis p. 99 seq.

[e] Hanc lectionem solus habet Firmicus. SABBATIER, II, p. 1011.

[f] Hoc nimirum Palladium.

[g] Cf. Ciceronem de Nat. Deor. III, c. 25, qui omnes parum diverse recenset. Cf. Creuzeri notas. Primam Vulcani, alteram Nili filiam, tertiam (Ciceroni secundam) Saturni habet quoque Clemens Protrept. c. 2. p. 24, τὴν τοῦ πολέμου εὑρέτιν, quartam Jovis, quintam Pallantis. Noster sequitur Clementem, qui c. 2. p. 8, de quinque Minervis egit. Vide porro Arnobium, IV, c. 17; et Epiphan. in Ancorato, p. 513.

[h] Ciceroni et Arnobio quoque secunda est Saitica ab Ægyptiis nomine quod Græce sonat Ἐλεήμων designata. Sic etiam in Cypro Venus cœlestis Ἐλεήμων salutabatur (Hesych., Ἐλεήμων· ἐν Κύπρῳ Ἀφροδίτη. Cf. de Neitha Arnob. IV, 16; Jablonskii Pantheon Ægypt. I, 53 seq.; et Zoegæ *Abhandl.*, p. 101.

[i] Nili regis filia. Elmenhorst. ad Arnob. III, 21, p. 117.

[j] Eadem habet Clemens Alex. Sed, ut et Ampelius c. 9, *Titanidem* eam vocat. Cf. Creuzerum ad Cic. de Nat. Deor., l. I., p. 326.

[k] L. Ampelius c. 9. Tzetzes ad Lycophr., v. 355.

triumpharet, exuviis corporis ejus ornata est, ut parricidii facinus ex crudeli ostentatione publicaret. Hujus est Palladium, proh nefas! nomine consecratum. Hæc est Pallas quæ colitur, hæc est quæ pontificali lege servatur [a], et cujus imago suppliciter adoratur. Apponite ignem, augete flammas, ut quotidianis sacrificiis vestris dicatur ardere. Quid enim meretur aliud parricida, nisi ut perpetua mutatione flammarum ante sententiam Dei quotidie flammis ultricibus concremetur? Busta sunt, sacratissimi imperatores, appellanda, non templa [b]. Rogi sunt potius dicendi miserorum. Nam in honorem hominum perditorum ædes pro sepulcris miseranda hominum servitus facit. Hic crematorum corporum favillæ servantur, hic cineres mortuorum irreligiosa lege conduntur, ut acerbarum mortium casus quotidiano victimarum sanguine recrudescat, ut tristis lamentationis exitus renovatus annuis luctibus renascatur, ut sopitos fletus recentior ululatus exagitet, ut parricidia vel incesta vel mortes ex sacrorum ritu misera mens hominum et colere discat et facere. Amputanda sunt hæc, sacratissimi imperatores, penitus atque delenda, et severissimis edictorum vestrorum legibus corrigenda, ne diutius Romanum orbem præsumptionis istius error funestus commaculet, ne pestiferæ consuetudinis convalescat improbitas. Quidquid hominem Dei [c] conatur perdere, ne diutius in terra dominetur. Nolunt quidem et repugnant, et exitium suum prona cupiditate desiderant: sed subvenite miseris, liberate pereuntes, ad hoc vobis Deus summus commisit imperium, ut per vos vulneris istius plaga curetur. Facinoris eorum periculum scimus, erroris notæ sunt pœnæ; sed melius est, ut liberetis invitos, quam ut volentibus concedatis exitium. Ægrotantes contraria delectant, et cum corpus hominis adversa valetudo possederit, contra salutem suam a laborantibus perversa poscuntur. Capta mens languoris vitio morborum semper augmenta desiderat, et medelas artificum aspernatas contemnit [d], respuit remedium medicinæ, et in exitium suum prona animositate festinat. Tunc si malum morbi fortius creverit, majora remedia quæruntur, et pro salute hominibus sollicita fortius se medicina opponit. Asperi cibi, amari potus nolentibus ingeruntur: et si convaluerit malum, et ignis adhibetur et ferrum. Sic homo, recepta sanitate et salute sibi reddita, quidquid ægrotantis corporis vitio invitus passus est, hoc totum pro utilitate sua factum esse, stantis animi judicio confitetur.

CAPUT XVIII.

Etymologias, sive origines nominum, quæ diis attribuebantur, exponit. Symbola deinde et signa cultus deorum explanat, multis simul, ubi occasio ipsi ex genio sæculi atque sacræ Scripturæ interpretandæ ratione ferre videbatur, locis Biblicis allatis. Et in quinque imprimis symbolis exponendis versatur.

Accipite etiam, sacrosancti principes, nomina eorum qua sunt ratione composita; lumen hoc, quod hominibus jussu Dei, fugatis tenebris, diem reddit, quod per duodecim horarum spatia [e] cursus sui ordinem dirigit, solem dici voluerunt, non quia solus est, ut quidam volunt, quia ibi et cœlum est et luna et alia plurima sidera quæ videmus, ex quibus quædam una serie et cohærentia perpetua simulque copulata lucent, alia toto sparsa cœlo vagos cursus suis metiuntur erroribus [f]. Sed ideo Sol appellatur, quia, cum ortus fuerit, obscuratis cæteris sideribus, luceat solus [g]. Luna etiam hæc eadem Lucina a nocturno lumine nomen accepit [h]. Hanc etiam quidam dici voluerunt Dianam, quod per noctem lucens hominibus alterum pene diem faciat. A natando Neptunum dici voluerunt, ex hoc, quod libenter faciebant, substantiam nominis figurantes [i]. Terrenam vim omnem atque naturam, Ditem patrem dicunt; quia hæc est natura terræ, ut et recidant in eam omnia, et rursus ex ea orta procedant, quæ res opulentiam terræ divitiasque monstravit. Frugum substantiam volunt Proserpinam dicere; quia fruges hominibus, cum seri cœperint,

Heraclid. Ponticus Alleg. Homer., p. 73. De tertia Minerva: τρίτη δ' Ἀθηνᾶ, διὰ μιᾶς ἐπιβουλῆς εἰς πατέρα καὶ μητέρα δυσσεβοῦσα.

[a] Palladium sc. a Vestalibus, pontificibus Vestæ, custoditum. Gutherius de Vet. Jure pontifico Urbis Romæ p. 21. In vet. inscriptione dicuntur:

PONTIFICES VESTAE V. V. C. C.

(Virgines Vestales castissimæ). Ibid.

[b] *Templa ut busta despiciunt.* Minuc. Felix. c. 8. Tertull. de Spectac., c. 13: *Nec minus templa quam monumenta despicimus.* Nempe cum in plerisque Gentilium templis defunctorum cadavera sita essent ac tumulata (quod Clem. Alex., Arnobius, Eusebius, et alii pluribus comprobant), Christiani ab eo usu ea sæpius et denominabant et æstimabant.

[c] Hanc denominationem videtur ex I Timoth. VI, 11, II Timoth., III, 17, mutuatus esse. HERTZ.

[d] Wowerius correxit *Aspernat ac contemnit.* Nescio cur.

[e] Diem, quo sol in cœlo lucet, in horas duodecim dividit, more Romano.

[f] Facile hæc admonent sublimis loci in Somnio Scipionis apud Ciceronem de Republica, lib. VI, c. 17 et 18.

[g] Cic., de Nat. Deor., II, 27: *Cum Sol dictus fuerit, quia solus ex omnibus sideribus est tantus.* Boethius Cons. Philos. V, Metr. 2:

Quem, quia respicit omnia solus,
Verum possis dicere Solem.

Quin et Ἀπόλλων, μυστικῶς κατὰ τήρησιν τῶν πολλῶν νοούμενος, ὁ εἷς ἐστι θεός, Clement. Strom. I, c. 24, pag. 419, ed. Pott. Vid. Creuzeri not. ad Cic. l. l.; Varro de L. L. lib. IV, c. 10; Isidori Origines, III, 70.

[h] Cic., de Nat. D., II, c. 27: *Luna a lucendo nominata sit; eadem est enim Lucina.* Cf. Creuzeri not. 96.

[i] Cic. de Nat. D., II, 26: *Neptunus a nando, paulum primis litteris immutatis.* Vide notam Creuzeri 83. Arnobius, III, 31, aliud affert etymon, quod aqua nubat terræ. Sic quoque Varro de L. L. IV. Fortassis derivandum videtur a νῆφος, νεφόω (Orell. ad Arnob. III, 31), nisi sit originis peregrinæ. Aliud etymon *ex Nepto unus* dedit Hermannus (*Herrmanns*

prosunt. Terram ipsam Cererem nominant [a]; nomen hoc a serendis fructibus [b] mutuatum. Ex bellorum casibus Mavors [c] nomen accepit, quasi magna vertat. Minerva [d] similiter bellicum nomen est, quasi aut minuat aut minetur. Venustas hominum Venus dicta est [e]. Apollinis nomen ex humanis finxerunt casibus, sermone Græco, quasi omnia commissa sibi aut amittat aut perdat. Solem etiam Apollinem dicunt, quia quotidie in occasu constitutus splendorem luminis perdat. Perdere autem Græci ἀπόλλυειν dicunt [f]. Videtis ut vestros ementitos et fictitios deos turbulentus error excogitaverit, ut superstitionibus anilibus et formæ vobis traditæ sunt et nomina. Sed hæc omnia veritas detexit, et ratio sanæ mentis invenit, ut investigatis omnibus atque detectis, quæ sacrilegus error absconderat, veritatis semita luceret. Hæc enim omnia cum essent male composita, terrori primum fuere mortalibus [g]: dehinc consumpta novitate, quasi ex longa ægritudine convalescentibus hominibus, natus est quidam ex admiratione contemptus. Sic paulatim, quod stupebat animus, ausus est diligenter inquirere, et statim in arcana fictarum ac vanarum superstitionum sagax misit ingenium. Tunc ex assiduis tractatibus latentium ratione collecta pervenit ad causas, ut profanarum religionum miseranda commenta humanum genus primum disceret, et deinde contemneret, tertio recusaret.

CAPUT XIX.

1. *In Eleusinio*: Ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, etc., *ubi multa habet de pane cœlesti, fortassis eucharistico.*

Libet nunc explanare, quibus se signis vel quibus symbolis in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat. Habent enim propria signa, propria responsa, quæ illis in istis sacrilegiorum cœtibus Diaboli tradidit disciplina. In quodam templo [h], ut in interiores partes homo moriturus [i] possit admitti, dicit: De tympano manducavi, de cymbalo bibi, et religionis secreta perdidici. Quod Græco sermone dicitur ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, γέγονα μυστικός. Male, miser homo, de admisso facinore confiteris, pestiferum veneni virus hausisti, et nefario furoris instinctu lethale poculum lambis; cibum istum mors sequitur semper, et pœna æterna. Hoc, quod bibisse te prædicas, vitalem venam stringit in mortem, et sedes animæ contaminata malorum te continuatione conturbat. Alius est cibus, qui salutem largitur et vitam; alius est cibus, qui hominem summe Deo et commendat et reddit; alius est cibus, qui languen-

und Creuzers Briefe uber den Homer und Hesiodus, pag. 191), et de Nephthysane cogitari posset (Creuzeri not. 73 ad Cic. de Nat. D. I, 23), cum Etrusci, Romanorum in rebus divinis magistri, tot commerciis cum Ægyptiis fuerint juncti, ideoque hujus numinis nomen ab iis facile accepisse potuerint. In monumentis tamen Etruscis, quæ ætatem tulerunt, nullum est Neptuni vestigium. Neque certo constat, Consum Deum a primævis Romanis Sabinisque cultum idem fuisse cum Neptuno numen. Consiliorum potius fuisse videtur Deus, a verbo *conso*, h. e. consulo. Ingeniosa sane est conjectura Dan. Wyttenbachii ab antiquo νέπος, *piscis*, vel νίπτειν, *alluere*, etymon ducens. Selecta scholar. in Cic., de Nat. D., ed. Creuzeri, p. 754. Digna quoque, quæ accuratius examinetur, est Bottigeri sententia, Neptunum antiqua ætate dictum fuisse Ποτειδᾶν, *Donum fontium* (*Ideen zur Kunstmythologie*, p. 269).

[a] Arnobius, V, c. 35 et 37, pro tellure Cererem nominat. Theodoret. de Græcor. affect. curandis oratio 3, Opp. tomo IV, p. 771, ed. Schulze.

[b] Lege a *gerendis* fructibus, emendatione Creuzeri, secundum Cic., de Nat. D., II, 26, p. 312, ubi: *Mater est enim a gerendis frugibus* CERES *tamquam* GERES; et not. Creuzeri 86. Aliud etymon ex Hebraica lingua tentavit Schellingius in diasertat. de numinibus Samothracicis, pag. 63. Cereris nomen a. r. גרשׁ deducens, quæ inter alias significationem quoque *arandi* habet.

[c] *A malo avertendo?* (*Herrmanns und Creuzers Briefe*, pag. 202) Payne Knight Prolegg. ad Homer., 163, ed. Ruhkopf, deducit a μάω, cum digammate æolico μάϝω, *impetu feror*, *vehementer cupio*.

[d] Nomen videtur esse Etruscum. In pateris Etruscis enim sæpe legitur *Menrva*, *Menerva*; a Sabinis vel ab Etruscis Romani accepisse videntur. Cf. Creuzerum ad Cic. de N. D. II, 26, not. 88. *Minerva a Sabinis* ait Varro L. L. IV, c. 10; it. Festus. Cic. de Nat. D. II, 26, et III, 24: *Minerva quæ vel minuerct*, *vel minaretur*. Festus: *Minerva dicta quod bene moneat*. Ex Ciceronc Firmicus etymon utrumque hausit: vid. Creuzeri notam 88 ad Cic. de Nat. D. II, 26. G. J. Vossius e veteri verbo *meneo* pro *moneo* a μένος repetit, cum quo consentit Lauzius *Saggio di lingua Etrusca*, p. 199 seq., 203, 209. Arnobius, III, 31, a *memoria* deducit, quasi *Meminerva*. Cf. Notam Orellii. Dan. Wyttenbachius denique originem in verbo *minari* quærit, quia aliud deæ nomen Pallas a πάλλειν, vibrare hastam, derivetur (Creuzeri ed. Cic. de Nat. D. p. 754).

[e] Cic. de N. D. II, 27: *Venerem nostri nominaverunt*, *atque ex ea potius venustas*, *quam Venus ex venustate*. In Dan. Wyttenbachii Scholiis ap. Creuzerum, p. 788, tentatur etymon ex ἑνὸς *unus*, quia in numine Veneris cernitur vis jungendi, e quo, præposito F æolico, fit Venus. Verum pace tantorum virorum monebo: numen esse originis Orientalis, Astartenque plurali majestatico dici facile בעלת potuisse, veluti κόρη, quod Proserpinæ nomen fuit. Unde סכות בעלת II Reg. XVII, 30, et nomen urbis Sicca Veneria in Numidia.

[f] In Græcis parum versatus fuit Firmicus; ἀπόλλειν habet loco ἀπολλύειν. Arnobius nomen haud tentavit, neque reliqui quos inspexi scriptores Christiani. Etymol. M. etymon repetit ex ἀπολύων τῶν κακῶν, quod quoque inter alia habet Plato in Cratylo, Heindorf. p. 74.

[g] Primus in Orbe deos fecit timor.....

Fragm. Petronii ed. Burmannianæ p. 676.

[h] Cereris Eleusiniæ.

[i] Vix sermo est de homine morti proximo; nam hos in interiores partes templi ejusque adyton vel etiam in hypogæa, in quibus, ni fallor, mysteriorum potior eaque arcana pars celebrabatur, ante mortem admissos fuisse, nihil est quod probet, vel indicet. Homo vero *moriturus* est *mortalis*.

[j] De verbis hisce Eleusiniorum mysticis, quæ tessera erant initiatorum (τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων Μυστηρίων, ut ait Clemens Alex.) vide Clement. Alex. Protrept. c. 2, p. 14. Cf. Meursii Eleusinia et loca ibi citata, p. 30, et notam L. B. Sylvestri Sacy ad Santa-Crucii *Mystères du Paganisme*, I, p. 304. Cæterum Firmicus symbolica hæc verba paulum immutat; habet enim γέγονα μυστικὸς, quod male Latine vertit: *et religionis secreta perdidici*. In Clemente horum neutrum legitur, sed: ἔκερνοφόρησα, ὑπὸ τὸν παστὸν ὑπέδυον. *Cernum gestavi*, *me in thalamum clam insinuavi*. (Vide notas Polteri ad h. l.)

tes relevat, errantes revocat, lapsos erigit, qui morientibus æternæ immortalitatis largitur insignia. Christi panem, Christi poculum quære [a], ut terrena fragilitate contempta, substantia hominis immortali pabulo saginetur. Quis est autem hic panis vel quod poculum? de quo libris Salomonis sapientia magna voce præclamat, ait enim : *Venite, et manducate de meis panibus, et bibite vinum, quod miscui* [b] (*Prov.* IX, 5), et Melchisedech, rex Salem, et sacerdos summi Dei, revertenti Abrahæ cum pane et vino benedictionis obtulit gratiam [c] (*Gen.* XIV, 18). Isaac etiam cum Jacob benedixisset, cum hoc idem Esau a patre suppliciter exigeret, respondit ei pater: *Dominum tuum fecit illum, et omnes fratres ejus feci servos, tritico et vino confirmavi illum* [d] (*Gen.* XXVII, 37). Tunc Esau casus suos misera lamentatione deflevit, quia tritici et vini, id est, futuræ felicitatis perdidit gratiam. Quod autem consecratis hominibus a Deo panis divinus iste præstetur, per Esaiam dicit Spiritus sanctus : *Sic dicit Dominus : Ecce qui serviunt mihi, manducabunt, vos autem esurietis. Ecce qui serviunt mihi, jucundabuntur, vos confundemini, vos interficiet Dominus* [e] (*Esai.* LXV, 13, 14; V, 13). Non solum panis iste a Deo summo sacrilegis et impiis denegatur, sed et pœna promittitur, et acerbæ mortis decernuntur exitia, ut esurientibus faucibus divinæ animadversionis exitus ingeratur. Sequuntur etiam hoc idem XXXIII psalmi veneranda responsa ; ait enim per David Spiritus sanctus : *Gustate et videte, quoniam dulcis est Dominus. Dulce est cœleste pabulum, dulcis Dei cibus, nec habet in se miseræ fa-mis triste tormentum, et de medullis hominum præcedentis veneni virus excludit* [f] (*Psal* XXXIV, 9). Hæc ita esse sequentia oraculi responsa declarant; ait enim : *Timete Dominum, sancti ejus, quia non est inopia eis, qui metuunt eum. Divites egueruni, et esurierunt ; qui autem inquirunt Dominum, non indigebunt omni bono* [g] (*Psal.* XXXIII, 10, 11). Qui sic in templo prætextatus incedis, qui fulges purpura, cujus caput aut auro aut lauro premitur, errorem tuum turpis egestas insequitur, cervicibus tuis onerosum paupertatis imminet pondus. Illum quem despicis pauperem, largus [h] et dives est, spatium illi Abraham in sinu suo præparat (*Luc.* XVI, 22 *seq.*). Tunc tu per interjecta flammarum spatia, ad mitigandæ conscientiæ tuæ vulnera, tenuem ab eo stillantis aquæ guttulam postulabis, nec tibi volens Lazarus lenimentum doloris tui aut dare poterit aut impetrare. Singulorum enim pari gratia merita pensantur : illi vita conferetur propter hujus sæculi mala ; tibi propter hujus sæculi bona, perpetua tormentorum pœna decernitur. Ut autem manifestius diceretur, quinam ille esset panis, per quem miseræ mortis vincuntur exitia, ipse Dominus sancto ac venerando ore signavit, ne per diversos tractatus [i] spes hominum pravis interpretationibus fallerentur. Dicit enim in Evangelio Joannes : *Ego sum panis vitæ; qui venerit ad me, non esuriet, et qui in me crediderit, non sitiet nunquam* [j] (*Joan.* VI, 35). Item in sequentibus hoc idem simili modo significat; ait enim : *Si quis sitit, veniat et bibat, qui credit in me* [k]. Et rursus ipse, ut majestatis suæ substantiam credentibus traderet, ait : *Nisi ederitis carnem Filii hominis, et biberitis sanguinem ejus, non habebitis vitam in vobis* [l] (*Ibid.*, 54). Quare nihil vobis sit cum tympanis [m], cibo odii, miseri mortales; salutaris cibi gratiam quærite, et immortale poculum bibite. Christus vos epulis suis revocat ad lucem, et gravi veneno putres

[a] Contextus docere videtur, in afferenda mysteriorum Eleusiniorum symbolica illa formula, ἐκ τυμπάνου βέβρωκα, ἐκ κυμβάλου πέπωκα, non omnem Eucharistiæ cogitationem a mente Firmici alienam fuisse ; quæ enim sequentibus e Psalmo XXXIII (in Hebraicis Bibliis XXXIV) affert verba, ab antiquis quibusdam doctoribus de Cœna Domini mystice fuisse explicata, testis est Theodoretus in Paraphrasi hujus ps. vers. 9 : Ἰστέον μέντοι ὡς τοῖς πάλαι Ἰουδαίοις ἡ εἰρημένη ἁρμόττει διάνοια· ὁ δέ γε ἐν τῷ βάθει τοῦ γράμματος κρυπτόμενος νοῦς τῶν θείων μυστηρίων τὴν χάριν αἰνίττεται· διὰ γὰρ τοῦ παναγίου βαπτίσματος ὁ ἀληθὴς φωτισμὸς (respicit vers. 6 præcedentem) τοῖς προσιοῦσι προσγίνεται, καὶ τῆς ζωοποιοῦ τροφῆς ἡ γεῦσις τὴν ἀγαθότητα τοῦ σωτῆρος δείκνυσιν ἐναργῶς. Τί γὰρ οὕτως αὐτοῦ σαφῶς τὴν φιλανθρωπίαν ὑποδείκνυσιν, ὡς σταυρὸς, καὶ τὸ πάθος, καὶ ὁ ὑπὲρ ἡμῶν γενόμενος θάνατος, καὶ τὸ γενέσθαι τῶν οἰκείων προβάτων τροφὴν ὁμοῦ καὶ πηγήν : Opp. ed. Schultzianæ (Hal., 1769) tomo I, p. 815. Quam quidem horum verborum interpretationem Firmici jam ævo usurpatam fuisse, haud dubito. Sacram porro Cœnam ipsa ejus verba innuere videntur : *et rursus ipse* (Christus), UT MAJESTATIS SUÆ SUBSTANTIAM CREDENTIBUS TRADERET, *ait : nisi ederitis carnem Filii hominis et biberitis sanguinem ejus.* HERTZ. — Justinus M. Apol. I, c. 86 ; Dial. c. Tryphone, p. 237, Tebb., dæmones in Mithriacis sacris Eucharistiam imitatos fuisse asserit. Idem legitur in appendice libri Tertull. de Præscriptionibus c. 40. Vide quoque Grabii Spicileg. Patrum II, p. 240.

[b] Fere ut Augustinus de Civitate Dei, XVII, 20.

[c] Melchisedecum veteribus Christianis typum fuisse Christi, ex Hebr. VII, 1, constat ; itaque panis et vini oblatio typus erat Eucharistiæ.

[d] Verba hujus versus in editione Sabateriana ex Firmico sumpta sunt.

[e] Ut Cyprianus l. I Testimonior. adversus Judæos, et Fulgentius lib. I ad Monim. c. 25, vers. 14. Ultima verba : *vos interficiet Dominus*, a Cypriano prætermittuntur.

[f] Cyprianus lib. I Testimon. Augustinus in psalm. XCIX : *Gustate et videte, quam dulcis est Dominus.*

[g] Fere ut Cyprianus Testim. lib. I et III, 14, *non deficient omni bono*, ut Auctor Operis imperf. in Matthæum, et Breviar. Mozarabicum.

[h] Forte *Lautus*. Wow.

[i] Innuit sinistras prophetarum interpretationes. Cf. Justini Apolo. I, c. 54, 56, 59 ; Dial. c. Tryphone c. 69. Vide Henr. Georg. Clausen Apologetæ Ecclesiæ Christianæ Antetheodosiani Platonis ejusque philosophiæ arbitri (Hafn., 1817), p. 81. Minuc. Felix. c. 27 : *Dæmones* ET FALLUNTUR ET FALLUNT, *ut et nescientes sinceram veritatem, et quam sciunt, in perditionem sui non confitentes.*

[j] Cyprianus Testimon. lib. I, habet tamen, *qui venit.*

[k] Haud exstat in sequentibus; sunt eadem fere verba, v. 35, quæ mox allegaverat.

[l] Cyprianus de Orat. Domin. et Testim. lib. I et III.

[m] Respicit formulam mysticam Eleusiniorum, ἐκ τυμπάνου βέβρωκα.

artus et torpescentia membra vivificat. Cœlesti cibo renovate hominem perditum, ut quicquid in vobis mortuum est, divinis beneficiis renascatur. Didicistis quid vos facere conveniat, eligite quod vultis; inde mors nascitur, hinc immortalis vita donatur.

CAPUT XX.

2. *In Mithriaco* forte : Χαῖρε, νύμφη· χαῖρε, νέον φῶς· *qua occasione de Christo sponso mundique luce multa habet.*

Dicis etiam : Χαῖρε, νύμφη· χαῖρε, νέον φῶς. Quid sic miserum hominem per abrupta præcipitas, calamitosa persuasio? Quid illi falsæ spei polliceris insignia? Nullum apud te lumen est, nec est aliquis sponsus, qui hoc mereatur audire. Unum numen est, unus est sponsus hominum, quorum gratiam Christus accepit [a]. Non poteris ad te alienæ felicitatis transferre gloriam, nec poteris cœlestis numinis splendore decorari. In tenebras squalorescque projectus es : illic sordes, squalor, caligo, tenebræ, et perpetuæ noctis dominatur horror. Si vis ut tenuis saltem tibi splendor luminis luceat, erige vultus, et demersos erige oculos, et, desertis his, ad eum te confer qui dixit : *Ego sum lux mundi* (*Joan.* VIII, 12); cujus divinis præceptis continetur, ut in hac terrena conversatione opus nostrum per dies singulos luceat. Lucere autem non potest, nisi immaculata nos conscientiæ ornamenta protexerint, nisi integra nos et incorrupta vita commendet; tunc orietur nobis veri luminis gratia; tunc se nobis lucis auctor insinuet; tunc verum lumen et accipere possumus et videre. Sed ut sacrilegæ vocis comprimatur improbitas, quis sit vere sponsus, sacrarum lectionum oraculis comprobabo; ut probetur sponsum esse Christum, sponsam Ecclesiam : ex quo veneranda patri spirituales filii per dies singulos procreantur. In hac probatione arcana prophetarum veneranda pandantur. Assistat nobis sanctorum oraculorum fides. Joel divino Spiritu monente sic dicit : *Canite tuba in Sion, sanctificate jejunium, et indicite curationem, aggregate populum, sanctificate Ecclesiam, excipite majores natu, colligite parvulos lactentes, procedat sponsus de cubiculo suo, et sponsa de thalamo suo* [b] (*Joel* II, 15, 16). Hoc idem Jeremias simili ratione significat; ait enim cum Hierosolymæ truci minatur oraculo : *Et auferam de civitatibus Judæ et urbibus Hierusalem vocem lætantium, vocem Sponsi et vocem sponsæ* [c] (*Jerem.* XVI, 16). Processum sponsi etiam per psalmos prædicat Spiritus sanctus. In XVIII psalmo hoc invenitur oraculum; ait enim : *Et ipse velut sponsus egrediens de thalamo suo exsultavit, ut gigas, viam currere. A summo cœli profectio ejus, et decursio ejus usque ad summum ejus, et non est qui lateat a calore ejus* [d] (*Psal.* XVIII, 6, 7). Secretiora pandantur arcana : in Apocalypsi [e] quis sit Sponsus inveniemus; ita enim scriptum est : *Veni, ostendam tibi novam nuptam, uxorem agni. Et duxit me in spiritu in montem magnum, et ostendit mihi civitatem sanctam Hierusalem descendentem de cœlo* [f] (*Apoc.* XXI, 9, 10). Investigandum est, quid etiam nobis de hac ipsa re tradat Evangelica disciplina; inveniemus enim in Evangelio Joannis ita esse signatum : *Vos mihi testes estis, quoniam dixi eis, qui missi sunt ab Hierosolymis ad me, quia non sum Christus, sed quoniam missus sum ante ipsum. Qui enim habet sponsam sponsus est, amicus autem sponsi est, qui stat et audit eum, et gaudio gaudet propter vocem sponsi* [g] (*Joan.* III, 28 *et* 29). Hujus rei mysterium ostensum est, hujus sponsi adventum sapientium virginum chorus exspectat, huic præfert lumina pervigili cura sancta virginitas, *exspectantibus sponsum* (*Matth.* XXV, 1 *seq.*) servis felicium præmiorum promittitur munus. Invenimus enim in Evangelio Lucæ : *Sint lumbi vestri præcincti et lucernæ ardentes, et vos similes hominibus exspectantibus dominum suum, quando veniat a nuptiis; ut, cum venerit et pulsaverit, aperiant illi. Felices servi illi, quos adveniens Dominus invenerit vigilantes* [h] (*Luc.* XII, 35, 36). Ecce venerandorum responsorum oraculis sponsus ostensus est. Quid tu tibi in acerbis casibus constitutus beatum nomen imponis? Si vis liberatus lumen sequi sponsi, projice errores, et pervigili cura sollicitus, præcedentia vitæ facinora religiosa devotione castiga. Tunc te in nomine suo cum vigilantem invenerit sponsus, cum fidei tuæ merita cognoverit, dabit maximum præmium, dabit integrum munus, intrabis cum eo cœli thalamum, videbis regna mundi, et ut eorum particeps esse possis, a piissimo et justissimo Domino immortalitatis tibi gratia conferetur.

CAPUT XXI.

3. *In alio, certe Mithriaco,* Θεὸς ἐκ Πέτρας : *ubi multa congerit ex sacris Scripturis de Christo lapide.*

Alterius profani sacramenti signum est : Θεὸς ἐκ Πέτρας [i]. Cur hoc sanctum venerandumque secre-

[a] Alius symboli vel hymni in sacris cantari soliti admonet lectores Ethnicos; e quibusdam mysteriis haustum sit, ignoro. Ex Mithriacis forte, cum sol eo salutetur. Sponsi vero et novæ lucis mentio Firmicum inducunt, ut de Christo, quem suæ Ecclesiæ sponsum et mundi lucem (*Jo.* VIII, 12) venerabantur christiani, exponat atque ad eum applicet.

[b] Ut Cyprianus Testim. lib. II.

[c] Cyp. II Testim. habet *de quadriviis Hierusalem*; noster omittit : *et vocem gaudentium.*

[d] Cypr. Testim. lib. II, differt tantum una voce *profectio*, cum Cyprianus habeat *egressio.*

[e] Glossema quod in edit. principe legitur : *id est in revelatione*, delevit Wowerius.

[f] Ut Cyprianus Testim. lib. II.

[g] Ut Cypr. Testim. II.

[h] Cypr. ad Fortun. Testim. II.

[i] Mithræ, in cujus mysteriis hoc sacramenti signum usurpatum. Hieron I adv. Jovinian. Mithram juxta gentilium fabulas in lapide de æstu libidinis generatum scribit Justinus Dial. c. Tryphone c. 70 : Οἱ δὲ τὰ τοῦ Μίθρου μυστήρια παραδιδόντες λέγουσι ἐκ πέτρας γεγεννῆσθαι αὐτόν. Wow. Commodianus Instruct. XIII :

Invictus de petra natus, si deus habetur.

Augustin. in Amos III, 9, πετρογενὴς Μίθρας ap. Joh. Lyd. de Mensibus, p. 47. Romanos, inquit, imper-

tum ad profanos actus adulterata professione transfertis? Alius est lapis, quem Deus, in confirmandis fundamentis promissæ Hierusalem, missurum se esse promisit. Christus nobis venerandi lapidis significatione monstratur [a]. Quid tu ad commaculatas superstitiones furtiva fraude venerandi transfers nominis dignitatem? Lapidem tuum ruina sequitur, et cadentium culminum funesta collapsio. Noster lapis Dei fundatus manu exstruit, confirmat, erigit, munit et restaurati corporis gratiam perpetuæ immortalitatis splendore condecorat: ait enim de hoc Esaias, innuente Spiritu sancto: *Sic dicit Dominus: ecce ego immitto in fundamenta Sion lapidem pretiosum, electum, summum angularem, honoratum, et qui crediderit in eum, non confundetur* [b] (*Esai.* xviii, 16). In psalmis etiam simile responsum est; ait enim Spiritus sanctus in cxvii, ps.: *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli. Annon factus est iste, et est mirabilis in oculis nostris* [c] (*Psal.* cxvii, 22, 23)? Per multos prophetas Spiritus sanctus nominis istius ordinem monstrat: ait enim Zacharias propheta: *Ecce ego adduco puerum meum, ortus ei nomen est, quoniam lapis, quem dedi coram Jesu, super lapidem ipsum unum, septem oculi sunt* [d] (*Zach.* iii, 8, 9). Sed ut manifestius constet, antiquiora venerandarum lectionum secreta pandamus. In Deuteronomio ita comprehensum est: *Et scribes super lapidem omnem legem hanc* [e] (*Deut.* xxvii, 8). Jesus etiam Nave jussu divinitatis hoc specialiter comprehendit; ait enim: *Et accepit lapidem magnum, et statuit eum contra Dominum. Et ait Jesus ad populum: Ecce lapis iste erit mihi in testimonium, quia iste audivit omnia quæ dicta sunt a Domino, quando locutus est ad vos. Et erit iste nobis in testimonium in novissimo dierum,* A *quando recesseritis a Domino vestro* [f] (*Josue* xxiv, 26, 27). Quod autem per hunc lapidem, id est, per Dominum nostrum Jesum Christum, et dii isti casuri sint et multitudo templorum, aperte Daniel venerandis oracuIis explicavit; ait enim, cum interpretaretur somnium regis: *Et ecce imago, imago nimis magna, et contemplatio ipsius imaginis metuenda, elata stabat contra te, cujus caput fuit ex auro bono, pectus et brachia ejus argentea, venter et femora ærea, pedes autem ex parte quidem ferrei, ex parte autem fictiles, quoadusque abscissus est lapis de monte, sine manibus concidentium, et percussit imaginem super pedes ferreos et fictiles, et comminuit eos minutatim, et factum est simul ferrum et testa et æramentum et argentum et aurum, facta sunt minuta quasi palea, et* B *ut pulvis in arida æstate, et ventilavit illa ventus, ita ut nihil remanserit in illis. Et lapis, qui percussit imaginem, factus est mons magnus, et implevit totam terram* [g] (*Dan.* ii, 31-35). Quis locus in terra est, quem non Christi possederit nomen? qua sol oritur, qua occidit, qua erigitur septentrio, qua vergit auster, totum venerandi nominis majestas implevit [h]. Et licet adhuc in quibusdam regionibus idololatriæ palpitent membra [i]; tamen in eo res est, ut e Christianis omnibus terris pestiferum hoc malum funditus amputetur. De idololatrorum lapide [j], de quo dicunt: Θεὸς ἐκ Πέτρας, quid prophetarum respondet oraculum? quis autem restitit, vel cui parcit iste lapis? Lapis autem hic sanctus, id est, Christus aut fidei fundamenta sustentat, aut in angulo positus C (*Ps.* cxvii, 22; *Matth.* xxi, 42; *Marc.* xii, 10; *Luc.* x, 17; *Actor.* iv, 11; I *Petr.* ii, 7), duorum parietum membra æquata moderatione conjungit, id est, veteris et novi Testamenti in unum colligit gentes: aut certe corporis et animi diversitatem inviolata

mis colere Vestam, ὥσπερ τὸν πετρογενῆ Μίθραν οἱ Πέρσαι διὰ τὸ τοῦ πυρὸς κέντρον καὶ τὴν ὑγρὰν οὐσίαν, οἱ ὑπὸ τὴν ἄρκτον διὰ τὸ κέντρον τοῦ ὕδατος. Loca collecta sunt a Philippo a Turre in Monumentis veteris Antii. Cf. præterea Creuzer. i, 177; Zoega Abhandl. p. 132. Idem hoc nomen respicit forte Spelæa, in quibus Mithræ mysteria celebrabantur.

Alterius profani sacramenti signum est, inquit Firmicus. Primum enim erat epiphonema illud c. 20: Χαῖρε, νύμφιε· χαῖρε, νέον φῶς. Sicut illud sacrarum litterarum sententiis Christo vindicare studuit, ita quoque ad hoc verba Sacri codicis accommodavit, locis V. T. usus. Sunt enim sequentes: Deuteron. xxvii, 3, *et scribes super lapidem omnes sermones legis hujus*; et Josuæ xxiv, 26, 27, de lapide magno, quem Josua tulit et statuit sub terebintho, quorsum spectant ejus verba: *lapis quem Deus, in confirmandis fundamentis promissæ Hierusalem, missurum se esse promisit.*

[a] Christum cum lapide componere solemne est veteris ecclesiæ Patribus. Sic Justinus M. Dial. c. Tryphone sæpius, occasione ex Matth. xxi, 42; Marc. xii, 10; Luc. xx, 17; Actor. iv, 11, et Psal. cxviii, 22, sumpta. Tertullianus adv. Judæos c. 9. In carmine Damasi de nominibus Domini salutatur *Petra*, in simili Ennodii Ticinensis *Lapis* et *Mons*, in Orientii Illiberitani *Mons* et *Lapis angularis* vocatur. Quæ omnia, si tanti est, vide in nostris *Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen. Fascic. I, p. 17 seq.*

[b] Consentiunt hæc verba plane cum Cypriano in Testim. lib. ii.

[c] Vers. 22 plane ac in Cypriani Test. lib. ii, et auctore de Judaica incred. ad Vigilium. Vers. 23 parum differt a Cypriano.

[d] Parum differt a Cypriano.

[e] Cypr. l. l. addit verba *manifeste nimis.*

[f] Eadem fere refert Cyprianus lib. ii Testim.

[g] Pauculis exceptis, ut Cyprianus.

[h] De religionis christianæ primis sæculis per totum fere terrarum orbem propagatione multa exstant apud veteres scriptores ecclesiasticos testimonia, ex quibus, omni rhetoricatione dempta, eam limites imperii Romani excessisse patet. Sed hæc, cum hujus loci haud sint, missa facimus. Cf. Elmenhorst. in Arnob. i, c. 55, p. 53. Moshemium de rebus christianorum ante Constantinum M. p. 203, 448 seq.

[i] De Romano imprimis loquitur imperio. Nec ita D debilitatam fuisse idololatriam Firmici tempore, subsequentis ætatis historia abunde comprobat. Nam etsi Constantinus M. multa jam templa et idola destruxerat; non nisi sub Theodosio ejusque filiis deorum cultus prostratus fuit. Reliquiæ tamen ipso adhuc sexto sæculo, Justiniano imperante, et diutius manserunt.

[j] Redit ad Mithriacam religionem, quæ cum Solis cultu conjuncta, in Occidente omnem fere reliquum Ethnicismum absorpserat.

homini immortalitate consociat; aut legem promulgat, aut contra peccantes testimonium perhibet; aut (quod est potius) imaginem diaboli [a] percutit, ut, superato eo atque prostrato, et in cinerem favillasque converso, erecto sublimitatis suæ vertice, purum dominationis imperium habeat. Vos nunc, Constanti et Constans, sacratissimi imperatores, et venerandæ fidei vestræ imploranda virtus est, quæ supra homines erigitur, et a terrena fragilitate separatur, cœlestiumque se rerum societate conjungit, quæ in omnibus actibus suis, prout potest, Dei summi sequitur voluntatem. Modicum tantum superest [b], ut legibus vestris funditus prostratus diabolus jaceat, ut exstinctæ idololatriæ pereat funesta contagio. Veneni hujus virus evanuit, et per dies singulos substantia profanæ cupiditatis exspirat. Erigite vexillum fidei, vobis hoc Divinitas reservavit, cujus favore eminentes prostratores cstis omnium hostium vestrorum; quorum opera Romanum infirmabatur [c] imperium. Signum venerandæ legis erigite, sancite, promulgate quod prosit; sit faustum felixque Reipublicæ, quod tot acervis cæsorum hostium prostravistis exercitum. Felices vos quoque gloriæ ac voluntatis suæ Deus fecit esse participes, idololatriæ exeidium et profanarum ædium ruinas propitius Christus populo vestris manibus reservavit. Ille spiritualibus armis malos spiritus, vos mala terrena vicistis. Erigite tropæa victoriæ [d], et proferatur ingens titulus triumphorum : profanarum rerum strage gaudentes, exsultate fortius, exsultate fidenter. Felicitas vestra cum Dei virtute conjungitur, pro salute hominum Christo pugnante vicistis.

[a] Idola omnemque idololatriæ apparatum.

[b] Sic legendum, et non *talium*, ut in ed. principe. Excitat principes ad penitus destruendum idolorum cultum. Sic quoque c. 30.

[c] Wowerus sic correxit lectionem ed. principis *firmabatur*.

[d] H. e. signa crucis. Cf. c. 29; Epist. Barnabæ c. 9; Justini Martyr. Apol. I, p. 82; Dial. c. Tryph., p. 325, 336.

[e] Emenda Ἐλεξόκερως, δίμορφε, vel potius ἥλιε δίκερως δίμορφε. Symbolum Orgiorum Bacchi sive Solis. Idem enim utriusque nomen, ut multis docet Macrobius Saturnalium lib. I, c. 18. Bacchus autem ταυρόμορφος, ταυρόκερως et δίμορφος cultus ab antiquis. Scholiast. Nicandri Alexiph. adv. 31. Orpheus in Hymno 29 :

Κικλήσκω Διόνυσον, ἰρίβρομον ἀμαστῆρα,
Ἄγριον, ἄῤῥητον, κρύφιον, δικέρωτα, δίμορφον,
Κισσόβρυον, ταυρωπόν. . . . . Wow.

Bacchum a Græcis appellatum fuisse βουγενῆ tradit quoque Plutarchus de Iside et Osiride c. 35, et Quæstion. Græc. c. 36; et Bacchos eodem modo describit Nonnus Dionys. XXI, vers. 217 :

. . . . . ἠπὶ διδυμάοσι μορφῇ
Ἠὲν νέοις ταύροις τε καὶ ἀνέρι· ἀμφότερον γὰρ
Καὶ βοὸς εἶδος ἔχουσι καὶ ἀθρόμοιο προσώπου.

Cf. ad omnia hæc Creuzeri Dionysum I, p. 267, et Bottigeri *Ideen zur Kunstmythologie* I, pag. 323, not. 14.

[f] Scorpiones in religione Persarum bestias nocivas habitas fuisse patet ex anaglyphis Mithriacis, ubi scorpio genitalibus tauri sacri inhæret. Occurrunt quoque in monumentis religionis Babylonicæ. In novo Testamento Luc. X, 19, ὄφεις καὶ σκόρπιοι, ut adversarii religionis christianæ sistuntur. Vide Kuinoel ad h. l. In Apocalyps. IX. 3, 5, 10, exitiales locustæ scorpionibus comparantur, iisque adeo similes describuntur. CREUZER. I, 722.

[g] Respicit haud dubie protevangelium Genes. III, 15.

[h] *Leviathan* (*Job.* XL, 20). In Antehieronymiana legitur enim : *Adduces autem draconem in hamo, pones capistrum circa nares ejus.* Hieronymiana habet *Leviathan*.

[i] Ubi Bacchus vel Mithras anguinis crinibus adornatus sit, me ignorare fateor. Fabulam de hydra Lernæa narrat Apollodorus, II, c. 5.

[j] Respicit, ut e sequentibus patet, Habac. III, 4.

[k] Augustinus, de C. D. XVIII, c. 32 : *Cornua in manibus ejus sunt* (*Habac.* III, 4) : *quid est, nisi tropæum crucis*? Cornu vero imprimis monocerotis de cruce intelligebatur. In Dial. c. Tryphone ed. Jebb. p. 275. Justinus M. nulli alii rei quam signo crucis comparari posse statuit; idemque monocerotis cornu in omnibus cornubus solum esse crucis signum asserit ib. p. 310. Tertull. adv. Marcionem III, Christum illo cornu indicari ait, cum stipes crucis sit unicornis. Alii vero cornu hoc de sedili, ἐφ' ᾧ ἐποχοῦνται (ut ait Justin. M. Dial. c. Tryph. p. 276) οἱ σταυρούμενοι, interpretati sunt : Irenæus enim adv. Hæreses II, 42 (in Massueti edit. c. 24), de quinque crucis cornibus loquitur, et unum in medio, in quo requiescit qui cruci affigitur. Tertull. adv. Judæos c. 10. Unicornis autem medio stipite palus. Cf. Henrici Kippingii de Cruce et Cruciariis (Bremæ, 1671), Exercitat. 19, p. 131.

CAPUT XXII.

4. In Bacchico : Ἐλίκερος δίμορφος; *rectius*, Ἐλιξικέρως δίμορφε : *quod de diabolo dracone intelligit, cujus cornua ad crucem Christi trahit.*

Omnia symbola profanæ religionis per ordinem suggerantur, ut probemus nequissimum hostem generis humani de sanctis hæc venerandisque prophetarum oraculis ad contaminata furoris sui scelera transtulisse. Invenimus enim et ita dici : ἑλίκερες δίμορφε [e]. Deus iste vester non biformis est, sed multiformis. In multas enim species veteratoris forma mutatur. Ipse est basiliscus et scorpio [f], qui fidelium securis vestigiis premitur [g] (*Luc.* X, 19) : ipse malitiosus anguis, cujus caput quærit decepta mortalitas : ipse tortuosus draco [h], qui hamo ducitur, qui captivus includitur : iste deus vester Lernæi anguis crinibus adornatur [i], videns ut percusso domino morientium anguium turba succedat. Quid sic renascentibus hydris pullulas? quid te fecunda scelerum sobole componis? mortis tuæ viam didicimus, scimus quibus remediis artis tuæ venena vincantur. Christi immortalem sanguinem bibimus, nostro sanguini Christi sanguis adjunctus est. Hoc est salutare remedium scelerum tuorum, quod a dei plebe mortiferum virus excludit. Quis deum istum, quem plangunt, cum cornibus vidit? quæ sunt ista cornua, quæ habere se jactat? Alia sunt cornua, quæ propheta sancto Spiritu annuente commemorat [j], quæ tu, diabole, ad maculatam faciem tuam putas te posse transferre. Unde tibi ornamenta quæris et gloriam? Cornua nihil aliud nisi venerandum signum crucis monstrant [k]. Hujus signi uno extenso ac directo cornu mundus sustentatur, terra constringitur. Et e

duorum [a], quæ per latus vadunt, compagine oriens tangitur, occidens sublevatur, ut sic totus orbis tripartita stabilitate firmatus confixi operis, immortalitatis radicis fundamenta teneantur : hoc secretum nobis venerandum prophetæ oraculum tradidit. Inveniemus enim in Habacuc ita esse perscriptum : *Texit cœlos virtus ejus, et laude ejus plena est terra. Et splendor ejus ut lux erit, cornua in manibus ejus erunt. Et illic constabilita est virtus gloria ejus, et constituet dilectionem suam. Ibit verbum, et præcedet secundum gressus suos* [b] (*Habac.* III, 3-5). En veneranda Crucis cornua, en sanctæ virtutis immortale fastigium, en gloriosi operis divina compago. Tu, Christe, mundum ac terram extensis manibus, tu cœleste sustentas imperium ; tuis immortalibus adhæret humeris salus nostra ; tu, Domine, æternæ vitæ bajulas signum, tu venerando instinctu hoc nobis denuntias per prophetas. Ait enim Esaias : *Ecce natus est nobis filius, imperium super humeros ejus, et vocatum est nomen ejus magnæ cogitationis nuntius* [c] (*Esai.* IX, 6). Hæc sunt Crucis cornua, quibus omnia et sublevantur pariter et continentur. Illis cornibus bene hominum nititur vita. Ut Amalech vinceretur, extensis manibus Moyses hæc imitatus est cornua (*Exod.* XVII, 12) ; ut facilius impetraret, quod magnopere postulabat, crucem sibi fecit ex virga. Ad hæc cornua festina celeritate properate [d], ad hæc cornua humili veneratione confugite. Illis vos affigant cornibus, justitia, æquitas, pudicitia, misericordia, patientia, fides : ut veneranda præferentes insignia, consecrati fontis majestate gaudentes, et sepulturæ Christi participes sitis et vitæ.

CAPUT XXIII.

5. *In Isiacis, de redivivo Osiride* : Θαρρεῖτε, μυσται : *ubi occasione unguenti quo fauces mystarum deliniebantur, de venenato unguento diaboli loquitur.*

Aliud etiam symbolum proponamus [e], ut commine cogitationis scelera revelentur ; cujus totus ordo dicendus est, ut apud omnes constet, diviæ dispositionis legem perversa diaboli esse imitatione corruptam. Nocte quadam simulacrum in lectica supinum ponitur, et per numeros digestis fletibus plangitur. Deinde cum se ficta lamentatione satiaverint, lumen infertur. Tunc a sacerdote omnium, qui flebant, fauces unguntur ; quibus perunctis, sacerdos hoc lento murmure susurrat :

Θαρρεῖτε, μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου,
Ἔσται γὰρ ἡμῖν ἐκ πόνων σωτηρία.

Quid miseros hortaris ut gaudeant ? quid deceptos homines lætari compellis ? quam illis spem, quam salutem funesta persuasione promittis ? quid illos falsa pollicitatione sollicitas ? Dei tui mors nota est, vita non comparet, nec de resurrectione ejus divinum aliquando respondit oraculum [f], nec hominibus se post mortem, ut sibi crederetur, ostendit, nulla hujus operis documenta promisit, nec se hoc facturum esse præcedentibus monstravit exemplis [g]. Idolum sepelis, idolum plangis, idolum de sepultura profers, et miser, cum hæc feceris, gaudes. Tu deum tuum liberas, tu jacentia lapidis membra componis, tu insensibile corrigis saxum. Tibi habeat gratias deus tuus, te paribus remuneret donis, et sui velit esse participem ; sic moriaris ut moritur, sic vivas ut vivit. Nam quod unguento perunguntur fauces, quis non facinus istud despecta vanitate contemnat ? Habet ergo diabolus Christos suos [h], et quia ipse Antichristus est, ad infamiam nominis sui miseros homines scelerata societate perducit. Unguentum hoc

[a] Sic intelligo : *Et e duorum quæ per latus vadunt :* nimirum antennarum crucis, e quibus Christus pependit ; *compagine oriens tangitur, occidens sublevatur :* orientem nimirum et occidentem spectabant ; *ut sic totus orbis, tripartita stabilitate* : stipitis et duarum antennarum ; *firmatus confixi operis :* crucis in terram defixæ ; *immortalitatis radicis fundamenta :* crux dicitur radix immortalitatis ; *teneantur :* rectius vero, *teneant,* id quod sensus postulare videtur.

[b] Plerumque concinit cum Cypr. Testim. II.

[c] Locus memoriter et breviuscule citatus, in ultimis verbis *magnæ cogitationis nuntius ;* conspirat c. Cypriano l. I. Vocem *cogitationis* hi duo soli sunt qui habeant.

[d] Nescio unde hoc Firmicus hauserit. De virga quidem Mosis miraculosa multa fabulantur Thalmudistæ. Hanc Deus Sabbathi vespere creasse et Adamo credidisse traditur, a quo ad Henochum, Noam et Josephum transierit. Post hujus mortem in palatium Pharaonis delatam clam abstulisse Jethronem et in horto suo plantasse ; Mosi autem, cum nomen Dei שם המפורש, illi inscriptum legere potuisset, denique cessisse. Hoc narratur in libro Midrasch Vajoschah. Cum Firmicus de virga unice loquatur, cogitari haud potest de ligno, in quo serpens æneus in deserto suspensus erat, Numer. XXI, 8, 9, cui ab antiquo inde tempore, ut typo Christi (*Joan.* III., 14), crucis forma afficta est. Cf. *Ursprung, Natur und Fortpflanzung einer heiligen Wissenschaft, Schrift und Sprache unter den Stammvatern des Menschengeschlechts, oder Erklarung dunkler Fabeln und Traditionen von Adam, Seth u. s. w.* (Bresl., 1786), p. 136.

[e] Scenicam hanc repræsentationem, qua mortuus lugebatur, carminibusque (*per numeros digestis fletibus*) in tenebris plangebatur, donec accensis luminibus fletus in gaudia mutaretur, in omnibus fere Mysteriis varia forma reperimus. Mortuum enim et in vitam reducem Osiridem atque Adonidem ; mortuum, nescio an in vitam revocatum, Cabirum ; amissam atque denuo inventam Proserpinam in iis lugebant, lætique salutabant. Neque dubium quin in Mithriacis similes ritus celebrati fuerint. *Dei tui mors nota est,* in sequentibus habet Firmicus. Ad hoc igitur, quod Firmici ætate notissimum erat Epiphonema, cujus, quod sciam, solus mentionem facit, referendum puto illud, Θαρρεῖτε, μύσται τοῦ θεοῦ σεσωσμένου, quo ex dei sui, e magnis periculis erepti, salute sibi invicem quoque laborum ærumnarumque finem augurantur.

[f] Ut de resurrectione Christi.

[g] Filiæ Jairi, juvenis Nainitici, Lazari.

[h] In fronte etiam ungebantur sacrorum Mithriacorum mystæ. *Mithras signat in fronte mystas suos,* ait Tertull. de præscript. Hæreticor. c. 40. *Zoegæ* Abhandl. p. 178, *Christos suos,* allusio ad etymon Græcum χρίειν.

reserva morituris, [a] ut quos laqueis tuis ceperis, eos venenato unguento oblitos lugubri ac funesto semper mergas exitio.

CAPUT XXIV.

De unguento loquitur quod Pater Filio tradidit, Filiusque credentibus largitur.

Aliud est unguentum, quod Deus Pater unico tradidit Filio, quod Filius credentibus divina nominis sui majestate largitur. Christi unguentum immortali compositione conficitur, et spiritualibus pigmentorum odoribus temperatur. Hoc unguentum a mortalibus laqueis putres hominum artus exuit, ut, sepulto primo homine, ex eodem statim homine homo alius felicius nascatur. Et ut hoc manifestius explicetur, sacrarum lectionum arcana pandenda sunt. Ait enim David, ut hujus unguenti gratiam traderet : *Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis : propterea benedixit tibi in æternum. Accingere gladium tuum circa femur tuum, potentissime, specie et pulchritudine tua intende, prospere procede, et regna. Propter veritatem et mansuetudinem et justitiam : et deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ acutæ potentissimæ, populi infra te decident in corde inimicorum regis. Sedes tua Deus in sæculum sæculi : virga recta est virga regni tui. Dilexisti justitiam, odisti iniquitatem, propterea unxit te Deus tuus oleo lætitiæ præ consortibus tuis. Myrrha et gutta et casia a vestimentis tuis de ædificiis eburneis, ex quibus te jucunditate affecerunt* [b] (*Psal.*, XLIV, 3-10). Immortalis unguenti secreta pervidimus, et divinæ nobis dispositionis ordo monstratus est. Regnum perpetuum, et cœli diadema domino nostro cum unguenti majestate collatum est. Quis autem hic sit qui regendi orbis accepit potestatem, qui venerandi nominis majestate decoratur, aliud nobis monstrat oraculum; ait enim A is idem David : *Ut quid fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania. Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum et adversus Christum ejus* [c] (*Psal.* II, 1, 2). Quid te sic extollis sacrilega persuasio? quid miseros homines effrenata temeritate circumvenis? unguentum Christi cœli donat imperium, unguentum vestrum gehennæ suscitat flammas.

CAPUT XXV.

Excursu facto de misero hocce profanorum hominum errore graviter monet, et regnum Christo datum hac unctione indicari docet, multis Scripturarum allatis locis ; simul descensum Christum ad inferos tangit.

Sed quod impuro ore sacerdos iste et polluta verB borum contaminatione componit, libet diligenti inquisitione discutere. Liberato Deo suo, bonum animum gerere socios, fiduciam bonæ spei habere persuadet. O quam miseris, quam luctuosis se laqueis involuit caduca calliditas! Quis Deum tuum liberat? cui hoc præstitit, quod laborat? Disce, disce quod nescis, disce quod non vides. Christus filius Dei, ut humanum genus a mortis laqueis liberaret, omnia ista sustinuit, ut captivitatis duræ jugum tolleret, ut hominem patri redderet, ut mitigata offensa hominem cum Deo prospera conciliatione componeret, ut promissæ resurrectionis fructum proprio monstraret exemplo, fecit Filius Dei quod ante promiserat, clausit januas sedis infernæ, et duræ legis necessitatem calcata morte prostravit. Per triduum C recens ita ab eo justorum turba collecta est [d] ne diutius contra eos mortis dominaretur improbitas, ne justorum meritum ex longa desperatione [e] concideret, fregit claustra perpetua, et ferreæ fores, Christo jubente, collapsæ sunt [f] : ecce terra contre-

[a] Hom. Iliad. II 680 : *Apollo mortui Sarpedonis corpus ambrosia unxit.* Plin. H. N. XIII, 1 : *Unguentorum honos et ad defunctos pertinere cœpit.* Minuc. Felix. c. 12. *Reservatis unguenta funeribus.*

[b] In his sacri textus verbis a Cypriano aliisque varie discrepat. Vide Sabaterium, quod ad veteris ecclesiæ sententias attinet. De externa Christi, dum his in terris versabatur adisis forma, quæ nuper hac de re disputavi in libro : *Sinnbilder und Kunstvorstellungen der alten Christen*, II, p. 1 seq.

[c] Initio differt a reliquis, cum Augustino in ps. 1 habens *ut quid*.

[d] Malim *recensita* : melius, si sic distinxeris, omD nia cohærebunt. Agit nimirum de descensu Christi ad inferos I Petri III, 19, *Justorum turba*. Tertullianus de Anima c. 7 : *Quid est autem illud, quod ad inferna transfertur* (anima) *post divortium corporis? quod detinetur? quod in diem judicii reservatur? ad quod et Christus moriens descendit? puto ad animas patriarcharum, si nihil anima sub terris?* Et c. 55 : *Nec ante ascendit in sublimiora cœlorum, quam descendit in inferiora terrarum, ut illic patriarchas et prophetas compotes sui faceret.* Justinus Martyr., Dial. c. Tryphone, p. 220. Jebb. citat Jeremiæ locum deperditum : ἐμνήσθη δὲ Κύριος ὁ Θεὸς ἀπὸ Ισραηλ τῶν κεκοιμημένων ἐπὶ γῆς χώματος, καὶ κατέβη πρὸς αὐτοὺς εὐαγγελίσασθαι αὐτοῖς τὸ σωτήριον αὐτοῦ. Eumdem habet Iren. adv. Hæres. III, 20, 22; IV, c. 33. V, 31. Massuet. Clem. Alex. Strom. VI, 6, p. 762. Evangelium Nicodemi c. 24. seq. Multique alii quos recensitos invenies a Dittelmaiero in Historia dogmatis de descensu Christi ad inferos, et Potii Excursu 3 ad I Petri III, 19, de desc. J. C. ad inferos. Iis vero se adjungit Firmicus, qui negabant Christum omnes ex inferno eduxisse incredulos ad meliorem mentem revocatos (Aug. de hæres. c. 79; Philastrius, hæres. 121) statuebantque, nonnisi *credentes*, qui ex hac vita spe futuri Messiæ discesserint, a Christo exinde liberatos esse. Sic quoque inter Latinos Cassiodorus in ps. XLVIII; Gregorius M. Epist. lib. V, ep. 15. Apud Lactantium et Arnobium hujus dogmatis nulla fit mentio. Ex litibus illud Apollinaristicis de humana Jesu Christi anima insigne accepit momentum. Ad illa quoque tempora referenda videtur altera pars Evangelii Nicodemi, hunc Jesu Christi ad inferos descensum uberrime narrans. Unicum tantum, quod sciam, exstat monumentum ecclesiasticum ex media ætate, in quo descensus Christi ad inferos spectandus proponitur. Est vero hoc Bulla plumbea Alberti patriarchæ Hierosolymitani (1204-1214) in cujus aversa Christus animam solutis vinculis ex inferis reducit, comitante et plaudente altera; adstant duæ figuræ coronatæ, regis puto et reginæ Hierosolymorum. Epigraphe est H ANACTACIC. In adversa legitur : † ALBERTVS IEROSOLIMITANVS PATRIARCHA. Edidi hanc Bullam in Commentat. altera de numis Francorum in Oriente, Actis Soc. R. Scientiarum Danicæ Ann. 1821 inserta.

[e] Quod J. C. adventum frustra exspectassent.

[f] Oratio a Thaddæo Edessæ habita ap. Euseb. H, E. I, c. 13.... καὶ πῶς (ὁ Χριστὸς) ἐστανρώθη, καὶ κατέβη εἰς τὸν ᾅδην, καὶ διέσχισε φραγμὸν τὸν

muit, et, fundamentorum suorum stabilitate concussa, præsentis Christi numen agnovit. Ante præfinitum tempus præcipitat diem mundi rotata vertigo; et sol non completo diurnarum horarum spatio properato cursu vergit in noctem (*Luc.* XXIII, 44). Ecce veli fastigia summa finduntur, et obscurioribus tenebris orbem terrarum caligo noctis abscondit (*Matth.* XVII, 51). Omnia elementa, Christo pugnante, turbata sunt, tunc scilicet cum primum contra mortis tyrannidem humanum corpus armavit. Per triduum ista conflictatione pugnatum est, quamdiu mors superatis malitiæ suæ viribus frangeretur. Quid solita impatientia, homo religiose, homo Christi, desperas et deficis. Tridui moram non fers, sollicitudinem ac desperationem tuam novis precibus confiteris? Hoc te facturum esse illo die Spiritus sanctus veneranda voce significat, cum per David dicit: *Æstimati sumus sicut oves occisionis. Exsurge, quare obdormis, Domine? exsurge et ne disperdas usque in finem. Quare faciem tuam avertis? obliviseris inopiam nostram et tribulationem: quoniam humiliata est in pulvere anima nostra, hæsit in terra venter noster. Exsurge, Domine, opem fer nobis, et libera nos propter nomen tuum* [a] (*Psal.* XLIII, 22-26). Ecce post triduum lucidior solito dies oritur, et reddita soli præteriti luminis gratia. Omnipotens Deus Christus splendidioribus solis radiis adoratur. Exsultat salutare numen, et triumphales currus ejus justorum ac sanctorum turba comitatur. Tunc elato gaudio clamat elata mortalitas: *Ubi est, mors, aculeus tuus* (I *Cor.* XV, 56)? Tunc præcurrens salutare numen aperiri sibi cœlestes januas præcipit. Aperite, aperite, et immortalia claustra convellite. Christus Deus, calcata morte, ad cœlum hominem quem susceperat [b] revocat. Hoc a venerando propheta sancta voce præcanitur, et ex ore prophetico vox jubentis auditur; ait enim Spiritus sanctus, ut nobis potentiam Christi jubentis ostenderet: *Tollite portas, principes, vestras, et extollite, portæ æternales, et introibit rex gloriæ* [c] (*Psal.* XXIV, 7). Hoc angelis nescientibus imperatur; neque enim scire potuerunt, quando verbum Dei descendit ad terram; ideo et ipsi sollicita interrogatione respondent: *Quis est iste rex gloriæ* [d] (*Ibid.* 8)? Quibus quærentibus perspicua Christus numinis sui majestate respondit: *Dominus fortis et potens, Dominus potens in prælio* [e]. Cognoscitur statim a custodibus cœli Filius Dei, et quidquid illos ante fefellit, agnoscunt. Vident prostrati hostis exuvias, et recordati primæ dispositionis ordinem, etiam ipsi cum ascendentibus iterata pariter voce conclamant: *Tollite portas qui præestis illis* [f] (*Ibid.*, 9), *et extollite vos, portæ æternæ, et introibit rex gloriæ.* Reverso Filio promissa Pater regni sceptra restituit, et sellam regni æqua potestate concedit, ut imperet, ut regnet, ut teneat [g], ut perpetua numinis sui majestate dominetur. Audi quid de illo Danielem Spiritus sanctus jusserit dicere: *Videbam in visu nocte, et ecce in nubibus cœli quasi Filius hominis veniens, venit usque ad veterem dierum, et stetit in conspectu ejus, et qui assistebant obtulerunt eum. Et data est ei potestas regia, et omnes reges terræ et regnum et omnis claritas servivit ei. Et potestas ejus æterna, quæ non auferetur, et regnum ejus non corrumpetur* [h] (*Dan.* VII, 13, 14). Hæc eadem nobis sancta revelatione monstrantur; invenimus enim in Apocalypsi ita esse perscriptum: *Et conversus respexi, ut viderem vocem, quæ mecum loquebatur; et vidi septem candelabra aurea, et in medio candelabrorum similem Filio hominis vestitum podere* [i], *et erat præcinctus supra mammas zona aurea. Caput autem ejus et capilli erant albi, velut lana alba ut nix, oculi ejus ut flamma ignis, et pedes ejus similes aurichalco, sicut de fornace ignea, et vox ejus, ut sonus aquarum multarum: et habebat in dextera sua septem stellas, et ex ore ejus gladius ex utroque acutus; et facies ejus splendebat, ut sol in virtute sua. Et cum vidissem, cecidi ad pedes ejus tamquam mortuus. Et imposuit dexteram suam super me dicens: Noli timere, ego sum primus et novissimus, et vivus, qui fueram mortuus; et ecce sum vivens in sæcula sæculorum, et habeo claves mortis et inferorum* [j] (*Apoc.* I, 12-18). Post resurrectionem etiam, cum discipulis suis daret

ἀπ' αἰῶνος μὴ σχισθέντα. etc. Evang. Nicodemi, c. 21: *Hæc autem audientes omnes Sancti ab Esaia, dixerunt ad principem inferorum, Aperi nunc portas tuas et vectes ferreos submove, quoniam victus eris et nullius potentiæ.* Euseb. Dem. Evang. IV, 12: Τὰς δὲ ἐξ αἰῶνος πύλας τῶν σκοτίων μυχῶν διαῤῥήγνυς. Athanas. in passione et cruce Domini: Εἶτα ἐκβληθεὶς ὁ ἅθλιος ἀπὸ τοῦ ἅδου, καθήμενος παρὰ τὰς πύλας θεορεῖ ἐξαγομένους πάντας τοὺς πεπεδημένους, τῇ τοῦ Σωτῆρος ἀνδρείᾳ. Proclus hom. in Dominic. passionem: Σήμερον πύλας χαλκᾶς συνέτριψε καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν ὁ καταποθεὶς ὡσ, ψιλὸς νεκρούς, καὶ πυρπολήσας ὡς θεὸς λόγος.

[a] Parum differt a textu Sabateriano.

[b] Tertull. adv. Praxeam c. 16: *Susceperus* (Filius Dei) *etiam ipsas substantias hominum, carnem et animam.* Sed *assumere* quoque usurpatur a Firmico c. 26. Sic etiam Novatianus de Trinitate, c. 19: *Legitimus Dei Filius sanctum illud ex Maria natum assumit*; et Hilarius de Trinitate lib. X, c. 15: *Si tantum ex Virgine assumpsisset corpus, assumpsisset quoque animum ex eadem*; et lib. XI, c. 13: *Servi formam assumpsit.* Et *induere* Tertull. adv. Praxeam, c. 27: *Quando Sermo caro factus est..... an indutus carnem? Immo indutus*; et de *Carne* Christi cap. 11: ... *Carnem Spiritu sancto cooperante induitur.*

[c] Alii, *principis vestri. Ves tras* habent Tertull. adv. Gnosticos, Cassiodorus, Cypr. Test. lib. II.

[d] Cypr. Test. lib. II, *rex claritatis.*

[e] Ut textus Sabat. Eadem psalmi verba habet Evangelium Nicodemi in narratione de descensu Christi ad inferos c. 21.

[f] Hoc, *qui præestis illis*, solus Firmicus habet.

[g] Alterutrum superfluum videtur; fortasse melius: ut imperet, ut regnum teneat. Vow.

[h] Justinus M. in Dialogo p. 87, ab Hebraico æque ac Græco τῶν Ο' textu recedens, Tertullianum c. Jud. c. 14, Cyprianum atque Firmicum, secum traxit. Vers. 15, ut ap. Cypr. Testim. II, qui tamen habet *et qui assistebant ei.* Vers. 14 parum differt, habet enim *per genus, et omnis claritas serviet ei.*

[i] Ἐνδεδυμένον ποδήρη. Poderis, tunica corpori adstricta usque ad pedes descendens juxta Isidorum XIX, 21, legitur ap. Tertull. adv. Judæos c. 11, ex versione Antehieronym. Ezechielis IX, 2.

[j] Minutiis exceptis, consentit Firmicus cum textu Sabateriano et cum Cypr. Testim. II.

certa mandata, immortalium mandatorum ordinem ista lege conclusit : *Data est mihi omnis potestas in cœlo et in terra. Ite ergo et docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti, docentes eos observare omnia, quæcumque præcepi vobis* (*Matth.* XXVIII, 18, 19). Quod autem Deus Pater, participem cum regni faciens, regalis sellæ ei concesserit sedes, hoc docetur oraculo : *Dixit Dominus Domino meo, sede a dextris meis, quoadusque ponam inimicos tuos suppedaneum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion, dominaberis in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tuæ, in claritate sanctorum, et ex utero ante luciferum genui te. Juravit Dominus, nec pœnitebit eum* [a] (*Psal.* CIX, 1, 4). Illi sunt inimici Dei, sacratissimi imperatores, qui veritatis ordinem contraria lege conturbant, qui perversæ cupiditatis instinctu sacrilega vota concipiunt, qui profanæ mentis furore aut lignum semper venerantur aut lapidem. In isto loco positi ordinem debemus sanctæ dispositionis aperire : ut quidquid nobis investigantibus sanctum Dei verbum prophetica tradidit disciplina, ad refutandas profani erroris maculas specialiter explicetur, ne.... [b] sicut nos diximus, commenti sunt [c], qui sacrilegia errantibus tradiderunt. Sic a nobis ordo veritatis curiosius requiratur. Suspensis itaque paululum cæteris, ad hæc [d] explicanda, quæ vera sunt, transferatur oratio.

CAPUT XXVI.

Breviter Ecclesiæ de Christo cum Adamo comparato dogma exponit; quidquid Adamus perdidisset, eum, e Maria Virgine natum, invenisse. Redit in viam.

Vos, domini imperatores, sanctarum aurium vestrarum mihi commodate patientiam [e], ut totum clementiæ vestræ, quod promittimus, explicemus. Cur Deus, id est, Filius Dei, homo passus est fieri, brevi ac vera pietati vestræ ratione monstrabitur. Cum hominem primum, id est, Adam, ad imaginem suam Deus faceret (*Gen.* II, 27), certam illi mandatorum dedit legem. Is per feminam, id est, Evam deceptus, diaboli persuasionibus, promissæ sibi gloriæ perdidit dignitatem. Lignum erat in paradiso [f], quo promissorum a Deo præmiorum perdidit gratiam. De virginis terræ limo homo factus est : nondum enim, ut alt Scriptura, supra terram pluerat. Hic contemptis mandatis Dei, humanum genus mortalitatis laqueis affixit. Oportebat hoc totum et reformari et corrigi, et reformatio originis debuit reformare primordia. Ex virginis terræ limo factus Adam prævaricatione propria promissam perdidit vitam. Per virginem Mariam ac Spiritum sanctum Christus natus, et immortalitatem accepit et regnum. Arbor ligni pestiferum deceptis pabulum præbuit [g] : lignum crucis vitam immortali compage restituit. Contempsit Adam, obedivit Deo Christus. Sic divina dispositione quidquid Adam perdidit Christus invenit. Nam post multa tempora novissimis temporum spatiis (id est, novissima pene sæculorum hebdomade) Verbum Dei humano se miscuit corpori [h], ut hominem liberaret, ut mortem vinceret, ut fragilitatem humani corporis cum divina immortalitate conjungeret. Quid enim faceret tanta turba sanctorum? quæ illis spes salutis? quod meritorum præmium, si sub una eademque conditione sortis ineluctabilibus mortalitatis laqueis etiam ipsa obligata teneretur? Nihil Abel, nihil Enoch, nihil Noe, nihil Sem, nihil Abraham, nihil Isaac, nihil Jacob de Dei sibi misericordia ac majestate promitterent : irent etiam ipsi post tantum fidei meritum cum cæteris omnibus pariter addictis, et omnes Dei sanctos unum mortis exitium exciperet, nec haberet apud Deum præmium pietas, si una eademque omnes conditio mortis hauriret. Sed Deus Abrahæ clarius a cœli sideribus promiserat regnum: ideo ex genere Abrahæ descendens Maria virgo Deum concipit, ut supradictorum hominum soboles immortalis societatis vinculo jungeretur, et sic humanum genus per hominem pariter et Deum æquata societatis comparatione conjunctum, ad immortalitatis imperium obedientiæ merito perveniret. Quia itaque, sacratissimi imperatores, curiosis auribus satisfecimus, reliqua prosequamur, ut vel sic pollutarum aurium sordes purificans possit sermo purgare.

CAPUT XXVII.

Ultimum Mithriacorum initiorum symbolum, Ταῦρος δράκοντος, καὶ δρακων ταύρου πατὴρ, *exponit. Serpentis meminit, Protoplastorum seductoris, funestique ejus cultus, draconemque eo die percussum esse, quo Christus apparuerit.*

Sequitur adhuc aliud symbolum [i], quod pro magno miserorum hominum credulis auribus traditur: Ταῦρος δράκοντος, καὶ δράκων ταύρου πατήρ [i]. Aliquando nobis signa, diabole, maculati nominis prodidisti, aliquando infame nomen propria voce confessus es. Scio qui fueris, quid ausus sis, scio quid fecerit scelerum tuorum malitiosa persuasio. Hoc erat, quod Evæ, cum eam perderes, magnopere

[a] Plerumque concinit cum Cypriano Testim. lib. II, excepto Vers. 3, ubi hic habet lectionem Sabaterianam : *in splendoribus sanctorum.*

[b] Excidere paucula.

[c] Lege *commentiti sunt*. Commentior pro mentior occurrit apud Apuleium Apol. p. 314. Lignum a me toto oppido quæsitum non piguit vos commentiri.

[d] In editionibus legitur *adhæc*.

[e] Lactant. I, 1, *audiendi patientiam commodare*; et apud Arnobium, *commodare aures*, I, 6, IV, 33, VII, 33, *commodare assensum*, I, 54, VII, 25. — *Sanctarum*. Sacratissimi quoque ab illius ætatis scriptoribus vocantur imperatores.

[f] Arbor scientiæ. Genes. III, 3.

[g] Mortem.

[h] Arnob. I, 60 : *Assumpsit igitur hominis formam, et sub nostri generis similitudine potentiam suam clausit, ut videri posset et conspici, verba faceret et doceret, atque omnes exsequeretur res, propter quas in mundum venerat faciendas, summi regis imperio et dispositione servatis.* Lactant. IV, 10 et 12 ; Augustinus de C. D. X, 29; aliique ap. Elmenhorst. observat. in Arnobium p. 56. Confer. quoque c. 25.

[i] Ex mysteriis Sabaziis.

[i] Clem. Alex. Proptrept. c. 2, p. 15 : Φησί τις ποιητὴς εἰδωλικὸς, ταῦρος πατὴρ δράκοντος καὶ πατὴρ ταύρου δράκων. Arnob. V, 21. *Auctorem aliquis desiderabit rei, tum illum citabimus Tarentinum notumque*

pollicebaris, cum ei diceres : *Eritis quasi Dii* (*Gen.* III, 5). Tunc parabas tibi ac tuis templa, et delubra faciebas, et venenati oris illuviem nefariis cerimoniis consecrabas. Serpis in templis, et occisarum hostiarum misero pasceris sanguine. Nec venenis tuis cruor defuit, nec semiustæ [a] crematorum corporum partes, humanarum te etiam victimarum frequenter sanguine cruentasti. Et satiaris [b] templi cruore, vel ara Carthaginis [c] rabies tua et siccarum faucium venena nutrita sunt. Tu hæc faciens hominibus te miseris prodesse jactas, ut crudelitate tua perimas, persuasione decipias, pollicitatione prosternas. Sic tuis prospicis, parricida. Fugite, o miseri homines, fugite, et contagionem istam quantacumque potestis celeritate deserite. Draco est, qui colitur. Latere non potest, proprietatem nominis sui ipse confessus est. Confessum reum pœna consequitur. Audite quid sanctus propheta divina instigatione denuntiet. Oraculum hoc Esaiæ nobis fides tradidit, ait enim : *In illa die superinducet Deus gladium, sanctum et magnum et fortem super draconem, serpentem magnum, et tortuosum, et interficiet draconem* [d] (*Esai.* XXVII, 1). Voluntas Dei perfectio operis substantia est [e]. Bene draconis lata sententia est : quidquid Deus dixit factum est : morituri draconis hoc solatium est, ut exitium suum frequens perditorum turba comitetur. Si mortis ejus dies quæritur, tunc percussus est, cum hominem Deum vidit, cumque nobis Christi numen apparuit. Post illum diem, qui serpentis hujus secutus fuerit institutum, necesse est ut cum serpente moriatur. Deos istos, quos colitis, ipse finxit, ipse composuit [f]. Si pernaces animi vestri in isto errore permanserint, ardebitis etiam vos pariter cum diis vestris, ut quidquid auctores vestri divina animadversione meruerunt, etiam ad vestrum exitium hoc societatis consortio transferatur. Mihi credite, nihil prætermisit diabolus, quod hominem miserum aut debilitaret aut perderet : ideo sese in omnes formas multiplici diversitate convertit, ideo se diversi generis calliditate composuit, ut variis ac multiplicibus fraudibus homines irretitos interimeret.

CAPUT XXVIII.

Draconem fictorum numinum auctorem dicit, sacrorumque suorum per lignum instaurationem semper curasse. Ligni hinc in sacris idolorum abusum exemplis paucis ex sacris Phrygiis, Osiridis et Proserpinæ petitis notat ; Crucis deinde ordinem expositurus, novi Testamenti affert, quos prisca Ecclesia atque illud ævum de cruce interpretabatur. Atque ita expositis et refutatis præcipuis, quæ in cultu idolorum tum temporis viguere, symbolis signisque, ut imperatores, ad quos hoc scripsit, eo confidentius ad idola eorumque sacra penitus delenda accederent, sententias colligit.

Sacra sua perditus carnifex [g] pro nefas, per lignum semper renovari disposuit, [h] ut, quia sciebat ita fore [i], ut ligno crucis affixa vita hominis perpetuæ immortalitatis compagine stringeretur, ideo pertituros homines ex ligni imitatione deciperet. In sacris Phrygiis, quæ Matris deum dicunt, per annos singulos arbor pinea cæditur, et in media arbore simulacrum juvenis subligatur [j]. In Isiacis sacris de pinea arbore cæditur truncus [l] : hujus trunci media pars subtiliter excavatur [k] illis

scnarium, quem antiquitas canit, dicens : Taurus draconem genuit, et taurum draco ; ubi fabulæ originem refert, Jovem sub dracone latentem Persephonen vitiasse. Poetam Tarentinum (haud *tritum*, ut Meursio placuit) fuisse Rhintonem Comicum, suspicatur Heraldus. Vid. Orellii annotatt. in Arnob. V, 21. Cf. Creuzerum, III, 361 ; Sancta-Crucium, II, p. 96.

[a] Ita restituit Wowerus mendosam ed. princ. lectionem. *Nec se injusto sanguine cruentasti.* Respicit, ut in sequentibus, hostias humanas.

[b] Omnino emendandum : *et Latiaris.* Porphyr. de abstin. : ἀλλ' ἔτι καὶ νῦν τις ἀγνοεῖ κατὰ τὴν μεγάλην πόλιν τὴν τοῦ Λατιαρίου Διὸς ἑορτὴν σφαζόμενον ἄνθρωπον. De Latiari Jove vid. Justin. M. Apol. II, c. 12 ; Theoph. ad Autolyc. III, c. 6 ; Tatianum c. 46 ; Minuc. Felicem c. 21, 30 ; Tertull. Apologet. c. II, de Spectaculis c. 6, adv. Gnosticos c. 7 ; Lactant. I, c. 2 ; Athanas. κατὰ Ἑλλ. c. 25 ; Rycquium de Capitolio c. 25 ; et Valesii notas ad Eusebii orationem de laudibus Constant. M., p. 264. Optandum sane foret, ut vir aliquis doctus historiam sacrificiorum humanorum ab initiis inde usque ad religionis Christianæ victoriam enarraret : longum quidem opus et tædii plenum ; sed qui bene absolvet, egregie de historia religionum prisci orbis merebitur.

[c] Ennii versus celeberrimus :

Pœnei sunt solitei sos sacrificare puellos.

Justin. Martyr. Apol. II, p. 128. Athenag. legat. c. 23. Vide quæ de hac superstitione copiose disputavimus in lib. de religione Carthaginensium p. 17, seq.

[d] Firmicus differt a lectione Sabateriana ex Hieronymo in Esaiam c. 27, hausta, nec cum aliis codd. consentit.

[e] Forte *perfectio operis sub instantia est.* Wow.

[f] Ex perpetua Patrum assertione, omnem idololatriam esse inventum diaboli et dæmonum.

[g] Diabolus.

[h] Quemadmodum nimirum per lignum, fructum arboris prohibitæ, protoplastos seduxerat.

[i] Forte *ut qui sciebat, vel quia sciebat ita fore.* Justin. Martyr. Apol. I, p. 82.

[j] Arnobius. V, 39 : *Pinus illa, solemniter quæ in Matris infertur sanctum deæ, nonne illius imago est arboris, sub qua sibi Attis virum demessis genitalibus abstulit, et quam memorant Divam in solatium sui consecravisse mœroris?* Lib. V, c, 16 : *Quid sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in deum Matris intermittitis sanctuario? Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens adolescentulus manus intulit?* et paulo post : *Quid compti violaceis coronis et redimiti arboris ramuli? Nonne illud indicant, uti mater primigeniis floribus adornaverit pinum, miserabilis indicem testimoniumque mœroris?* Hoc fiebat die XI kal. April., ut notatum in Kalendario Romano Constantini M. ad hunc diem (Orell. ad V. 16). Cf. quoque Zœga Abhandl., p. 179. Attin in pinum mutatum fuisse tradit Ovid., Metamorph. X, 104. Servius autem eum ad radices hujus arboris a sacerdotibus Rheæ inventum mutilatumque in templum deæ portatum fuisse, ubi exspiraverit (ad Æneid. IX, 114). Est vero fabula Osiridis et Typhonis repetita. Cf. Santa-Crucium I, 85. Statuam Attidis in arbore suspensam commemorat Plinius H. N. XVI, c. 10, sect. 15. Vide Creuzerum, II p. 38 seq., 53, 108. *Pinus imago fugæ et interitus.* Creuzer. I, 117.

[k] Haud dubie loquitur de recentioribus Isiacis.

de segminibus [a] factum idolum Osiridis sepelitur. In Proserpinæ sacris cæsa arbor in effigiem virginis formamque componitur [b], et cum intra civitatem fuerit illata, quadraginta noctibus plangitur, quadragesima vero nocte comburitur. Sed et illa alia ligna, quæ dixi, similis flamma consumit; nam etiam post annum ipsorum lignorum rogum flamma depascitur [c]. Errasti miser, et vehementer errasti, nihil tibi poterit ignis iste prodesse, frustra tibi ex ista flamma blandiris, hunc ignem commentis tuis semper renovans. Ignis, qui de facinoribus tuis exigit pœnas, perpetua tormentorum continuatione grassatur. Divini ac liberantis ligni ordinem disce, ut scias nulla tibi posse ratione succurri. De cataclysmo humanum genus arca lignea liberavit (*Gen.* VII, VIII). Deinde Abraham ligna unici filii humeris imponit (*Gen.* XXII 6). De Ægypto recedentem populum Dei plebem lignea virga protexit (*Exod*, XIV, 21, 26). Lignum dulcem saporem amaræ myrrhæ fontibus reddidit (*Exod.* XV, 25). Lignea virga ex spirituali petra salutaris unda profertur (*Exod.* XVII, 6; I *Cor.* X, 4). Et, ut Amalech vinceretur, circa virgam Moyses expansis manibus extenditur [d] (*Exod.* XVII, 11, 12). Scalæ ligneæ patriarcha incumbentem angelum somniat, et per eamdem alios ascendere, alios cernit descendere [e] *Gen.* XXVIII, 12). Et lex Dei arcæ ligneæ creditur (*Exod.* XL, 20). ut his omnibus, quasi per gradus quosdam, ad lignum crucis salus hominum perveniret. Quapropter lignum crucis cœli sustinet machinam, terræ fundamenta corroborat, affixos sibi homines ducit ad vitam. Lignum diaboli ardet semper et moritur, et ad ima tartari credentes homines cum favillis suis ducit. Illud etiam quale sit ratione tractetur. Arborem suam diabolus consecrans, intempesta nocte arietem in cæsæ arboris facit radicibus immolari [f]. Quis tibi hoc scelerate persuasit? unde hoc pestifera cupiditate didicisti? Semperne te contra Dominum summum nefaria cupiditate componis? ideo te de cœlo severum divinitatis judicium caduca humilitate præcipitat, ideo tibi Dei sententia perpetua pœna decernitur, quod facinoribus tuis per dies singulos novum semper additur facinus, quod hominem Dei fraudulenta conaris persuasione decipere. Vide quid sibi ludibriosus hostis invenerit.

Abrahæ immolaturo filium jussu Dei aries supponitur, et in vicinæ arboris radicibus alligatur (*Gen.* XXII, 13). Liberaturus Deus summus ex Ægyptiorum tyrannide plebem suam, arietem nocte jussit occidi, et sanguine ejus postes liniri præcepit. [g] Ipsum a certo numero hominum per nocturnas epulas confici jubet, et sacrificio ipsi Paschæ nomen imponit. Sed hoc ad imaginem futurorum providentia divinæ majestatis invenit, ut per signum verum Pascha nobis ostenderet. Ideo cum de passione Domini nostri divino Spiritu jubente Propheta præcaneret, ait : *Sicut ovis ad victimam ductus est, sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ei sublatum est. Nativitatem ejus quis enarravit? quoniam auferetur a terra vita ejus* [h]. (*Esai.* LIII, 7, 8). Alius etiam propheta hæc eadem simili respondit oraculo : *Domine, significa mihi, et cognoscam ; tunc vidi meditationes eorum. Ego sicut agnus sine malitia perductus sum ad victimam. In me cogitaverunt cogitatum dicentes : Venite : mittamus lignum in panem ejus, et eradamus a terra vitam ejus* [i] (*Jerem.* XVIII, 18, 19). Agnum autem appellari Dominum nostrum, sancta nobis revelatione monstratur. In Apocalypsi enim ita invenimus esse perscriptum : *Et vidi in medio throni et quatuor animalium et in medio seniorum agnum stantem, quasi occisum, habentem cornua septem, et oculos septem, qui sunt septem spiritus Dei missi per orbem terræ. Et venit et accepit librum de dextra sedentis in throno. Et cum accepisset librum, quatuor animalia et viginti quatuor seniores prostraverunt se ante agnum, habentes singuli aureas citharas plenas odoramentis supplicationum, quæ erant orationes sanctorum, et cantaverunt novum canticum dicentes : Dignus es accipere librum, et aperire signa ejus, quoniam occisus es, et redemisti nos Deo sanguine tuo ex omni tribu et lingua et populo et natione, et nos regnum Deo nostro sacerdotesque fecisti, et regnabimus super terram* [j]. Joannes quoque Filium Dei agni nomine appellat, ut et ipse propheticæ pollicitationi respondeat; ait enim in Evangelio : *Altero die videt Joannes Jesum venientem ad se et ait : Ecce agnus Dei, ecce qui aufert peccata mundi.* (I, 35, 36) [k] Pro salute hominum agni istius venerandus sanguis effunditur, ut sanctos suos Filius Dei profusione pretiosi sanguinis redimat : ut qui Christi

Nescio an alius scriptor hujus ritus mentionem faciat. Vide tamen Plutarch. de Iside et Osiride c. 42.

[a] Recte emendavit Wowerus lectionem edit. principis *illis de seminibus*. Vide Plutarch. de Iside et Osiride c. 21.

[b] Nescio an alius auctor hujus ritus mentionem faciat. Video quidem Santa-Crucium, I, p. 157, Tatianum c. 16 allegare, qui vero de Rhea agit; atque Arnobii locos mox citatos de Matre deum loquentes. Qua de re Silvester Sacyus lectores quoque admonet. Laudare sane Santa-Crucius debuisset Firmicum, unicum, ut videtur, hujus narrationis fontem. Paucula affert Creuzerus, IV, 453.

[c] Itaque absoluto anno, cum festi dies redirent, tria hæc simulacra a sacerdotibus cremabantur.

[d] De virga nil habet sacer textus, neque interpp. Latini.

[e] De *lignea* scala in somno visa ne verbum quidem habet Moses, neque interp. Latini.

[f] De pino haud dubie loquitur; in quibus vero mysteriis, reticet. Nec aliunde notus videtur hic ritus.

[g] Agnum paschalem (*Exodi* XII, 4 *seq.*).

[h] Parum differt a textu Sabateriano. Vers. 8 convenit fere cum Cypr. Test. lib. II, usque ad verba quæ in Cypriano desiderantur.

[i] Plane conspirat cum Cypriani Testim. libro II.

[j] Eadem pauculis exceptis habet quæ Cyprianus, in eo quoque cum eo conspirans, quod vers. 8 habet, aureas citharas plenas odoramentis supplicationum, omissis verbis intermediis, *et phialas aureas*.

[k] Memoriter citatum.

sanguine liberantur, majestate prius immortali sanguinis consecrentur. Neminem apud idola profusus sanguis juverit. Et ne cruor pecudum miseros homines aut decipiat aut perdat : polluit sanguis iste, non redimit, et per varios casus homines premit in mortem. Miseri sunt, qui profusione sacrilegi sanguinis cruentantur. Tauribolium vel Criobolium scelerata te sanguinis labe perfundit [a].

CAPUT XXIX.

Sententias colligit ex sacro Codice quæ vanitatem idolorum testantur, de prospero et florente R. P. statu iis regnantibus deque maxime instanti impietatis Ethnicæ pœna monet.

Laventur itaque sordes istæ, quas colligis. Quære fontes ingenuos, quære puros liquores, ut illic te post multas maculas cum Spiritu sancto Christi sanguis incandidet (*Apoc.* VII, 14). Ut autem miseros homines ad sanam mentem revocet plena persuasio, majore auctoritate opus est, ut, curatis ac sanatis mentibus, nullum præcedentis pestilentiæ vestigium relinquatur. Quid itaque sint idola, vel quam habeant substantiam, prophetarum oraculis ac divina voce monstratum est, quæ omnia specialiter dicenda sunt, ut hoc non nostra temeritate prolatum, sed divino magisterio nobis traditum, et cœlesti agnoscatur voce signatum. Quæ sit substantia ejus, sapientiæ veneranda voce monstratur; ait enim in libris Salomonis : *Omnia idola nationum æstimaverant deos, quibus neque oculorum visus est ad videndum, neque nares ad percipiendum spiritum, neque aures ad audiendum, neque digiti manuum ad tractandum. Sed et pedes eorum pigri ad ambulandum. Homo enim fecit illos, et qui spiritum mutuatus est finxit illos. Nemo autem sibi hominum poterit Deum formare : cum sit enim mortalis, mortuum fingit manibus iniquis. Melior est autem his quos colit, quoniam quidem ipse vixit, illi numquam* [b] (*Sap.* XV, 15, 16) : Quid amplius quærimus? sapientia nos divina voce convenit, et quidquid in arcanis Dei viderat docuit, et quod erat salubre, monstravit, ne fragilis et caduca mortalitas in exitium suum mortemque properaret. Hoc idem in Psalmis præmonet Spiritus sanctus. Invenimus enim in psalmo CXXXIV, ita esse perscriptum : *Idola gentium argentum et aurum, opus manuum hominum. Os habent et non loquuntur, oculos habent et non vident, aures habent et non audiunt. Neque enim est spiritus in ore ipsorum, similes sunt illis qui faciunt ea* [c] (*Psal.* CXXXIV, 15-17). Si artifex, qui ad ostentationem ingenti simulacrum aut sculpsit, aut fudit, divina maledicti animadversione percutitur, quid sperare debeat considerandum est, qui quod alter vendidit, Deum dicit. Hieremias etiam, cum præcepta Deo jubente plebi daret, hac populum oratione convenit : *Dicite autem in corde vestro, tibi oportet adorare, Domine. Angelus autem meus vobiscum est, legem autem exquiram ab animabus vestris. Lingua eorum polita fabro, ipsa etiam inaurata et inargentata falsa sunt, et non possunt loqui : et sicut virgini hortatu amantis accepto auro fabricati sunt coronas supra capita Deorum suorum. Et aufert quando subtrahent sacerdotes a Diis suis aurum et argentum, et erogabunt illud in semetipsos. Dabunt etiam ex ipso et prostitutis meretricibus, ornabuntque illos ut homines vestimentis, deos argenteos et aureos et ligneos* (*Baruch.* VI., 5-10).

Addit etiam in sequentibus, ut omnem dubitationem trepidationis excutiat : *Supra corpus ejus et caput volitant noctua et hirundines et aves similiter. Unde scietis quia non sunt dii. Non ergo timueritis eos. Aurum est, quod circa se habent ad speciem ; nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebit. Neque enim cum conflabuntur sentient, pretio empti sunt in quibus Spiritus non est, sine pedibus in humeris portantur* (*Ibid.* 21-24). Addit etiam ut confirmata mens fortius roboretur : *Scientes itaque ex his quia non sunt dii, ne timueritis eos* (*Ibid.*, 28). Et ut sacerdotum eorum miserum dedecus monstret, addit : *In domibus eorum sacerdotes sedent, habentes tunicas scissas et capita et barbas rasas, quorum capita nuda sunt. Rugiunt autem clamantes contra deos suos, sicut in gehenna mortui* (*Ibid.*, 30, 31). Quod autem et reges et gentes hæc de ipsis pronuntiaturi sunt, is idem propheta præsaga voce significat; ait enim : *Scietur postea, quia falsa sunt, gentibus universis et regibus ; quia manifestum est, quod non sunt dii, et nullum Dei opus sit ipsis. Regem regioni non suscitabunt, neque pluviam hominibus dabunt. Judicium quo-*

[a] *Taurobolium vel Criobolium.* Tarobolium, Criobolium et Æmobolium, lustrationes per sanguinem victimarum quo mysta perfundebatur, quæ in Occidentem Romanum Antonini Pii et successorum ætate introductæ sunt, proprie pertinebant ad mysteria Matris deum, et componebantur cum baptismo Christiano, ita ut qui iis lustratus esset, *renatus* diceretur, verbumque *percipere* apud Christianos de baptismo usurpatum de hisce lustrationibus adhiberetur. Sed non semel, sed sæpius hocce regenerationis balneum iterabatur. Totus ritus describitur a Prudentio Hymn. de Romano Martyre. Ex Inscriptionibus quæ eum commemorant et quas collectas invenies in Fleetwoodii Sylloge Inscriptionum p. 12-18, *illam, quam* Wowerus jam ad Firmicum illustrandum adhibuerat, *seligo* : DIS MAGNIS MATRI DEVM ET ATTIDI SEXTILIVS AGESILAVS AEDISIVS V. C CAVSARVM NON IGNOBILIS AFRICANI TRIBVNALIS ORATOR TAVROBOLIO CRIOBOLIOQVE IN AETERNVM (in longum tempus) RENATVS ARAM SACRAVIT D. D. N. N. VALENTE V ET VALENTINIANO TVN. AVGG. CONSS. Æmobolium in una tantummodo inscriptione legitur : CRIOBOLIVM ET AEMOBOLIVM MOVIT DE SVO PETRONIVS MARCELLUS SACERDOS VIRAL. DEC. VIR. PRIMO ET IVSTO (ap. Lucam Camaram de Teate antiquo ; Rom., 1651 ; et in Zorni Bibl. Antiq. Exeget. p. 1080). De Taurobolio universe vide eruditam dissertat. Nathan. Frid. Kautsch. de Taurobolio ; Lips. 1758 ; Cranzerum, II, 59, IV, 347 ; et Zœgam Abhandl., p. 141.

[b] Concordat plerumque cum Cypriano.

[c] Ut ap. Cyprianum ; omittit vero additamentum in Psalterio Romano, et sequitur textum Hebraicum.

que non discernent, neque regionem liberabunt ab injuria, quia nihil possunt. Et cum inciderit in domo deorum ligneorum et inauratorum et inargentatorum ignis, sacerdotes illorum liberabuntur : ipsi autem sicut trabes in medio comburentur. Regi autem et bello non resistent; quomodo existimandum est vel recipiendum, quia sunt dii ? Neque a furibus neque a latronibus se liberabunt dii lignei et aurati et inargentati, quibus hi, qui fortes sunt, aurum et argentum, quo operti sunt, auferent illis [a] (*Ibid.* 50-57). Tollite, tollite securi [b], sacratissimi imperatores, ornamenta templorum. Deos istos aut monetæ ignis, aut metallorum coquat flamma. Donaria universa ad utilitatem vestram Dominique transferte. Post excidia templorum [c] in majus Dei estis virtute provecti; vicistis hostes, propagastis imperium [d] : et ut virtutibus vestris gloria major accederet, mutato ac contempto temporum ordine, hyeme [e] (quod nec factum est aliquando, nec fiet) tumentes ac sævientes undas calcastis Oceani sub remis vestris. Incogniti jam nobis pene maris unda contremuit, et insperatam imperatoris faciem Britannus expavit [f]. Quid amplius vultis ? Virtutibus vestris victa elementa cesserunt. Quod autem Deus jubeat idola non fieri, sacrosanctæ legis scripta declarant. In Exodo enim sic invenimus esse perscriptum : *Non facietis vobis deos argenteos, neque deos aureos* (*Exod.* xx, 23). Et rursus in eodem libro vocem Dei jubentis invenio : *Non facies tibi idolum, nec cujusquam similitudinem* [g] (*ib.* iv). Pudorem miseris indicit Spiritus sanctus, quia cupit errantes revocare, non perdere. Et ait per Esaiam : *Confundemini confusione, qui fiditis super sculptilia, qui dicitis fusilibus : vos estis dii nostri* [h] (*Esai.* xlii, 17). Dat etiam legem, quam consecratus populus devota perpetuitate custodiat, et ita mandat : *Dominum Deum tuum adorabis, et ipsi soli servies* (*Deut.* vi, 13 ; *Matth.* iv, 10 ; *Luc.* iv, 8). Et in Deuteronomio similia Dei mandata noscuntur; ait enim : *Non erunt tibi dii alii absque me* (*Deut.* v, 7). Addit etiam, ut animis eorum majestatis suæ pondus insinuet : *Videte, videte quia ego sum, et non est Deus præter me. Ego interimam et vivere faciam, percutiam et ego sanabo, et non est, qui eripiat de manibus meis* [i] (*Apoc.* xvi, 6, 7). In Apocalypsi etiam hoc idem sancta revelatione monstratur; ita enim scriptum est : *Et vidi alium angelum volantem medio cœlo, habentem Evangelium æternum, ut annuntiaret super terram per omnes nationes et tribus et linguas et populos, dicentem voce magna : Metuite potius Dominum ; et date illi claritatem ; quoniam venit hora judicii ejus ; et adorate eum qui fecit cœlum et terram, mare et omnia quæ in eis sunt.* Dominus quoque noster Jesus Christus, paterna legis instituta custodiens, hoc idem veneranda constitutione promulgat; ait enim : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus est, et diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo ; et de tota anima tua, et de tota virtute tua, hoc primum est ; et secundum simile huic : diliges proximum tibi tamquam te. In his duobus præceptis tota Lex pendet et Prophetæ* [j] (*Deut.* vi, 5 ; *Matth.* xxii, 37-40 ; *Marc.* xii, 29-31 ; *Luc.* x, 27). Sequitur autem hoc divinum venerandumque præceptum immortalis Domini ac sancta conclusio ; addit enim, ut manifestius viam salutis ostendat, et ita loquitur : *Hæc est autem vita æterna, ut agnoscant te solum verum Deum, et quem misisti Jesum Christum* (*Joan.* xvii, 3). Sacrorum mandatorum ordinem scitis; quid sequi, quid fugere debeatis, veneranda atque immortali voce didicistis. Audite rursus, quod maneat contemnentes exitium, quibus illos calamitatibus necessitas venerandæ legis astrinxerit : clausula enim venerandorum mandatorum in hæc verba colligit : *Sacrificans diis eradicabitur, præter Domino soli* [k] (*Exod.* xxii, 20). Si solum sacrilegum hominem metuenda pœna percuteret : si peccanti soli minaretur severitas legis, bene se ad sacrilegium obstinati furoris temeritate

[a] Haud exstant hæc in Cypriano. Variantes lectionis haud ita paucas notavit Sabaterius.

[b] Sine metu obstaculorum vel rebellionum.

[c] Legem Constantii et Constantis exhibet Cod. Theodos. lib. xvi, tit. 10, leg. 4. Liban. Orat. pro templis p. 23, de templis palatinis hominibus dono datis. Reisk. ii, p. 185. De reditibus templorum dissipatis idem Orat. in necem Juliani. Haud tamen omnia templa destructa fuisse, posteriorum temporum usque ad Theodosium filiosque historia docet. Ipsumque Constantium Romæ moderate egisse, templa visitasse, virginum Vestalium privilegia confirmasse, testatur Symmachus Epistol. 10, n. 54.

[d] Plena sunt adulationum hæc. Nam in bello Persico res Romanis parum feliciter cesserunt.

[e] Versus finem Januarii 343 : *Constans pacata Gallia, cum classe Bononia solvit, Britanniam invasurus;* Libanii Orat. 3; Ammianus Marcell. Lib. xx, 1 : Hujus expeditionis exstat testis, nummus æreus maximi moduli, in cujus adversa BONONIA OCEANEN. Mulier stans in triremi. s. clypeum. d. hastam intorquet in figuram natantem; ad proram triremis Victoria, ad puppim duo signa militaria. Nummum exhibet Bandurius Numism. impp. Roman. ii, p. 348. Egregie explicat verba Firmici : *sævientes undas calcastis Oceani.* Nummum vide ad calcem hujus editionis.

[f] Haud quidem provinciæ Romanæ dudum pacatæ incola, sed Caledonius, in Scotiam irruptionem minitans. Belli exitus ignoratur; sed nummi victoriam prædicant, etsi quoque in memoriam belli cum Francis gesti procudi potuerunt : incertum tamen, utrum armis potius an argento hi in obedientiam reducti sint. At nummus maximi moduli, in quo imperator eques hostem inermem atque in genua prolapsum hasta petit (v. Bandurium l. c.) cui inscriptum REBELLATOR GENTT. BARBARR, aliique *Victoriam Augusti* et *Gloriam Romanorum* prædicantes, eadem occasione qua primus cum Bononiæ nomine cusi, et ad expeditionem Caledonicam referendi videntur; de quibus cæterum conf. Le Beau *Histoire du Bas-Empire*, ii, p. 62, et Tillemont, *Histoire des Empereurs*, iv, p. 336. Alii ad Francicum quoque bellum pertinebunt. Eckhel. Doctr. Nummor. Veterum viii, p. 3. 112.

[g] Facit cum Cypriano, exhort. ad Martyr.

[h] Parum differt. a textu Sabateriano.

[i] Fere ut Cypr. l. I.

[j] Marcum imprimis præ oculis habuisse videtur cum Cypriano l. I.

[k] Ut auctor I de Aleatoribus inter Cyprianeos.

firmaret : nunc etiam stirpi minatur et soboli, et hoc agit, ne qua pars nequissimi seminis relinquatur, ne quod profani generis vestigium maneat. *Sacrificans*, inquit, *diis eradicabitur* (*Deut.* XXXII, 17). Considera quid agas, misera ac luctuosa persuasio. Facinus tuum plurimos perdit, et per omnem substantiam generis tui fecunda pœna dividitur. Cur autem contra sacrificantes sic sæviat, ordinatæ legis auctoritatis in Deuteronomio manifesta significatione monstratur : ita enim invenimus esse perscriptum : *Sacrificaverunt dæmoniis, et non Deo* (*Ibid.*). Ad contaminatos ac pollutos te spiritus ne transferas, ab inferioribus ne speres auxilium : ne his supplices, quibus Dei gratia, jam imperare debes. Ecce dæmon est quem colis ; cum Dei et Christi ejus nomen audierit, contremiscit, et ut interrogantibus nobis respondeat trepidantia verba, vix se colligit [a] : adhærens homini laceratur, uritur, vapulat, et statim de commissis sceleribus confitetur. Ne hunc colas, ne huic supplices, ne prostratus huic flectas genua, interdicto venerandæ legis juberis. Hinc severitatis pœna, hinc animadversionis metu metuenda sententia. Quid, Dei indulgentia libertate concessa, jugum potius eligis servitutis [b] ? ..... Non desinit Deus summus crimen hoc salutari voce pulsare, sed misericordia ejus errantes homines corrigere frequenti comminatione festinat. Audi per Esaiam prophetam vox divina quid dicat : *Adoraverunt deos, quos fecerunt digiti eorum, et curvatus est homo, et humiliatus est vir, et non laxabo illis* [c] (*Esai.* II, 8, 9). Et jam vos, o profani homines, iratum numen alloquitur, et adhuc errores vestros sacra convenit voce ; ait enim in sequentibus per eumdem prophetam : *Illis fudistis libamina, et illis imposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor, dicit Dominus* [d] (*Esai.* LVII, 6)? Adhuc indignationem suam salutaris Deus dilatat, severitatem suspendit, si vos forsitan peccare pœniteat, ut sacrilegæ voluntatis exitium aliquo genere relinquatis. Ecce in ipso indignationis impetu moderata rursus voce persuadet, et irarum suarum comprimit stimulos ; ait enim per Hieremiam prophetam : *Nolite ambulare post deos alienos, ut serviatis eis, et ne adoraveritis, ne incitetis me operibus manuum vestrarum ad disperdendos vos* [e] (*Jerem.* XXV, 6). Quid hic ad sacrilegium pronus aures tuas obstruis? quid hic obstinati furoris ardore in exitium mortemque festinas? Liberum te Deus fecit, in tua manu est, ut aut vivas aut pereas. Quid te per abrupta præcipitas? in lubrico itinere constitutus, et in ipso lapsu positus, titubantia aliquando suspende vestigia? Ecce sententia depromitur, ecce pœna decernitur : diu criminibus tuis pepercit divina moderatio : diu facinus tuum cum dissimulatione respexit : pervenis ad illud anceps, ubi spes, ubi vota deficiunt. Et ut manifestius instruaris, animadversionis exitium disce. Super hac re in Apocalypsi totus ordo responsi est ; ita enim scriptum est : *Si quis adorat bestiam et imaginem ejus, et accipit vota in fronte sua et in manu, bibet et ipse de vino iræ Dei, mixto in poculo iræ ejus. Et puniet igne et sulphure sub oculis agni, et fumus de tormentis eorum in sæcula sæculorum ascendet. Nec habebunt requiem die ac nocte, quicumque adorant bestiam et imaginem ejus* [f] (*Apoc.* XIV, 9, 10).

CAPUT XXX.

Denique divinum de idololatris exstirpandis mandatum (*Deut.* XIII) *imperatoribus inculpat, cui si morem gerant, et prosperum iis eventum et felix posthac imperium.*

Sed et vobis, sacratissimi Imperatores, ad vindicandum et puniendum hoc malum necessitas imperatur, et hoc vobis Dei sumni lege præcipitur, ut severitas vestra idololatriæ facinus omnifariam persequatur. Audite et commendate sanctis sensibus vestris quid de isto facinore Deus jubeat. In Deuteronomio lex ista præscripta est : ait enim : *quod si rogaverit te frater tuus, aut filius tuus, aut uxor tua, quæ est in sinu tuo, aut amicus tuus, qui est æqualis animæ tuæ, latenter dicens : Eamus et serviamus aliis diis gentium, non consenties ei, et non exaudies eum, et non parcat oculus tuus super eum, et non celabis, annuntians annuntiabis de illo. Manus tua erit super eum imprimis interficere eum, et manus omnis populi deinceps. Lapidabunt eum et morietur, quoniam quæsivit avertere te a Domino tuo* [g] (*Deut.* XIII, 6-10). Nec filio jubet parci, nec fratri, et per amatam conjugem gladium vindicem ducit. Amicum quoque sublimi severitate persequitur, et ad discerpenda sacrilegorum corpora omnis populus armatur. Integris etiam civitatibus, si in isto fuerint facinore deprehensæ, decernuntur excidia : et, ut hoc providentia vestra manifestius discat, constitutæ legis sententiam proferam. In eodem libro in integris civitatibus pœnam Dominus hac voce constituit ; ait enim : *Aut si audieris in una ex civitatibus, quas Dominus Deus tuus dat tibi, inhabitare illic, dicentes : Eamus et serviamus diis aliis, quos non nostis : interficiens necabis omnes, qui sunt in civitate cæde gladii, et incendes civitatem igni, et erit sine habitatore. Non ædificabitur in æternum* [h] (*Ibid.*, 12, 13, 15). *Et avertetur Dominus ab indignatione iræ suæ, et dabit tibi misericordiam, et miserebitur tui, et multiplicabit te, si exaudieris vocem Domini Dei tui, et observaveris præcepta ejus* (*Ibid.*, 17, 18). Misericordiæ suæ vobis, sacratissimi imperatores, Deus summus præmia pollicetur, et amplificationis maximæ augmenta decernit. Facite itaque quod jubet, complete quod præcipit. Auspi-

[a] Cf. supra ad c. 14, pag. 57, not. *a*.
[b] Hanc vocem excipit lacuna.
[c] Firmico suffragatur Cyprianus ep. 64. exhort. ad Martyr. et de lapsis.
[d] Ut Cypr. exhort. ad Martyr.
[e] Ut idem.
[f] Concinit plerumque cum Cypr. Testim. l. III, et exhort. ad Martyr.
[g] Ei plerumque suffragatur Cypr. exhort. ad Martyr.
[h] Concinit plerumque Cypr. 1. 1.

ia vestra majoribus cumulata sunt donis, initio fidei positæ divini favoris incrementa sensistis. Numquam vos manus Dei veneranda deseruit, numquam vobis laborantibus denegavit auxilium. Strati sunt adversantium cunei, et rebellantia ante conspectum vestrum semper arma ceciderunt. Missi sunt superbi sub jugum populi, et Persica vota collapsa sunt [a]. Nec stare diu contra vos poterit malis suis armata crudelitas. Dei virtutem utrique diverso sensistis eventu. Vobis cœlestis victoriæ corona collata, et felicitate vestra nostra relevantur incommoda. Hæc vobis Deus summus, sacratissimi imperatores, pro fide vestra [b] reddidit præmia. His vos interim remuneratos insignibus ad arcana venerandæ legis invitat. Pura mente, devota conscientia, incorrupto animo clementia vestra cœlum semper aspiciat, a Deo semper exspectet auxilium, Christi venerandum numen imploret, et pro salute orbis terrarum ac vestra salutari Deo spirituales offerat victimas. Sic vobis feliciter cuncta provenient, victoriæ, opulentia, pax, copia, sanitas et triumphi, ut divina majestate protecti, orbem terræ felici gubernetis imperio.

[a] Anno 344, Constantius res cum Persis haud infeliciter gessise videtur, unde factum, ut Theophane teste (Chronogr. p. 30. Scrip. Rerum Byzantin. tom. X), triumphum de Persis egerit; qui quidem Firmico occasionem præbere potuit de *votis Persarum collapsis* scribendi. Cæterum Constantius in cruento hoc bello a Sapore novies fuit fusus, imprimis ad Singaram anno 348; nec nisi Massagetarum invasio victorem ab obsidione Nisibis avocavit. Zonaras, lib. XIII c. 5 : Βασιλεὺς Κωνστάντιος, πολλάκις τοῖς Πέρσαις συμβαλὼν, τὴν ἥττονα μοῖραν εἶχε, καὶ πολλοὺς τῶν οἰκείων ἀπέβαλε. Eutropius, X, 6. Constantius a Persis multa et gravia perpessus, sæpe captis oppidis, obsessis urbibus, cæsis exercitibus; nullumque ei contra Saporem prosperum prælium fuit, nisi quod apud Singaram haud dubiam victoriam ferocia militum amisit, qui pugnam seditiose et stolide contra rationem belli die jam præcipite poposcerant.

[b] De Constante tantummodo dicere potuit Firmicus, qui Nicænam fidem amplexus, eam in Oriente protexit. Constantius contra Arianis aperte favit.

SANCTUS PHILASTRIUS,

BRIXIÆ EPISCOPUS.

EPISTOLA DEDICATORIA PRIMA [a].

Sanctissimo domino nostro Clementi papæ XII, ANGELUS MARIA *tituli sancti Marci presbyter cardinalis* QUIRINUS *Apostolicæ Sedis bibliothecarius, et episcopus Brixiensis.*

Quæ me impulit causa, Beatissime Pater, ut a Sanctitate Vestra Vaticanæ bibliothecæ præpositus, ad proferendam ex litterario illo locupletissimo penu novam S. Ephræm Syri editionem animum appulerim, ipsa modo efficit, ut ad Brixianæ Ecclesiæ, cui pariter præsum, et nomen et decus augendum, veteres quatuor ejusdem antistites simul atque scriptores nunc primum in unum volumen redactos repræsentem. Ea nimirum est sacrarum litterarum amor, qui summo Dei immortalis beneficio a teneris mihi inditus annis, mecum postea adolevit, mihique per omnem ætatem ubique locorum ita fidus comes adhæsit, ut non tantum peregrinari, pernoctare et rusticari, *quæ omnia nobiscum facere ex Tulliano dicto litteræ assolent, sed et mecum, si ita fari liceat, episcopari comperiatur. Quo postremo munere haud profecto laudabilius defungi posse videtur, quam si conatus sui atque labores eo colliment, ut priscis Ecclesiarum monumentis lux major accedat, ac veneratio.*

Equidem, Beatissime Pater, cum plura ejuscemodi monumenta non desint, quibus Brixiana Ecclesia mirum in modum decoratur, præclarissimum illud est, quod in ejus cathedra præsules quatuor sederunt, sanctitate æque editis Scriptis illustres, quorum duo, Sancti scilicet, Philastrius, et Gaudentius, divi Augustini Hipponensis episcopi ætatem attigerunt, Beatus vero Rampertus a nonagentis, ac venerabilis Adelmannus a septingentis circiter annis florverunt. Porro Philastrius suppar adeo fuit Augustino, ut hic a Quodvultdeo diacono per epistolam rogatus tractatum de Hæresibus conscribere, Philastrium sibi notum Mediolani apud Ambrosium, id ipsum abunde præstitisse respondit. Gaudentius autem eo ipso Mediolanensium sanctissimo Præsule satagente, dum in Oriente ad sacra Loca peregrinaretur, Brixianam Ecclesiam florenti adhuc ætate sibi delatam accepit. Rampertum ad eamdem sedem subvectum et translatio S. Philastrii in majorem Ecclesiam, et cœnobii, ubi sanctorum Faustini, et Jovitæ corpora requiescunt, constructio, ac

(a) In hac et sequenti epistola facile animadvertet lector, de Philastrio, quamvis specialiter, non tamen unice sermonem haberi. Quod ne miretur lector, sciat necesse est, collectionem ex qua Sancti nostri opera excerpsimus, ita componi ut tali titulo respondeat : *Veterum Brixiæ episcoporum, S. Philastrii et Gaudentii opera, necnon B. Ramperti et Ven. Adelmanni opuscula.* Illis autem epistolis, ut quæ nonnihil luminis tam in Philastrium quam in ejus operum editionem injiciat, lectorem fraudare religioni duximus.

alia plura commendant. Adelmannum denique insignem reddit catholicæ fidei zelus, quo adversus Berengarium Turonensem pro corpore et sanguine Domini nostri Jesu Christi pugnavit, eumque propterea nostri etiam temporis Novatores insectantur.

Quatuor hæc Brixianæ Ecclesiæ decora quantum modo debeant Paulo Galeardo, cathedralis meæ canonico, clari in litteraria rep. nominis viro, docent luculentæ præfationes suis locis ab ipso præfixæ, quibus et Fabricianas ad Philastrium notas primum a se recensitas, dein novo Spicilegio auctas, nec non uberiores ad Gaudentium appositas, aliaque multa ad operis dignitatem suo studio collata commemorat. Quæ omnia dum flexis genibus Sanctitati vestræ exhibeo, eidem operam meam in hac editione procuranda acceptam fore, nullus dubito. Siquidem cum episcopos omnes Romanus Pontifex fratres suos appellare consueverit ex apostolica benignitate, communemque cum ipsis sollicitudinem profiteatur, nulla erit eorum muneris pars, quam ipse eadem benignitate non complectatur, ac proinde meum hoc, qualecumque sit, in juvandis litteris studium. Eis nimirum excolendis (ne philologicis quidem exceptis) sanctissimos olim Antistites incubuisse, relicta ab eisdem ingenii et doctri- A *næ monumenta palam ostendunt. Cui enim in mentem veniret inficetum illud judicium, quo celeberrimus ac doctissimus Petrus Daniel Huetius, dum Abrincensem in Normannia episcopatum teneret, studia sua pertricta fuisse a quibusdam regionis illius hominibus, senex optimus Parisiis ipsemet mihi narrabat? cum videlicet quererentur, secum male actum fuisse a Rege Christianissimo, qui antistitem eis destinasset, cui studia sua nondum forent absoluta. Novimus ipsos quoque Romanos Pontifices, vel inter gravissima universæ christianæ reip., quam difficillimis temporibus administrabant, negotia, voluminibus haud quidem exiguæ molis conscribendis otii satis nactos fuisse, quod certissime demonstrat, magnis rebus brevi licet ævo peragendis industriam hominum, ut vetus ille* B *scriptor aiebat, magis quam vim, aut tempus deesse.*

Faxit Deus O. M. ut per annos adhuc multos Sanctitas Vestra felici ævo ipsa fruatur, itque egregia facinora, quibus industriam, vim, et tempus impendit, immortalem apud posteros ejus Nominis memoriam efficiant; unde sacri Corsinorum fasti et Fesulano episcopo inter divos relato, et sapientissimo universalis Ecclesiæ Præsidi glorientur.

EPISTOLA DEDICATORIA II.

Ad S. E. R. cardinalem episcopum Brixiæ Angelum Mariam Quirinum, Paulus Galeardus, *canonicus Brixianus.*

Veterum Patrum Brixianæ Ecclesiæ collectionem hanc edendi, ut primum, eminentissime Quirine, consilium initum est; in eum curam mihi potissimum incumbendum duxi, ut res jussu tuo ac beneficio suscepta, publicæ hominum exspectationi, ac nominis tui magnitudini responderet. Quid enim illustrius, quid fieri poterat dignius, quam Brixianum episcopum Brixianorum episcoporum rationem habere; eorumque scripta, quibus res Christiana mirum in modum munitur, propugnatur, instruitur, meliori quotidie in lumine collocare? Itaque cum illud præcipue cuperem quod maximum in votis erat, Ms. aliquod exemplar D *assequi, in quo Philastrii liber* de Hæresibus, *qui primus in hac collectione locum obtinet, descriptus esset; auctoritatem tuam interponere mihi opus fuit, quo Variantes Lectiones Ms. codicis Corbeiensis, quem in Galliis haberi certis indiciis compereram, ad nos in Italiam mitterentur. Præstitisti protinus, æque ac benigne, quod tantopere cupiebam; atque interea, ne quid amplius quod illustrando Philastrio conducere posset desiderandum foret, litteras Hamburgum misisti, quibus si quid præterea a cl. Joanne Alberto Fabricio, post Hamburgensem Philastrii editionem ab eo* C *anno 1721 procuratam, elucubratum esset, ut Editioni huic accederet, ab ipso expeteres. Respondit copiose eventus optatis nostris non minus, quam diligentiæ et humanitati tuæ; nam primum cl. Hermannus Reimarus, Fabricii gener (hic enim mortem obierat) posteriores soceri sui in Philastrium Curas Brixiam misit, quas tamquam præstantem eximii illius Viri fetum, editioni huic in calce Philastrii apposuimus (a); deinde cl. ac toto litterarum orbe celeberrimus Bernardus Montfauconius, postulatis tuis obsecutus, usus opera D. Joannis Raverdy, Variantes Philastrii Lectiones ex Corbeiensi ms. diligenter excerptas, Parisiis ad nos ferendas curavit; quæ licet serius in Italiam pervenerint, ideoque post notas Fabricii posthumas in appendicem conjectæ (b), singulare nihilominus ornamentum, quin potius utilitatem editioni huic attulerunt profecto maximam. Enimvero sex integra ferme capita, quibus usque ad hanc diem Philastrius caruerat, in iis occurrunt; ut jam Philastrius perfectus et absolutus habeatur, qui magna sui parte mancus antea erat ac mutilus: emendationes vero, quibus Philastrii textus ex eodem ms. aut melior fit, aut suppletur, aut restituitur, tot propemodum, ac tantæ sunt, ut ex iis pene confectum sit Spicilegium nostrum, quod post easdem Variantes Lectiones, extremo loco Philastriani Operis collocavimus (c). Hæc tua sunt, eminentissime ac reverendissime princeps, in Philastrium merita; quibus ut*

(a) Has posthumas Fabricii notas inter priores ad calcem paginarum inseruimus. (Edd.)

(b) Has quoque variantes lectiones ad calcem paginarum attulimus, peculiari tamen serie distinctas. (Edd.)

(c) Sicut et præcedentes, Spicilegii notas ad commodum lectoris transposuimus, et ad priores et posthumas Fabricii notas apposuimus. (Edd.)

ali jus ex parte pro virili respondérem, Gaudentium qui proximus Philastrio subditur, denuo post Patavinam editionem anni 1720 de integro recensui, atque cum optimæ notæ ms. codice qui mihi fortè fortunà oblatus fuerat, diligenter contuli, annotationibus prioris editionis pluribus in locis castigatis et auctis. Demum Ramperium, et Adelmannum, qui præclarum hunc Brixianorum Antistitum quaternionem conficiunt, quique una cum Gaudentio Patavinis typis prodierant eodem anno, nonnihil retractatos eidem Gaudentio adjeci, ut simul egregia hæc Ecclesiæ Brixianæ lumina, uno volumine comprehensa in manus hominum venirent. Atque hæ quidem curæ tuæ sunt, cardinalis amplissime, quæ summopere Apostolicæ Sedis bibliothecarium decent : quo in munere talia ac tanta sunt, quæ absens licet, studio tuo præstas, ut præteritorum virorum qui eodem officio functi sunt, luminibus obstruxeris. Nam hoc testantur et Vaticanæ Bibliothecæ a summo pontifice Clemente XII amplificata spatia, et libri in eamdem a te munificè collata : ut nihil omnino dicam de splendidissima S. Ephræmi editione, a te, quamvis Roma longe disito, studiose adeo promota, et pènè ad umbilicum perducta, ut vel ex hoc uno vere ἐκέφρων dici possis. Brixiana porro Ecclesia, cui duodecimum jam annum præes, quantis a te incrementis aucta fuerit, haud facile dixerim : hoc tantum commemorabo, majoris Templi molem curis tuis, magnoque sumptu ærarii tui, eo provectam esse; ut quisque speret, perfecta duduin majori, nobiliorique parte, magnisque ornamentis ditata, reliquum etiam non longo temporis intervallo, absolutum iri. Qua in re plane mihi temperare non possum, quin te ipsum conferam magno illi Fulberto Carnotensi episcopo, cujus in hac Collectione non exigua mentio est, nec laus modica, quod inter cætera industriæ suæ monumenta, Ecclesiæ dominæ nostræ sanctæ Dei genitricis Mariæ, cujus fundamenta jecerat, adjuvante maxime Cnutone Danorum rege, summam manum imposuisset. Convenit idem utrique templi nomen, convenit magnitudo, ac majestas : sed nullus tibi est Cnuto qui præbeat manum; quare spes omnis, omneque subsidium positum est in liberalitate ac magnitudine animi tui. Verum non est hic locus laudum tuarum; nec enim mihi propositum est eas persequi, neque si id vellem, facile esset mihi orationis hujus exitum invenire : quamobrem ad vota me convertam, Deumque O. M. enixe precabor, ut bonum istud quo divina largitate fruimur, nostrum esse diutius sinat; teque nobis ad multos annos servet incolumem. Vive diu sospes Brixianæ Ecclesiæ, vive Litterarum bono : virtutemque istam tuam, religionem, humanitatem, temperantiam, cæteraque animi ornamenta quibus abundas, Brixiani populi, ut quidam ex nostris egregie cecinit :

Seri habeant sua, se jactent te principe seri.

Quod si forte casus aliquis, ut est humanarum rerum vicissitudo; vel certe, quod ego auguror, suprema Ecclesiæ dignitas te nobis aliquando eripiet; non ideo beneficiorum tuorum apud nos memoria interibit, quippe quæ perennibus monumentis credita æternum vivet; immo post longam etiam annorum seriem, cum solent fere omnia oblivione occumbere, ac tempora temporibus mutari, apud Brixianæ urbis cives, ablata communi hac lege,

Semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

Dabam Brixiæ Kal. decembris MDCCXXVIII.

PAULI GALEARDI
AD LIBRUM S. PHILASTRII DE HÆRESIBUS
PRÆFATIO.

1. Philastrii nomen inter ecclesiasticos scriptores, jamdiu ab ipso antiquitatis ævo adeo notum est, ut non alicujus verbis indigeat, quo magis clareseat, aut illustretur. Fuit enim Gaudentii Brixiæ episcopi in sede Brixiana antecessor, a quo etiam non uno in loco eximiis laudibus celebratur (*a*); ejus vero liber *de Hæresibus* cum primum vulgatus fuit, tanta famæ celebritate viguit, ut non solum prior ante alios hujus argumenti scriptores, atque adeo ante ipsum Epiphanium ab Augustino memoretur, verum etiam vel ex ipso Philastrii Opere, qui tanto plures quam Epiphanius hæreses enumeravit, inferat Augustinus, quam difficile sit tractatum de Hæresibus conscribere, atque hinc excusationem sibi petat ab hujusmodi Opere suscipiendo, scribens ad Quodvultdeum (*b*). Licet enim Epiphanium Philastrio doctiorem pronuntiet, non tamen propterea factum affirmat ut ille pauciores, hic plures complexus sit hæreses, quod multa a Philastrio inter hæreses numerentur quæ vere hæreses non sint; de quo hunc bene multi jampridem cum Bellarmino (*c*), novissime vero Bochortus (*d*), et Caveus (*e*) accusant : sed quod *aliud uni eorum videretur esse hæresis, aliud alteri.* Hoc autem omnino definire, difficile revera esse monet idem Augustinus; et profecto quamvis minime inficiari velim, Philastrium in hoc de Hæresibus libro, fortasse non uno in loco, plus religionis zelo, et Catholicæ veritatis amori, quam judicio, diligentiæque tribuisse; notum est nihilominus αἱρέσεως appellationem late patere, et quandoque non tam errorem

(*a*) Præf. ad Benivolum p. 218; serm. 16, p. 334; serm. 21, p. 370.
(*b*) Tom. VI *Opp. col.* 6, *edit.* Froben.
(*c*) De Script. Eccl. p. 133.
(*d*) Phaleg. l. 1, c. 11.
(*e*) Hist. Script. Eccl. p. 176.

in Fide, quam institutum, aut sectam aliquam designare; qua notione utitur Augustinus loquens de sectis variis Philosophorum (*a*); immo occurrit sæpius eodem sensu etiam in Actis Apostolorum XXIV, 5, *πρωτοστάτην τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως, auctorem, et præsidem sectæ* (hæresis) *Nazaræorum*; *ibid.*, 14, *κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν secundum sectam quam dicunt hæresim*; et XXVI, 5, *ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα φαρισαῖος, quod secundum exquisitissimam sectam* (hæresim) *nostræ religionis vixerim Pharisæus.* Recte igitur Melchior Canus de locis Theologicis lib. 12, c. 8, animadvertit, nomen hæreseos apud Græcos veteres, et Latinos auctores generale esse, et unamquamlibet sectam designare, ut Platonicam, Stoicam, Peripateticam; licet Christiani deinde scriptores contracto vocabulo hæresim vocem sectam, et divisionem, qua quis a communi se Ecclesiæ Fide sejungit. Apud Augustinum II contra Cresconium cap. 4, *hæresis est diversa sequentium secta*; et in libro de Singularitate clericorum, auctor ejus Operis, quisquis tandem ille sit, antiquus certe, et saltem Origeni, aut Cypriano æqualis, hæresim vocat eam (*b*), quæ tum maxime Ecclesiæ mores invaserat Agapetarum corruptela.

2. Quo pacto Philastrii nomen scribi, atque efferri debeat, non satis constare videtur; *Philaster* enim, ac *Philastrius* promiscue apud antiquos nomen hoc usurpari video. Augustinus in epistola ad Quodvultdeum, postquam non semel *Philastrium* dixerat, (*c*) rursum in Catalogo c. 41 sic habet: *Philaster Brixianus episcopus*; deinc. 45, *Philaster ponit ambos sub singulis, et propriis numeris*; c. 53, *Philaster vero et hanc eis tribuit abstinentiam*; et sic semper ubicumque in eo Catalogo Philastrium nominat. *Philaster* item legitur in Actis concilii Aquileiensis initio (*d*), et paulo post: *cum episcopis Aquileiæ in Ecclesia considentibus* (post Justum Gallorum legatum) *Philastro episcopo Brixiano* (*e*); deinde infra: *Philaster episcopus Brixianus dixit* (*f*). *Philaster* quoque dicitur Gregorio Magno lib. VI, ep. 15: *Philaster in libro quem de Hæresibus scripsit*; et auctori Prædestinati c. 52: *Philaster scribit, Macedonium Spiritum sanctum deitatem Patris, et Filii dicere.* Contra vero *Philastrius* constanter appellatur a Gaudentio serm. 21, qui est *de vita et obitu Philastrii episcopi prædecessoris sui* (*g*); uti etiam in *Præf. ad Benivolum* (*h*): *imbutum te admirabilibus doctrinis Apostolici per omnia viri patris nostri Philastrii*; et Serm. 16, *de Ordinatione sui* (*i*): *post illam venerandæ memoriæ patris mei Philastrii eruditissimam vocem. Philastrius* item vocatur a Ramperto in Sermone de Translatione beati Philastrii (*j*), ut Recentiores transmittam, auctorem Appendicis ad Ildefonsum de Scriptoribus Ecclesiasticis c. 3, Joannem Trithemium c. 84, aliosque complures, quibus *Philastrium* potius quam *Philastrum* nominare placuit. *Filastrius* quoque, quamvis initio nominis sexta littera loco φ adhibita, occurrit in duplici inscriptione, quæ eorumdem Brixianorum mss. ope servata, a nobis profertur in Notis ad Sermonem Ramperti (*k*): ASSUMPTIO BEATISSIMI PP. FILASTRII; et FILASTRIUS BEATISSIMÆ MEMORIÆ HIC REQUIESCIT IN PACE; quo pariter modo legitur hoc nomen in rhytmo, seu carmine acrosticho de Philastrio ad calcem Sermonum Gaudentii (*l*), ubi nomen hoc ita effertur: FILASTRIUS BRICSIENSIS (*sic*) PRÆSUL; sicut et in cod. ms. bibliothecæ Saibantis Veronæ n. 244, qui a nobis laudatur in Notis ad Gaudentium (*m*); in eo enim hæc habentur: *In Brixia civitate depositio Filastrii ipsius civitatis episcopi.* De nominis origine non valde nobis laborandum puto. Pauca quædam notavit cl. vir Joannes Albertus Fabricius in præf. editionis Hamburg. anni 1721, sed ea tanti non sunt, ut certum inde nominis ἔτυμον petere debeamus. Sunt qui velint, ut ipse ait, *Filastrium* Latine a *filiastro* derivatum, quod verbum pro *privigno* posterioribus sæculis usurpatum est; parva quidem immutatione, verum Fabricio ipsi origo hæc non satis probatur; quin potius veriorem eam putat, qua Græce Philastrius *amantem siderum* sonat. Profecto *Filiaster* vocatur hic noster etiam a Petro de Natalibus Equilino episcopo I. VI Catal. SS., c. 115, de finitione autem vocis hæc habet Perottus Cornucop. p. CIX: *Catullus nomen proprium est, a quo fit Catulaster, sicut ab Antonio Antoniaster. Sunt autem hujusmodi nomina in aster, et astra, et astrum desinentia, non diminutiva, ut aliqui putant, sed potius imitativa.* Et paulo post: Filiaster, *quo quidam pro privigno utuntur, non parvus filius, sed qui imitatur filium; et Parasitaster, non parvus parasitus, neque enim diceretur a Comico Parasitaster parvulus, sed qui imitatur parasitum.*

3. Philastrii genus æque ac patriam ignoramus. Gaudentius eum Abrahamo comparans, ejusque filium, Fidei atque operum exemplis dicens, hæc habet (*n*): *Credens Deo Fide plenissima, exiit et ipse de terra sua, et de cognatione sua, et de domo patris sui, et sequebatur verbum Dei, ab omnibus sæculi impedimentis exutus.* Et paulo post: *circumiens universum pene ambitum Romani orbis, Dominicum prædicavit verbum, Pauli apostoli idoneus imitator exsistens.* Magna sane Philastrii laus, qua eum Gaudentius Abrahamo, et Paulo quodammodo æquare videtur; sed quamvis dicat, *exiit de terra sua, et de cognatione sua et de domo patris sui*, ubi rem ipsam propius attingere cernitur, nihil porro addit, quo patriam nobis,

(*a*) Tom. VI Opp. col. 10.
(*b*) Inter Opera Cypriani edit. Amstelod. p. 148, col. 1.
(*c*) Loc. cit. col. 6.
(*d*) Apud Labbeum tom. II, col. 978.
(*e*) Ibid., col. 979.
(*f*) Ibid., col. 990.
(*g*) Pag. 370.
(*h*) Pag. 218.
(*i*) Pag. 334.
(*j*) Pag. 387.
(*k*) Pag. 388.
(*l*) Pag. 377.
(*m*) Pag. 374.
(*n*) Serm de vit. et obitu beati Philastrii pag. 371.

aut Philastrii genus ostendat. Nihil de hoc Rampertus (*a*), nihil alius quispiam; quin potius in eo rhythmo seu carmine de Philastrio quod paulo supra laudavimus, quodque antiquius esse constat sæculo nono, aperte dicitur, jam tum cujas esset Philastrius omnino ignorari. Ejus rythmi hæc sunt verba (*b*):

Turribus quorum genitus hic fuit,
Nullus ex nobis meminit, sapit nec:
Scimus hoc sed nos, Abraham beatum
Esse secutum.

Qua igitur ratione ductus, *Hispanum*, eum vocet Ughellus (*c*), *gente forsan Italum* Caveus (*d*), minime perspicio; non enim crediderim Ughello aut Caveo innotuisse quod siluit Gaudentius, quodque octavo, aut nono sæculo minime compertum fuit. Porro Philastrii res gestas recenset Baronius ad A. C. 369, n. 27, quo in loco Gaudentii testimonio usus, in summa ejus laude ponit, quod Mediolani Auxentio Arianæ hæreseos propugnatori, invicta constantia restiterit; atque ea de causa flagris cæsus, strenue pro Fide Catholica tuenda certaverit. Testimonium Gaudentii est hujusmodi: *Sancto enim Spiritu plenus* (de Philastrio loquitur) *non solum contra Gentiles et Judæos, verum etiam contra hæreses omnes, et maxime contra furentem eo tempore Arianam perfidiam; tanto Fidei vigore pugnavit, ut etiam verberibus subderetur, et in corpore suo stigmata Domini nostri Jesu Christi portaret. Nam et in Mediolanensi urbe idoneus olim custos Dominici gregis fuit, Ariano repugnans Auxentio, priusquam beatus eligeretur Ambrosius* (*e*). Hæc Gaudentius de Philastrio, quatuordecim annos, ut ipse ait, post ejus obitum, Brixiano populo commemorabat; ac proinde A. C. 401 si Philastrii κοίμησις, et Gaudentii successio, ex communi Scriptorum calculo conferatur in annum 387, ut plerique, ne dicam fere omnes, faciunt; quamvis Samuel Basnagius Flotte-Manuillæus Philastrii mortem anno 386 collocet (*f*), quo in loco præclarum etiam Gaudentii de Philastrio elogium Annalibus suis consignat. Ante Ambrosii assumptionem ad Mediolanensem cathedram, Philastrii certamina statuenda esse, Gaudentii testimonium sane evincit; quare Baronius ea recenset ad A. C. 369 (*g*), quando nempe Auxentii dolis, Hilario Pictaviensi episcopo Mediolano discedere compulso (quod anno 365 contigisse recte animadvertit Pagius (*h*), post ejus discessum remansisse Philastrium Mediolani, ut quoquo modo posset, Catholicum populum fidelem in officio contineret, idem Baronius conjicit (*i*). Itaque cum Ambrosii electio in annum incidat 374 (*j*), hinc si Baronii conjectura probetur, plane consequitur, Ecclesiæ Mediolanensis tutelam ac defensionem, intra id decennium, quod ab anno 365, ad annum 374, intercedit, Philastrio esse assignandam; hoc enim temporis intervallum non obscure Gaudentii verba indicant: *in Mediolanensi urbe idoneus olim custos Dominici gregis fuit, Ariano repugnans Auxentio*, PRIUSQUAM BEATUS ELIGERETUR AMBROSIUS. In eodem rhythmo de Philastrio, ea quæ Catholicæ Fidei tuendæ causa Mediolani passus est, his versibus designantur (*k*):

Regis æterni amabilis minister,
Perfidæ sectæ monita, magis sed
Arianorum fore falsa dixit
Semper ubique
Intimo sensu veluti repugnans.
Sedulis flagris sua membra fundunt
Cæsa currentem rosei coloris
Sæpe cruorem.

Et paulo post:

Sed tibi, Auxenti, miser, imperite,
Restitit fortis Fidei vigore.

4. Fuisse Philastrium jam tum episcopali dignitate ornatum, cum pro Ecclesia Mediolanensi tot, tantisque se discriminibus objecit, vel ex eo conjici potest, quod parum omnino profuisset, privatum hominem in re tanti momenti, primipilum se, ac ducem Catholicis partibus exhibere; præsertim cum obsistendum esset Auxentio Ariano episcopo, qui Dionysio e Mediolanensi sede exturbato (*l*), Valentiniani imperatoris auctoritate fretus (eum enim fraudibus suis, technisque deceperat) nihil non audebat, nihil non obtinebat; Hilario ipso, ceu turbarum, et discordiarum auctore, Mediolano abire jusso (*m*). Accedit quod cæteri quoque Catholicæ causæ patroni, quibuscum Auxentio maxime negotium fuit, episcopali erant munere insignes; Eusebius nempe Vercellensis præsul, Hilarius Pictaviensis, et Evagrius Antiochenus, quem licet quisnam esset, ignorare se fateatur Baronius (*n*), Antiochenum tamen episcopum fuisse, perspicue docet Pagius (*o*). Verba item Gaudentii, quibus Philastrius dicitur *in Mediolanensi urbe* IDONEUS CUSTOS DOMINICI GREGIS, episcopum aperte ostendunt, cum nonnisi episcopis populi custodia mandetur, iique dumtaxat, *idonei Dominici gregis custodes* vocari possint. Neque id movere nos debet, quod indignum Episcopo videatur, flagellis *ac verberibus subdi*; nam eodem modo mulctatum Eusebium quoque Vercellensem episcopum sub Constantio imperatore ab Arianis leginus in causa Athanasii; idque nos docent *Acta passionis, seu Vitæ S. Eusebii episcopi Vercellensis*, quæ ex vetustissimo cod. ms. Monasterii Nonantulani protulit Ughellus in episcopis Vercellensibus (*p*), in quibus hæc habentur (*q*): *Currentes autem Ariani abstraxerunt eum, rapiendo beatum Eusebium de consortio episcoporum, fortiterque eum verberibus flagellantes, semivivum reliquerunt*; et paulo post: *Item verberibus cæsum interrogabant, si jam*

(*a*) Serm. de transl. Philastrii qui habetur p. 387.
(*b*) Pag. 377.
(*c*) Tom. IV, Ital. Sac. col. 525 edit. Venetæ.
(*d*) Pag. 176.
(*e*) Serm. de vita et obitu beati Philastrii, p. 372.
(*f*) Tom. III, Annal. p. 106, n. 10. Vide infra in hac Præf. n. 9.
(*g*) Num. 27.
(*h*) Crit. ad A. 369, n. 2.
(*i*) A. 369, n. 27.
(*j*) Bar. A. 374, n. 9 et 10.
(*k*) Pag. 378.
(*l*) Bar. A. 355, n. 17, 19, 30.
(*m*) Idem A. 369. n. 19.
(*n*) Ibid., n. 28.
(*o*) Crit. ad A. 389, n. 9 et 10.
(*p*) Tom. IV Ital. Sac. col. 749, edit. Ven.
(*q*) Ibid., col. 756.

consentiens confiteretur. Consuetum Arianis facinus ostendit Athanasius in epist. ad solitarios : *Dant igitur litteras* (Eusebiani nempe, hoc est Ariani) *ad Philagrium, auctoresque sunt, ut ille quamprimum cum Gregorio in Ægyptum abeat; ac statim jam inde episcopi flagellabantur, et acerbis vinculis constringebantur*. Deinde mox ibi : *Heu mihi quot ibi episcopi virgis concisi sunt!* Et infra de iisdem Arianis loquens: *Missis a Liberio* (papa) *ad Cæsarem Eutropio presbytero, et Hilario diacono, alterum eorum, nempe presbyterum, in exsilium misere : alterius vero terga, detractis vestibus, flagellis conciderunt, flagellatumque extorrem fecere*. Martinum Turonensem, *cum hæresis Ariana per totum orbem, et maxime intra Illyricum pullulasset*, publice virgis cæsum narrat Sulpicius (*a*). Felix abbas, una cum Fulgentio qui postea fuit Ruspensis episcopus, flagellis cæsi, jussu cujusdam Ariani presbyteri, memorantur ab auctore Vitæ beati Fulgentii c. 10 et 11 (*b*).

5. De tempore quo Philastrius sedere in episcopatu Brixiano cœperit, non liquet. Eum ante annum 365, quo Hilarius Mediolano abire jussus, episcopatus gradum tenuisse, ea quæ mox dicta sunt, persuadere possunt; quare Baronius ipse ubi de certaminibus ab episcopis cum Auxentio Mediolani habitis disserit, Philastrium cum Eusebio Vercellensi, et Evagrio Antiocheno conjungit (*c*); quin etiam paulo post recensens Auxentii flagitia, quibus episcopos Catholicæ Ecclesiæ vexabat, Philastrium expresse episcopum vocat (*d*). Quod sententiæ huic refragari videatur, illud porro est perpendendum; nempe cum in concilio Aquileiensi, quod anno 381 celebratum est, inter episcopos descripti recenseantur, quartus ordine *Limenius Vercellensis*, quintus vero *Anemius Sirmiensis*, hosque constet longe post annum 365 factos esse episcopos; minime putari posse Philastrium *Limenio* et *Anemio* esse episcopatu antiquiorem, eo quod in eodem concilio describatur octavus. Ferebat enim disciplina, ut conciliis episcopi, tam in sedendo quam in subscribendo ordinem servarent, quo fuerant ad episcopatum evecti; ut prodit aperte Gregorius I. IX, ep. 108 edit. Ben. (al. 113). in qua *Metropolitæ, loco et honore servato*, subdit : *Cæteros vero episcopos secundum ordinationis suæ tempus, sive ad consedendum in concilio, sive ad subscribendum, vel in qualibet alia re, sua attendere loca decernimus*. Concilium Bracarense I, can. 24 : *Conservato Metropolitani episcopi primatu, cæteri episcoporum secundum suæ ordinationis tempus, alius alii sedendi deferat locum* (*e*). *Limenium* vero et *Anemium* longe post annum 365 episcopos fuisse factos, illud ostendit, quod *Limenius* Vercellensis Ecclesiæ post Eusebii obitum antistes creatus fuerit, Eusebii autem obitus a Baronio consignetur anno 371 (*f*); *Anemium* vero aut ipso anno 380 qui proxime Aquileiense concilium anno 381 celebratum præcessit, ad episcopatum Sirmiensem provectum fuisse, ut putat Baronius (*g*), vel certe post annum 374, cui Ambrosii electio ad Mediolanensem cathedram assignatur, statuendum sit ex Paulino in Vita Ambrosii; Ambrosius enim Sirmii Anemii ordinationi interfuit, ibique Arianos compescuit, qui Justinæ potentia freti turbas ciebant, ipsumque Ambrosium de Ecclesia pellere conabantur. Sed quamvis hæc ita se habeant, majora nihilominus rationum momenta sunt, quibus ad credendum adducimur, Philastrium multo ante Limenium, et Anemium, episcopum esse factum. Patet enim Gaudentii auctoritas, cujus verba superius relata nonnisi episcopo aptari queunt; neque, ut jam diximus, Ecclesiæ Catholicæ causa ab homine privato, inter tot procellas, pro rei magnitudine satis opportune suscipi poterat, neque ab alio quam ab episcopo satis pro dignitate defendi. Illud etiam valde est considerandum, num tot episcopi post Limenium, et Anemium Aquileiensi concilio subscripti (sunt enim ferme octo et viginti) tam modico temporis spatio creati, et sedibus suis impositi credi possint, ut rite eos post Limenium, et Anemium, qui essent episcopatu antiquiores, subscripsisse putandum sit; præsertim ubi Anemius anno 380, nempe unico tantum anno ante concilium Aquileiense, Sirmiensis episcopus factus fuerit, uti Baronio placuerat? Anemio certe Philastrium episcopatu fuisse antiquiorem ex eo satis constat, quod Anemius Sirmii episcopus Ambrosio præsente ordinatus fuerit, Philastrius vero *priusquam beatus eligeretur Ambrosius, in Mediolanensi urbe Ariano repugnans Auxentio*, IDONEUS CUSTOS DOMINICI GREGIS a Gaudentio appelletur (*h*). Relinquitur itaque ut in ejus concilii subscriptionibus, non is fuerit examussim ordo servatus, qui ab ecclesiastica regula præscriptus erat; cujus quidem rei vel illud argumento esse potest, quod in laterculo Episcoporum eidem concilio præfixo, Philastrius octavus numeretur, initio vero Actorum occurrat undecimus; ac Gallorum legati *Constantius Arausicanus, Proculus Massiliensis, et Justus Lugdunensis*, alio ordine in laterculo, alio initio Actorum inter episcopos collocentur. Monuerunt jampridem viri docti (*i*), nihil esse perturbatius sessionibus, et

(*a*) Vit. beati Mart. cap. 6.

(*b*) Bibl. PP., tom. IX, col. 2.

(*c*) *Licet Eusebius Episcopus Vercellensis, Evagrius, et Philastrius Brixianus, crebro illi* (nempe Auxentio) *negotium facessissent, et vehementer exagitassent*. Bar. A. 369, n. 6.

(*d*) *Insultat* (Auxentius) *in Ecclesiæ Catholicæ sanctos episcopos, et inter alios exagitat Eusebium Vercellensem, Antistitem, nec non Philastrium episcopum Brixianum*. Ibid., n. 27.

(*e*) Hunc eumdem disciplinæ Ecclesiasticæ morem agnoscit Baronius A. 451, num. 16; Pagius A. 402, num. 25; Petrus de Marca dissert. de Primatibus num. 80. Noris dissert. 5 de Syn., cap. 10.

(*f*) Bar. A. 371, num. 146.

(*g*) Idem A. 380, num. 18. Baronio consentit Tillemontius tom. X in Vita Ambrosii p. 122.

(*h*) Serm. de Vita et obitu beati Philastrii pag. 372.

(*i*) Ad Gregor. edit. Ben. tom. II, pag. 1014. Vide sis Petrum de Marca dissert. de Primatibus num. 80.

subscriptionibus non solum episcoporum, sed etiam Metropolitarum in synodis; proinde ex iis nihil certi erui posse, si earum Acta edita consulantur. Hoc autem in Tractoriis etiam epistolis nonnumquam obtinuisse, ut episcopi perturbato ordine iisdem inscriberentur, docet nos Augustinus ep. 217, ubi his verbis cum Victorino episcopo de eadem re conqueritur: *Deinde ad ipsos Numidas ita perturbato, et neglecto ordine scriptum, ut nomen meum tertio loco invenerim, qui novi quam post multos episcopus factus sum, quæ res et aliis injuriosa est satis, et mihi invidiosa.*

6. Ut autem quæ de Aquileiensi concilio, et episcoporum nominibus ibi descriptis, hucusque dicta sunt, clariora adhuc fiant; visum est ipsius concilii initium oculis subjicere, ex quo unusquisque, quanta fuerit perturbatio in episcoporum nominibus huic concilio ascribendis, facilius a semetipso cognoscat.

CONCILIUM AQUILEIENSE (*a*),

TEMPORE DAMASI PAPÆ I CELEBRATUM.

Episcopi qui huic Concilio interfuerunt.

Valerianus episcopus Aquileiensis.

Ambrosius episcopus Mediolanensis.

Eusebius episcopus Bononiensis.

Limenius episcopus Vercellensis.

Armenius (lege *Anemius*) *episcopus Sirmiensis Illyrici.*

Sabinus episcopus Placentinus.

Abundantius episcopus Tridentinus.

PHILASTER *episcopus Brixianus.*

Constantius episcopus Arausicus (*Arausicen*).

Theodorus episcopus Octodorensis (lege *Octodurensis*).

Domninus episcopus Gratianopolitanus.

Amantius episcopus Niciensis.

Maximus episcopus Emonensis.

Basilianus (al. *Bassianus*) *episcopus Laudensis.*

Proculus episcopus Massiliensis.

Heliodorus episcopus Altinensis.

Felix episcopus Jadrensis.

Eventius episcopus Citiniensis (al. *Tiniensis;* lege *Ticiniensis.*

Exuperantius episcopus Dertonensis.

Diogenes episcopus Genuensis.

Constantius episcopus Scliscianensis legatus Gallorum.

Justus legatus Gallorum.

Felix legatus Afrorum.

Numidius legatus Afrorum.

Evagrius presbyter, et legatus.

Artemius, Almachius, Januarius, Jovinus, Macedonius, Cassianus, Marcellus, Eustathius, Maximus, Chromatius presbyter.

Hunc postremum si demas, qui non episcopus, sed *presbyter* dicitur, uti et *Evagrium*, qui vigesimus quintus numero *presbyter et legatus* appellatur, remanent episcopi trigenta tres; quamvis in ipso concilii limine perperam triginladuo fuisse dicantur: *In quo a trigenta duobus Italis, Gallis, et Pannonicis episcopis, præsentibus Gallorum, et Afrorum legatis, Palladius et Secundianus episcopi Ariani, cum Attalo quodam presbytero damnantur.* Hæc porro numeri nota, depravate initio concilii præfixa, fefellit Baronium (*b*), et Basnagium (*c*) quoque, quibus triginta duo tantum episcopi numerantur; et quidem triginladuo tantum apparent etiam initio Actorum, quod mox subdimus, sed ibi addendus est *Eventius Citiniensis*, seu *Ticiniensis* (*d*), qui laterculo episcoporum inscriptus habetur numero decimus octavus. Fuere autem ex hoc numero omnes episcopi, licet *Justo, Felici, Numidio*, aliisque post *Evagrium* sequentibus, nomina sedium non sint apposita; nam initio Actorum, ubi denuo nomina recensentur, omissis *Evagrio* et *Chromatio* presbyteris, in fine elenchi dicitur: *Januario.... Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello, et Eustathio episcopis.* Recte etiam observat Tillemontius (*e*), nomina postremorum novem, quibus neque Episcopi titulus ascribitur, nec sedis nomen assignatur non solum esse episcoporum nominibus initio Actorum permixta, sed etiam inter episcopos comprehendi generali illa clausula, atque unum ex iis *Januarium*, ubi sententiam suam profert, episcopi titulo designari (*f*). Sequuntur Acta concilii hoc modo:

Syagrio, et Eucherio viris clarissimis consulibus, nonis Septembribus, Aquileiæ in ecclesia considentibus cum episcopis, Aquileiensium civitatis Valeriano, Ambrosio, Eusebio, Limenio, Anemio, Sabino, Abundantio, Artemio, Constantio, Justo, PHILASTRO, *Constantio, Theodoro, Almachio, Domnino, Amantio, Maximo, Felice, Basiliano, Numidio, Januario, Proculo, Heliodoro, Jovino, Felice, Exuperantio, Diogene, Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello, et Eustathio episcopis: Ambrosius episcopus dixit.* Hucusque episcoporum nomina initio Actorum recensita; quæ si conferantur cum laterculo ipsis Actis præmisso, statim apparebit quam perturbate hæc nomina descripta sint, tanta est atque talis utriusque descriptionis discrepantia, et dissensio. Cum enim in laterculo postponatur Philastrio *Constantius Arausicanus*, denuo initio Actorum *Constantius* una cum *Justo* qui fuit *legatus Gallorum*, Philastrio præponitur; iisque præit *Artemius* etiam, qui sedis nomine caret, numeraturque in laterculo post *Constantium*, et *Justum*, nonnullis episcopis interjectis, ordine vigesimus sextus, licet initio Actorum legatur octavus. Rursum *Justus* ille *legatus Gallorum*, qui initio Actorum decimus numero Philastrio antecedit, in laterculo

(*a*) Tom. III Concil. edit. Regiæ 1644, p. 586; tom. II Labbei p. 1184, edit. Venet.

(*b*) A. 381, num. 82.

(*c*) Tom. III Ann. p. 82, n. 16.

(*d*) Eumque profecto addidit Fabricius, ubi profert Gesta concilii Aquileiensis in Testimoniis ad Philastrium.

(*e*) Tom. X Vit. S. Ambrosii, p. 129.

(*f*) Tom. II Labbei, p. 1176.

post Philastrium, tribus et decem episcopis interpositis, occurrit decimus quartus, ordine vero vicesimus et secundus. Quis umquam ex tanta hac varietate, et inconstantia certi aliquid statuere, aut elicere possit? Illud præterea animadvertendum est, a nemine, quod quidem ego sciam, hucusque observatum; nempe quod *Constantius Sciscianensis episcopus*, in laterculo vicesimus primus, male prorsus dicitur *legatus Gallorum*, cum potius hoc munere fungeretur *Constantius* alter *Arausicanus* numero nonus. *Sciscia* enim Ptolemæo urbs Pannoniæ in Savia regione, Plinio *Siscia* (*a*) quæ *Syscia* Straboni, olim episcopalis sub archiepiscopo Colocensi; quare nihil omnino est Pannonico episcopo cum Gallis, ut proinde eorum legatus Aquileiensi concilio interfuerit. Tres item in hoc concilio Gallorum legati, etsi in laterculo duo tantum appareant : iique ex Galliis Viennensi, Narbonensi, et Lugdunensi, *Constantius Arausicanus*, *Proculus Massiliensis*, et *Justus Lugdunensis*; ut recte tradunt post Baronium (*b*) et Binium (*c*), Sirmondus etiam (*d*) ac Sammarthani. Sed et nominibus civitatum aliquod vitium inhæsit. *Theodorus* namque *episcopus Octodorensis* in laterculo decimus, dicendus est potius *Octodurensis* ab *Octoduro* oppido in Gallia Narbonensi, vulgo *Martigny*; et *Eventius Citiniensis* in laterculo decimus octavus, pro quo *Tiniensis* in margine reponitur, omnino scribendus est *Ticinensis*, seu *Ticiniensis*, uti ex mss. legit Harduinus (*e*); quamvis enim *Tinia* vulgo *Tine*, Dalmatis *Kerka*, urbs Bosniæ, esset *Anemio* Illyrici primati subjecta, qui Aquileiensi concilio intererat, nihilominus hoc loco non *Tiniensem*, aut *Cenetensem* episcopum, quod placuerat Ughello, (*f*) sed *Ticinensem Eventium*, vel *Juventium* intelligendum esse, statuit post alios etiam solertissimus Tillemontius (*g*). Quin et in diei notam qua synodalis actio celebrata est, mendum irrepsisse monuerunt Chiffletius (*h*), et Harduinus (*i*), legentes ex mss. III *nonas Septembris*, quæ sexta feria fuit, pro eo quod in Actis habetur *nonis Septembribus*; hæc enim dies erat dominica, non admodum apta tam prolixæ episcoporum disputationi; cum aliunde etiam diei dominicæ nullatenus conveniat id quod Palladius Arianus episcopus in concilio ait (*k*): *Non respondebo nisi auctores veniant post dominicam diem.* Atque hæc de concilio Aquileiensi hactenus.

7. Præclara sunt quæ de Philastrii prædicatione tradit Gaudentius (*l*): *Cum per impositionem manus presbyterii, dispensator fuisset divini sermonis electus* (*m*), *negligere gratiam Dei omnino passus non est; sed circumiens universum pene ambitum Romani orbis, Dominicum prædicavit verbum, Pauli apostoli idoneus imitator existens. Qui universum pene ambitum Romani orbis* dicit, profecto universum pene terrarum orbem dicit, qui tunc Romano subdebatur imperio; unde Ovidius I Fast. :

> Jupiter arce sua cum totum spectet in orbem,
> Nil nisi Romanum quod tueatur habet;

quem fortasse Ovidii locum spectans Numatianus Itinerario omnem τὴν οἰκουμένην subesse Romano imperio, per adulationem, ut notat cl. Barthius (*n*), dicit his versibus Romam alloquens :

> Nam Solis radiis æqualia munera tendis,
> Qua circumfusus fluitat Oceanus.
> Volvitur ipse tibi qui continet omnia Phæbus,
> Æque tuis ortos in tua condit equos.

Sane edictum illud quod *exiit a Cæsare Augusto, ut describeretur universus orbis* (*o*) nihil aliud quam Romanam dictionem *universi orbis* nomine significabat, quam *orbis Romani* nomine etiam Pseudo-Hegesippus vocavit l. II de Excidio Hierosol. c. 9 : *Orbis terrarum qui Romano imperio clauditur, et definitur, a plerisque orbis Romanus appellatur.* Stetisse Romæ aliquamdiu Philastrium, testis est idemmet Gaudentius (*p*): *Romæ etiam non exiguo tempore moratus, multos et publica, et privata disputatione lucratus in fide est*; ex quibus fortasse Gaudentii verbis putavit Ughellus, Romæ Augustinum Philastrio innotuisse, atque ex ejusdem *tum publicis, tum privatis de rebus sacris dissertationibus, novos christianæ pietatis sensus induisse*; quod affirmat diserte *in Philastrio* (*q*), laudatis insuper testibus ipsomet Augustino et Gaudentio, licet eorum neuter de re tanta verbum ullum habeat, quam profecto neque Augustinus ipse, neque Gaudentius Philastrii successor, in eo quem sæpe laudamus Sermone *de vita et obitu beati Philastrii*, silere debuisset. Testimonium Augustini de Philastrio jampridem omnibus patet, cujus hæc sunt verba (*r*) : *Philastrius quidam Brixiensis episcopus quem cum sancto Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi*; ex hoc porro Augustini loco constat aperte, Philastrium Augustino fuisse Mediolani tantum de facie notum, nullamque ipsi cum Philastrio familiaritatem intercessisse; quare hæc sunt, ut diximus in Annotationibus quoque ad Gaudentium (*s*), otiosorum ingeniorum vaticinia magis quam conjecturæ. Simile illud est etiam quod nonnulli occasione Romanæ hujusce commorationis de Philastrio narrant, eum nempe a Damaso papa benigne acceptum, Romæ

(*a*) Plin. l. III, c. 25.
(*b*) A, 381, n. 82,84.
(*c*) Not. ad Concil. Aquileien. tom. II Labbei, col. 1182, edit. Venet.
(*d*) Ibid., col. 1178 *Constantius* in Actis concilii dicitur *legatus Gallorum*, uti et *Justus* col. 1167, *Proculus* vero in epistola ad episcopos Galliæ col. 1178.
(*e*) Tom. I Concil. col. 837.
(*f*) Tom. V Ital. Sac. in episcopis Cenetensibus col. 172, edit. Venet.
(*g*) Tom. X, not. 14 ad Vit. S. Ambrosii p. 738.
(*h*) *Not. ad Vigil.* p. 65.
(*i*) Not. ad Concil. Aquil., p. 1164, edit. Ven.
(*k*) Pag. 1173.
(*l*) Serm. de vit. et obitu beati Phil., p. 372.
(*m*) Vide sis annotata nostra in hunc Gaudentii locum, ibid.
(*n*) Not. ad Itiner. Rueilii Numatiani p. 180.
(*o*) Luc. II.
(*p*) Pag. 372.
(*q*) Tom. IV Ital. Sac. col. 525.
(*r*) Aug. ep. ad Quodvultdeum.
(*s*) Pag. 372.

publice docuisse; id enim habetur tum in Lectionibus Breviarii cujusdam mss. Monasterii Monialium S. Catharinæ Brixiæ, tom. IV SS. Junii relatis p. 383, tum apud Malvetium in Chronico (*a*), dist. 4, c. 3. Idem retulit Ferrarius in Catal. SS. Italiæ 18 Julii his verbis: *Romæ a Damaso papa liberaliter tractatus publice docuit;* verum cum de hoc Gaudentius nihil prorsus habeat, nescio quam tuto id possit affirmari; cum præsertim sub Damaso Philastrium Romæ fuisse non adeo sit verisimile, sed potius circa Damasi tempora, qui sedere cœpit anno 367 (*b*) inter certamina Arianorum, Mediolani, ut vidimus (*c*), versaretur. An autem Nicæno concilio adesse potuerit, quod Malvetius tradit Chron. dist. 4, cap. 2, et post eum Capreolus l. III Hist. Brix., non immerito dubitat Ferrarius eodem Catalogo Annot. ad diem 18 Julii; nam cum Nicænum concilium celebratum fuerit anno 325, si in eo sedisset Philastrius, valde juvenem tunc eum fuisse oportuit (*d*), qui post integros sex et quinquaginta annos, anno scilicet 381, inveniatur etiam Aquileiensi concilio interfuisse.

8. Postquam Philastrius *per vicos et castella diversarum præteriens regionum*, ait Gaudentius (*e*), *prædicare verbum Dei numquam destitit fidelis Christi discipulus;* Brixiæ tandem constitit, *ut haberet* et in hac urbe *Apostolicus vir aliquem fructum, sicut et in cæteris gentibus.* Itaque episcopus jam factus, quid urbi huic præstiterit, ab eodem Gaudentio audiamus. *Post illos circuitus*, inquit Gaudentius (*f*), *animarum plurium salutares, Brixia eum rudis quondam, sed cupida doctrinæ promeruit: scientiæ quidem spiritalis ignara, studio tamen discendi laudabilis. Excidit continuo imis ab stirpibus horrentem silvam diversi erroris bonus agricola; et aratro doctrinæ pronus incumbens, invertit crudam totis viribus terram, squalentemque humum sulcis assiduis in novalia fecunda convertit, affatim semina vitalium mandatorum gremio ejus insinuans.* Profecto nihil hic habetur, nisi quod disciplinam moresque respiciat, a Philastrio in urbe Brixia reformatos in melius et emendatos; quamvis alibi Gaudentius ipse Brixianam Ecclesiam a Philastrio in Fide fundatam dicat (*g*): *Post illam venerandæ memoriæ patris mei Philastrii eruditissimam vocem, quæ per gratiam Spiritus sancti large effluens, hanc Ecclesiam in Fide Trinitatis adorandæ fundavit.* Huic Gaudentii dicto, quo videtur Brixianam Ecclesiam tum primum a Philastrio constitutam indicare, nonnihil ponderis ex eo accedit, quod aliæ etiam Ecclesiæ hujus tractus, usque ad quartum sæculum proprio episcopo caruerint, Vercellensis nempe, Novariensis, Eporediensis, et Dertonensis (*h*); quinimo ab uno eodemque episcopo plures simul Ecclesias eo tempore administratas, docet nos Epistola *plebibus Vercellensibus, Novariensibus, Hipporegiensibus* (lege *Eporediensibus*) *nec non etiam Dertonensibus*, ab Eusebio Vercellensi episcopo inscripta (*i*). At cum in Sardicensi concilio, quod anno 347 celebratum est, prostet (*j*) inter alios concilii Patres subscriptio Brixiani episcopi hoc modo: *Ursacius ab Italia de Brixia* (hunc nostri *Ursicinum* dicunt) ac præterea Rampertus, Brixiæ episcopus, qui nono sæculo vixit, disertis verbis Philastrium SEPTIMUM Brixiæ episcopum vocet (*k*); omnino oportet Brixianam Ecclesiam plures ante Philastrium episcopos habuisse. Quod certum est, Philastrii ævo magnæ adhuc idolorum ac Gentilitatis reliquiæ Brixiæ exstabant; idcirco sæpius contra eos invehitur acriori stylo (*l*), *qui dæmonia colentes, elementa adorantes, deorum dearumque nomina ut pagani invocantes..... multorum animas mendacio ac pecudiali turpitudine non desinunt captivare;* et alibi (*m*): *Idola hominum voluntas pessima sui sceleris, et turpitudinis perpetrandæ causa maluit invenire, ut colentes ea effusam operandi mali possint habere licentiam.* Non solum autem Philastrii, verum et Gaudentii tempore qui Philastrio successit, frequentiores adhuc erant in ipsa urbe Brixia et Brixiano agro, idolorum cultores; eosque Gaudentius ipse non uno in loco perstringit, præsertim Serm. 13, ubi hæc habet (*n*): *An existimatis quod Deum diligat tepidus ac negligens christianus, qui idola in possessionibus suis coli permittit, qui fanum dæmonis, et aram diaboli stare in contumeliam Dei patitur?* Itaque minime audiendi sunt Brixiani scriptores, qui jam inde a secundo Christi sæculo totam Brixiæ urbem sub Apollonio episcopo, ut Ughellus tradit (*o*), fuisse volunt ad Christi fidem conversam; cum duobus et eo amplius post Apollonium sæculis, adhuc reliquiæ Gentilitatis et idolorum delubra superessent, quod olim animadvertimus in nostris ad Gaudentium Annotationibus (*p*).

9. Duos habuit Philastrius in Ecclesia Brixiana insignes pietatis suæ doctrinæque alumnos, Benivolum scilicet, et Gaudentium. De Benivolo plura diximus in Præfatione Gaudentii Sermonibus præmissa (*q*); cujus præclarum facinus, quo Justinæ Augustæ mandatis restitit, ne legem catholicæ fidei contrariam dictaret, fusius exsequitur Baronius ad

(*a*) Tom. XIV Rer. Ital. p. 809.
(*b*) Pagius reponit anno 366.
(*c*) Vide sup. n. 3.
(*d*) Idem dicitur de Sabino Placentino episcopo in Actis SS. Januarii tom. II, p. 163. Videsis Tillemont. tom. X, not. 5 ad Vit. S. Ambrosii, p. 744.
(*e*) Serm. de vit. et obitu beati Phil., p. 372.
(*f*) Ibid.
(*g*) Serm. de Ordinat. sui, p. 334.
(*h*) Ughell. tom. IV. Vide Tillemont. tom. VII not. 2 ad Vit. S. Eusebii, p. 772.
(*i*) Apud Bar. A. 356, n. 92.
(*j*) Tom. II Labbei p. 688.
(*k*) Serm. de Transl. Philastrii p. 391. Vide Præf. ad Rampertum p. 383.
(*l*) Cap. 61, ubi de Manichæis.
(*m*) Cap. 109.
(*n*) Pag. 319.
(*o*) Tom. IV, col. 524.
(*p*) Pag. 319.
(*q*) Num. 9, p. 190.

A. 386 (*a*), eo nempe anno Justina Arianis favente, tot tantæque adversus Catholicos Mediolani concitatæ sunt turbæ, ut pene Ambrosii constantia hæreticorum vi ac factionibus obrueretur. Benivolus porro Philastrii disciplina institutus, *Memoriæ scriniis* cum præsideret, atque eidem imperialia decreta adversus fidem Patrum dictanda mandarentur, proposito etiam, si faceret, altiori dignitatis gradu; sponte se honoribus aulæ abdicavit, illud addens (*b*): *Quid mihi pro impietatis mercede altiorem promittitis gradum? Hunc ipsum, quem habeo, tollite : tantum mihi conscientia fidei duret illæsa. Hæc dicens, ante pedes impia præcipientium cingulum jecit.* Egregium Benivoli factum Gaudentius Philastrii institutioni documentisque attribuit; erat enim tunc Benivolus adhuc catechumenus, ac proinde a Philastrio catholicæ fidei præceptis informatus : quare sic eum postea Gaudentius christianum ac pietate florentem alloquitur (*c*) : *Nec mirum si hodie taliter in timore Domini converseris, qui, necdum percepta baptismi gratia, ita pro fidei cœlestis veritate pugnasti, ut imbutum te admirabilibus doctrinis apostolici per omnia viri patris nostri Philastrii, tantæ constantiæ testimonium approbarit.* Gaudentius vero ipse patrem ubique Philastrium vocat; ut Serm. de Ordinat. sui (*d*) : *Post illam venerandæ memoriæ patris mei Philastrii eruditissimam vocem ;* et Præf. ad Benivolum (*e*) : *Imbutum te admirabilibus doctrinis apostolici per omnia viri patris nostri Philastrii;* uti etiam in Serm. de vita et obitu beati Philastrii, ubi seipsum *minimam partem* ejus curarum in Ecclesia Brixiana erudienda a Philastrio impensarum, appellat (*f*): *Ego autem minima ejus pars.* Quin etiam Philastrii doctrinam ubique refert Gaudentius; nam quæ Serm. 19 de Christi divinitate distinctius prosequitur, apud Philastrium hic illic iisdem ferme verbis occurrunt. Gaudentius quippe (*g*) : *Duplex est in Christo substantia, una propria, alia nostra, id est, una Dei, alia hominis ;* Philastrius (*h*) : *Quamvis generatio ipsius duplex sit, una divinitatis indefinita, altera incorporationis per Virginem temporalis.* Gaudentius (*i*) : *Ipsius Passio non in divinitatem quæ est impassibilis, sed in ejus hominem celebrata, percunti mundo subvenit;* Philastrius (*j*) : *Passus itaque est carne passibili, non divinitate naturaliter impassibili.* Gaudentius (*k*) : *Æqualis Patri, sicut semper fuerat, permaneret,* Philastrius (*l*) : *Cum Patre eum in perpetuum manere, atque semper mansisse non ignoremus.* Sic Gaudentius Tract. 3, Christi prædicationem unico tantum anno conclusam dicit (*m*) : *post Baptismum, quod pro nobis in Jordane susceperat ; usque ad Passionis suæ diem unius anni tempus impletur ;* hac porro in sententia licet plures fuerint ex antiquis Patribus, ut ad eum Gaudentii locum annotavimus, a Philastrio nihilominus hausisse videtur Gaudentius, nam Philastrius cap. 106 sic habet (*n*) : *Dominus quæ in uno anno gessit, et docuit, hæc sola præcepit conscribi.* Præclarum quoque est illud quod tradit Philastrius (*o*) de triplici naturæ humanæ statu, *Mandati* nempe, *Legis, et Gratiæ; Mandatum* appellans tempus ante Legem Moysi, quo secundum legem naturæ non scriptam vixerunt primi parentes, ac patriarchæ; idipsum enim expresse repetit non uno in loco Gaudentius, ut Tract. 10, *Lex mandati est* (*p*) : *Ab omni fructu ligni quod est in paradiso ad escam edes: ab isto autem non edas ; et quæcumque ante Moysen verbo tantum Dominus præcepisse cognoscitur ;* præsertim vero Tract. 8 (*q*) : *Dies itaque fuit in* MANDATO *primus ab Adam usque ad Moysen : secundus dies fuit sub* LEGE *Moysi : tertius dies est sub* GRATIA *Salvatoris.* Verba item Philastrio peculiaria adhibet frequenter Gaudentius, cujusmodi sunt, *positio, incorporatio, suballigaturæ, umbratiliter ;* quemadmodum utriusque syllabum vocum exoticarum conferenti manifestum erit; ut non in sententiis tantum, sed in verbis quoque Philastrium Gaudentii magistrum non obscure agnoscas.

10. Quo potissimum anno Philastrius Mediolani Augustino innotuerit, incertum. Scribit Augustinus (*r*) se eum vidisse *Mediolani cum sancto Ambrosio* versantem; quamobrem cum Augustinus ipse ante Bautonis consulatum, qui incidit in annum 385, Mediolanum missus fuerit a Symmacho urbis præfecto (*s*), non autem eo commigrare potuerit nisi anno ætatis suæ trigesimo (hoc est 384), cum annum agens vigesimum nonum Faustum Manichæum Carthagine audierit (*t*) : rediens porro in Africam percepto baptismo, Mediolano abscesserit anno ætatis tertio et trigesimo (*u*), nempe anno 387, consequens est Philastrium uno vel altero ex annis qui ab anno 384 ad 387 intercedunt, Augustino notum fuisse. Cum vero inter Augustini, Ambrosii et Philastrii annos, convenientia quædam, et consensio intercurrat, ex qua lux aliqua ipsius Philastrii rebus quoquo modo affulgere potest ; non erit inopportunum, eorumdem annos aliquot qui sibi invicem respondent, sequenti diagrammate ob oculos ponere.

(*a*) Num. 5 et seqq.
(*b*) Rufin. lib. XI, c. 16.
(*c*) Præf. ad Benivolum, p. 218.
(*d*) Pag. 331.
(*e*) Pag. 218.
(*f*) Pag. 375.
(*g*) Pag. 357.
(*h*) Cap. 127.
(*i*) Pag. 360.
(*j*) Cap. 92.
(*k*) Pag. 364.
(*l*) Cap. 127.
(*m*) Pag. 249.
(*n*) Pag. 78 (huj. ed. col. 1220).
(*o*) Cap. 136, 150, 153, et alibi. Vide ibi annotata a cl. Fabricio.
(*p*) Pag. 298.
(*q*) Pag. 273.
(*r*) Ep. ad Quodvultdeum.
(*s*) Lib. III contra Litt. Petiliani, c. 25, lib. V Conf. c. 13.
(*t*) Lib. V, Conf. c. 3.
(*u*) Lib. IX. Conf. c. 11.

D. AUGUSTINUS.	D. AMBROSIUS.	D. PHILASTRIUS.
Natus idibus Novembris anno 354. Anno 383, ætatis suæ 29, Faustum Manichæum audit Carthagine.	An. 381 Aquileiensi concilio una cum Philastrio intervenit *.	An. 381 Aquileiensi concilio una cum Ambrosio intervenit *.
Missus Roma Mediolanum ante Bautonis consulatum an. 384, ætatis suæ 30, kalendis Januarii annum aperiente Bautone consule, Mediolani orationem encomiasticam recitat an. 385, ætatis 31 *.		
Mota in Ambrosium persecutione, Mediolani adest an. 386, ætatis 32, quo anno etiam detectas ibi SS. Martyrum Protasii et Gervasii reliquias videt **.	An. 386 Justina Augusta, Mediolani in Ambrosium turbas excitat **.	An. 386, aut præcedenti vel subsequenti, Augustino apud Ambrosium innotescit.
Mediolani in Paschate baptizatur an. 387, ætatis 33; dein Mediolano abscedens, ad Ostia Tiberina cum pervenisset, matre orbatur ***.	An. 397 Ambrosius diem supremum agit ***.	An. 387, ex communi Scriptorum placito, certe ante Ambrosii obitum, Gaudentium habet successorem **.
* Lib. III contra Litt. Petill., c. 25. * Lib. IX Conf., c. 7; serm. 39 de Diversis. Videsis Puricellum dissert. Nazariana c. 43, Norisium 50, Somnia 18. *** Lib. IX Conf. c. 11. Vide Noris. 50, Somnia 49.	* Acta concilii Aquileiensis apud Labbeum, t. II, p. 1164, edit. Ven. ** Bar. ann. 386; Norisius 50, Somnia 18. *** Bar. an. 397, n. 36, et Not. ad Martyrol. 4 aprilis. Videsis Tillemontium ad Vitam S. Ambrosii, not. 56, tom. X, p. 761.	* Acta concilii Aquileien., tom. II Labbei, p. 1164. ** Vide quæ subdimus infra n. 9.

Profecto, si conjecturæ locus esset, haud alienum putarem, Philastrium Mediolani versantem, Augustino eo anno innotuisse quo, obortis in Ambrosium turbis, Benivolus integritatem Fidei aulæ dignitatibus prætulit anno 386, ut paulo supra diximus (*a*); idque potissimum monente fortasse atque hortante Philastrio, cui præclarum Benivoli facinus Gaudentius ascribit (*b*). Sive etiam hoc eodem anno, quo Ambrosius SS. Martyrum Gervasii et Protasii reliquias *inaudita conventus celebritate* (*c*) transtulit, Philastrius Ambrosio astiterit: hæc porro cum incerta et ambigua sint, rem totam in medio relinquimus. Rampertus Brixiæ episcopus, qui sæculo nono vixit, Philastrium in ea seditione Arianorum, Ambrosio comitem adjungit (*d*): *Qualem eum in Arianorum nefandæ procellæ temporibus, sanctissimæ memoriæ Ambrosius Mediolanensis episcopus esse intellexit, qui sibi eum collegam habebat?* Deinde prosequitur: *Quantique meriti vicini episcopi eumdem esse existimabant, si quartus Pergamensis episcopus in epitaphio tertii episcopi, hoc est prædecessoris sui, ni fallor, meminisse studuit, quod Ambrosius ipsum episcopum Philastrius consecravit diaconum?* Sane si elogium istud tertii Bergomensis episcopi exstaret, plura inde forsitan erui possent, quæ illustrandis Philastrii temporibus valde congruerent; at cum Inscriptio hæc a Ramperto memorata nusquam appareat (*e*), A idcirco nullam nobis ab ea lucem petere possumus.

11. Philastrii obitum anno 387 plerique ex Recentioribus statuunt, ut Labbeus (*f*), Vossius (*g*), Morerius, Caveus (*h*); alii anno 385, Ughellus nempe (*i*), ac Papebrochius (*j*); Baronius vero (*k*), Et Basnagius Flotte-Manuillæus (*l*) anno 386, omnes porro antiquitatis subsidio destituti. Profecto si de tempore Gaudentianæ in Orientem peregrinationis constaret (quippe Gaudentius inde accersitus Philastrio in episcopatu successit), facile etiam de Philastrii morte certi aliquid affirmari posset; dandum enim est aliquod intervallum inter Philastrii obitum, et Gaudentii tam longe peregrinantis reditum; sed optare quidem licet, divinare omnino non licet. Faynus ex nostris, mira prorsus fiducia, antiquitatem B omnem flocci faciens, auctoritate propria Philastrii tempora tam Cœlo Brixiano (*m*), quam suis ad Brixianum Martyrologium Notis (*n*) perspicue consignat his verbis: *Successit in sede Brixiana Faustino anno* 354, *obitque anno* 385; quo sane calculo triginta et eo amplius anni episcopatus Philastrio ascribuntur, cum interim non plures quam octo eidem tribuat Ughellus (*o*), immo et Labbeus de Scriptoribus Ecclesiasticis (*p*) dicens: *Obiit* XV *kalendas Augusti anni* 387, *cum octo circiter annis præfuisset.* Recte ab Ughello Faynum quam maxime discrepare notavit etiam v. cl. Guilielmus Cuperus Commentarii de

(*a*) Num. 9.
(*b*) Præf. ad Benivolum, p. 218.
(*c*) Ambros. ep. 85, de invent. corporum SS. Gervasii et Protasii.
(*d*) Serm. de Transl. Philastr., p. 399.
(*e*) Ughell. tom. IV, col. 412; Coelestin. l. XIII Hist. Bergom., cap. 4.
(*f*) De Script. Eccles. tom. II, p. 212.
(*g*) Lib. III de Hist. lat. c. 2.
(*h*) Pag. 176.

C (*i*) Tom. IV, col. 528, *in Gaudentio*: cum tamen paulo ante, *in Philastrio*, col. 525, dixisset præfuisse hunc Brixianæ Ecclesiæ, ab anno 301, annos octo.
(*j*) Tom. II SS. Martii, p. 14.
(*k*) A. 386, n. 7.
(*l*) Tom. III Annal. p. 106, n. 10.
(*m*) Cap. 29.
(*n*) 18 Julii, p. 100.
(*o*) Tom. IV, col. 525.
(*p*) Tom. II, p. 212.

S. Philastrio § 2, n. 14 (*a*); at cum nos quoque initia Gaudentii in annum 357, una cum Labbeo, Vossio, aliisque contulerimus (*b*), profecto expetendum foret, ut certiori aliquo vetustatis testimonio, tum anni quibus sedit Philastrius, tum ejus obitus firmari possent; quod cum non suppetat, nihil temere affirmandum est aut negandum. Initia episcopatus Philastrii confert Labbeus in annum 380 (*c*), quæ Faynus anno 354 assignat; annus vero 354 apud Joannem Franciscum Florentinium in Indice Chronologico Antistitum Brixianorum (*d*) ascribitur Faustino Philastrii decessori, cui Faynus in Cœlo Brixiano (*e*) triginta et eo amplius annos sedis attribuit. Itaque hoc pacto Philastrii episcopatus juxta Florentinium anno 384 incœptus, qui juxta Faynum anno 385 finitus, unico tantum anno concluderetur; nec Philastrium episcopum anno 381 in concilio Aquileiensi sedentem admitteret. Inversa prorsus, ac male concreta omnia. Locus Philastrii occurrit cap. 106, in quo cum dicat, *quadringentos jam plus annos transisse, ex quo venit Dominus, atque completos*, fortasse alicui videri possit Philastrii ætatem ultra exitum quarti sæculi esse perducendam. At cum certum sit Philastrium obiisse Ambrosio superstite, qui anno 397 vita cessit; quod quidem ex Gaudentio manifeste constat, hic etenim factus episcopus Serm. de Ordinat. sui Ambrosium præsentem alloquitur (*f*) : oportet aut locum illum esse corruptum, supplendumque ut Fabricio placuit (*g*), *quadringentos jam plus minus annos;* vel Philastrium non admodum exacte, sed per αὔζησιν locutum esse, numerumque completum pro incompleto posuisse. Recte igitur ab eodem Joan. Alberto Fabricio in Testimoniis de Philastrio, castigatur Thomas Malvenda, *perspicuum sphalma* Baronii vocans, quod ex prædicto Gaudentii Sermone, Philastrium superstite adhuc Ambrosio obiisse affirmet; cum aliunde etiam notaverit idem Fabricius librum *de Hæresibus* a Philastrio conscriptum ante Parmeniani mortem, hoc est ante annum 391 (*h*) : ideoque dici non posse a Philastrio dum eum conscriberet, *quadringentos jam plus annos transisse, ex quo venit Dominus, atque completos.*

12. De die obitus Philastrii nos dubitare non sinit Gaudentius; ait nempe (*i*) : *Quintodecimo kalendarum Augustarum exuit hominem*, quo plane die Philastrii memoriam recolunt Martyrologium Romanum, Maurolycus, Galesinius, aliique recentiores Martyrologi. Male *Nomenclatura Auctorum* Cangii Glossario præposita, Philastrii obitum primo Augusti assignat; cum alioqui annum emortualem 387 una cum cæteris statuat. In Martyrologio Alexandri Peregrini die 18 Julii de Philastrio hæc leguntur : *Civitate Brixia natale S. Philastrii episcopi et confessoris ejusdem civitatis, qui quantæ sanctitatis, quantique meriti fuerit, quibus etiam miraculis claruit, Gaudentius beatissimus, ejusdem civitatis etiam episcopus, veraci stylo digessit.* Plura de die obitus Philastrii in Notis ad Sermonem Gaudentii de Philastrio, p. 374. Sedit porro Philastrius in sede Brixiana post Faustinum, eique successit Gaudentius, ut perhibent Catalogi omnes antistitum Brixianorum, vocaturque SEPTIMUS Brixiæ episcopus a Ramperto (*j*); ex qua numeri nota cum tota pendeat ratio recte constituendorum episcoporum Brixiæ, tam præcedentium Philastrio, quam ejus successorum, ideo pro ea constanter retinenda, quamvis sufficiat auctoritas Ramperti, alia nihilominus tum antiquitatis suffragia, tum etiam rationum momenta diligenter expendimus in Præfatione ad Rampertum (*k*), quam adeas velim; uti et Admonitionem præviam in antiquum Rhythmum de Philastrio, p. 375. Num vero Philastrius Martyris nomine censendus sit, ut placet nupero Gavanti additori (*l*), quemadmodum Numidicus, Euthychius, Sosthenes (*m*), aliique, quos tormenta olim expertos, constat naturali deinceps morte decessisse : cum neutiquam hoc titulo a Martyrologis appelletur, neque sub hoc cultu Brixiana Ecclesia eum honoret, in medio relinquo. Sepultus est autem una cum ejus ligneo lituo, seu baculo pastorali, qui etiamnum in thesauro Ecclesiæ Brixianæ asservatur, uti ex Capreolo lib. III Hist. Brix. tradit etiam Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ (*n*); quæ novissime ex Florentinio in Indice Chronologico Antistitum Brixianorum, v. cl. Guilielmus Cuperus retulit in Commentario de S. Philastrio, Brixiæ episcopo § 2, n. 16 (*o*), quo in loco Sermo Ramperti de Translatione Philastrii, ex Patavina editione anni 1720 diligenter emendatus et illustratus, denuo vulgatus est. Locus sepulturæ *ad Sanctum Andream*, memoratur in duobus codd. mss. Brixianæ Ecclesiæ, quorum excerptum protulimus ad Sermonem Ramperti(*p*); cathedralem porro *S. Andreæ* ecclesiam memorat Malvetius Chron. dist. 3, c. 11, et dist. 4, c. 3, quo ex loco sacrum Philastrii corpus tum primum translatum fuisse a Ramperto, Brixiani scriptores testantur. Verba Florentinii hæc sunt (*q*) : *Ejus corpus anno* 838 v *idus Aprilis, a S. Andreæ antro abstruso, ubi quingentos ferme annos latuerat, una cum ejus pedo ligneo, in cathedrale templum hiemale illud, cui postea superædificata est ecclesia quæ* ROTUNDA *vulgo dicitur, translatum est.* Alias Philastrii Translationes enarrat idem Cuperus memorati Commentarii de S. Philastrio § 2, n. 16 (*r*), quoniam vero lignei baculi, seu pedi quod una cum Philastrii cor-

(*a*) Tom. IV, SS. Julii, p. 386.
(*b*) Præf. ad Gaudentium, n. 4.
(*c*) Tom. II, p. 211.
(*d*) Brixiæ, apud Bartholomæum Fontanam, 1614.
(*e*) Pag. 20.
(*f*) Pag. 334.
(*g*) Vid. quartam ordine notam ad cap. 106. EDIT.
(*h*) Not. ad capp. 83 et 106.
(*i*) Pag. 374.
(*j*) Serm. de Transl. Philastrii, p. 391.
(*k*) Pag. 389.
(*l*) Tom. II, p. 559, edit. Romanæ 1738.
(*m*) Martyrol. Rom. 9, Aug., 24 Aug., 28 Nov.
(*n*) Die 18 Julii.
(*o*) Tom. IV Julii p. 387.
(*p*) Not. ad Rampertum p. 388.
(*q*) Index Chronol. in Philastrio.
(*r*) Tom. IV Julii, p. 387.

pore inventum est, mentio incidit, non alienum puto hoc loco annotare baculum hunc esse ligneum, atque in vertice, vel summitate recurvum; ejusque schema eamdem figuram referre, quam ex Casinensi cod. delineavit Montfauconius Diarii Italici p. 323. Baculum pastoralem D. Augustini, una cum ejus corpore ex Africa in Sardiniam translatum, memorat Baronius an. 504 (*a*), ex quo apparet hujusmodi κοιμήλια una cum episcoporum corporibus tumulari solita; idemque prodit Ughellus in Mediolanensibus archiepiscopis (*b*), ubi ex Puricello narrat corpus Anselmi archiepiscopi, qui vixit ad annum 822, *una cum ejus baculo ligneo*, ad latus dextrum, annuloque ex argento gemmato, et aurato, fuisse inventum. Diem obitus Philastrii solemnem olim Brixianis civibus fuisse, ostendunt testimonia Gaudentii, ac Ramperti, quorum prior (*c*) *quatuordecim jam per annos solemnitatis hujus cultum* se renovasse dicit; alter vero Brixianos episcopos Philastrii successores (*d*), *diem transitus ejus venerantes*, reverenter honorasse, *ab omni terreno opere Brixiensem populum abstinere jubentes*: verum cultus hujusmodi jampridem obsolevit; imo titulus quoque patroni, qui tum Philastrio, tum Apollonio dudum tribui solebat (*e*), iisdem ascribi desivit:

Tantum ævi longinqua valet mutare vetustas.

13. Præter librum *de Hæresibus* a Philastrio conscriptum, nonnulla alia eidem tribuuntur, quæ Philastrium auctorem minime agnoscunt; nempe vetus Latina *Epistolæ S. Barnabæ Interpretatio*, quam Philastrio ascribit Papebrochius in Actis SS. Junii, tom. II, p. 457, et Papebrochio vade, Fabricius quoque in Præfatione ad Philastrium, quæ Hamburgensi editioni præfixa est, atque editioni huic Brixianæ denuo præponitur. Profitetur autem Papebrochius Interpretationem illam se hoc præsertim nomine magni facere, quod Philastrium auctorem præferat: *estque ea* (verba sunt Papebrochii) *tanto æstimanda pluris, quod in veteri ms. Corbeiense reperiatur, tamquam Latine reddita a S. Philostorgio* (lege *Philastrio*) *Brixiensi episcopo*. Hausit hoc fortasse Papebrochius a Puccinello in Vita S. Barnabæ lib. II, pag. 69, sed mira prorsus in eo fuit summorum virorum, tum Papebrochii ipsius, tum Fabricii etiam hallucinatio (*f*); cum enim in ms. illo Corbeiensi, cujus uterque meminit, præter librum Philastrii *de Hæresibus*, contineretur Latina *Epistolæ S. Barnabæ Interpretatio*, haberenturque alia etiam nonnulla; putavit uterque, re non satis perspecta, in illo cod. veterem illam Interpretationem sub nomine Philastrii exhiberi. Verum nec Menardo, nec Cotelerio, doctissimis illius epistolæ editoribus umquam venit in mentem, ut eam Interpretationem Philastrio tribuerent; quin potius tom. II Bibliothecæ PP. pag. 16, ubi Latina illa Interpretatio iterum edita est, pauca hæc præmittuntur, quæ rem omnem in aperto collocant: *Cum in Philastrii episcopi Brixiensis volumen ms. e Corbeiensi monasterio incidisset aliquando R. P. Hugo Menardus, ibidem proxime post* Epistolam Tertulliani *de cibis Judaicis*, Barnabæ *nomine insignitam* Epistolam, *una cum* Jacobi Apostoli Epistola *deprehendit*. Itaque in eo cod. plura Opuscula diversorum Auctorum simul collecta exstabant; quorum primum, nempe liber *de Hæresibus* cum Philastrii nomen præferret, facile eidem Philastrio etiam Latina illa Interpretatio quæ auctoris nomine fortasse carebat, tributa est; verum de hoc infra, cum nobis de Corbeiensi ms. ex instituto loquendum erit (*g*). Menardus certe qui Corbeiensem cod. contrectavit, atque ex eo Latinam illam Interpretationem desumpsit (nam, eodem Papebrochio narrante (*h*), Græcum exemplar habuit ex schedis Turriani), ubi in Corbeiensi ms. versionem illam Philastrii nomine vidisset prænotatam, minime hoc silere debuisset. Philastrio item ascribuntur *Acta SS. Faustini, et Jovitæ*, ex quibus eorum Vitam edidisse profitetur Jacobus Riccius, qui eam typis vulgavit anno 1511, referente Ascanio Martinengo in Proœmio Vitæ eorumdem SS. a se Italice editæ Brixiæ anno 1602, verum an hujusmodi *Acta* vere Philastrii sint, jure dubitat idem Martinengus; idque innuit etiam Henschenius (*i*), eo quod a libro *de Hæresibus* stylo ac modo scribendi prorsus differant. Nos *Acta* ejusmodi Philastrio libenter abjudicamus; sicuti etiam *Aphræ Passionem*, quam Philastrio tribuit Ughellus in Proœmio ad Brixienses episcopos (*j*); id autem Ughellus acceperat a Galesinio, qui Aphræ historiam a Faustino et Philastrio episcopis Brixiæ conscriptam esse prodit Notat. ad 24 Maii. Si quis porro Philastrio ascriberet *Symbolum* quod vulgo dicitur *Athanasii*, cujusque *Expositio* aliquando Gaudentio etiam nostro tributa fuit, non ille forsitan omnino improbabili duceretur conjectura; occurrunt enim sæpius in Philastrio illius Symboli sententiæ non solum, sed etiam verba ipsa; nam ibi: *Est ergo Fides recta, ut credamus et confiteamur, quia Dominus noster Jesus Christus, Deus est ex substantia Patris ante sæcula genitus;* Philastrius vero (*k*): *Ergo rectum, et Fidei firmamentum ostenditur, ut et genitum eum cognoscamus de Patre proprie, non tamen in tempore, sed ante omnia sæcula.* Notaverat hoc idem cl. etiam Fabricius ad illa Philastrii verba (*l*): *Qualis immensus est Pater, talis est et Filius, talis est et Spiritus sanctus*, hæc subdens: *Iisdem fere verbis in Symbolo quod vocamus Athanasianum: Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.*

(*a*) Num. 38.
(*b*) Tom. IV, col. 78.
(*c*) Serm. de Vit. et obitu beati Philastrii, p. 374.
(*d*) Serm. de Transl. Philastr., p. 387.
(*e*) Not. ad Gaud. p. 374.
(*f*) Eumdem errorem erravit Ittigius Hist. Eccles., sec. I, pag. 23.
(*g*) Num. 20.
(*h*) Tom. II SS. Junii, p. 457.
(*i*) Tom. II Februarii, p. 806.
(*j*) Tom. IV, col. 523.
(*k*) Cap. 127.
(*l*) Cap. 51.

Alibi quoque Philastrius (*a*) : *Est vera persona Patris, et est vera persona Filii, et est vera persona Spiritus. Trium itaque harum personarum una est veritas, majestas, et substantiæ æqualitas, et divinitas;* in Symbolo autem : *Alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti; sed Patris, et Filii, et Spiritus sancti una est divinitas, æqualis gloria, coæterna majestas :* quare non alienum videtur, ut aut Philastrius illius Symboli auctor sit, aut Symboli auctorem, quicumque fuerit, a Philastrio non solum dogmata, sed verba etiam ipsa aliquando mutua accepisse :

§ 1. *De utilitate et usu libri* de Hæresibus *a Philastrio conscripti.*

14. Librum *de Hæresibus* a Philastrio conscriptum ante Parmeniani mortem, hoc est ante annum 391; recte observavit Fabricius, quod nos quoque supra annotavimus (*b*); sed post annum 380 fuisse exaratum (quod Fabricius non monuit) illud indicat, nempe a Philastros (*c*), inter hæreticos recenseri *Abstinentes*. Priscillianistas scilicet quos hoc nomine a Philastrio perstringi perspicuum est (*d*), quorumque hæresis circa annum 380 emergere cœpit (*e*). Hujus Libri utilitatem atque usum, quamvis nihil omnino aliud commendaret, hoc certe ostenderet, quod Augustinus ipse in suo *de Hæresibus* libello, plura a Philastrio decerpserit, ejus nomine minime dissimulato, ut cuilibet compertum esset, per quem profecerit; ea autem re non satis ab aliquibus, ut debuit, perpensa, visus est immerito Augustinus Philastrio nostro parum tribuere. Porro quæ ab ipso Augustinus desumpsit, ea prostant in hujus opusculo *de Hæresibus* a cap. 58 : illic enim postquam hæreses ab Epiphanio commemoratas recensuit, sic ait : *Nunc addo quas Philaster posuit, nec posuit Epiphanius.* Itaque nisi Philastrii *liber de Hæresibus* exstaret, plane Seleuci et Hermiæ hæreses de Deo corporeo, de Mundi materia, de creatione animarum, aliasque similes ignoraremus, quas totidem ferme verbis a Philastrio Augustinus exscripsit; prout ignoraremus Proclianitas, Patricianos, Ascitas, Aquarios, aliosque complures, quos a Philastrio acceptos in numerum redegit Augustinus. Animæ immortalitatem pluribus in locis confirmat Philastrius, eamque a Carpocrate quoque (*f*) et Valentino (*g*) agnitam et assertam prodit; quin etiam Samaritanos, *animam immortalem habere hominem non sentientes* (*h*), redarguit, atque inter hæreticos connumerat. De Trinitatis mysterio perspicue adeo et aperte loquitur, ut plura quæ in Symbolo, quod vulgo Athanasio tribuitur, occurrunt, videantur e Philastrio desumpta, sicuti mox observavimus (*i*); notanda autem præcipue quæ habet cap. 93, ubi inter errores recenset hæresim quamdam *triformem Deum facientem;* et cap. 109, quo Trinitatis scientiam, jamprimum *ab origine mundi* hominibus nuntiatam fuisse, Scripturarum testimoniis ostendit. De gratia Dei, cujus doctrina ante Augustinum non satis explicata fuerat, luculenter loquitur non uno in loco, nempe cap. 98 : *Inspiratio itaque non est anima, sed gratia dignitatis de divino Spiritu;* et paulo supra : *Inspiratio divini Spiritus est quædam gratia et profectio dignitatis;* uti et cap. præcedenti : *Non est ambiguum quod anima ante facta sit, caro autem postea plasmata; et sic postea inspiratione infusa Dei, spiritalis collata sit gratia, ut sic jam capax homo legis divinæ non impotens a Domino monstraretur.*

15. Sed quoniam hoc loco de utilitate et usu Philastriani Operis disserimus, minime prætereunda est hujus libri censura, et laus, quam Bibliothecæ suæ Ecclesiasticæ (*j*) consignavit Ludovicus Ellies Dupinius. Censura Dupinii primum versatur in eo, de quo Philastrium nostrum fere omnes accusant, nempe quod plures sibi confinxerit hæreses quæ nuspiam fuerunt (*k*), prout Nazaræos, Heliognostos, Musoritas, Muscaccaronitas, Troglodytas, Fortunatianos, atque, ut alios præteream, etiam Cybelitas, Cybelis scilicet cultorum imitatores. De Cybelitis qui et Valesii Epiphanio, et Augustino (*l*), Philastrius ne verbum quidem facit ullum; cæteros vero, quorum plures non hæretici, sed idololatræ potius vocandi erant, Scripturæ commemorant, quarum vestigiis inhæret Philastrius. Nazaræos agnoscit etiam Epiphanius et Augustinus (*m*); Troglodytas autem Theodoritus, qui eadem appellatione Eunomianos et Aetianos nuncupatos scribit, eo quod ἐν οἰκίαις λανθανούσαις convenirent, quod pridem annotavit Fabricius (*n*). Quam male porro Dupinius affirmet neminem præter Philastrium locutum esse de Judaitis, de Passalorinchitis, de Rhetoriis, de Excalceatis, admonuimus in Spicilegio (*o*); idemque plane constat ex Fabricio in Notis ad has hæreses (*p*). Prosequitur dein Dupinius Philastrium culpans, quod aliquando inter hæreses ponat sententias aut veras, aut quas saltem in utramque partem disputari posse certum est (*q*), ut puta Millenarios (*r*), futuram elementorum per ignem consummationem negantes (*s*), Pauli Epistolam ad Hebræos Lucæ aut Barnabæ tribuentes (*t*),

(*a*) Cap. 93.
(*b*) Num. 11, in fin.
(*c*) Cap. 84.
(*d*) Fabric. ad cap. 84 not. *Sunt in Galliis.* Edit.
(*e*) Fabric. eodem loc. Tillemont. tom. VIII, p. 798.
(*f*) Cap. 35.
(*g*) Cap. 38.
(*h*) Cap. 7.
(*i*) Num. 13, ad fin.
(*j*) Tom. II, sec. 4.
(*k*) *Il feint quantité d'hérésies qui n'ont jamais été.*
(*l*) Epiphan. hær. 38, Aug. de Hær. c. 37.
(*m*) Epiphan. hær. 29, Aug. c. 9.
(*n*) Not. ad Philastr. p. 11.
(*o*) Vid. inter notas ad cap. 76 notam *Alii sunt passalorinchitæ.* Edit.
(*p*) Capp. 34, 76, 81, 91.
(*q*) *Quelquefois il met au nombre des hérésies des sentiments qui sont véritables, ou du moins problématiques.*
(*r*) Cap. 59.
(*s*) Cap. 80.
(*t*) Cap. 89.

atque alia hujusmodi; verum dandum est aliquid Philastrii ingenio, qui peculiari quodam studio erga Catholicæ veritatis amorem ferebatur, atque ubicumque aliquod erroris vestigium sibi videbatur deprehendere, in illud vehementius stylum convertebat; ut taceam Millenarios, seu Chiliastas, a Patribus non semel inter hæreticos connumerari; Mundum incorruptibilem credere, omnino errorem esse, ut Scripturarum testimonia a Philastrio prolata evincunt; Epistolam autem ad Hebræos verum esse, ac genuinum Pauli fetum, a recentioribus Criticis magno conatu astrui (*a*). Quod subdit Dupinius, plura et gravia a Philastrio in hoc libro errata commissa esse (*b*), quamvis probe norim, parcius hæc viris talibus objicienda, uti parcius profecto ac modestius idipsum Philastrio objecit Fabricius, ubicumque eum errare deprehendit; ego tamen non præfracte negaverim, non pauca Philastrio excidisse, in quibus major diligentia ac sedulitas ab eo desiderari possit, nisi religionis, ac pietatis studium, solertiæ, curæque defectum aliquatenus excusaret. Dupinius interea Philastrii censor, dum eum acriori stylo sugillat, turpiter ipse labitur Philastrium reprehendens, quod Samaritanos deduxerit *a Samario rege filio Chanaan* (*c*), cum Philastrius non Samarium regem dixerit filium Chanaan, sed, *Samaritani a Samario rege nuncupati sunt;* deinde : *Alii autem aiunt a filio Chanaan, qui Samarius vocabatur* (*d*), Samaritanos esse appellatos, uti notavimus etiam in Spicilegio. Fallitur quoque Dupinius Philastrio succensens, quod eos damnet, qui Ecclesiastici libro tamquam canonico utebantur (*e*), non enim damnat Philastrius eos qui hoc libro ut canonico utebantur, sed qui utebantur tamquam libro Salomonis, ut explicat recte Fabricius in suis ad Philastrium Notis (*f*).

16. Porro quamvis non admodum benigne de Philastrio sensisse videatur Dupinius, nonnulla nihilominus peculiari observatione digna apud eum inveniri animadvertit (*g*), quorum nos quoque pauca quædam paulo supra, ad utilitatem Libri indicandam, pro specimine delibavimus (*h*). Hujusmodi sunt animæ immortalitas a Philastrio, ut diximus, pluribus in locis asserta; Trinitatis mysterium dilucide ac perspicue explicatum; generatio Verbi sempiterna clare et enucleate tradita (*i*); Christi descensus ad inferos, quomodo impiis Dei hostibus nihil profuerit (*j*); aliaque non pauca, quæ Philastrium Operis momentum, usumque satis abunde ostendunt. Pythagoreorum et Platonicorum dogmata, hæreticis compluribus errorum fontes aperuisse, nemo melius Philastrio indicavit; apud quem Valentinus audit *Pythagoricus magis quam Christianus* (*k*), Passalorinchitæ vero, *Pythagoricam vanitatem potius quam Prophetarum cœlestem vitam, et sapientiam sequi* dicuntur (*l*). Seleuci, et Hermiæ, ubi de horum erroribus loquitur, *Paradisum visibilem* ex Platone haustum expresse notat Philastrius (*m*); ac plura demum apud ipsum hic illic occurrunt, quibus secretiores Ecclesiasticæ antiquitatis recessus studiosis patefiunt; ut proinde non immerito cl. Fabricius, minime se pœnitere, *horas quasdam recensendo, atque illustrando Philastrii libello impendisse, variaque ex illo didicisse*, ingenue profiteatur (*n*). Vanitatem et inanem Philosophorum sententiam de Pythagorica, seu Platonica metempsychosi, probe irridet Philastrius (*o*); prout etiam eorum διδάγματα de Mundis infinitis (*p*); quod postremum notatum est etiam Dupinio; ex quibus Philastrii locis, hujusmodi errores etiamnum quorumdam mentibus insidentes, Philastrianis telis facile conficias. Scripturarum Canonis αὐτενθίαν diserte exprimit cap. 88, quo in loco apposite observavit Fabricius (*q*), in earum recensione omitti a Philastrio Apocalypsin, et Epistolam ad Hebræos, quæ tamen utraque scripta amplecti se idem Philastrius alibi testatur. Eodem cap. 88 recte ait, Valentinianos *Apocrypha Prophetarum, et Apostolorum, id est Actus, separatos habentes, Canonicas Scripturas contemnere;* quod certe de Valentini discipulis intelligendum, non de ipso Valentino, quem nihil Canoni addidisse, vel detraxisse, sed tantum pravis expositionibus Scripturas ad sensum suum accommodasse, ex Tertulliano probavit Massuetus (*r*). Laudat præterea Dupinius præclarum Philastrii effatum (*s*), quo docet, debere nos *primum nostra currere voluntate, deinde non cum præsumptione et jactantia, quasi nostra virtute et justitia condigna, non Christi mereamur salvari clementia;* prout etiam illud quod subjicit, reprehendens *si quis dixerit : Possum esse martyr, possum esse apostolus, et non dicit : Si Christus voluerit, quod ab eo incrementum id muneris et gratiæ confertur.* Con-

(*a*) Videsis Notas Fabricii ad cap. 89.

(*b*) *Il fait plusieurs fautes grossières dans ce petit traité.*

(*c*) *Il dit que les Samaritains viennent d'un roi appelé Samarius, fils de Chanan; quelle bévue!*

(*d*) Philastr. cap. 7 : *Samaritani a Samariorege ita nuncupati sunt. Alii autem aiunt a filio Chanaan qui hoc nomine Samarius vocabatur, a quo Samaritani sunt appellati;* quare Dupinio reponi potest : *quelle bévue!*

(*e*) *Il condamne ceux qui admettent l'Écclésiatique comme un livre canonique.*

(*f*) Vid. ad cap. 56 not. *Librum unum Sapientiæ.* EDIT.

(*g*) *Il y a néanmoins quelques endroits remarquables.*

(*h*) Num. 14.

(*i*) Cap. 127.

(*j*) Cap. 125. Videndus item Fabricius cod. Apocr. N. T. p. 1005.

(*k*) Cap. 38.

(*l*) Cap. 76.

(*m*) Cap. 55. Augustinus porro de hær. cap. 59, contra id quod ait Philastrius, de Seleucianis loquens : *Negant etiam visibilem paradisum;* Philastrius vero : *Paradisum visibilem affirmant.*

(*n*) Præf. ad Philastr.

(*o*) Cap. 124.

(*p*) Cap. 113.

(*q*) Vid. ad cap. 38 not. *Statutum est ab apostolis.* EDIT.

(*r*) Dissert. 1, in Iren., n. 9.

(*s*) Cap. 128.

mendat item Philastrii librum a brevitate præsertim, cum ex adverso *prolixissimum* vocet Augustinus (*a*): *Philaster Brixianus episcopus in prolixissimo libro, quem de Hæresibus condidit:* hoc autem Augustini accipiendum esse Fabricius annotat (*b*) non ob magnitudinem voluminis, sed ob prolixum hæresium quas commemorat numerum Epiphanio longe majorem.

17. Licet autem in hæresibus enumerandis fere se diligentiorem præstiterit Philastrius, ita ut nonnumquam eamdem hæresim pluries commemoraverit, ut ait Dupinius (*c*); quasdam tamen etiam prætermisit recensitas ab Epiphanio, quas propterea in catalogo suo ponit Augustinus; ut Archonticos, Severianos, Elcesæitas, et Samsæos, Bardesanitas, Valesios, Angelicos, Apostolicos, Origenianos, Hierachitas, Anthropomorphitas, Appollinaristas, Antidicomarianitas, Psallianos, Martyrianos, et Satanianos, quos postremo loco ex desumptis ab Epiphanio collocat Augustinus (*d*). Atque hæ quidem sunt hæreses ab Epiphanio recensitæ, et a Philastrio omissæ, quas in catalogum suum Augustinus redegit. Contra vero idem Augustinus inter hæreses quas a Philastrio accepit, *Priscillianistas* memorat (*e*), cum tamen *Priscillianorum* nomen in Philastrii libro non legatur, ut notavit Fabricius in Testimoniis de Philastrio, ubi Augustini de eodem Philastrio testimonium recitat; sed eos Philastrius cap. 84, sub nomine *Abstinentium*, perstringat, ut ibidem Fabricius animadvertit (*f*). *Passalorinchitas* item recenset Augustinus c. 63 inter hæreses *quas Philaster posuit, nec posuit Epiphanius;* verum *Passalorinchitas* Epiphanius ponit, ut notatum Fabricio ad Philastrium cap. 76 (*g*), uti et *Colluthianos*, quos Augustinus habet c. 65 tamquam a Philastrio, non ab Epiphanio memoratos (*h*). Plures etiam hæreses Augustinus omisit, quas nec Epiphanius, nec Philastrius recensuerunt; inter eas *Masbothæi* a Masbothæo sic appellati, qui fuit unus de septem primis hæreticis quos numerat Eusebius (*i*), prout etiam *Gorthæi* a Gorthæo quodam (*j*), quamquam *Gorthenos* ponat etiam Epiphanius (*k*), qui tamen prætermittuntur ab Augustino. *Asclepiodoti* ab Asclepiodoto, qui discipulus erat Theodoti coriarii (*l*), isque docebat hominem tantummodo Christum esse (*m*). *Saccophori* species quædam Manichæorum, sic dicti quasi saccum ferentes; de his mentio est in Codice Theodosiano (*n*); Tillemontius vero (*o*) Baronium notat, quod eos ad an. 383 (*p*) perperam putaverit eosdem esse cum Messalianis, quos Augustinus c. 57 non Messalianos dicit, sed Psallianos. *Helvidiani* ab Helvidio Auxentii discipulo, contra quem Hieronymus librum scripsit, omittuntur ab Epiphanio, Philastrio, et Augustino; quamquam, fortasse iidem sint, quos Antidicomaritas Epiphanius vocat, (*q*) Antidicomarianitas vero Augustinus (*r*). *Macrianum* memorat Eusebius (*s*), qui ex catholico, hoc est rationali, archisynagogus magorum Ægypti factus, ac Valeriani imperatoris ad impietatem omnem ductor, et magister, neque providentiam universa moderantem intellexit, nec animo reputavit judicium illius qui ante omnia, et in omnibus, et super omnia est, Dei. *Exocionitas* Arianos nominat non semel Chronicum Alexandrinum (*t*) qui Athanasio, aliisque scriptoribus etiam *Exucontii* appellati, quod Filium Dei, quem Patri consubstantialem, et coæternum negabant, ἐξ οὐκ ὄντων, seu ex nihilo creatum affirmarent, de quibus præclara nonnulla notavit Ittigius (*u*). *Bonosi* hæresis a Bonoso quodam episcopo (utrum Sardicensi, ut eum facit Marius Mercator, an vero Naissi, ut judicat Holstenius (*v*), non satis compertum) in eo versabatur, quod *Bonosiani* non solum Christi Deitatem negabant, sed plures etiam liberos e Maria genitos fuisse credebant; ut ex Bonosi causa acta in synodo Capuana A. C. 389 satis liquet (*x*). Atque hæc de hæresibus ab Epiphanio, Philastrio, et Augustino omissis; quoniam vero longiorem de his sermonem facere non est hujus loci, hæc modo dicta sufficiant (*y*): scilicet nos alio avocat institutum nostrum, ut nempe varia de Philastrio acatholicorum judicia in medium proferamus, et expendamus.

§ II. *Judicia ἑτεροδόξων de Philastrio enarrantur, et expenduntur.*

18. Prodeunt primum Centuriatores Magdebur-

(*a*) De Hær. c. 41.
(*b*) Testimon. de Philastrio.
(*c*) *Il fait un Catalogue si nombreux d'Hérésies, qu'il a encore multipliées en faisant mention d'une même hérésie plusieurs fois.*
(*d*) Aug. de Hær., cap. 20-57.
(*e*) Ibid., cap. 70.
(*f*) Vid. ad cap. 84 not. *Sunt in Galliis.* EDIT.
(*g*) Vid. ad cap. 76 not. *Alii sunt passalorinchitæ.* EDIT.
(*h*) Videsis Fabricium, ad cap. 79, not. *Malorum non esse factorem.* EDIT.
(*i*) Lib. IV Hist. Eccl., cap. 22.
(*j*) Euseb. ibid.
(*k*) Hær. 12.
(*l*) De Theodoto Philastrius cap. 50, Aug. cap. 33, cui non *Theodotus*, sed *Theodotio.*
(*m*) Euseb. lib. V, cap. 28.
(*n*) Lib. XVI, tit. 5, leg. 9.
(*o*) Tom. VIII, pag. 798.
(*p*) Num. 34, 36.
(*q*) Hær. 78.
(*r*) Cap. 56.
(*s*) Lib. VII, cap. 10. Consule Valesii notas ad hunc Eusebii locum.
(*t*) Pag. 704, edit. Raderi, et alibi.
(*u*) Observ. Miscell. VIII, pag. 239, Lipsiæ 1700.
(*v*) Ittig. Observ. Miscell. IX, pag. 244.
(*x*) Ibid., pag. 246 Videsis Tillemont., tom. X, p. 236, 754.
(*y*) Plura dabunt cupientibus Euthymius in Panoplia tom. XIX Bibl. PP., p. 6, ex versione Petri Francisci Zini Lunatensis archipresbyteri; et Nicetæ Choniatæ Acominati Panoplia dogmatica, cujus integram σύνοψιν ex ms. cod. bombycino bibliothecæ cl. viri Stephani Baluzii protulit eruditissimus Montfauconius Palæographiæ Græcæ l. IV, c. 9, p. 327. Vide etiam, si lubet, Thomæ Ittigii Dissertationem de Hæresiarchis ævi Apostolici; Lipsiæ 1690, uti et Hartmannum Tract. de rebus gestis sub Apostolis, et Arnoldum Historia hæresium, quos laudat idem Ittigius Observ. Miscell. IX, pag. 241.

genses, qui, licet novitatis studio, Catholicis partibus plurimum infensi, Philastrium tamen Catholicæ veritatis zelo quam maxime flagrantem, non uno in loco eximiis laudibus efferunt. Igitur hi Cent. 4, cap. 5 (*a*), ubi de hæresi Arianorum agitur, hæc habent : *Contradixerunt huic hæresi et alii hujus ætatis præstantes viri, ut Ambrosius, Epiphanius,* PHILASTER, *Marius Victorinus, et similes.* Integrum deinde Philastrii locum contra Arium proferunt (*b*): *Homo et angelus facti sunt ex nihilo : Filius autem cum sit verus, oportet de divina illa substantia Patris genitus cognoscatur;* cum reliquis quæ apud Philastrium habentur cap. 66, postea de Semiarianis loquentes (*c*), *unius tantum Philastrii verba*, contra ipsorum hypothesim de Spiritu sancto adjiciunt (*d*), *Christus Dominus Spiritum Patri, et sibi, in Fide Baptismi salutis æternæ conjunxit;* quod quidem per se satis est, ut manifeste pateat, quanti apud ipsos fuerit Philastrius, ejusque auctoritas. Alibi quoque Philastrium laudant, ac peculiaria ejus loca observant, ubicumque res ferat Philastrii dicto et auctoritate usi; ut Cent. 1, cap. 5 (*e*), quo in loco ex Philastrio aiunt, Simonem coram Nerone a Petro *doctrina, et miraculis* superatum (Philastrius porro (*f*) neque *doctrinam*, neque *miracula*, sed tantum memorat Simonem *oratione beati Apostoli* devictum), Cent. 2, cap. 5 (*g*), Marci et Valentini hæresibus ex Philastrio lucem affundunt ; Cent. 3, cap. 5 (*h*) ex eodem, Manichæorum hæresim *in Hispania, et quinque provinciis* viguisse plurimum notant ac demum undequaque ostendunt, se in Philastrii lectione omnino diligenter esse versatos. Ubi de doctrina Ecclesiæ agunt Cent. 5, cap. 4 (*i*) inter *omnium clarissimos* qui eo sæculo fuerunt, *Philastrium* reponunt, eumque simul cum Joanne Chrysostomo, Augustino, Cyrillo, aliisque summis viris annumerant; deinde cap. 10, ubi de episcopis et doctoribus disserunt, hanc de Philastrio sententiam promunt (*j*) : *Tametsi Augustinus hunc auctorem postponit Epiphanio, attamen hominem fuisse doctum, et qui judicium de rebus habuerit ; item antiquitatis et veterum historiarum etiam Gentilium, omnium vero maxime sacrarum Scripturarum magnam cognitionem ; manifestum est ex illo ipso scripto, in quo omnis generis hæreses, mira brevitate et dexteritate dum refutat, multa obiter cognitione digna admiscet.* Sic paulo post : *Græcæ linguæ fuit peritus, nam Græcos auctores citat ; Solonem, Platonem in Timæo, Hesiodum, Hermen Trismegistum, Democritum ;* denique addunt : *In illo suo Hæreseon Catalogo, magno studio certat contra omnis generis vanitates, superstitiones, et errores Gentilium, Judæorum, et Christianorum. Nam centum quinquaginta sex hæreses enumerans, tam eas quæ ante Christi adventum, quam quæ post, et in populo Dei, et inter Gentes exstitere, plerasque earumdem refutat : præsertim eas quæ post Christum glorificatum in populo Christiano exortæ sunt ; breviter quidem, sed tamen dilucide et perspicue satis.*

19. Hæc Magdeburgensium elogia satis diluunt præposterum de Philastrio judicium, quod profert Joannes Dallæus lib. II de Usu Patrum cap. 1 (*k*) his verbis : *Philastrius Brixiensis episcopus, quæ ipse non probabat, ea in hæreseon censum, veluti a publica Christianorum omnium fide aliena, retulit adeo fallaci et futili interdum judicio, ut quæ ille jugulat, Ecclesiam quoque damnasse, ab omni veri specie abhorreat.* Serviebat causæ Dallæus; ac proinde non poterat magnopere Philastrium laudare qui Justinum, Irenæum, Chrysostomum, cæterosque Patres fere omnes instituerat vituperare. Aliunde etiam libro illo suo Dallæus videtur profecto struere ad Scepticismum latam ac bene munitam viam, cum Patrum auctoritate sublata, ferme nihil certi nobis relinquat. Porro si cubi Philastrius impegit, non propterea continuo abjiciendus est penitus, ac repudiandus ; multa enim, ac præclara habet, quibus tum doctrina Catholica, tum Ecclesiastica disciplina, propugnatur et illustratur. Verum alibi acriori censura Philastrium castigat Dallæus, nempe ejusdem lib. II, cap. 3 (*l*), ubi ait : *Philastrius velut rem certam narrat, et quidem (ne eum sine auctore loqui putes) Hesiodi Græci poetæ testimonio firmat, Paganos ita dictos esse a Pagano rege Deucalionis et Pyrrhæ filio : quæ totidem sunt somnia et Hesiodo, et omnibus eruditis inaudita* (*m*). Locum Hesiodi, qui a Philastrio laudatur, hodie non exstare, notaverat etiam Fabricius (*n*), licet *somnia* illa *Hesiodo, omnibusque eruditis inaudita*, minime ipse perviderit. Quid si Philastrius paulo post, quisnam fuerit *rex* ille *Paganus*, clarius enuntiet, nempe Deucalionis et Pyrrhæ filius, Helles nomine, a quo Græci Ἕλληνες fuerint postmodum appellati ? Habet in hoc Philastrius eruditorum consensum, recte ab eodem Fabricio annotatum (*o*); immo expresse idipsum Philastrius dicit (*p*), scilicet *a Græco rege*, hoc est Hellene, *fuisse Græcos appellatos ;* quem supra *Paganum regem* vocavit, a quo *Pagani* (*q*). Modestius quidem, ac verecundius de Philastrio sensit Guillelmus Caveus, cujus hæc sunt verba (*r*):

(*a*) Pag. 182.
(*b*) Pag. 192.
(*c*) Cap. 5, p. 202.
(*d*) Philastr. cap. 67.
(*e*) Pag. 370.
(*f*) Philastr. cap. 29.
(*g*) Pag. 65.
(*h*) Pag. 82.
(*i*) Pag. 48.
(*j*) Pag. 744.
(*k*) Pag. 206.
(*l*) Pag. 245.

(*m*) Eodem fere loquendi modo Philastrium castigat Seldenus de Diis Syris Syntagm. I, p. 95, cujus locum protulit Fabricius in Testimoniis de Philastrio.
(*n*) Not. ad Philastr. cap. 111 not. *Ut ait Hesiodus.*
(*o*) Vid. ad cap. 111 not. *Ex rege pagano.* EDIT.
(*p*) Supradicto cap. 111.
(*q*) *Paganos* pro *Græcis* intelligi a Philastrio observavit idem Fabricius ad cap. 113, not. *Ad græcos*, ubi docet, sic ibi Philastrium sumere *Græcos* pro *Paganis*, quomodo supra cap. 111, *Paganos* dixit pro *Græcis*.
(*r*) Hist. Eccl. Script. p. 176.

Scripsit librum de Hæresibus, in quo Catholicæ veritatis amorem ubique spirat; judicium vero minus accuratum sæpius prodit, dum hæresibus accenset ea dogmata, quæ eo nomine notari minime merebantur. Hæc eadem est accusatio, cujus Philastrium insimulat Dupinius, ut supra vidimus (*a*); propterea non opus est, quæ ibi diximus, hoc loco iterum reponere. Constat autem aperte ex hucusque dictis, quam immerito, ne dicam proterve, Josephus Scaliger inter ea dicta, quæ *Scaligerana* vocantur (*b*), ita de Philastrio pronuntiet : *Philastrius nihil valet;* cum tot doctis viris, immo ipsi Augustino Philastrii liber tanto usui fuerit. Cæterum Scaliger jamdudum Philastrio sponte sua, aut potius quodam animi vitio erat infensus, ut cuique *Elenchum Trihæresii* illius auctoris adeunti manifeste patebit, in quo plura Philastrio objicit qua jure, qua injuria ; atque inter alia, quod nulla apud eum mentio sit τῶν ὑπὲρ νεκρῶν βαπτιζομένων, *mortuos baptizantium* (*c*); cum tamen diserte Philastrius, ubi agit de hæresi Cataphrygum, hæc habeat (*d*) : *Hi mortuos baptizant*; quod quidem annotavit Fabricius (*e*), et ante Fabricium observarunt Magdeburgenses (*f*). Sed postquam de Philastrio satis, jam de Corbeiensi Philastrii ms. nobis agendum est, cujus variæ lectiones, tamquam pretiosa mantissa, huic nostræ editioni accesserunt.

§ III. *De ms. Corbeiensi, et emendationibus ex eo desumptis.*

20. Ms. Philastrii codicem jamdiu eruditorum vota expetebant, eumque se rogante, in Italia frustra conquisitum ab illustri viro Gisberto Cupero Fabricius ipse testatur, cum Philastrii editionem moliretur, quæ Hamburgi prodiit anno 1721; quare spe omni frustratus, solis editionibus sibi standum fuisse, monuit Præfatione eidem editioni Hamburgensi præmissa. Ego vero qui vix dum edito Gaudentio, novam Philastrii editionem jam tum animo conceperam; quamquam a cl. Fabricio præventus, propositum mutare, atque alio curas transferre meas cogitabam, non tamen idcirco de Philastrii ms. inveniendo prorsus desperare, aut ab eo ulterius adhuc conquirendo omnino cessare poteram. Verum ms. Philastrii codex tum apud Italicas, tum apud Transalpinas Bibliothecas incassum quæsitus, nusquam apparebat : cum inter legendum aliud agenti mihi, occurrit *Admonitio* Latinæ *Barnabæ Epistolæ Interpretationi* præfixa tomo II Bibliothecæ PP. edit. Lugdun. pag. 16, ubi ex quadam Dacherii epistola (*g*) excerpta hæc habentur : *Cum in* Philastrii episcopi Brixiensis *volumen ms. e Corbeiensi monasterio incidisset aliquando R. P. Hugo Menardus, ibidem proxime post* Epistolam Tertulliani *de cibis Judaicis,* Barnabæ *nomine insignitam* Epistolam, *una cum* Jacobi Apostoli Epistola *deprehendit*. Sane cum hæc legissem, confestim ms. Philastrium Corbeiæ deprehensum iri pro certo habui ; cum enim in eo volumine præter Latinam *Barnabæ Epistolæ Interpretationem*, quam ex Corbeiensi cod. Parisiis anno 1645 vulgavit Menardus, nonnulla alia diversi generis Opuscula haberentur, facile intellexi inter ea etiam Philastrii librum *de Hæresibus* delitescere. Videbam præterea tum a Papebrochio in Actis SS. Junii tom. II, p. 457, tum etiam a Fabricio in Præfatione ad Philastrium, Corbeiensem codicem laudari, ut supra diximus (*h*), tamquam in eo latina illa *Barnabæ Epistolæ Interpretatio*, auctoris nomine destituta, Philastrio tribueretur ; in quo licet uterque a vero aberraret quamplurimum, atque aliud pro alio nobis obtruderet, cum nec Menardus qui codicem in manibus habuit, nec Vossius, aut Cotelerius Barnabæ Epistolæ editores, Interpretationem illam Philastrio tribuere unquam cogitaverint; tamen etiam hæc qualiscumque demum Papebrochii et Fabricii assertio, aliquid in eo codice exstare indicabat, quod Philastrium auctorem agnosceret. Itaque vota mea, petitionesque continuo Corbeiam direxi, ut ms. illius notitia mihi certior, ac copia fieret, verum Philastrius frustra Corbeiæ quærebatur, jamdudum enim in Monasterium Parisiense S. Germani a Pratis commigraverat, cujus cœnobii Monachi librum a Corbeiensibus multo antea commodato acceperant. Monuit quidem cl. vir Scipio Maffeius, Epistola ad me Parisis data an. 1733 nonis Februarii (*i*), haberi in bibliotheca S. Germani a Pratis ms. Philastrii codicem n. 625, qua re spem nobis quasi certam fecerat, alterius ms. Philastriani Operis in Bibliotheca Sangermanensi inveniendi. At hic idem ille erat Corbeiensis codex (ut mox videbimus) quem adeo expetebam ; neque interim sciscitanti mihi aliud præterea responsi dabatur, quo certius aliquid de hoc Parisiensi codice scire possem. Igitur cum nihil proficerem, nec quidquam mihi suboleret de Corbeiensis cod. in Monasterium Parisiense transmissione ; supplices libellos detuli ad Eminentiss. Cardinalem Quirinum, Brixiæ episcopum, ab eo petens, ut pro summa sua in omnes, præsertim vero erga litteras, litteratosque viros benignitate, litteras Parisios mitteredignaretur, atque inde cod. hujus Corbeiensis certiorem nobis cognitionem notitiamque expeteret. Præstitit cumulate vir summus, atque immortalitate dignus, quod petebatur ; ac binis subinde epistolis ad eum missis, Corbeiensem cod. in Bibliotheca Sangermanensi haberi, atque in eo Philastrii librum *de Hæresibus* exstare, magna animi voluptate percepimus. Prior ex his epistolis ad Eminentissimum

(*a*) Num. 15.
(*b*) Pag. 310, edit. Colon.
(*c*) Elench. Trihær. cap. 1.
(*d*) Cap. 49.
(*e*) Testimon. de Philastr.
(*f*) Cent. 2, cap. 5, p. 78.

(*g*) Habetur hæc Dacherii epistola etiam Tom. XVI Bibliothecæ Maxime Joan. de la Haye ante Barnabæ Epistolam, pag. 101.
(*h*) Num. 13.
(*i*) Exstat inter Antiquitates Gallicas, p. 76, ubi per errorem, pro 1733, legitur 1730.

Cardinalem data iv Kal. Septembris anno 1736, hæc habet : *J'ay déjà eu l'honneur de mander à V. E. que j'avais veu Dom Bernard de Montfaucon au sujet du manuscrit de S. Philastre. Je vous ay mandé aussy, monseigneur, qu'il y en avoit un dans la biblioteque de l'abbaye de S. Germain qui estoit fort ancien, et qui venoit de Corbie.* Altera vero paulo post eodem mense Septembri conscripta, idem fere quod prior, sed multo etiam uberius confirmat : *Il manoscritto di S. Filastrio, ch' e nella libreria della badia di S. Germano, è quello stesso di Corbia del quale si è servito il P. Menardo. Come i Padri di Corbia aveanlo imprestato a questi monaci, che ne avevano di bisogno, è rimasto qui, e vi rimarrà sino a che si vorrà.* Equidem acceptis hujusmodi litteris, haud modico perfusus sum gaudio, quod viderem conjecturam meam de Corbeiensi cod. tam præclare ab eventu confirmatam ; simul etiam subiit animum mirari, qua ratione summi viri de Corbeiensi hoc cod. loquentes adeo decepti fuerint ; præsertim vero quod Fabricius Papebrochio fidens, quo tempore Philastrii editionem parabat, de Corbeiensi ms. certiora scrutari, aut ab eo aliquod sibi subsidium petere neglexerit. Interea propositum urgere non destiti, ac Variantes Lectiones ejusdem ms. subinde poscere, interposita iterum Eminentissimi cardinalis Quirini auctoritate ; hic vero litteris ad Montfauconium datis, studio meo impense favit, quousque variæ lectiones ipsæ diligenter excerptæ in Italiam mitterentur, quæ cum serius ad nos pervenerint, ac Philastrii editio affecta jam, et propemodum inchoata esset, idcirco post Notas Fabricii posthumas in appendicem conjectæ sunt (*a*).

21. Si quis porro scire velit, quid Philastrio emolumenti, lucisve attulerint variantes lectiones cod. Corbeiensis, is Spicilegium nostrum adeat, in quo plura Philastrii loca inveniet, quæ subsidio ms. hujus vel restituta, vel suppleta, vel meliora reddita sunt. Hujusmodi inter alia est illud cap. 47 (*b*), *de quatuor elementis, quæ de Mundo acceperat*, ubi sensus imperfectus omnino ac mutilus, a Corbeiensi ms. restitutus, ac suppletus est (*c*) ; prout etiam aliud cap. 51 (*d*), ubi textus Philastrii perperam ex hæresi Cataphrygum pseudoprophetas ingerit, quod mendum auxilio ejusdem cod. est sublatum. Similiter depravatus erat prorsus in editionibus locus ille cap 66 (*e*) : *Sempiterna similitudo itaque Filii et secundum opera*, licet Fabricius nihil de hoc vitio moneret ; at Corbeiensis lectio parvo negotio emendat : *Sempiterna similitudo itaque Filii est secundum opera*, cum iis quæ sequuntur meliorem in modum restituta et distincta ; ut etiam cap. 110 (*f*), ubi pro *conjunctum* quod legitur in editionibus omnino male, Corbeiensis codex opportune reponit *conjugium*, sine qua emendatione locus editionis Hamburgensis nullo pacto intelligi potest. Sunt pleraque hujusmodi quæ aperte ostendunt, quam immerito cl. Fabricius in Præfatione Hamburgensis editionis dixerit : *Pauca adhuc sunt loca, in quibus optarem lucem a codicibus mss.* cum tot supersint menda in ea editione, quæ ope Corbeiensis ms. sanata sunt. Insigne porro est illud cap. 144 (*g*), *illorum priorum Sanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis ;* ubi defectu unius lineæ nec OEdipus ipse quid vellet Philastrius, sine Corbeiensi emendatione, assequi valuisset ; quomodo etiam cap. 148 (*h*), in quo pro voce *præputii*, inepte editiones obtrudebant *præcepta ;* nam eo in loco Philastrius de Gentium typo, et Judæorum disserens, *præputii quippe, et circumcisionis conveniens ratio* indubitanter scripserat, uti recte habet lectio cod. Corbeiensis. Quin adhuc etiam non pauca restant, quibus Corbeiensis codex nihil subsidii attulit, ut est illud cap. 88 (*i*), *nam Manichæi Apocrypha ;* quem locum Philastrii corruptum esse notaverat ex Germonio Fabricius quoque (*j*) ; et illud cap. 6. (*k*), *quædam tempora Christo Domino nostro esse contraria asserunt*, ubi Fabricius pro *quædam tempora* scribendum putabat *quædam testimonia ;* quod tamen sine auctoritate mss. codd. faciendum non esse statuit. Illud etiam cap. 122 (*l*), nondum satis eliquatum est, *quod fuit quidem post annos in Thessalia in loco interdum modico ;* quamvis vulgatam lectionem immerito, ut mihi quidem videtur, sollicitavit Fabricius, pro *interdum* cupiens legi *inter OEtam et Pindum*, si mss. Codices suffragarentur. Obscurum quoque, nisi forte vitiatum et corruptum est illud cap. 152 (*m*), *ut et natura non exsors Christi muneris inventatur aliena penitus, id est nec Catechumenus ;* ubi nec Corbeiensis codex, nec Fabricius, aliquid juvant ; uti etiam aliud cap. 150 (*n*), *in Christi præsentia itidem*, et cap. 153 (*o*), *et post Fidem Christi paucorum catholicæ fidei gignendo, electio ;* quibus in locis omnino hæret aqua : ac nisi forte succurrat alter quispiam ms. Codex unde erutus, non facile quivis, licet ingenti felix, et conjectandi peritior, ab hujusmodi se ambagibus expediat.

§ IV. *De sex capitibus Philastrii nuper in Corbeiensi ms. inventis.*

22. Quamvis tam multas, easque egregias emendationes Philastrio exhibuerit Corbeiensis codex,

(*a*) Habes eas p. 152, una cum epistola D. Joannis Raverdy Monachi Benedictini ad Eminentissimum cardinalem Quirinum missa.—Nos vero has varias lectiones ad paginarum calcem attulimus, ut monitus es, lector, col. 1095. not. *b*. EDIT.

(*b*) Hoc caput textui restituimus, nota tamen peculiari originem ejus adscititiam signantes. EDIT.

(*c*) Vid. huj. edit. col. 1163. EDIT.

(*d*) Vid. huj. edit. col. 1167. EDIT.

(*e*) Vid. huj. ed. col. 1180. EDIT.

(*f*) Vid. huj. edit. col. 1232. EDIT.

(*g*) Vid. huj. edit. col. 1279. EDIT.

(*h*) Vid. huj. edit. col. 1285. EDIT.

(*i*) Vid. huj. edit. col. 1199. EDIT.

(*j*) Cod. Apocr. N. T. par. 3, p. 598. — Conf. huj. edit. col. 1200, not. *Nam Manichæi*. EDIT.

(*k*) Vid. huj. edit. col. 1120. EDIT.

(*l*) Vid. huj. edit. col. 1247. EDIT.

(*m*) Vid. huj. edit. col. 1293. EDIT.

(*n*) Vid. huj. edit. col. 1290. EDIT.

(*o*) Vid. huj. edit. col. 1293. EDIT.

major adhuc utilitas ex eo nihilominus percepta est, quod Philastrium hactenus imperfectum, et mutilum, perfectum atque integrum nobis dedit. Cum enim Philastrius, Augustino teste, in centum quinquaginta sex capita Opus suum distinxisset, ex iis centum dumtaxat et quinquaginta in editionibus apparebant. Locus Augustini patet in epistola ad Quodvultdeum ejus catalogo de Hæresibus præmissa (*a*) : *Philastrius quidam Brixiensis episcopus, quem cum S. Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum, nec illas hæreses prætermittens quæ in populo Judæo fuerunt ante adventum Domini, easque* XXVIII *commemoravit; et post Domini adventum* CXXVIII. Ex utroque igitur numero conficiuntur centum quinquaginta sex hæreses seu centum quinquaginta sex capita, ex quibus Philastrius librum *de Hæresibus* concinnaverat; quod quidem confirmatur etiam ex eo quod *Catalogus eorum qui ante adventum Christi hæreseos arguuntur*, a Philastrio initio Operis collocatus, ac desinens in Herodianis, viginti octo capitibus, seu hæresibus constet, ut etiam Augustinus affirmat; reliquæ vero hæreses tum post Christi adventum, tum etiam quæ sub Apostolis exstiterunt, numerentur in editis centum dumtaxat et viginti duæ, cum tamen Augustino dicantur centum viginti octo, qui profecto numerus reponitur ab eodem Augustino etiam cap. 41 libri seu catalogi quem de Hæresibus conscripsit. Augustino consentiunt posteriores qui Philastriani Operis meminerunt : auctor Appendicis ad Ildefonsum de Scriptoribus Ecclesiasticis cap. 3, qui ait : *Philastrius Brixiensis episcopus edidit librum* de Hæresibus, *singulas quasque demonstrans sive quæ in populo Judæorum ante Incarnationem Christi fuerunt, quas viginti octo enumerat : sive quæ post Domini Salvatoris adventum adversus catholicam fidem exortæ sunt, quas centum viginti octo esse describit;* itemque Joannes Trithemius de Scriptoribus Eccles. cap. 84, ubi de Philastrio loquens : *Fertur*, inquit, *beato Augustino testante, ejus insigne Opus quod scripsit de centum quinquaginta sex hæresibus.* Cl. Fabricius in Testimoniis de Philastrio, ubi Augustini locum protulit, ex quo numerus hæreseon quæ a Philastrio recensentur, colligitur, desiderari sex capita animadvertens, conjecit ea postremo Operis Philastriani loco deesse : *Credibile est capita postrema libri Philastrii, in quo nullum clausulæ vestigium, interciderisse.* At parum feliciter clarissimo viro cessit conjectura sua, nam in Corbeiensi ms., a quo defectus istorum sex capitum egregie suppletur, eadem capita variis in locis, diversisque sub numeris collocantur. Enim vero post cap. 106 edit. Hamburgensis, ut etiam nostræ, quod in ms. notatur n. LXXVII, ubi ponitur hæresis *de annis Christi, et tempore dubitans;* sequitur in eodem ms., repetito eodem numero LXXVII, alia hæresis de fine mundi, et consummatione sæculi, quæ in editis deest; deinde post cap. 112 (*nobis* 113), in quo est hæresis *de septem planetis*, notaturque in ms. n. LXXXIV, subditur ibidem, sub n. LXXXVI, hæresis de duplici Deo, et sententia diaboli; cap. 114 (*nobis* 116) quod est *de Adæ et Evæ cæcitate*, in ms. n. LXXXVII, occurrit in eodem ms. n. LXXXVIII, alia hæresis circa tunicas pelliceas, quas Dominus fecit primis parentibus post prævaricationem ; et cap. 136 (*nobis* 139), in quo agitur *de quatuor animalibus in Prophetis*, notaturque in ms. n. CVIII, n. CIX, ejusdem Corbeiensis ms. habetur hæresis de die Epiphaniorum, quæ omnia in editis desunt. Sic in editis post cap. 146 (*nobis* 150), in ms. CXIX, quod est *de uxoribus Salomonis*, succedit cap. 147 (*nobis* 152), *de spiramine quod Adam accepit;* at in ms. interseritur n. CXX hæresis de cultris lapideis et circumcisione Judæorum; prout etiam cap. 148 (*nobis* 153), ubi in editis ponitur hæresis de *funiculo mensorio in Zacharia Prophetæ*, quæ in ms. habetur n. CXXII, idem ms. codex sub n. CXXIII subjicit aliam hæresim de avibus Eliæ ministrantibus; quibus supplementis defectus sex capitum Philastriani Operis penitus restituitur, ac proinde beneficio Corbeiensis codicis, Philastrium hactenus mancum et imperfectum, integrum ac perfectum habemus.

23. Quoniam vero de iis quæ in sex istis Philastrianis capitibus proponuntur, pauca admodum, vel nihil omnino delibavimus in Spicilegio nostro, quod variantibus lectionibus Corbeiensis ms. subjicitur; non erit puto inopportunum nonnulla hic annotare, quæ tum ipsis capitibus majorem lucem affundant, tum etiam Philastrii sensum, de iis quæ tunc fortasse magis obtinebant sententiis, aperiant et pateciant. Igitur in ms. Corbeiensi, n. LXXVII, ponitur hæresis de fine mundi et consummatione sæculi, qua nonnulli autumabant *temporum definitionem a Deo Christo Salvatore fuisse statutam.* At Philastrius rejiciens sententiam istam, quæ certum annorum numerum consummationis, et *non plus, non minus* futurum opinabatur, ait *quod prophetæ undique nuntiaverint circa* 500 *annum fieri consummationem sæculi, et sic Dominum de cœlis iterum advenire.* Hæc autem Philastrii sententia eo principio nitebatur, quod primis Ecclesiæ sæculis omnibus fere Patribus erat commune; mundum scilicet sex millibus annorum a creatione consummandum esse, de quo Epistola Barnabæ nomine inscripta cap. 15, Irenæus adversus hæreses lib. v cap. 28, Lactantius lib. VII Divin. Instit. cap. 14 et 25, Gaudentius noster, aliique. Cum autem ex supputatione quæ communiter tunc obtinebat, a Mundi creatione ad Christum elapsi putarentur quinque mille et amplius anni, hinc fiebat ut consummatio sæculi, et Christi iterum de cœlis adventus, non longo temporis intervallo crederentur distare. Quin etiam Hippolytus martyr, testibus Photio cod. 202 et Syncello p. 315, existimavit Christum natum ineunte anno 5501 a mundo condito; judicium vero futurum 500 annis post Christi ortum, quod fere convenit cum Philastrii sententia. Fuerunt qui numerum 500 annorum, quo mundi consumma-

(*a*) Tom. VI Opp. col. 6.

tio, et Christi iterum de cœlis adventus futurus statuebatur, post sextum millenarium completum reponerent, et sic anno a creatione mundi sexto et millesimo, quingentos hos annos adderent; ut docet Cotelerius ad Epistolam Barnabæ p. 44, utrum vero Philastrius fuerit in priori, an in posteriori hac sententia non satis liquet. Videndi porro Augustinus lib. XVIII de Civ. cap. 53, Cotelerius ad Epistolam Barnabæ p. 44, ubi alium etiam Philastrii locum expendit, qui cap. 106 ait falli eos qui putant a primo Christi adventu ad secundum, id est ad consummationem sæculi, trecentos sexaginta quinque annos, *nec plus, nec minus*, debere numerari; Clemens item Alexandrinus edit. Potteri p. 407, in notis collectaneis ad lib. I Strom. cap. 21, et Feuardentius ad Irenæum lib. V cap. 28, edit. Massueti p. 199, ut interpretes tum veteres, tum recentiores, transmittam, qui ad cap. XXIV Matthæi vers. 36 et I Thessal. cap. V, vers. 1, late in hoc argumento exspatiati sunt.

24. Ad numerum LXXXVI in ms. Corbeiensi additur hæresis de duplici Deo, quam tribuit Philastrius ibi *Manichæis, Gnosticis, Nicolaitis et aliis perditis*, qui in hunc errorem consentiunt, *dicentes quod alter quidem bonus Deus est, alter autem malus*. Alibi etiam Philastrius de hoc errore Manichæos arguit, nempe cap. 61, ad quem locum nonnulla adjecimus in Spicilegio; hujus autem erroris origo ascribitur ab eodem Philastrio cap. 44 et 45, Cerdoni et Marcioni Cerdonis discipulo; quos de hoc errore redarguit tum Epiphanius tom. I, p. 300, 303, ubi Marcionem non duo tantum principia, sed tria constituisse animadvertit, quod notatum etiam Grabio ad Irenæum, l. III, c. 43, edit. Massueti p. 144; tum ante Epiphanium Irenæus, ipse l. I, c. 27, eumdem errorem refutans, l. III, c. 9 et 43, immo fere toto l. III, uti observat Feuardentius ad lib. I Irenæi c. 29, edit. Massueti p. 77, ac toto lib. IV, prout advertit Massuetus dissert. 3, in Irenæum, n. 55, p. CXXX. Quod subdit Philastrius : *Non itaque invidens Deus repulit patrem nostrum de paradiso, sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit* (*a*), *ne parcendo ad majora etiam crimen alia* (lege *ad majora etiam crimina*), *inveniret eum prodeunte ætate ampliore* (supple *processisse*) *posteaque criminali judicio reum factum amplius condemnaret*, simile est ei quod habet cap. 129, de Cain peccato, ubi dicit eum correptum a Domino, *ut si fructus bonorum operum de cætero eum sequeretur, remissionem tanti sceleris esset sine dubio accepturus*. Verba porro illa *prodeunte ætate ampliore*, indicare videntur, Philastrium in ea fuisse sententia, quæ asserit primos parentes in adulta ætate haud creatos; hanc autem tradit Irenæus l. III, c. 22, n. 4, cui licet non multos patrocinaturos fore pronuntiet Massuetus ad hunc Irenæi locum (*b*), eam tamen expresse docet Clemens Alexandrinus Protrept. cap. 11, ubi de Adam ait : παρήγετο ἐπιθυμίαις ὁ παῖς, *seductus fuit a cupiditatibus puer;* itemque Theophilus Antiochenus lib. II ad Autolycum p. 314, in Orthodox, dicens, quod ideo Adam ligno scientiæ vesci nequiverit, quia ἔτι νήπιος ἦν, *adhuc infans, seu puer erat*. Ad id quod sequitur de sententia et judicio diaboli, quo videtur insinuare Philastrius, diabolo post lapsum pœnitentiæ locum superfuisse; fortasse collineat trita illa veterum non paucis sententia, diabolum nondum damnationis suæ accepisse sententiam, neque sempiternis cruciatibus addictum, sed in extremo judicio id eum esse passurum; dicit enim Philastrius : *Diabolus cum durior ad pœnitentiam pervidetur, majorem futuri judicii a Christo Domino servitutem* (fortasse legendum *severitatem*) *exspectat;* de quo videndus Massuetus ad Irenæum lib. V, cap. 26, p. 324; itemque dissert. 3, quæ est de Irenæi doctrina art. 9, n. 108, 109; Feuardentius Annot. ad Irenæum edit. Massueti p. 11 et 198, uti etiam Petavius tom. III Dogmat. Theolog. l. I, de Angelis, c. 8 et l. III, c. 4.

25. Quæ de pelliceis tunicis primorum parentum tradit Philastrius n. LXXXVIII codicis Corbeiensis, ea tendunt ad refellendam illorum hæresim, qui *hominem jam choicum*, ut ait Irenæus (*c*), id est ex materia concretum, *non tamen ab hac arida terra, sed ab invisibili substantia* formam accepisse putabant; deinde carnalem superficiem ac sensibilem corporis formam tunc induisse, cum in Genesi legitur, quod Dominus pelliceas tunicas primis parentibus fecit (*Gen.* III, 21). Hoc autem nomine arguebantur potissimum Valentiniani, ut constat ex Tertulliano advers. Valentinianos cap. 24 : *Interim carnalem superficiem postea aiunt* (Valentiniani) *choico supertextam, et hanc esse pelliceam tunicam obnoxiam sensui.* Et cap. 7 de Resurrect. carnis : *Neque enim, ut quidam volunt, illæ pelliciæ tunicæ, quas Adam et Eva paradisum exuti induerunt, ipsæ erunt carnis ex limo reformatio, cum aliquanto prius et Adam substantiæ suæ traducem in femina jam carne, recognoverit :* Hoc nunc os ex ossibus meis; et caro ex carne mea (*Gen.* II, 23), *et ipsa delibatio masculi in feminam carne suppleta sit, limo opinor supplenda, si Adam adhuc limus.* Quas *pellicias tunicas* vocavit Tertullianus, *dermatinam tunicam* dixit Irenæus, hunc Valentinianorum errorem recensens (*d*) : *Post deinde circumdatam dicunt ei* dermatinam tunicam : *hanc autem sensibilem carnem esse volunt.* Sixtus Senensis lib. V Biblioth. sanctæ, annot. 53, refert errorem hunc a Methodio ascriptum fuisse Origeni; quasi is existimaret *rem admodum ridiculam esse, quod Deus decoriatis mortuis animantibus pelles pararet, et pelliceas tunicas consueret, ac si esset coriarius, vel pellium sutor.* A quo tamen errore Origenem purgat Senensis eadem annot. 53 subdens : *Suspicor hunc locum fuisse corruptum ab æmulis Origenis; is enim in hac re mentem suam catholice aperit homilia* 6 *in Leviticum, ubi sic scribit :* Fecit Deus tu-

(*a*) Similiter de Adam loquitur Irenæus l. III, c. 23, n. 6, p. 222, edit. Massueti.
(*b*) Pag. 219.
(*c*) Lib. I, c. 5, n. 5, p. 27.
(*d*) Lib. I, c. 5, n. 5.

nicas pelliceas, et induit Adam, et mulierem ejus. *Illæ ergo tunicæ de pellibus erant ex animalibus sumptæ; talibus enim oportebat indui peccatorem.* Igitur objectio quod Deo indecens esset pelliceas tunicas hominibus parare, potius quam Origeni, ejus sectatoribus tribuenda est (*a*); cui ut nonnulli occurrerent, dixerunt, *pelliceas tunicas* in eo Genesis loco significare arborum cortices; nam sicut animalium coria pelles dicuntur, ita et arborum cortices pelles appellantur. At Philastrius noster ad objectum diluendum aliam init viam; dicens pelliceas tunicas minime designare primorum parentum corpora, sed declarari hoc modo Deum *de potentia divina dedisse eis sapientiam, ut facerent sibi corporum indumenta.* Quod autem ait hoc loco Philastrius, nempe *septimo die accepisse Dominum terram de limo, et plasmasse eorumdem corpora,* omnino idem est quod affirmaverat etiam cap. 97, ubi agit *de imagine Dei in corpore humano:* nam et ibi habet, quod *septimo die dicit Scriptura de Adam: Et accepit Dominus terram de limo, et plasmavit hominem quem fecit;* cum tamen aperte Scriptura dicat, Deum die septimo nihil creasse, sed omnia opera sua die sexta absolvisse, septima autem ab omnibus operibus quievisse, ut bene notavit Fabricius ad eum locum (*b*), quamobrem opinionem Philastrii vocat incredibilem et repugnantem communi sententiæ, utpote quæ opponitur Scriptoris sacri narrationi, qui disertis verbis contrarium affirmat.

26. Additur deinde in Corbeiensi ms., ad n. CIX, alia hæresis de die Epiphaniorum, qua statuebant nonnulli, ut Philastrius testatur, *solum Natalem Domini celebrari debere octavo kalendas Januarias, non tamen diem Epiphaniorum*; cujus sententiæ sectatores fuisse Donatistas olim in Africa, auctor est Augustinus Serm. 32 de Temp. qui est quartus de Epiphania: *Merito istum diem numquam nobiscum hæretici Donatistæ celebrare voluerunt, quia nec unitatem amant, nec Orientali Ecclesiæ, ubi apparuit illa stella, communicant.* Fortasse etiam Philastrius adeo accurate utrumque diem distinguebat, et Natalem Domini, et adventum Magorum, dicens quod *Salvator carnaliter omnia in se, et de se consummabat, ut et nasceretur* VIII *kal. Jan. et appareret* VI (supple scilicet *sexto die ejusdem*); et paulo post: *dies festivitatis majores isti statuti sunt quatuor; primum in quo natus est, deinde in quo apparuit, id est,* XII *dies post*; ut Græcis succenseret, qui Magorum adorationem VIII kal. Januarias eadem die cum Domini Natale recolebant, quemadmodum prodit Menologium tam Sirleti, quam Basilii, apud Florentinium in suis ad vetustius Occidentale Martyrologium annotationibus (*c*). Sane Florentinius ipse pluribus argumentis contendit (*d*), eadem die 25 Decembris utrumque mysterium, Nativitatis Domini, et adventus Magorum, quamvis diverso anno, evenire potuisse; quo etiam fortasse confert, quod utrique dies festus tam Natalis Domini, quam adventus, et adorationis Magorum, apud Orientales appellatus fuerit *Epiphania*, ut observat Macrius in Hierolexico; et Suidas Incarnationem ipsam Jesu Christi *Epiphaniam* vocet: Ἐπιφάνεια, ἡ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐνσαρκος οἰκονομία: *Epiphania dicitur Salvatoris nostri Jesu Christi in carne œconomia.* Recte autem hoc loco Philastrius Epiphaniæ nomine designat adorationem Magorum, quamvis alibi, nempe cap. 149, Ascensionem Domini Epiphaniam vocet, sicuti notavit ad eum locum Fabricius (*e*), cui nos quoque consensimus in Spicilegio (*f*); hic porro quatuor majores dies festos annuos assignat, scilicet *Natalem Domini, Epiphaniam, tertio diem in quo passus est et resurrexit, quarto in quo ascendit in cœlum circa Pentecostem*; alibi vero cap. 141, *octo festivitates* enumerat *quas Ecclesia catholica cognoscit et detinet*, sed ferme eædem sunt quas hic commemorat, additis tantum ibi jejunio quadragesimæ, et quarta Sabbati; de quibus vide si lubet notata a cl. Fabricio in eum locum (*g*), uti etiam quæ nos adjecimus in Spicilegio (*h*). Subdit postremo Philastrius, quod *quidam diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quæ facta est, esse opinantur*; quod profecto utrumque satis congruit, si vocis vim spectemus, *quæ apparitionem, seu manifestationem*, significat; utroque enim die apparuit, ac manifestatus est Dominus, et voce Patris, et testimonio Joannis.

27. De cultris lapideis ad circumcisionem adhibitis, de quibus Philastrius loquitur n. CXX ed. Corbeiensis, nonnulla diximus in Spicilegio; hic tantum observare lubet, Philastrium hoc loco petrinorum cultrorum usum rejicere, dicens quod *facilius* ex hoc *Judæi periclitari poterant quam curari*; cum tamen alibi (*i*) locum Exodi adducens (*Exod.* IV, 25), scribat quod Sephora uxor Mosis *accepto calculo circumcidit puerum*; et Jos. V, de quo hic agit Philastrius, expresse dicatur: *Fac tibi cultros lapideos.* Sane utrum petra, an gladio ad circumcidendum usus fuerit Josua, plurima apud interpretes est quæstio, de qua videndi Masius præcipue, et Drusius ad V Jos., 2, quorum uterque in petram potius, quam in gladium inclinat; immo sententiæ huic Masius etiam Mosis Maimonidis inter Judæos doctissimi calculum adjecit, qui duris silicibus usum esse Josuam, non acutis gladiolis opinatur. Convenit quoque scitissima illa, atque aptissima anagoge qua *petra* Christus dicitur (I Cor. X), *ut significaretur per Christum futuram circumcisionem cordis*, ait Ambrosius Præf. in Epist. ad Galatas; licet hoc loco Philastrius *petrinis cultris circumcisos Judæos* eum dicit, intelligi velit, a Gentilibus, eorumque *durissimis mentibus, ac lapideis quæ ante fuerant impietati deditæ, postea vero credentes in*

(*a*) Videsis Sixtum Sen. l. V. Bibl. Sanctæ Annot. 54. 55.
(*b*) Not. *Anima sexto die.*
(*c*) Exercit. 4, p. 235.
(*d*) Pag. 257.
(*e*) Not. *Tertium in epiphania.*
(*f*) Vide ad cap. 149, notam præcedenti subjunctam. EDIT.
(*g*) Not. *De octo festivitatibus.*
(*h*) Vide ad cap. 144, notam præcedenti subjunctam. EDIT.
(*i*) Cap. 118.

Domino factæ sunt, *amissa mente lapideæ*, quotidie circumcidi Judæos, *id est Christi eis insinuari scientiam salutarem;* quo in tropo Philastrius sibi consentientem habet Gaudentium, qui Tract. 2 Gentes ad Christum conversas *lapides quondam durissimos* vocat. Porro quo pacto saxeo cultro utentes Judæi ad circumcisionem, *periclitari facilius potuerint quam curari*, ut hic affirmat Philastrius, fateor me prorsus ignorare cum multis; quin potius ferri vulnus atrox magis esse quam lapidis, illud indicare videtur, quod siliciorum cultrorum ad difficillores sectiones magna sit commoditas, et aptitudo, ut pluribus tradit Stephanus Morinus Exercit. de Linguis part. II, cap. 9, p. 290, et *ferro lædi* horreat balsamum, ait Plinius XII, 25, quare *inciditur vitro*, lapide, *osseisve cultellis*, quod confirmat et illustrat Salmasius Exercit. Plinian. cap. 35, p. 417.

28. Subdit demum Philastrius n. CXXIII Corbeiensis ms. aliam hæresim, ut ipse vocat, de avibus Eliæ ministrantibus, qua *quidam opinantur*, inquit, *quod ei corvi sero carnes ad escam, et mane panes attulerint.* Hoc autem Philastrio displicet; ait quippe, *quod sanctus ac beatissimus propheta, non carnes edebat aliquando, qui omnem talem escam contempserat abstinendo voluntate; cujus et causa tantæ dignitatis a Deo honorem meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus collocaretur.* Adjicit deinde: *Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei corvi attulerint: de carnibus autem incongruum reperitur.* Profecto corvi panem dumtaxat afferebant Paulo, ut narrat Hieronymus in Vita; et Malvenda locum istum vertens, ubi de corvis Eliam pascentibus agitur (*a*), panis tantum meminit. At panem et carnem habent tum Hebraicus textus, tum versio LXX, III Reg. XVII, panemque et carnem memorant versiones cæteræ omnes; immo panem et carnes ad Eliam delatas agnoscit etiam Basilius insignis abstinentiæ patronus hom. 3, *in divites avaros*, et cum Basilio Augustinus Serm. 146 de Temp. Fuit porro Judaica traditio, cibos a corvis Eliæ oblatos, ex ipsa Achabi mensa, angelorum ministerio desumptos fuisse; idque bis in die factum a corvis expresse narrat sacer textus: *corvi quoque deferebant ei panem et carnes mane, similiter panem et carnes vesperi* (III *Reg.* XVII, 6); quamvis Philastrius carnes vespere tantum ad Eliam allatas meminerit: *Sunt quidam hæretici, qui de Elia beato opinantur, quod ei corvi serò carnes ad escam, et mane panes attulerint.* (*b*) Illud quoque observandum, extrema hujus capitis fuisse a librariis excisa, pertæsis fortasse quod Philastrius tam aperte a sacri textus historia dissideret; cui simile quidpiam, non valde absimili de causa, postremis quinque Irenæi capitibus accidisse, notarunt pridem viri docti ad Irenæum (*c*); scilicet librarios, quia exosam posteriori ætate Millenarii regni doctrinam ulterius describere nollent, idcirco filum abrupisse: cum tamen, ut recte ait, Feuardentius, malo huic medendum esset præmonitione aliqua, non litura; atque adeo *calamo, non scalpello.*

§ V. *De consilio et ordine hujus editionis.*

29. Superest nunc ut de consilio et ordine editionis hujus pauca dicamus. Et consilium quidem nostrum illud in primis fuit, ut Philastrii librum, qui primus in hac collectione locum tenet, quam maxime fieri posset, emendatum et integrum exhiberemus. Prodierant quippe jam inde plures Philastrii editiones, sed nulla ex iis emendata satis, aut exacta occurrebat, quin multis scateret mendis; quare necessarium omnino videbatur ms. alicujus cod. subsidium, cujus ope Philastrii textus restitui, ac sanari posset. Porro spes nobis certa propemodum facta fuerat ex Gallis, Corbeiensis ms. varias lectiones obtinendi; quæ cum diutius in longum ducerent, et typographicum propositum esset moræ longioris impatiens, editis exemplaribus animum adjicere, iisque ad rem promovendam uti opus fuit. Editio quidem Basileensis a Joanne Sicardo procurata anno a Christo nato 1528, qua tunc primum Philastrius lucem aspexit, cæteris melior atque emendatior apparebat; Helmstadiensibus nempe quæ annis postea 1611, 1621, excusæ fuerant, ac proinde iis quoque quæ post Basileensem, in Bibliothecis Patrum Parisiensibus, Coloniensi, ac Lugdunensi prostabant. At cum nodumtaxat afferebant Paulo, ut narrat Hieronymus in C vissimam omnium a cl. viro Joan. Alberto Fabricio anno 1721 Hamburgi vulgatam, pluribus in locis ab eo emendatam, ac genuinæ lectioni restitutam esse constaret, eam nobis tamquam omnibus aliis meliorem ac præstantiorem, exprimendam proposuimus. Accedebat quod Fabricius ipse ad Hamburgensem editionem ad ornandam, Basileensi editione se præcipue usum esse affirmabat (*d*); quare utriusque editionis consensum habentibus; ubi deessent mss. codices, parum aut nihil præterea desiderandum esse videbatur, cum insuper Fabriciana editio tot tantisque esset a doctissimo viro annotationibus illustrata et aucta. Curaverat interea eminentissimus cardinalis Quirinus, ut posteriores ejusdem Fabricii in Philastrium Curæ Amburgo ad nos mitterentur, ne quod D summi viri ἀποσπασμάτιον editioni huic nostræ deesset; cum demum variantes etiam lectiones Corbeiensis cod. Brixiam pervenerunt, quarum emendationes profecto plurimas, easque ad Philastrii textum supplendum ac restituendum non parvi momenti, in spicilegium nostrum conjecimus.

30. Ordo autem hujus editionis a nobis ita constitutus est, ut primo loco PHILASTRII LIBER DE HÆRESIBUS CUM EMENDATIONIBUS ET NOTIS JOAN. ALBERTI

(*a*) III Reg. XVII, 6: *Et corvi facientes ei venire panem.* Biblioth. Max. Joan. de la Haye, tom. IV, pag. 693.

(*b*) Philastrio porro consentit etiam Augustinus tam cit. Serm. 146 de Temp. quam hom. 18, ubi: *Nonne illi panem offerebat corvus mane, et ad vesperam carnes?*

(*c*) Feuardent. Annot. pag. 205, Grabii Prolog. pag. 16 edit. Massueti.

(*d*) Præf. ad Philastr.

Fabricii exhiberetur, textu editionis Hamburgensis ubique expresso; in quo si quod vitium occurreret, quod Corbeiensis ms. ope tolli posset, id lector curatum inveniret in Spicilegio.

Subduntur ejusdem Joan. Alberti Fabricii notæ Posthumæ ad Philastrium; ex quibus quanta, et quam multiplex fuerit summi hujus viri lectio, lector facile perspiciet. In iis describendis notantur paginæ utriusque editionis tam Hamburgensis, quam nostræ, ut facilius loca inveniri possint; easque habes pag. 147 hujus Brixianæ editionis, una cum epistola Hermanni Samuelis Reimari ad eminentissimum cardinalem Quirinum missa.

Accedunt postmodum pag. 152, variæ lectiones in Philastrium, ex ms. Corbeiensi, una cum epistola D. Joannis Raverdy monachi Benedictini ad eumdem Ementissimum cardinalem Quirinum; in quibus repræsentandis Lectorem monitum volumus, expressam adamussim fuisse ms. Corbeiensis lectionem, retentis etiam erroribus ipsis ac mendis, ne quid fidelitati deesset.

His subjungitur Spicilegium nostrum ad Notas cl. viri Joan. Alberti Fabricii, in quo præcipuum, ac uberiorem locum obtinent emendationes ex ms. Corbeiensi desumptæ; cum enim, ut jam dictum est, variæ lectiones hujus codicis serius ad nos delatæ fuerint, eo scilicet tempore quo omnia ad editionem parata erant, immo potius cum editio hæc ipsa incœpta jam esset; idcirco aliter tum publicæ utilitati in restituendo Philastrii textu, tum etiam privatis typographi rationibus consuli non potuit. Porro iniquus profecto sim, quem æquum judicem industriæ suæ in recensendo Philastrio Fabricius ipse appellavit (*a*), si quidquam summi viri, ac de Philastrio non solum, sed de litteris omnibus optime meriti famæ, aut laboribus detractum velim (*b*). Præclara sunt, ac prope innumera quæ ipse Philastrio præstitit; ut non propterea si quid intactum adhuc, aut non satis emaculatum reliquit, hoc æquo jure aliquis ei vitio vertat. Verum cum ea sit lex, ut in antiquorum scriptis recensendis et emendandis semper aliquis posteriori diligentiæ pateat locus; idcirco veniam hanc petimus, damusque vicissim, ut liceat cuique in eadem palæstra versanti, de iis quæ a prioribus secus observata, vel dicta sunt, sententiam suam candide ac simpliciter proferre; quæ quidem sentiendi libertas in deteriorem partem trahi non solet, nisi ab hominibus parum candidis et veritatis parum amantibus. In hac porro editione illud sedulo curatum est, ut vitiosam interpunctionem restitueremus, quod passim utrumque exemplar, Hamburgense nempe, ac nostrum conferentibus patebit: in reliquis expressimus fere semper editionem Hamburgensem, paucis admodum immutatis, in quibus Basileensis editio Hamburgensi præstare visa est. Scripturarum syllabum quæ a Philastrio afferuntur, concinnavit Rev. Antonius Guelfi Brixianus, Eminentissimi cardinalis Quirini eleemosynarius, cujus operam in conferendis etiam variis lectionibus, ac proinde in hac tota editione perpolienda numquam mihi defuisse, hoc loco libenter testatum volo.

(*a*) Præf. ad Philastr.

(*b*) In hac novissima et, ut speramus, omnium perfectissima editione, eruditissimi Galeardi lucubrationes ad unitatem et methodum, quia ab utraque, necessitate typographica, aberrare coactus est, hoc modo reducentur:

1° Variantes lectiones codicis Sangermanensis singulis columnis ordine subjacebunt, litterulis ad eas lectorem revocantibus concordantes.

2° *Quotquot* ex supra dicto codice Fabricianæ editioni capita accessere, textui suo loco interserentur, ita ut cum rerum tum numerorum seriei continuandæ inserviant.

3° Notæ Fabricii posthumæ, prioribus ejusdem annotationibus coaptatæ atque intermixtæ, textum continenter illustrandum comitabuntur.

4° Quidquid notarum in *Spicilegio* ad calcem suæ editionis collegit Galeardus, eodem ordine quo Fabricianæ sub textu rite disponentur.

5° Singulis notis, ne qua confusio irrepat, auctoris nomen ascribetur. Edd.

§ VI. *Operum S. Philastrii variæ editiones.*

Primum Philastrius lucem aspexit an. 1528, una cum Lanfranci libello adversus Berengarium per *Jo. Sichardum* editus. Quam editionem insecutis Helmstadiensibus, et quæ in Bibliothecis PP. Parisiensibus, Coloniensi et Lugdunensi prostant, meliorem et emendatiorem Galeardus deprehendit. Præsenti demum sæculo a. 1721, *Jo. Alb.. Fabricius* in ed. Hamburgensi non codicibus quidem, sed ingenio præclare ei opitulatus est et eruditissima annotatione lucem affudit. Instructissima deinde a. 1738 prodiit *Galeardi* editio textum Fabricianum exhibens, sed notis Fabricianis posthumis et ms. Corbeiensis varietate et emendationibus locupletata, in qua primum etiam sex capitibus, quibus usque dum caruerat Philastrius, auctus et absolutus est. Fabricii textum itidem retinuit, codicis Corb. variantibus textui statim subjectis et sex capitibus, quæ ex eodem accesserant locis suis insertis, *Andr. Gallandius*, cui novissima hujus auctoris debetur editio.

SÆCULO XVI.

1528. *Basileæ*, *in*-8°. Philastrii episcopi Brixiensis Hæreseων catalogus. Cuiadjectus est eruditissimus libellus Lanfranci episcopi Canthauriensis de Sacramento Eucharistiæ adversus Berengarium. Nunc recens editi.

Sichardus, quem hos libellos in lucem produxisse diximus, idem, qui *Antidotum contra omnes hæreses* eodem plane anno prodire jussit, epistolam nuncupatoriam ad Balthasarem electum coadjutorem Constantiensem (Postulatum Hildesheimensem, Episcopum Maltensem Cæsareæ Mai. Oratorem et vicecancellarium) dat. Basil. 26 Novembr. anno 1528 perscripsit, in qua se scriptis hisce veterum edendis dolorem, quem ex sæculi, per similes hæreses concussi, calamitate capiat, ulcisci significat. Interim incertos nos de chartis, unde Philastrium protraxerit, sivit; quamquam conjecturæ fortassis locus non

desit, cum anno superiore Trevirim visendarum veterum bibliothecarum gratia adiisse testatur, ubi occasio ipsi nata sit in honorem Balthasaris præfatione hac litandi. Textus simpliciter descriptus est indiculo rerum memorabilium præmisso.

1539. *Basileæ,.... in*-8°. S. Philastrii ep. Brix. Hæreseων catalogus cum incerti scriptoris recentis supplemento et CXIV sententiis Patrum de officio verorum rectorum Ecclesiæ Dei, et apospasmatio ex epistola Nicephori Chartophilacis ad Theodosium Monachum de ligandi solvendique potestate.

1575. *Paris., ap. Mich. Sonnium, in-fol.* S. Philastrii catalogus Hæreticorum in tomo V Bibl. PP. Bign.

1589. *Parisiis, in-fol.* Philastrii episc. Brix. de Hæresibus liber, in tomo IV Bib. PP. Bign. ed. secundæ.

SÆCULO XVII.

1611. *Helmstadii, per Jac. Lucium. in*-4°. S. Philastrii catalogus Hæresium pene omnium cum supplemento incerti auctoris, editore. *Jo. a Fuchte.*

1618. *Colon. Agripp., in-fol.* Philastrii liber de Hæresibus, in tomo IV Bibl. PP.

1621. *Helmstadii, per Jac. Lucium. in*-4°. Repetita Fuchtiana.

1644. *Parisiis, imp. trium bibliopol. in-fol.* Philastrii de Hæresibus liber, in tomo IV Bibl. PP. hujus et quæ an. 1654 in titulo gerit.

1676. *Helmstadii,... in*-4°. Repetitio altera Fuchtianæ ed.

1677. *Lugduni, apud Anissonios, in-fol.* S. Philastrii liber de Hæresibus, in tomo V Biblioth. Max. PP. p. 701-726.

SÆCULO XVIII.

1721. *Hamburgi, sumptu Theod. Christoph. Felgeneri, in*-8°. S. Philastrii ep. Brix. de Hæresibus liber cum emendationibus et notis *Jo. Alb. Fabricii* additisque indicibus locupletissimis.

Quamquam nulli suppetebant Fabricio libri mss. solisque fidendum erat editionibus veteribus, non parum tamen emendatior hic apparet Philastrius docteque et apposite ubique explicatus. Superesse fatetur pauca adhuc loca, in quibus optaret lucem a codicibus mss. : « Et spem mihi aliquando manu exarati exemplaris ex Italia obtinendi fecit illustris Gisb. Cuperus, inquit, sed interjecto tempore iterum monuit, spem illam omnem evanuisse. Itaque solis editionibus, Basileensibus imprimis standum mihi fuit, quod tamen in recensendo hoc scriptore præstiterim, libenter feram æquos et eruditos æstimare judices, *Paulum* imprimis *Gagliardum*, canon. Brix. quem Philastrii et Gaudentii editionem moliri paulo serius ex Diario Veneto Eruditorum Italiæ didici. Titulos capitum, licet a quovis alio quam ab ipso Philastrio appositos, et interdum minus aptos, nolui omittere : cæterum appendicem sive supplementum recentis scriptoris, cum parum accuratum sit et nullius auctoritatis, prætermisi, additurus ejus loco libellum de hæresibus, quem sub Hieronymi nomine Claudius Menardus edidit. Sed nundinis occupantibus opto illum Pseudo-Hieronymi libellum separato dare volumine, aliosque breves veteres de hæreticis scriptores illi adjungere præmittereque dissertationem oppositam errori ac præjudicio eorum, qui hæresibus Christianorum earumque multitudine ac varietate ita se patiuntur offendi, ut de veritate ipsa religionis indignius hinc irreverentiusque sentiant. » Post præfationem subjicitur Vita S. Philastrii per S. Gaudentium, nimirum sermo illius in anniversario die solemnitatis ejus (XIV annis post obitum Philastrii) habitus; et testimonia quædam superiorum editorum de eodem. Notæ textui subjacent multa ad illustrandas auctoris sententias lectione abundantes, nonnumquam criticæ.

1738. *Brixiæ, ex typogr. Jo. Mariæ Rizzardi.* S. Philastrii Brixiæ episcopi de Hæresibus liber cum integris notis *Jo. Alberti Fabricii.* Accesserunt Variæ Lectiones ex ms. cod. Corbeiensi et *Pauli Caleardi* canon. Brix. Specilegium : in Ang. Mar. Quirini collectione vet. PP. Brixianæ Ecclesiæ p. 1-183.

JOAN. ALBERTI FABRICII
AD LIBRUM S. PHILASTRII DE HÆRESIBUS
PRÆFATIO
ANNO 1721 EDITIONI HAMBURGENSI PRÆMISSA.

Minime pœnitet me horas quasdam recensendo atque illustrando S. Philastrii libello impendisse, antiquissimi post Tertullianum, quem de hæresibus inter Latinos habemus Scriptoris.

Varia ex illo didicisse me profiteor, doctrinamque et zelum Doctoris pii et Christum amantis non possum non amplecti et commendare : licet jam olim pulchre observatum a S. Augustino, atque inde a multis est, inter hæreses ab ipso proscribi hinc inde non pauca, quæ hæreses non sunt, sed vel παρεφ-

μηνίαι, vel hallucinationes qualescumque, aut errores, si modo errores, sunt enim capita quædam (pauca tamen illa) in quibus hæc ipsa quam hæreseos arguit sententia, verior etiam videtur.

Pauca itidem adhuc sunt loca in quibus optarem lucem a codicibus mss. et spem mihi aliquando manu exarati exemplaris ex Italia obtinendi fecit illustris vir Gisbertus Cuperus, sed interjecto tempore iterum monuit spem illam omnem evanuisse. Itaque solis editionibus, Basileensibus imprimis, standum mihi

fuit, quid tamen in recensendo hoc scriptore præstiterim libenter feram æquos et eruditos æstimare judices, *Paulum* imprimis *Galeardum* canonicum Brixiensem, quem Philastri, et Gaudentii editionem moliri paulo serius ex Diario Veneto eruditorum Italiæ didici. Titulos capitum, licet a quovis alio quam ab ipso Philastrio appositos, interdum minus aptos, nolui omittere : cæterum appendicem sive supplementum recentis scriptoris, cum parum accuratum sit et nullius auctoritatis, prætermisi, additurus ejus loco libellum de hæresibus quem sub Hieronymi nomine Claudius Menardus edidit. Sed nundinis occupantibus opto illum Pseudo-Hieronymi libellum separato dare volumine, aliosque breves veteres de hæreticis Scriptores illi adjungere, præmittereque dissertationem oppositam errori ac præjudicio eorum qui hæresibus Christianorum, earumque multitudine ac varietate ita se patiuntur offendi, ut de veritate ipsa religionis indignius hinc irreverentiusque sentiant.

Præter huncce librum de Hæresibus, Philastrio nostro tribuitur vetus Latina Epistolæ S. *Barnabæ* Interpretatio, quæ Philastri nomen præfert in ms. codice Corbeiensi, pro quo in Actis Sanctorum ad 11 Junii tom. II, p. 468 et 457, male excusum *Philastorgii*. Philastro etiam sunt qui ascribunt *Acta SS. Faustini et Jovitæ* apud Surium et Bollandum 15 Febr. nec non *Acta S. Afræ* virginis et martyris Brixiensis in Actis Sanctor. 24. Maii. Sed utraque hæc longe alterius ac multo recentioris esse Scriptoris, attentus et peritus lector haud dubitabit.

Nomen origine Latinum qui volunt, non diversum putant a *filiastro* quod pro privigno positum, sed recentiore ætate notarunt Cangius et ad Codicem Legum antiquarum Fridericus Lindenbrogius p. 1400, Fulbertus Carnotensis epistola 33 : *Si quis filiastrum aut filiastram suam ante episcopum ad confirmationem tenuerit, separetur ab uxore, et alteram non accipiat.* At Græcis auribus Philastrius pulchrius et verius sonat amantem siderum, quo nomine fuit etiam Philastrius monachus Studita, a quo circa A. C. 1340 institutum Constantinum Harmenopulum refert Nic. Comnenus Papadopoli in Prælusionibus Mystagogicis pag. 143.

Ex monumentis et testimoniis Veterum quæ subjeci, non evidenter ac certo colligere licet quo tempore ex hac vita discesserit Episcopus Brixiensis : at nihil vicissim objici posse video sententiæ Virorum doctorum, qui non ultra annum a Christo nato 388 aiunt vitam produxisse. Vale.

EPISTOLA JOANNIS RAVERDY,

VARIANTES LECTIONES CODICIS MS. SANGERMANENSIS[a]

EM. CARD. QUIRINO TRANSMITTENTIS.

Aussitôt que j'ai sçu que Votre Eminence avoit besoin des Variantes Leçons de notre manuscrit de Philastre, je me suis chargé avec empressement de ce petit travail. Ce qui m'a porté à cela, monseigneur, est la haute estime que j'ai toujours conservée pour la solide piété et la profonde érudition de Votre Eminence, qui m'étonnoit et que j'admirois en Elle il y a vingt-huit ans, lorsque j'étudiois à Saint-Denys en France, où j'ai souvent eu l'honneur de la voir, aussi bien qu'à Saint-Germain et à Saint-Remy de Reims. Je suis bien persuadé, monseigneur, que Votre Eminence n'a aucune idée de moi, parce que n'étant pour lors qu'un écolier, je ne méritois pas son attention, au lieu que je ne me lassois point de l'entendre parler sur toutes sortes de matières, tant il y avoit à profiter. C'est par ces premières impressions, monseigneur, et par ces sentimens d'estime et d'admiration que je me suis toujours intéressé d'une manière toute particulière à tout ce qui regardoit Votre Eminence que je n'ai jamais perdue de vue, et que j'ai été comblé de joie, lorsque je l'ai vue revêtue de la pourpre romaine et entrer dans le sacré collége, dont Elle fait présentement l'ornement, aussi bien que l'honneur et la gloire de l'ordre de S. Benoist, et que je ne désespère pas de la voir un jour remplir avec éclat le premier siége de l'Eglise. Ce sont les vœux que je fais, monseigneur, pour Votre Eminence, ce sont aussi ceux de notre congrégation et de nos supérieurs qui sont pleins de vénération pour Elle, et qui ne négligeront jamais rien pour mériter l'honneur de sa protection. Je souhaite, monseigneur, que Votre Eminence soit contente des Variantes que j'ai l'honneur de lui envoier : je les ai faites avec toute l'exactitude possible. Elle trouvera six chapitres qui manquent dans l'imprimé. Il seroit à souhaiter que le ms. fût plus correct, car quoi qu'il soit parfaitement bien écrit, et du IXe ou Xe siècle, il s'y trouve bien des fautes de copiste : mais il suffit de sçavoir que Votre Eminence se donne la peine de revoir cet ancien auteur, pour être assuré de le revoir paroître dans toute sa pureté. Je me trouverai heureux, monseigneur, si mon petit travail peut lui être utile, d'autant plus que je ne l'ai entrepris que pour lui donner des marques de mon attachement, de la vénération et du plus profond respect avec lequel j'ai l'honneur d'être,

Monseigneur,

de Votre Eminence

Le très humble, etc.

De S. Germain des prez, le 14 février 1737.

[a] Hic codex idem ille Corbeiensis monasterii Codex est, cujus meminit Fabricius in Præfat. ad Philastrium edit. Hamb., ubi eum Corbeiensem vocat, de quo fusius supra in Præfatione hujus editionis. Membraneus est, nono sæculo elegantiter scriptus, signatus numero 717, alias 625.

EPISTOLA HERMANNI SAMUELIS
NOTAS POSTHUMAS (a) J. A. FABRICII AD PHILASTRIUM
REIMARO TRANSMITTENTIS.

Litteræ ab Eminentia Tua scriptæ ad Fabricium, mihi genero post ejus obitum, quamquam serius, redditæ sunt; in quibus video desiderari posteriores Fabricii ad Philastrium curas, et quæ ille de textu Syriaco S. Ephraimi recens comperta habeat. Equidem oblatam mihi occasionem rescribendi ad Virum tantæ Dignitatis, tamque spectatæ virtutis, et amplissimæ doctrinæ, summo mihi ut par est honori duco; eamdem tamen, fateor, exosculari multo lætius, si possem majoris momenti res ad quæsita suppeditare. Nam ad Philastrium pauca omnino sunt, quæ notavit Vir piæ memoriæ, eaque ipsa nescio an multum ad ornatum splendidæ quæ apud Vos paratur editionis collatura. Faciendum tamen non putavi, quin testandæ erga Eminentiam Tuam venerationis meæ et obsequii causa, aliquid potius, qualecumque tandem est, quam nihil responderem. Omisi vero inter exscribendum sciens, quæ ex cl. Galeardi editione quippe in Italia notiore petita erant. Neque puto latere Vos, quæ Marchio Scipio Maffeius in Antiquitatibus Galliæ p. 76, de quæsitis Philastrii codicibus, et uno in Bibliotheca Benedictorum S. Germani cod. 625 invento commemorat. Tacere etiam possum, quæ in Brassichellani Indice expurgatorio in Philastrio notantur. Cæterum, ne schedulæ adjectæ pagina postrema vacua esset, addidi pauca de S. Ephraimi textu præsertim Syriaco, licet forte jam per se vel ex prioribus Fabricii litteris cognita. Illum Codicem Slavonicum, cujus ibi mentionem feci, oculis usurpandum mihi dedit laudatus Kohlius, antea professor Academiæ Petropolitanæ. Ne vero Tuam Eminentiam ultra quam par est inanibus morer, finem scribendi facio, sperans temeritatem meam excusatum iri. Vale.

Dabam Hamburgi Id. Octob. 1736.

(a) Has Notas a se ad Eminentissimum Cardinalem Quirinum missas commemorat idem Hermannus Reimarus Commentario de Vita et Scriptis Joan. Alberti Fabricii, edito Hamburgi 1737, p. 167, qui etiam in altera Epistola ad eumdem Eminentissimum data IV kal. Februarii 1737 scribit virtutum ejusdem Eminentissimi venerationem apud se haud mediocriter auctam, *postquam illas* (sic eum Reimarus alloquitur) *mirifice mihi prædicavit amicus meus Conradus Widovius, senator Hamburgensis, multum tecum in ædibus Longueveianis Lutetiæ versatus.*

SELECTA VETERUM TESTIMONIA DE S. PHILASTRIO.

S. Gaudentius, S. Philastrii in sede Brixiana successor, serm. de vita et obitu S. Philastrii (a).

Charissimi, nos hodie memores promissionum Christi, honorem debitum patri nostro Philastrio tamquam vere viventi deferimus. Est enim Patriarcharum filius, et socius in Fide, et æmulator conversationis: quorum sinceritati simillimus, et qualem Christum vivere Deo pronuntiat, incredulitatem Sadducæorum valida perscriptione (*al.* proscriptione) refellens (*Matth.* XXII), dum dicit illum, qui nuncupatur Deus Abrahæ, et Isaac, et Jacob, non esse Deum mortuorum, sed vivorum. *Omnes enim*, inquit, *illi vivunt* (*Matth.* XXII, 32). Et certe Scriptura divina mortuos asserit eos fuisse in Christo, juxta conditionem carnis, quamvis in senecta bona prædixerat esse sepultos, sicut exstantia demonstrant sepulcra. (*Sermonem integrum adeas, si lubet, inter Opera Gaudentii.*)

Idem S. Gaudentius homilia 16, *quæ est de Ordinatione sua* (b), *tom. V Bibl. Patrum Lugd. p.* 968.

Quonam ergo hæc spectat tractatio? nempe ut vestra dilectio evidenter intelligat, quanta vis meam compulerit parvitatem arduis obsecundare præceptis, atque aperire os meum sub tantorum præsentia Sacerdotum, et maxime post illam venerandæ memoriæ patris mei PHILASTRII eruditissimam vocem, quæ *ultra jam resistere non valerem, cui ab Orientalibus quoque episcopis, nisi meum ad vos reditum pollicerer, salutaris communio negaretur.* Atque iterum, quibusdam interjectis: *Obsecro communem patrem Ambrosium, ut post exiguum rorem sermonis mei, ipse irriget corda vestra divinarum mysteriis litterarum.* Fallitur Thomas Malvenda, qui lib. de Antichristo p. 108, perspicuum sphalma Baronii vocat, quod ex hisce Gaudentii verbis Philastrium superstite adhuc Ambrosio obiisse conclusit. Obiit S. Ambrosius A. C. 397, prid. non. April. At Philastrii mortem ad A. 387 refert Labbeus tom. II, de Script. Eccles., p. 213.

(a) Gaudentius Sermonem illum habuit decimo quarto episcopatus sui anno. Memoria Philastrii 18 Jul., Gaudentii celebratur in Martyrologio Rom. 25 Octob. Blondellus, lib. de Eucharistia pag. 36, tradit Gaudentium obiisse A. C. 404. Sed Tillemontius tom. X. pag. 588, probat vixisse adhuc 406, immo 410, si idem est cui Rufinus versionem Recognitionum Clementis inscribit.

(b) Habuit hanc homiliam Gaudentius, Philastrii successor, S. Ambrosio adhuc superstite, cujus meminit his verbis: *Sed beatus pater Ambrosius, cæterique venerandi Antistites sacramento, quo temere vos ipsos obligastis, astricti, tales ad me epistolas cum vestra legatione miserunt, ut sine damno animæ meæ*

per gratiam Spiritus sancti large affluens, hanc Ecclesiam in Fide Trinitatis adorandæ fundavit, in vera spe, et charitate perfecta constituit, ad virtutes erexit, in pace reliquit.

Idem Præf. ad Servum Christi Benevolum p. 912.

Nec mirum si hodie taliter in timore Domini converseris, qui nec dum percepta Baptismi gratia ita pro Fidei cœlestis veritate pugnasti, ut imbutum te admirabilibus doctrinis Apostolici per omnia viri patris nostri PHILASTRII, tantæ constantiæ testimonium approbarit.

S. Augustinus Præf. ad Quodvultdeum, libro de Hæresibus præmissa.

PHILASTRIUS quidam Brixiensis episcopus, quem cum S. Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum, nec illas hæreses prætermittens quæ in populo Judæo fuerunt ante adventum Domini, easque XXVIII commemoravit, et post Domini adventum CXXVIII (*a*). Scripsit hinc etiam Græce episcopus Cyprius Epiphanius in doctrina catholicæ fidei laudabiliter diffamatus; sed ipse utriusque temporis hæreses colligens, LXXX (*b*) complexus est. Cum ergo ambo id vellent facere quod a me petis, quantum tamen inter se differant de numero interim sectarum, vides : quod utique non evenisset, nisi aliud uni eorum videretur esse hæresis, et aliud alteri. Neque enim putandum est aliquas ignorasse Epiphanium quas noverat Philastrius : cum Epiphanium longe Philastrio doctiorem invenerimus, ita ut Philastrium potius dicere deberemus latuisse plurimas, si tamen plures esset ille complexus, et iste pauciores. Sed procul dubio in ea quæstione, ubi disceptatur quid sit hæresis, non idem videbatur ambobus, et revera hoc omnino definire difficile est.

Idem libro de Hæresibus cap. 41.

PHILASTER Brixianus episcopus in prolixissimo (*c*) libro quem de Hæresibus condidit, et CXXVIII hæreses arbitratus est computandas, Sabellianos continuo post Noetianos ponens, *etc.*

Nominatim iterum citat cap. 48, 53, 57, 67, 71, 80, *atque ex Philastrio repetisse se quæcumque a cap.* 58 *ad* 80 *habet, innuit.* Et alias quidem (*inquit cap.* 80) ipse commemorat, sed mihi appellandæ hæreses non videntur. Quascumque autem sine nominibus posui, nec ipse earum nomina memoravit. *Vicissim cap.* 70 *posuit nomen Priscillianorum, quod in Philastrii libro non legitur.*

Auctor Prædestinati cap. 52.

PHILASTER scribit Macedonium Spiritum sanctum deitatem Patris et Filii dicere, quo dicto videtur proprietatem suam sancto Spiritui denegare. *Hæc nusquam apud Philastrium leguntur, sed ex Augustini cap.* 52 *petita sunt ut Cotelerius tom.* I *Monument., p.* 773, *recte annotavit.*

Idem cap. 57.

Verum quia PHILASTER in suis et ipse libris, quibus diversorum retexit historias, etiam hæreses quæ ortæ fuerint cæteris quibusque temporibus, ex ejus nunc libris discerpendo, solas hæreses in medium exhibemus. *Citat deinde nominatim cap.* 72, septuagesimam et secundam hæresim Rhetorianorum a Rhetorio inchoatam, Philastro scribente invenimus. *Sed et hoc, et alia a cap.* 58 *ad* 80, *non ex ipso Philastrio, quem numquam videtur inspexisse, sed ex Augustino transcripsit.*

S. Damasus epistola synodica A. 371, *in Collectione Holstenii Romana edita A.* 1662, *in*-8°, *p.* 166.

Sed Gallorum et Venetensium (*d*) fratrum relatione comperimus, nonnullos non hæresis studio, neque enim hoc tantum malum cadere in Dei antistites potest, sed inscitia, vel ex simplicitate quadam scævis interpretationibus æstuantes, non satis dispicere quæ magis Patrum nostrorum sit tenenda sententia, cum diversa consilia eorum oribus ingeruntur. Denique Auxentium Mediolanensem hac præcipue causa damnatum esse perscribunt.

Gesta concilii Aquileiensis (*e*) *contra Palladium et Secundianum hæreticos* (Arianos) *A. C.* 381.

Syagrio, et Eucherio viris clarissimis consulibus, nonis Septembribus, Aquileiæ in ecclesia considentibus cum episcopis, Aquileiensium civitatis Valeriano, Ambrosio (*Mediolanensi*), Eusebio (*Bononiensi*), Limenio (*Vercellensi*), Anemio (*Sirmiensi Illyrici*), Sabino (*Placentino*), Abundantio (*Tridentino*), Artemio, Constantio (*episcopo Sciscianensi, legato Gallorum*), Justo (*legato Gallorum*), PHILASTRO (*episcopo Brixiano*), Constantio (*Arausico episcopo*), Theodoro (*Octodorensi*), Almachio, Domnino (*Gratianopolitano*), Amantio (*Niciensi*), Maximo (*Emonensi*), Felice, Basiliano (*Laudensi*), Numidio, Januario, Proculo (*Massiliensi*), Heliodoro (*Altinensi*), Jovino, Felice (*Jadrensi*), Eventio (*Ticinensi*), Exuperantio (*Dertonensi*), Diogene (*Genuensi*), Maximo, Macedonio, Cassiano, Marcello, et Eustathio, Ambrosius Episcopus dixit, etc.

Philaster Episcopus Brixianus dixit : Blasphemias et iniquitatem Palladii, qui Arianam doctrinam se-

(*a*) Hunc numerum non tantum Augustini codices hoc loco, et cap. 41 constanter præferunt, sed etiam auctor appendicis ad Ildefonsum de Script. Eccles. cap. 3 et Trithemius c. 84 Augustini vestigiis insistentes confirmant. In edito autem Philastrii libro non plures post adventum Domini reperias hæreses quam CXXII, et credibile est capita postrema libri Philastrii, in quo nullum clausulæ vestigium, intercidisse.

(*b*) Etiam ante Philastrium scripsit Epiphanius, ex cujus scriptis ille profecit.

(*c*) Prolixissimum librum vocat non ob magnitudinem voluminis, sed ob prolixum hæresium quas commemorat numerum epiphaniano longe majorem.

(*d*) Per Venetenses fratres a Damaso, et apud Theodoritum II, 22, Hist., Sozomenum VI, 23, et Nicephorum XI, 31 (ubi eadem epistola Græce legitur), intelligi Philastrium et Evagrium, uti per Gallos Hilarium, notavit Valesius p. 142, ad Sozomenum.

(*e*) In Corporibus Conciliorum tom. II Labbei, p. 979, et tom. I Harduin. p. 825, et inter S. Ambrosii opera tom. II edit. novæ Benedictinor. p. 802, nec non inter Vigilii Tapsensis scripta in lucem edita a Francisco Chifletio.

quitur et defendit, una cum omnibus ego condemnavi.

S. Gregorius Magnus lib. VI, *epistola* 15, *ad Georgium presb. et Theodorum diaconum Constantinopolit.*

Sed ne dilectionem vestram in mea disputatione immorer, quid de hac hæresi PHILASTER in libro quem de Hæresibus scripsit, dixerit, recognoscat. Cujus hæc verba sunt (*a*) : *Sunt hæretici qui dicunt Dominum in infernum descendisse, et omnibus post mortem etiam ibidem se nuntiasse, ut confitentes ibidem salvarentur; cum hoc sit contrarium dicenti prophetæ David : In inferno autem quis confitebitur tibi? Et Apostolus : Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt.* Cujus verbis beatus quoque Augustinus (*b*) in eo libro concordat, quem de Hæresibus scripsit.

S. Rampertus, tractat. de Translatione S. Philastrii.

Quamvis certum sit, divinorum præsentia exempla miraculorum, superna radiasse providentia in nostri venerabilis papæ translatione, eorum tamen scriptionis necessitate, nostra plebs eget. Hæc etenim passim, affatimque evadens, ægri vulgi turba undique conveniens, et percepta sanitate rediens, mille prædicat vocibus. Hæc vicinorum villæ locorum, quarum infirmi varios secretosque habentes languores, inter tantam multitudinem venerabile corpus adeuntes, procurante Dei misericordia, meritis quoque ejusdem sancti promerentibus, eorumque fide suffragante, de suis invaletudinibus convalescentes redierunt; fama nobis renuntiante, eis supernum narrant miraculum, qui eorum pridie noverant infirmitates, et tot testes miraculorum Dei exsistunt, qui prius noverant ægros, nisi ægrotantium titubans fides officiat. Sed quia suorum testium, et nostrum generaliter debitus imminet obitus; pro futurorum hominum ignorantia, quorum fidei affectionem erga nostri patris obsequia studiosam futuram esse speramus, atque audire ardentissimam, non solum lineæ fama, generationisque narrante, sed etiam scriptura a nobis, quibus Deus hoc videre concessit, promulgata testante, saltem pauca de pluribus miraculis, quæ Christus misericorditer gessit, confluentibus catervis ad feretrum beati Philastrii confessoris, amatoris, et prædicatoris sui, veraciter et compendiose scribere optimum credimus. (*Sermonem integrum videsis in editione Ramperti*).

Martyrologium Romanum 18 *jul.*

Brixiæ, Natalis S. PHILASTRII, ejusdem civitatis episcopi, qui adversus hæreticos, præsertim Arianos, a quibus multa passus est, plurimum verbis, scriptisque pugnavit; demum clarus miraculis confessor in pace quievit.

Cæsar Baronius Notis ad Martyrolog.

Exstat sermo S. Gaudentii episcopi ejus successoris, quo describitur vita ipsius. De Translatione autem est sermo Ramperti, ejusdem Ecclesiæ episcopi. Habet ea omnia Lipomannus tom. II et Surius tom. IV. Vixit PHILASTRIUS sub Theodosio Seniore; interfuitque una cum S. Ambrosio, cæterisque sanctis episcopis concilio Aquileiensi adversus Arianos, ut apparet ex Actis ejusdem concilii. Meminit ejusdem S. Augustinus libro de Hæresibus ad Quodvultdeum, seque eum novisse testatur : obiit autem diem cum adhuc superstes esset sanctus Ambrosius, ut apparet ex sermone S. Gaudentii ejus successoris, habito in Ordinatione sua. Unde constat vel mendosum esse codicem, vel ab aliquo superadditum, quod habetur apud Philastrium de Hæres. cap. 111, a Christo Domino usque ad illud tempus cum ea scriberet, intercurrisse annos quadringintos triginta; cum liquido appareat S. Ambrosium, qui ei supervixit, longe ante ea tempora ex humanis desiisse, Cæsario et Attico coss. anno Domini trecentesimo nonagesimo septimo. *Confer eumdem Baronium ad A. C.* 386.

Auctor Appendicis ad Ildefonsum de Scriptoribus Eccles. cap. 3.

PHILASTRIUS Brixiensis episcopus : hic longe ante beatissimum Augustinum edidit librum *de Hæresibus*, singulas quasque demonstrans, sive quæ in populo Judæorum ante incarnationem Christi fuerunt, quas viginti octo enumerat; sive quæ post Domini Salvatoris adventum adversus Catholicam Fidem exortæ sunt, quas idem centum viginti octo (*c*) esse describit : sicut et de eo idem vir magnæ gloriæ Augustinus meminit.

Job. Trithemius de Scriptoribus Eccles. cap. 84.

PHILASTRIUS episcopus Brixiensis, vir in divinis Scripturis doctissimus, et sæcularium litterarum non ignarus, beato Ambrosio Mediolanensi et notus et familiaris, cujus meminit S. Augustinus in quadam epistola ad Quodvultdeum; scripsit pro utilitate communi quædam præclara Opuscula, e quibus nullum ad manus nostras memini pervenisse. Fertur ejus, B. Augustino ubi supra testante, insigne Opus quod scripsit :

De CLVI (*d*) *Hæresibus lib.* I *Simoniani a Simone.*

Cætera non vidi. Claruit sub Theodosio imp. christianissimo, anno Domini CCCLXXX.

Elias Capreolus lib. III *Hist. Brix.*

Huic autem (*nempe Faustino*) PHILASTRIUS statim suffectus, Ariana hæresi orta, ubi concilium trecenti et decem octo episcoporum ad ipsam examinandam, Constantinus qui jam illi consenserat vocasset; inter eos acutissime disputavit : disputationemque ipsam deinde scriptis mandans, non parvam rei gloriam

(*a*) Cap. 122.
(*b*) Cap, 79 de Hæres.
(*c*) In editis tantum sunt 122, ut supra ad Augustini locum notavi.
(*d*) In editis non plures sunt quam 150. Idem Trithemius, cap. 93, etiam Epiphanium ait scripsisse de hæresibus 90; cum in editis non plures feruntur quam 80. Idem, cap. 100, inter Hieronymi scripta refert librum de octoginta quatuor hæresibus cujus initium *Simoniani a Simone.* At ille Augustini est non Hieronymi.

cunctis est adeptus Brixianis. De quo divus Augustinus in epistola ad Quodvultdeum diaconum, hæc verba scribit : *Filastrius Brixiensis episcopus quem cum beato Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum, hæreses illas non prætermittens, quæ in populo Judæorum fuerunt ante Domini adventum, easque viginti et octo commemoravit.*

Christophorus Sandius de Origine animæ, p. 141.

Philastrius Brixiensis, hæresi 97, dicit animam esse creatam ante corpus, idque ex Psalmis probat : porro more Origenico exponit interiorem, et exteriorem hominem, et carnem organum animæ rationalis vocat. Non itaque mirandum cur nullam fecerit mentionem hæresis Origenistarum, cum tamen alios vel levissimos errores hæresibus accenseat.

Jo. Millius Præfat. in novum Test. § 831.

Philastrii citationes parum moramur, cum excepto loco illo Matth. xxii, 29 : *Nescitis Scripturas, et virtutem earum ignoratis;* et altero Luc. xii, 49, *quam volo ut accendatur* (quo modo etiam citant Maximus Taurinensis, Remigius, Rufinus, Hieronymus), cæteri a nostris codicibus diversi ad sensum citati videantur, vel ex memoria.

Jo. Seldenus de Diis Syris syntagm. i, p. 95.

In plerisque Philastrius ille, ut semel admoneam, satis temere de hæresibus quas vocat illis priscorum Syrorum. Nec omnino potis est fidem suam liberare in iis quæ sæpius, velut somnia sibi fingens, de eorum ritibus et numinibus audacter nimis obtrudit.

Josephus Scaliger Elencho Trihæresii Serariani cap. 1.

De hæreticis Catalogi Philastrii episcopi Brixiensis, nimis levi brachio (*Serarius*) defungitur. Nam eos accuratius discutere intererat ejus, qui de hæreticis disputationem instituit. Nos de illis infra amplius dicemus. Interea mendose Heliognostos dici non negabit, qui mediocriter Græce eruditus est. Ἡλιογνῶσται enim, non Ἡλιόγνωστοι recta ratio postulat, quam ἀναλογίκν vocant. Atqui si κατ' ἀναλογίαν recte dicitur, non tamen κατ' ἔννοιαν. Nam Ἡλιολάτραι aut Ἡλιοσεβεῖς dicendi erant. Ii sunt, qui ad solem orientem adorabant, ut est apud Ezechielem viii, adversus institutum divinum legis Mosaicæ. Ab istis profecti qui Σαμψαῖοι dicebantur, שמשׁא, ἡλιάζοντες, ἡλιασταί, ἡλιακοί. Epiphanius hæresi 33 : Σαμψαῖοι γὰρ ἑρμηνεύονται ἡλιακοί : quamvis de sole oriente adorato tacuit. Sed illi erant Esseni, aut ab Essenis, ut alibi (*a*) aperietur. Kaiani quare usus obtinuit ut dicerentur potius, quam Kainiani, quærant eruditi. Namque hic analogiæ vis facta est. Musoritæ est barbara compositio, neque inde me ulla Grammatica extricare potest. Troglodytæ, qui et capite 22 Subterranei dicuntur, et sine ulla causa a Philastrio iterantur, quam vere ex viii, 11, 12 Ezechielis deducantur, verba Philastrii cum verbis prophetæ collata fidem fecerint. Ubi, inquit, *Seniores cum thuribulis, idola colunt speluncis habitantes abditis* Verba Prophetæ : *Et septuaginta viri de Senioribus domus Israel, et Jezonias filius Saphan stabat in medio eorum stantium ante picturas : et unusquisque habebat thuribulum in manu sua, et vapor nebulæ de thure consurgebat. Et dixit ad me : Certe vides, fili hominis, quæ Seniores domus Israel faciunt in tenebris, unusquisque in abscondito cubilis sui.* In Græco : ἐν σκότει, ἐν τῷ κοιτῶνι τῷ κρυπτῷ αὐτῶν. Neque Τρωγλοδύται, neque Ὑπόγειοι, vel Ἀποχθόνιοι dici possunt, ubi nullæ speluncæ sunt, sed penetralia domus, et abdita cubilium, *Muscicolas*, id est, Μυιολάτρας, *a musca Accaronis*, inquit, *ad quam misit Ochozias rex.* In II Reg. i, 2, legitur : *Ite, consulite Beelzebub Deum Accaron.* Hic nulla est musca Accaronis, sed Beelzebub Accaronis, a quo Beelzebubitæ dici debebant. Sed Beelzebub, id est Deus Muscæ, a Scriptura dicitur, לבאי per contumeliam, ut alibi ostendimus, non quod Accaronitæ eo nomine numen suum dehonestare voluerint (quis enim τὸ σεβιζόμενον ὑβρίζει) ; sed multi erant Baalim : et apud illas gentes εἰδωλομανεῖς numquam Baal dicebatur sine constructivo. Baal-Samaim, Οὐράνιος, Baal-Reem, Βροντεύς, quem ridiculo nomine Scriptura Baal-Phegor vocat, quod est Πορδεύς, non Βροντεύς. Sic illud Accaronitarum idolum, quod meo judicio dicebatur Baal-Zebahim, Deus victimarum, immolationum, sacrificiorum, joculari vocabulo Scriptura vocavit Deum Muscæ, quod in templo Hierosolymitano muscæ carnes victimarum non liguriebant, cum tamen Gentium fana a muscis infestarentur propter nidorem victimarum. Ideo in Arcadia heroi cuidam Myagro, antequam hostiæ cæderentur, res divina fiebat, ne muscæ ad eas advolarent. Pausanias, Ἐν ταύτῃ τῇ παναγύρει Μυιάγρῳ προθύουσιν, ἐπευχόμενοί τε κατὰ τῶν ἱερείων τῷ ἥρωι, καὶ ἐπικαλούμενοι τὸν Μυίαγρον. Itaque quod Ochozias rex miserit scitatum oraculum Beelzebub idoli Accaronitarum, ideo ullam hinc hæresin Muscicolarum exortam fuisse, neque sequitur, neque verum est. Unus tantum Baal sine constructivo nominabatur κατ' ἐξοχήν, isque erat Baal-Samaim, de quo toties in Scriptura. Reliqui dii dicuntur Baalim absolute in libris sacris, cum singuli apud gentes istas cum constructivo suo concipierentur. Ideo Baalitæ non debebant distingui a Muscicolis, siquidem ulla Muscicolarum hæresis fuisset. Sed hos male divulsit Philastrius, ut Troglodytas a Subterraneis. *Astaritæ, et Remphanitæ*, puto Ἀστρῖται. Τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν (*Amos* v, 26 ; *Actor.* vii. 43). Ideo sequentes *Molochitæ* apud eumdem Philastrium, ad istos pertinent, ex eodem loco Amos : Ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν Μολόχ, a quibus *Tophetitæ* non magis separandi erant, quam *Troglodytæ* a Subterraneis. In loco Tophet siquidem idolo Moloch infantes igne lustrabantur. *Puteoritæ*, inquit, *qui fodiebant sibi puteos, qui non possunt capere aquam salutarem.* Intelligo esse vocem hybridam, puteoryctas, (*b*) compositam ex Latino et Græco. Sed in Græco est λάκκους ὤρυξαν Ἀκκαρώνται,

(*a*) *Scalig.* e. 20. elenchi Trihæres.
(*b*) *Immo Puteoritas* dixit Philastrius, ut Musoritas et Hermioritas.

igitur dicendi erant, non Puteoryctæ. Sed si ex illo commenta illa hæresis divinanda fuit, cur non et ex 27 dicam aliam hæresin fuisse, quæ lignum patrem, lapidem matrem vocabat? quis enim negaverit eamdem consequentiam esse? Neque quicquam certum est in *Bahalitis*, aut *Balaamitis*. *Hæresis*, inquit, *quæ Bahal idolum, aut Balaam pseudoprophetam, qui de Mesopotamia veneral contra Mosen beatissimum, asserunt nomen accepisse.* Qui hoc asserebant, quomodo a Bahal idolo deducunt, si a Balaam pseudopropheta? *Pythonissæi* nulli profecto fuerunt : neque ulla constans causa afferri potest. Sed nimis sibi indulsit in hæresibus divinandis, quæ neque fuerunt, neque esse potuerunt, cum si hoc modo investigandæ erant, longe probabiliores afferri possent, ut Soccothbenothitæ, Nergelitæ, Asimæi, Nebahasitæ, Tartachitæ, Adramelecitæ, Anamelecitæ. Nam idola illa suos cultores habuerunt. Sed hoc modo quot idola fuerunt, tot genera hæreseon, aut sectarum instituenda fuissent. Apud eumdem quoque Scriptorem in altera parte Operis, quot hæreses post Christum narrantur fuisse, quæ nullæ fuerunt? et tamen non solum ibi (*a*), sed etiam apud Epiphanium omissa est omnium vetustissima, ἡ τῶν ὑπὲρ νεκρῶν βαπτιζομένων.

Erasmus purgatione adversus Epistolam Lutheri tom. IX Opp. edit. Basil. p. 1265.

Quod si periculum est, ne quis resiliat a religione Christiana, si cognitum fuerit Ecclesiam variis hæreticorum erroribus fuisse vexatam, perniciosam operam sumpserunt apud Græcos sanctus Epiphanius et Philaster, apud Latinos Augustinus, catalogum omnium hæreseon orbi proponentes. *Fallitur Erasmus Philastrum Græcis accensens Scriptoribus, perinde ut alibi præter rem dubitat, Irenæusne Græce, an Latine scripserit.*

Ferdinandus Ughellus tom. IV Italiæ sacræ p. 729, *ubi Brixienses episcopos commemorat.*

Sanctus Philastrius Hispanus (*b*) hanc rexit Ecclesiam A. 381, vir nobilissimus tum doctrina, tum sanctimonia vitæ. Quippe cum Mediolani adhuc titulo episcopatus Auxentius insigniretur, Arianos suis disputationibus perursit ac vicit, ita ut inter illius sæculi clarissima lumina jam videatur posse connumerari. Cum D. Ambrosio Aquileiensi concilio interfuit, seditque inter illius concilii Patres octavus, ut refert Baronius ex Actibus illius concilii. Illius meminit Augustinus in lib. de Hæresibus ad Quodvultdeum, affirmatque Romæ in illius familiaritatem se insinuasse; atque ex illius tum publicis, tum privatis de rebus sacris dissertationibus, novos pietatis Christianæ sensus induisse, ut scribit Gaudentius ejus successor cum ejusdem vitam enarrat. Præfuit annos octo, decessitque kal. Augusti sancte Ambrosio adhuc vivente, ut narrat idem Gaudentius in Sermone de sua Ordinatione. Apud S. Andream tumulum accepit, ubi illum Rampertus episcopus lineis involutum reperisse narratur A. C. 858 v id. Aprilis, cum hac brevi inscriptione :

PHILASTRIVS BEATISSIMAE MEMORIAE
HIC REQVIESCIT IN PACE.

Ejus deinde sacrum corpus idem Rampertus episcopus transtulit in ecclesiam Majorem, ipsumque Brixiani tamquam unum e Divis tutelaribus venerantur et colunt.

Philippus Ferrarius in Catalogo SS. Italiæ 18 *Julii.*

Philastrius natione Hispanus, divinis et humanis litteris apprime eruditus, non mediocrem peregrinatione doctrinæ accessionem fecit. Nam et Athenas navigans ibi brevi ingentes progressus habuit, Romæque a Damaso liberaliter tractatus, publice docuit. Inde sacris initiatus discedens, ubique adversus Arianos decertavit; Mediolani adversus Auxentium episcopum, et alios Arianos disputans eos confutavit, librosque scripsit adversus Hæreses. Multa ab hæreticis passus est; sæpius ab illis percussus, et vulneratus, ac etiam cruci affixus perisset, nisi a Catholicis creptus fuisset. Cum Brixiam ad SS. Faustini, Jovitæ, et Afræ reliquias venerandas profectus esset, a S. Faustino episcopo perhumaniter acceptus, in adjutorem et successorem electus est. Qui totus erat in legendo, subscribendo, concionando, ecclesias constituendo et hæreses confutando : de quo divus Augustinus in epistola ad Quodvultdeum diaconum ait : *Philastrius Brixiensis episcopus, quem cum beato Ambrosio Mediolani etiam ipse vidi, scripsit hinc librum hæreses illas non prætermittens, quæ in populo Judæorum fuerunt ante Domini adventum, easque viginti et octo memoravit.*

Nota. *Sunt qui scribant Philastrium concilio Nicæno sub S. Silvestro papa, et Constantino Magno interfuisse; quod si verum est, oportet illum adolescentem fuisse et audientem interfuisse, non disputantem. Obiit autem* xv *kal. Aug. ante S. Ambrosium, a quo S. Gaudentius successor ordinatus est.*

Videri præterea potest Tillemontius, tom. VIII Memor., p. 541, *etc.*

(*a*) Philastrius, hær. 129, mortuos baptizantium facit mentionem.

(*b*) Aliis Italus.

NONNULLORUM PHILASTRII LOCORUM CENSURA (*a*)

De S. Philastrio plura indicabunt tibi ex probatis Auctoribus Notæ ad Romanum Martyrologium 18 Julii, quo die Natalis S. Philastrii inter sacros inscriptus habetur publicis Romanæ Ecclesiæ tabu-

(*a*) Ne quid desideret lector quod ad Philastrium pertineat, subdimus F. J. M. Brasichellensis testi-

lis. Verum etsi S. Philastrius sanctitate, et doctrina præclarus exstiterit, hoc tamen ejus Opus *de Hæresibus* caute, et cum judicio quibusdam in locis legendum, quod nonnulla contineat cum placitis rectæ Theologiæ non satis cohærentia. S. Augustinus præf. in librum suum *de Hæresibus* ad Quodvultdeum monet, doctius de hæresibus præscripsisse S. Epiphanium, quam S. Philastrium.

Hæres. 49.

Ante initium cap. annota : Caute lege hoc caput, nam S. Philastrius existimat primi hominis animam (*desunt nonnulla*) cum SS. PP. ferme omnes, et explanatores Geneseos erudite, pie, orthodoxe, historice, et germane *spiraculum vitæ* præfato loco, animam rationis participem intelligant. Vide Castrum lib. II adversus hæreses, verbo *Anima*, hæresi 2, et Sixtum lib. V Bibl. annot. 27.

Hæres. 56.

Ad initium cap. ascribe : Caute lege hoc caput, nam S. Philastrius in hæresi ponit, existimare ante constructionem turris Babel unam tantum fuisse linguam in mundo, cum tamen Scriptura sancta, et SS. PP. ferme omnes, non nisi unam linguam inter homines fuisse ante ædificationem Babel, apertissime doceant. Addito recentiores Genes. XI interpretes, Castrum lib. IX adversus hæreses, verbo *Lingua*, Sixtum lib. V Bibliot. annot. 87.

Hæres. 63.

Ibi in textu : *a Domino usque nunc anni* 430, appone in marg. : *Latinius vir eruditus mendum hoc loco illapsum in numerum, levi mutatione ita restituendum putavit*, 380 : nam S. Philastrium non potuisse pervenire ad annum 430 perspicua est ratio ; siquidem obiit superstite ei S. Ambrosio, ut certum est in Serm. S. Gaudentii successoris S. Philastrii, quem *de sua Ordinatione* habuit : at notum est S. Ambrosium emigrasse Cæsario et Attico Consulibus anno sal. 397. Consule Not. ad Rom. Martyrol. 18 Julii.

Hæres. 69.

Ibi in textu : *cum et in ventre sanctificati sint, ut Patriarchæ, Prophetæ, Judices, Jeremias, et Joannes Baptista*, etc., scribe in marg. Caute legas, nam si loquamur de vera sanctificatione a peccato originali, Jeremiam, Joannem Baptistam, et Deiparam, solos sanctificatos in utero docent Theologi.

Hæres. 79.

Ad initium cap. ascribe : Caute legendum est hoc caput, neque enim hæresis est, aut error existimare non omnes Psalmos editos a Davide, cum multi PP. et recentiores hoc sentiant, et adhuc in opinione doctorum ista quæstio ventiletur. Consule Sixtum lib. I Bibl. et Psalm., Interpretes in præfationibus.

Hæres. 82.

Ad initium cap. ascribe : Caute legendum hoc caput, nam non est hæresis putare stellas esse cœlo infixas, cum id philosophi, peripatetici, et astronomi, atque scholastici theologi summo consensu affirment ; quamvis nonnulli ex veteribus PP. dissentiant. Vide S. Thom. I p., q. 70, art. 1, ad 3, et Sixt. lib. V Bibl. annot. 14.

Hæres. 89.

Tolle notam marg. III Reg. XI, uxorum et concubinarum Salomonis multitudinem numerosam mystice esse intelligendam ; et repone : Non intelligit S. Philastrius de loco III Reg. XI, 3, quem historice accipiendum non est dubium, sed de loco Cantic. VI, 7, quem mystice plerique PP. interpretantur.

monium de Philastrio, una cum ejus censura, quæ nonnulla Philastrii loca caute legenda esse admonet. Hæc autem Brasichellensis censura refertur ad secundam editionem Parisiensem Bibliothecæ Patrum anni 1589 per Margarinum de la Bigne, theologum Parisiensem procuratam, exstatque in *Indice librorum expurg.* pag. 115 seqq., Romæ primo, deinde Bergomi typis Comini Venturæ 1608, in-8°.

SANCTI PHILASTRII
EPISCOPI BRIXIANI
LIBER DE HÆRESIBUS.

[1] PRÆFATIO.

De hæreseon [a] diversa pestilentia, variisque erroribus, qui ab origine mundi emerserint, et sub Judæis defluxerint, et ex quo venit Dominus noster Jesus Salvator in carne, pullulaverint, dicere oportet, numerumque earum paulatim exponere, inimicumque humani generis perdici fuisse a Jeremia

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] *In ms. Sangerm. desunt* Præfatio *et qui mox sequitur* Catalogus eorum qui ante adventum Christi hæreseos auguntur : *hisque incipit verbis* : Incipit liber Filastri de Hæresibus. Post passionem Christi, *etc.*

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *De hæreseon.* Non infrequens Latinis scriptoribus est usus genitivi casus ejusmodi pluralis, græcæ flexionis, ut testantur vel libri Ovidii Metamorphoscon et Halieuticon, Mythologicon Fulgentii, Petronii Satiricon, et Poeticon Astronomicon C. Hygini. Etiam infrac. 29, *hæreseos.* FABRIC.

propheta [a] non immerito comparatum agnoscere, qui cum infecunditatem patiatur, sæpius aliorum furtim fetus incubans, quasi suos jam fovet ac vindicat filios usque ad tempus aliquod; cumque eis jam tempus ætatis discernens [b] adcreverit, tunc omissis [c] falsis parentibus, jura parentum sensu proprio recordantes, palamque oculis intuentes, sequi eos amplius non demorantur. Quorum causa nobis similitudo hæc nuntiata est, quod diabolo relicto impietatis causa, ejus qui orbem terrarum sua sub ditione cum tenere putaret, postquam vero Christo parente a nobis viso et recognito, omissa falsitate parentis mendacissimi, jam veri parentis Christi vestigia sequi omnis homo [d] non moratur agnoscens: A quotidie per ænigma compleri [e] enim cognoscimus prophetiam Jeremiæ beatissimi ita dicentem : *Clamavit perdix, collegit quæ non parturiit, faciens sibi divitias non cum sapientia, in medio dierum* [f] *derelinquent eum, et in postremo erit insipiens* (*Jerem.* XVII, 11). Quod nunc deserentes quotidie [g] omnes gentes idololatriam mortiferam inimici, Christum etiam verum Dominum de Lege et Prophetis audientes, eumque cum Patre semper esse credentes ac recordantes, æque ad eum modis omnibus [h] supplices properant pervolare, ut compleatur prophetia [i] : *Recordabuntur et convertentur ad Dominum* Christum *omnes fines orbis terrarum* (*Psal.* XXII, 27).

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Perdici a Jeremia propheta.* Jeremiæ XVII, 11. S. Ambrosius VI, 3, in Hexaem. : *Perdicem astutam novimus, quæ aliena ova diripiat, hoc est perdicis alterius, et corpore foveat suo, sed fraudis suæ fructum habere non posse, quia cum eduxerit pullos suos, amittit eos, quia ubi vocem ejus audierint, quæ ova generavit, relicta ea ad illam se naturali quodam munere et amore conferunt.... Hujus imitator est diabolus, qui generationes Creatoris æterni rapere contendit, et si quos insipientes, et sensus proprii carentes vigore potuerit congregare, fovens eos illecebris corporalibus, ubi primum vox Christi parvulis fuerit infusa, discedunt atque ad eam se conferunt matrem, quæ pullos suos, sicut avis, materno amore complectitur.* Idem traditum Cassiodoro II, 14, Var. Epist., aliisque quam pluribus, quorum loca laudant Cotelerius in notis ad tom. II Monumentor. Ecclesiæ Græcæ pag 547, Huetius ad Origenem pag. 16 seq. Bochartus tom. II Hierozoici p. 84, et Allatius ad Eustathium Antiochenum p. 132 seq. Vide et Ambrosii epist. 32, ad Irenæum, tom. II p. 918 seq., Athanas. tom. I p. 365, edit. noviss. Johan. Camerarii Symbola III, 68, Combefisium ad Hippolytum de Anti-Christo c. 55, Ducæum notis ad S. Basilium tom. I, p. 44. FABRIC.

[b] *Tempus ætatis discernens.* Tempus quo per ætatem discernere possunt veros a falsis parentibus. Prima ætas, in homine quoque, ignorat discernere dextra a sinistris, bonum a malo. Confer Grotium ad Deut. I, 39, et Jonæ IV, 11. Sic prima mundi ætas non statim Dominum ac Servatorem suum agnovit et sectata est, sed passa se a diabolo ad varia idololatriæ et superstitionis genera turpiter abduci. FABRIC.

[c] *Omissis falsis parentibus.* Minus bene priores B editiones *amissis.* Sic infra paucis interjectis : *Omissa falsitate parentis mendacissimi.* FABRIC.

[d] *Omnis homo non moratur.* Id est nemo moratur qui agnoverit. Ita apud Florium II, 18, *unus vir Numantinus non fuit, qui catenis duceretur.* Talia sunt in sacris scriptoribus Luc. I, 37, οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ τῷ Θεῷ πᾶν ῥῆμα; Rom. III, 20, ἐξ ἔργων νόμου οὐ δικαιωθήσεται πᾶσα σάρξ. FABRIC.

[e] *Quotidie per ænigma compleri.* Hoc est, per multitudinem neophytorum ad Ecclesiam quotidie accedentium intelligimus impleri, quod propheta futurum esse ænigmate perdicis significavit. In quam sententiam mox subjungit : *quod nunc deserentes quotidie omnes gentes idololatriam* etc. Porro licet commodiore interpunctione locum hunc aliquomodo juvisse videor, antea enim conjuncta erant verba : *Agnoscens quotidie per ænigma*, quibus subjiciebatur στιγμή, constructio tamen adhuc admodum hiulca atque impedita est, sed qualem non alienam esse a Philastrii C usu plura hujus libri loca lectorem edocebunt. FABRIC.

[f] *Derelinquent eum.* Sic. LXX, quos hic sequitur Philastrius; Vulg. vero et Pagninus, *derelinquet eas.* Confer Hieronymum ad hunc Jeremiæ locum, qui utroque modo testimonium prophetæ profert; de narrata autem perdicis proprietate consulendus omnino erudissimus Bochartus tom II Hierozoici p. 84, 85, ubi non modicam huic Philastrii præfationi lucem affundit. GALEARD.

[g] *Omnes gentes.* Ex quibusvis gentibus etiam remotissimis quosdam.

[h] *Supplices.* Male edit. Helms., *simplices.*

[i] *Prophetia.* Quo in loco Philaster nomen Christi explicationis causa inseruit.

CATALOGUS
EORUM QUI ANTE ADVENTUM [a] CHRISTI HÆRESEOS ARGUUNTUR.

[b] I. OPHITÆ.

[c] Primi sunt Ophitæ, [d] qui dicuntur Serpentini; D isti colubrum venerantur dicentes, quod hic prior initium nobis scientiæ boni et mali attulerit. Unde

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Eorum qui ante adventum* C. Quædam hæreses ex his quæ usque ad caput duodetrigesimum a Philastro referuntur, non fuerunt ante adventum C., neque sub Judæis, ut in præfat. Philaster loquitur, defluxerunt, licet e veteri Testamento ansam erroris sui arripuere (ἀπὸ νόμου ἐξ Ἰουδαίων φύσασαι. Epiphan. Ancorato cap. 12, t. II, p. 18), ut statim Ophitæ, et Cajani, Sethianique. Rectius itaque Tertullianus, qui illos c. 45. vocat *Judaismi hæreticos*, alios *qui ex Evangelio hæretici esse voluerunt* sive, ut Hieron. verbis utar, *qui Evangelia laniaverunt.* FABRIC.

[b] Hæc tria prima Philastrii capita dederat Fabricius Cod. Pseudepigr. tom. V, p. 136, cum iisdem ferme notis quæ hic apponuntur. GALEARD.

[c] *Primi sunt Ophitæ.* Non temporis ratione, sed quod in primo statim principio ac limine veluti primi libri veteris Testamenti impegerunt. Mentio eorum apud Augustinum de Hæresibus, et auctorem Prædestinati cap. 17, aliosque. FABRIC.

[d] *Qui dicuntur Serpentini.* Id est quorum nomen Latine ita efferre possis. Pro Ophitis, sive ut perperam in pseudo-Hieronymi indiculo scribitur *Offitis*

et Dominum [a] invidisse asserunt, quia scientiam primus detulerit mulieri [b] bonæ rei atque malæ, perque illam ita ad genus omne hominum permanaverit, propter quod et [c] de cœlo primo dejectus est, inquiunt, in alterum, unde eum et de cœlo aiunt adventurum, [d] et velut aliquam Dei virtutem esse eumdem æstimant, atque eum annuntiant adorandum.

II. CAIANI.

[e] Caiani, qui Cain [f] laudant fratricidam, primogenitum Patris nostri ac beati Adæ protoplasti, dicentes [g] ex altera virtute, id est diaboli, Cain factum, ex altera autem Abel beatissimum natum, et virtutem majorem quæ erat in ipso Cain, invaluisse ut suum interficeret fratrem.

III. SETHIANI.

[h] Sethianorum hæresis, quæ Seth filium Adæ postea genitum, hocque appellatum nomine veneratur, quod post interfectionem Abel beatissimi natus est, ex quo et Sethiani appellantur, colentes eum et dicentes, quod duobus creatis hominibus in initio, et Angelis in dissensione constitutis, [i] tenuit virtus in

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

apud Origenem Clement. Alex. VII Strom. p. 765 et Theodoritum est etiam nomen *Ophianorum*., et corruptum apud Sophronium *Sophianorum*, nisi ita etiam dicti sunt, quod Σοφίαν serpentis imaginem assumpsisse dixerunt, teste Irenæo lib. I, c. 34. Apud Theodoritum et Procopium Gazæum in IV Reg. XVIII, Hebraica appellatione veniunt Ναασηνοί (ita enim legendum, non Ἐσθηνοί,) a נחש quod Hebræis serpentem ut Græcis ὄφις denotat. Vide Cotelerium tom. I Monument. Eccles. Græcæ pag. 769, et Tho. Ittigium τὸν μακαρίτην diss. de hæresiarchis Apostolicæ ætati proximis p. 120. E Gnosticis, Valentiniani, vel Marcionitis hos Ophitas prodiisse mihi persuadeo, quod Ophitarum doctrina apud Epiphanium XXXVII, 3 seq., Tertullianum append. de præscript. c. 47, Origenem VI contra Celsum p. 295, seq., et Nicetam IV Thesauri cap. 9, valde affinis est commentis Valentinianorum, et Gnosticis Prunicum colentibus, quibus etiam a S. Irenæo Ophitæ junguntur. Præterea Theodoritus lib. I de Hæreticis fabulis c. 24, ac Nicetas IV, 14, Thesauri, auctor est Marcionitas serpentem Creatori prætulisse, et singulari cultu veneratos esse. Mirum vero quod tradit idem Origenes pag. 294 neminem ab Ophianis Euphrate auctore in suum cœtum admissum esse, ἐὰν μὴ ἀρὰς ὄφηται κατὰ τοῦ Ἰησοῦ. Idem Ophianos et Caianos, omnino a Jesu doctrina alienos scribit lib III, p. 119, et Jesum omnino ab eis abnegari lib. VII, p. 358, absurdissimum Ophianorum dogma vocat nec simplicissimis persuasum, et hæresin ipsorum ἀσημοτάτην lib. VI, p. 291, ut Procopius δυσσεβεστάτην. FABRIC.

[a] *Dominum invidisse.* Jaldabaoth, Deum Judæorum invidisse docebant homini quod superiorem Deum ac Patrem agnovisset: itaque virtutem quamdam serpentis specie genuisse, quæ Evam fefellerit. Vide Epiphan. XXXVII, 3, 4, 5. FABRIC.

[b] *Bonæ rei atque malæ.* Idem est quod paulo ante dixerat, scientiam boni et mali ex Genes. II, 9, τὸ εἰδέναι γνωστὸν καλοῦ καὶ πονηροῦ. FABRIC.

[c] *De cœlo primo dejectus in alterum.* Octo enim cœlos ponebant, ut docet Epiphanius XXXVII, sect. 4, licet deinde sectione 5 simpliciter scribit dejectum ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. FABRIC.

[d] *Et velut.* Male priores quædam editiones *ut velut.* Porro cultus quo Ophitæ serpentem prosecuti sunt, et cistæ qua serpentem alere consueverunt, meminit etiam præter Epiphanium XXXVII, 5, Damascenus verbis Scholiastes Βασιλικῶν ad lib. XXI, p. 581. Ejusmodi cistarum etiam in sacris apud gentes usus fuit, de quibus Laur. Begerus v. c. in disquisitione de nummis serpentiferis. FABRIC.

[e] *Caiani. Cainæi* auctori appendicis ad Tertull. c. 47. *Cainiani* Augustino de Hæres. et auctori Prædestinati c. 18. Sed Irenæo quoque lib. I, c. 35 atque Epiphanio et Damasceno hæresi 38, Καϊανοί; nam et Cainus Flavio Josepho Καΐς. Theodorito lib. I. Hæret. fab. cap. 15, Καϊνοὶ et Καϊνισταί, at Clementi Alex. VII Strom. p. 549, Καϊανισταί. *Caiana hæresis* Tertulliano c. 33 de præscript. et Hieron. epist. 83, qui lib. adversus Vigilantium notat Tertullianum in Scorpiaco suo Caianos perstrinxisse. Non *Caiana* hæresis, sed *Caina* est Hieronymo utrobique: nempe tam ep. 83, al. 83, ad Oceanum, *En consurgit mihi Caina hæresis*, quam lib. adversus Vigilantium, *quæ olim appellabatur Caina hæresis*; Tertulliano autem indicato loco *Caiana*. Lambertus Danæus ad. August. de hæres. cap. 18 putat errore Amanuensium in exscribendo Epiphanio ex *Cainianis* factos esse *Caianos*; eoque lapsu deceptum fuisse Augustinum quoque ubi Caianos nominat. At Bælius Diction. crit. in *Cainites* observat *Caianorum* nomen a Patribus usurpatum multo antea quam Epiphanius et Augustinus hac voce uterentur. GALEARD. Καϊνοὶ etiam Sophronio in indiculo hæres. actione XI concilii VI general. et Nicetæ IV Thesauri 11 et 12, ubi etiam Καϊνοί, et ante hos Origeni III contra Cels. p. 119, quo loco eos a Jesu doctrina plane alienos esse scribit, perinde ut Ophitas. Ab hac Gnostica hæresi diversi Caianitæ Apollhartodocetæ, a Caiano quodam Alexandrino nomen consecuti, de quibus Damascenus hæresi 84. FABRIC.

[f] *Qui Cain laudant*, δοξάζουσι, honorant, colunt. Apud Honorium Augustodunensem in libello de hæresibus *Caiani dicti qui Cain oderunt*, legendum ex Augustino *onorant*, hoc est *honorant*. FABRIC.

[g] *Ex altera virtute, id est Diaboli.* Verba, *id est Diaboli*, puto vel a Philastrio, vel ab alio adjecta contra Caianorum mentem. Nam licet Archonticos narrat Theodoritus lib. I de Hæreticis fab. c. 11, docuisse quod Cain et Abel fuerint τοῦ Διαβόλου παῖδες, uti in Pirke R. Elieser dicitur Cain Sammaelis progenies, atque ab aliis Rabbinis apud Gaulminum de morte Moysis p. 216 traditur ex semine primi serpentis natus Magiæ per serpentes auctor: tamen a Caianorum opinione hoc remotum esse videtur, qui a fortiore et præstantiore virtute Cainum quam Abelem prognatum statuebant teste Epiphanio, et aliis. Huc refer et quod capite sequente ex sententia Sethianorum a Philastrio dicitur: *Angelis in dissensione constitutis tenuit virtus in cœlo feminea.* FABRIC.

[h] *Sethianorum.* Sethoitæ appellantur auctori appendicis ad Tertull. de Præscript. c. 47. Alii hoc genus Gnosticorum vocant Sethitas, ut indiculus Pseudo-Hieronymi c. 9, qui tamen c. 17 et ipse vocat Sethianos, ut Epiphanius quoque et Damascenus hæresi 5, Augustinus et Prædestinati auctor c. 19, Nicetas IV Thesauri c. 12, Rabanus Maurus lib. II de Clericor. institutione c. 58, et Honorius Augustodunensis hæresi 31. Apud Gennadium autem de dogmatibus c. 52, ubi Sethianus et Theodosius tria et barbara principia induxisse leguntur, pro Sethiano videtur scribendum Scythianus. FABRIC.

[i] *Tenuit virtus in cœlo feminea.* Tenuit, κεκράτηκε hoc est primas obtinuit. Epiphanius XXXIX, 2: Ἦν γὰρ ἡ στάσις τοῖς Ἀγγέλοις, ἀγωνιζομένοις περὶ τῶν γενεῶν τῶν ἀνθρώπων τούτων τῶν δύο, τοῦ γεγεννηκότος τὸν Καὶν καὶ τοῦ γεγεννηκότος τὸν Ἄβελ, κεκρατηκέναι δὲ τὴν ἄνω δύναμιν, ἣν μητέρα φάσκουσι καὶ θήλειαν. Δοκεῖ γὰρ αὐτοῖς εἶναι καὶ μητέρας ἄνω, καὶ θηλείας καὶ ἄρσενας. Vide si placet quæ ibi sequuntur, et quæ Philaster Latine vertit, atque in compendium misit. Solet enim ille subinde, ut suis locis annotabo, Epi-

cœlo feminea; apud eos enim masculi et feminæ, dii deæque esse putantur. Quod pervidens, inquiunt, mater, quia occisus est Abel justus, cogitavit ut pareret justum Seth, in quem et collocavit magnæ virtutis spiritum, [a] ut possent destrui virtutes inimicæ. De Seth autem ipso Christum Dominum [b] genus deducere aiunt. Quidam autem ex eis non solum genus de eo deducere, sed etiam ipsum Christum esse asserunt atque opinantur.

IV. DOSITHEUS.

[c] Dositheus quidam postea, Judæus genere, ausus est dicere, [d] secundum carnem solum esse vivendum in Lege Domini, [e] deque ea non sperans resurrectionem futuram, [f] nec Dei Spiritum, nec Angelum esse credens, [g] nec futurum judicium [h] de Lege atque Prophetis exspectans.

V. SADDUCÆI.

Sadducæi post ipsum, [i] a Saddoc homine Judæo,

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

phanii vestigiis insistere, quo nemo melius de hæresibus scripsit, si credimus Theodoro Studitæ Epistola ad Naucratium tom. V Opp. Sirmondi, p. 324. FABRIC.

[a] *Ut possent destrui virtutes inimicæ.* Minus bene priores editiones, *possint*. Plenius autem hæc apud Epiphanium efferuntur sic : Ὅπως διὰ τῆς ταύτης συστασέως καὶ τούτου τοῦ σπέρματος καθαιρεθῶσιν αἱ δυνάμεις τῶν Ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων, καὶ τοὺς δύο ἀπ' ἀρχῆς ἀνθρώπους. FABRIC.

[b] *De Seth autem ipso Christum Dominum genus deducere.* Nihil in hoc errabant si ita sentiebant Sethiani, quoniam Christi genus a Setho etiam S. Lucas deducere haud dubitat. Sed Philaster non satis cepit Epiphanii mentem, qui Sethianorum sententiam exponit his verbis XXXIX, 4 : Ἀπὸ δὲ τοῦ Σὴθ κατὰ σπέρμα καὶ κατὰ διαδοχὴν γένους ὁ Χριστὸς ἦλθεν, αὐτὸς Ἰησοῦς οὐχὶ κατὰ γένη, ἀλλὰ θαυμαστῶς ἐν τῷ κόσμῳ πεφηνώς, ὡς ἐστιν αὐτὸς ὁ Σὴθ ὁ τότε, καὶ Χριστὸς νῦν ἐπιφοιτήσας τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἀπὸ τῆς μητρὸς ἄνωθεν ἀπεσταλμένος. Sensus est, Christum a Setho non communi et naturali modo genus deducere, sed rediisse per miraculum ipsum Seth in mundum, ut idem qui tunc Sethus, jam Christus esset. Licet hoc præter rem Sethianis impingi disputat Jac. Rhenferdus pag. 173 seq. opp. Philos., ubi de fictis Judæorum hæresibus. FABRIC.

[c] *Dositheus quidam postea, Judæus genere.* Hic est qui in Judæorum libris dicitur דסתאי et cum סביית *Sabia* (a quo secta *Sebuæorum* apud Nicætam lib. I Thesauri c. 35) traditur in captivitate Assyriaca tempore Sennacheribi docuisse Samaritanos. Vide Drusium III, 4, de sectis Hebræor. et ad minerval Serarii c. 10 et Lightfooti disquisit. Chorographicam ad Joannem, p. 934 edit. Lipsiensis. Eulogio apud Photium cod. 230, p. 466, vocatur Δόσθης, et sectatores ejus Δοσθηνοί, aliis ille Δοσίθεος, hi Δοσιθεανοὶ et Δοσίθειοι. Judæum gente, et postea ad Samaritas accessisse scribit Epiphanius hæresi 13 et Nicætas loco laudato. Hinc alii Samaritanum appellant, et Samaritanis errorum suorum auctorem, etiam Samaritani corruptorem Pentateuchi fuisse scribunt. Cum hoc antiquo Dositheo confundunt passim etiam prisci scriptores res junioris Dosithei itidem Samaritani, quem Simonis Magi æqualem faciunt, et pro Messiâ tradunt se venditasse. Confer si placet Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VI. 8, et D. Tho. Ittigium in limine eruditi libri de Hæresiarchis ætatis Apostolicæ. Ita auctor Recognitionum quæ leguntur sub nomine Clementis lib. I, c. 54, de Dositheo tamquam Sadducaici dogmatis principe loquitur, et mox idem lib. II, c. 8, Dositheum triginta Discipulorum et in his Simonis Magi magistrum memorat. Ab hoc videtur hausisse Origenes quæ habet lib. VI contra Celsum pag. 282, qui et pluribus aliis locis hujus Dosithei meminit ut lib. I, p. 44, et tractat. 27 in Matth. et 14 in Joann. p. 219 seq. edit. Huetii, ut Hegesippus quoque apud Eusebium IV, 22, Hist. Eccles., Hippolytus apud Photium cod. 121, Theodoritus lib. I de Hæreticis fab. c. 2, qui ex Simonis hæresi tamquam ex amarissima radice Dositheanos ait propullulasse. At Philastrium nostrum non de aliquo Simonis Magi æquali, sed de longe antiquiore illo loqui perspicuum est, quia mox c. 5. Saddocum Sadducæorum auctorem vocat illius discipulum, perinde ut auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus adversus Lucifer. Sadducæos ex Dositheani erroris radice surgentes : et Epiphanius hæresi 14, ἀπόσπασμα ἀπὸ Δοσιθέου appellat. Ita Nicætas quoque lib. I Thesauri c. 38. FABRIC.

[d] *Secundum carnem solum esse vivendum in Lege Domini.* Hoc est, ut explicatur capite sequente, ritus externos Legis observandos, quod diligentius ab Dositheanis factum scribunt Damascenus, Nicætas, et alii. Hoc *carnaliter vivere* dicit Philastrius c. 8. Quoniam vero resurrectionem eos inficiatos esse mox affirmat, possint etiam verba illa accipi sic, ut *solum hoc in corpore vivendum esse*, docuerit Dositheus, quemadmodum de Samaritanis est infra c. 7. Vel, Legis promissiones non extendi ultra præsentem vitam. FABRIC.

[e] *Deque ea non sperans resurrectionem futuram.* Utpote qui negaret e Lege illam probari posse : Ἀπεκήρυττε καὶ τὴν ἀνάστασιν, inquit de Dositheo Eulogius apud Photium cod. 230, p. 467, ubi ex libris Moysis eam confirmat. Recognitionum quoque auctor non obscure innuit a Dositheo hunc errorem accepisse Sadducæos. Contra admisisse resurrectionem diserte scribunt Epiphanius, Nicætas, et alii. Etiam auctor appendicis ad Tertull. et Hieronymus contra Luciferianos tradunt Sadducæos errorem negatæ resurrectionis ad Dosithei hæresin addidisse. S. Damascenus velut conciliaturus tam diversas et pugnantes inter se sententias, quosdam saltem Dositheanorum resurrectionem futuram credidisse scribit. FABRIC.

[f] *Nec Dei Spiritum nec Angelum.* Vid. Eulogius apud Photium p. 468. A Samaritanis tamen angelos repudiari negat Epiphanius hæresi 14. hæresin, illam Sadducæorum propriam testatus. Observa porro quod Actor. XXIII, 8, legitur, οὔτε Ἄγγελον, οὔτε Πνεῦμα, id a Philastrio de Spiritu S. explicari. Ita et Epiphanius de Sadducæis : Πνεῦμα δὲ ἅγιον οὐκ ἴσασι; et Theophylactus. Sed per πνεῦμα animum hominis intellige, quem esse immortalem spiritum, et post decessum a corpore permanere negabant Sadducæi, teste Josepho XII, 12. FABRIC.

[g] *Nec futurum judicium.* Animos enim mortales, mundum incorruptibilem esse docuit Dositheus teste eodem Eulogio. FABRIC.

[h] *De Lege atque Prophetis.* Immo primum fuisse qui Prophetas repudiaverit, quasi non in Spiritu S. locutos, scribunt auctor appendicis ad Tertull. de Præscription. et Hieronymus adversus Luciferianos, et in hoc ipso Samaritanis cum auctorem erroris sui fuisse innuunt, a quibus solos libros Legis recipi dicetur infra cap. 7. FABRIC.

[i] *A Saddoc homine Judæo.* Epiphanio, et Damasceno Σαδούκ, Arabibus *Zendik*, Judæis צדוק Antigoni Sochæi discipulus. Vide Maimonidem ad Pirke Aboth tom. IV Mischnæ p. 411 edit. præclaræ Surenhusianæ, ubi et de Baitoso altero Antigoni discipulo, auctore Baitosæorum, de quibus perinde ut de Sadducæis abunde multa viri docti, Fullerus, Pocockius, Drusius, Serarius, Scaliger, etc.

qui hoc nomine vocabatur, qui [a] discipulus fuit illius, qui et confirmavit hanc hæresin, ut ex eo Sadducæi dicerentur : secundum carnem æque solum prædicant vivendum, circumcidendum, corpusque baptizandum. De Lege autem divina [b] non aliud exspectantes, [c] Epicuream dementiam potius, quam divinæ Legis jura sectantes. De quibus et [d] in Evangelio scriptum est, docente Domino, contraque hanc hæresin pestiferam prædicante.

VI. PHARISÆI.

Pharisæorum alia est, quæ [e] resurrectionem futuram confitetur, [f] Legem accipit et Prophetas, [g] Christum autem exspectat ut justum hominem.[h] Hi Judaizant et Evangelia non accipiunt, et [i] quædam tempora Christo Domino nostro esse contraria asserunt.

VII. SAMARITANI.

Samaritani [j] a Samario Rege ita nuncupati sunt. [k] Alii autem aiunt a filio Chanaan, qui hoc nomine Samarius vocabatur, a quo Samaritani sunt appellati. Isti legem accipiunt Moysi, id est [l] quatuor solum libros, judicium futurum non exspectantes,

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Discipulus fuit illius.* Dosithei. Nam ita et alii veteres scriptum reliquerunt, ut capite superiore annotavi. Et qui Antigonum audivit, potuit et alterius Magistri sectari vestigia.

[b] *Non aliud exspectantes.* Nullam aliam vitam, nullas melioris et sempiternæ beatæ vitæ promissiones. Nam ut Josepho de Sadducæis traditum XVIII, 2 Antiqu. τὰς ψυχὰς συναφανίζουσι τοῖς σώμασι, et negasse resurrectionem constat ex Act. XXIII. 8. Vide si placet Menassem Israelidem lib. I de resurrectione cap. 6.

[c] *Epicuream dementiam.* Vir præstantissimus Gerhardus Vossius lib. I de Origine idololatriæ c. 10, saltim in eo meliores Epicureis Sadducæos fuisse observat, quod licet animas perinde ut Epicurus mortales esse ducerent, tamen non inficiarentur Deum prospicere rebus humanis, duntaxat in hac vita. Cæterum facile ad providentiam negandam prolabitur, qui eidem fato animos quo corpora hominum obnoxios esse sibi persuaserit.

[d] *In Evangelio.* Matth. XXI, 23; Marc. XII, 18; Luc. XX, 27 seq. Vide etiam Matth. XVI, 6 seq., ubi a ζύμῃ Pharisæorum, et Sadducæorum cavere sibi suos Servator optimus jubet.

[e] *Resurrectionem futuram confitetur.* Distincti in hoc a Sadducæis, Actor. XXIII, 8, S. Epiphanius XVI, 2, ὁμολόγουν δὲ οὗτοι ἀνάστασιν νεκρῶν. Dubium tamen, an impios etiam resurrecturos crediderint. Vide Flavium Josephum XVIII Antiqu. cap. 2 et lib. II de bello Judaico cap 12.

[f] *Legem accipit et Prophetas.* Quod etiam Sadducæos fecisse, jam probarunt viri docti, et ex Talmude certum esse affirmat Menasse ben Israel, p. 43, de resurrect. At Pharisæi præter τὰ γεγραμμένα utebantur etiam multis πατροπαραδότοις, et additamenta quædam Legi, ut loquitur Tertullianus, astruebant, quæ Sadducæi amplecti noluere.

[g] *Christum exspectat ut justum hominem.* Messiam venturum non Deum fore, sed merum hominem sibi persuadebant Pharisæi, perinde ut infra cap. IX. etiam de Essenis legitur. Philastrii autem ætate vix nomen adhuc Pharisæorum restabat, quod de suis jam temporibus testatur Eusebius Philastrio antiquior p. 268 et 396, in Psalmos.

[h] *Hi Judaizant.* Hoc est Judæi sunt, cave enim de Christianis Judaizantibus hæc intelligas.

[i] *Quædam tempora.* In promptu fuerit scribere *testimonia*, sed illud sine auctoritate mss. codicum facere, hoc nempe scindere nodum, non solvere est. Alia igitur ratio hujus loci explicandi in mentem mihi venit, videlicet Pharisæos ita existimasse, quod tempora quædam, hoc est festa anni Jobelei, Neomeniæ, et Sabbata in Lege præcepta repugnent Jesu doctrinæ, cujus Apostolus vetat παρατηρεῖσθαι ἡμέρας καὶ καιροὺς καὶ ἐνιαυτούς. Galat. IV, 10; Coloss. II, 16.

[j] *A Samario Rege.* Epiphan. t. I, p. 24, ἀπὸ ἀρχαίου τινὸς Σωμόρων υἱοῦ Σωμὴρ, οὕτω τοῦ ἀνδρὸς καλουμένου. Vide 3 Regum XVI, 24. FABRIC. —*A Samario rege.* Ita Basileensis et Hamburgensis editio; at Lugdun., *a Samaro rege*, quod fortasse melius. Vulg. III Reg. XVI, 24, *Somer* : ut et Epiphanius, Σωμήρ; LXX et Pagninus, *Semer*, Σεμήρ; Arabo, *Samer*. Vide Josephum VIII, 7, ubi Gelenius vertit, *Samaræum* vocavit *a Samaro*, quod Lugdun. editionis lectionem confirmat. GALEARD.

[k] *A filio Chanaan.* Genes. X, 18, ille dicitur Σαμαραῖος. FABRIC. —*Alii autem a filio Chanaan.* Hic perperam Philastrium culpat Dupinius Hist. Eccl. sæc. IV: non enim ait Philastrius Samarium regem filium fuisse Chanaan, ut Dupinio præpropere nimium legenti visum est. GALEARD.

[l] *Quatuor solum libros.* Cum alii scriptores antiqui Origenes, Epiphanius, Leontius, aliique plurimi referant Pentateuchum solum a Samaritanis admissum (ut hodie etiam facere reliquias illorum constat) rejecta autem fuisse ab iisdem scripta prophetica post Moysen edita : mirum videri possit a Philastrio tradi, quatuor tantummodo libros Moysi accepisse. Neque error librarii est, cum infra c. 115 peculiaris de Deuteronomio repudiato hæresis recurrat. Vereor autem ne Philastrio fraudi fuerit duplex vocabulorum δευτερώσεως et δευτερονομίου significatio. Nam uti per δευτερώσεις, ita per Deuteronomium etiam ἄγραφα πατροπαράδοτα Hebræorum significari quandoque, notum est vel ex Maximo ad Epistolam 9. Dionysii Areopag. quæ a Samaritanis utique respuebantur. Quintum vero Moysi librum ab illis rejectum, solus quod sciam Philastrius, atque ut opinor præter rem scripsit. Porro antiquum genitivum *Moysi* pro *Moysis* retinui, præeuntibus prioribus editionibus, et quod ita dixerunt Tertullianus et alii veteres, similiter ut tralatitia sunt *Achilli*, *Ulyssi*, pro *Achillis*, *Ulyssis*, et similia, de quibus vide si placet Vossium libro IV de Arte grammatica cap. 9 et Claudium Dausqueium in Orthographia p. 95. Accusativus *Mosea* pro *Mosen* occurrit apud Juvencum IV, 15., aliosque. FABRIC. —*Quatuor solum libros.* Recte notavit Fabricius singulare hoc a Philastrio haberi, quod Samaritani (In Indice edit. Hamburg. ver., *Quatuor libro* pro *Samaritanis* legitur *Sadducæis.* EDIT.) quatuor tantum Moysi libros acciperent, id enim cæteris antiquis, qui de Pentateucho a Samaritanis recepto loquuntur, indictum, ac prorsus ἄγνωστον. Num fortasse, ubi certum sit Philastrii effatum, idcirco Deuteronomium (de libro hoc intelligit Fabricius) respuebant Samaritani, quod in eo quædam habeantur, quæ a manu Moysi minime præfecta esse jam constat inter eruditos? Videsis Simonium Hist. Crit. Vet. Test. lib. I, cap. 6, Huetium Demonst. Evang. pag. 179 edit. Paris., a quibus Philastrii locus minime est observatus. At vero Deuteronomium antiquitus a Samaritanis non fuisse rejectum aperte ostendit insignis locus ejus libri XXVII, 4, a Samaritanis corruptus, ubi pro *Ebal* monte substitus est *Garizim*, reclamantibus omnibus codicibus Hebræis omnibusque antiquis versionibus de quo videndus Waltonus Prolèg. XI, in Biblia Lon-

resurrectionem negantes, [a] Christum Dominum, Dei Filium in Lege et Prophetis nuntiatum ante, non credentes: [b] animam etiam immortalem habere hominem juxta Legem, non sentientes: solum autem hoc in corpore vivendum esse putantes, resurrectionemque futuram in procreatione filiorum, quæ in hoc sæculo fit quotidie, [c] hanc æstimantes, eamque prædicantes vanitatem; insensatis quippe pecudibus comparati, ut scriptum est in Propheta: *Homo in honore constitutus non intellexit, comparatus pecudibus insensatis, et similis eis factus est* (*Psal.* XLIX, 12).

VIII. NAZARÆI.[1]

[d] Nazaræorum hæresis est, quæ Legem et Prophetas accipit, [e] carnaliter tamen vivendum affirmat, omnemque justificationem in carnali observantia consistere suspicatur. [f] Crines etiam nutrientes capitis, omnemque virtutem justitiæ in eo putantes consistere, [g] quasi a Samsone illo sibi hoc præsumentes judicii, quia Nazaræi vocabantur, a quo postea pagani fortes viros ex illius figura usurpantes, [h] Hercules nuncuparunt.

IX. ESSENI.

Esseni autem sunt, qui [i] Monachorum vitam

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

dinensia num. 16; itemque Stephanus Morinus in Exercit. de Linguis part. II, cap. 7, pag. 201. Vid. infra annot. ad hær. 116. GALEARD.

[a] (*Christum Dominum, Dei Filium*). Ex hoc loco non colligas Philastrium affirmare quod Samaritani negaverint Messiam in Lege (miror addere, *et Prophetis*, quos illi plane rejiciebant) promissum fuisse, quemadmodum R. Josephus Albo circa A. C. 1400 tam ferreæ fuit frontis, ut in libro Hikkarim scripserit neque in Lege, neque in Prophetis exstare oraculum ex quo adventus Messiæ necessario colligatur: sed tantummodo negat Samaritanos credidisse quod Messias prædictus sit futurus Dei Filius. Leontius de sectis p. 423: Περὶ δὲ τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Χριστοῦ οὕτως ἔχουσιν· Οὐ πιστεύουσιν ὅτι ἦλθεν, ἀλλ' ὅτι μέλλει ἐλθεῖν, οὐδὲ ὅτι Θεὸς ὁ ἐρχόμενος, ἀλλὰ προφήτης. FABRIC.

[b] *Animam immortalem.* Idem Leontius: οὔτε δὲ ἄγγελον δοξάζουσιν εἶναι, οὔτε ψυχὴν ἀθάνατον, οὔτε ἀνάστασιν. Ilos tamen errores falso impingi Samaritanis evincunt viri docti. Vide Christop. Cellarii Historiam Samaritanam c. 3; confer tamen Adr. Relandum Dissert. part. II, dissert. 7. De Samaritanis Justiniani adhuc ætate mentio apud Procopium. Leges Justiniani adversus eosdem sancitas notat Nic. Alemannus notis ad Histor. arcan. p. 130 seq. FABRIC.

[c] *Hanc.* Male; al. *haud.*

[d] *Nazaræorum.* Hoc vocabulum in Actis Apostolorum simpliciter ponitur pro Christianis XV, ὅ, ubi S. Paulus dicitur πρωτοστάτης τῆς τῶν Ναζαραίων αἱρέσεως, a Jesu Nazareno petita appellatione. Deinde videtur speciatim positum pro iis, qui ex Judæis nomen Christo dedissent. Inde de iis, qui e Judæis ζηλωταῖς τοῦ νόμου (*Act.* XXI. 20) facti Christiani, firmius adhuc insistebant ritibus Judaicis, et Christum Deum sub Legis observatione credebant, ut loquitur Sulpicius Severus lib. II., quales ipsis Apostolorum temporibus fuere non pauci. Atque ita Philastrius etiam Epiphanium suum, ut solet, secutus, hoc nomen accipit.

[e] *Carnaliter.* Hoc est tantum observando externos Legis ritus, quod supra noster hæresi 4 dixerat, *secundum carnem solum vivere in Lege Domini.* Sicque mox *carnalis observantia* nihil est aliud quam externa illa, et intellecta ad litteram.

[f] *Crines nutrientes capitis.* Hoc Nazaræis suis non impingit S. Epiphanius, et vereor ne præter rem Philastrius ad illos retulerit quæ memoria sua ipsi offerebat de devotis נזירים ex Numeror. VI.

[g] *A Samsone.* Judic. XVI, 17. Confer quæ de fatalibus capilli Pherelai et Nisi Tzetzes Chiliad. 2, Hist. 37.

[h] *Hercules.* Cæsum a Samsone Tamnatam eunte leonem leo Nemeæus ab Hercule interfectus refert, ut Dalilam Omphale, columnas duas Gazææ domus columnæ Gaditanæ, quæ Herculi meta itinerum fuerunt, ut illæ Samsoni vitæ terminus. Hæc illustris Huetius p. 336 Demonstrat. Evangelicæ. Adde si placet Ludovici Cappelli Opera posthuma p. 426 seq. Sed et nomen ipsum congruit, nam Samson est שמש *sol fortitudinis*, et a Flavio Josepho exponitur ἰσχυρός. *Et revera Hermetem solem esse*, inquit Macrobius lib. I. Saturnal. cap. 20: *vel ex nomine claret.* Ἡρακλῆς *enim quid aliud est nisi* Ἥρας, *id est aeris,* κλέος, *quæ porro alia aeris gloria est, nisi solis illuminatio*, etc. Omitto quæ de Hercule sole notarunt amplissimi doctissimique Viri Gisb. Cuperus in Harpocrate, et Jacobus Rhenferd, in explicatione nummi Phœnicii apud Joannem Clericum tom. XI Bibl. selectæ p. 109 et seq. FABRIC. — *Quasi a Samsone illo hoc sibi præsumentes judicii Nazaræi vocabantur.* Sic etiam Basileensis editio; at Parisiens. et Lugdun., *quia Nazaræus vocabatur*, quibus consentit Corb. cod. et certe hæc lectio facilior et melior. De hoc Philastrii loco Barthius Advers. V, 46: *Mendosa sine dubio sunt hæc verba Philastrii. Illud enim*, quia Nazaræus vocabatur, *ex Evangelio ad illos Nazaræos arbitror pertinere quos semichristianos fuisse Humbertus testatur. Itaque auctor sim legendum apud eum ut Christi aut Jesu benedictum nomen sequatur Samsonis illud typicum. Sed de hoc alius erit disputandi fortasse locus.* Quid sibi velit criticus majorum gentium non capio. Non enim a Christo aut Jesu, sed a Samsone ipso *pagani fortes viros ex illius figura usurpantes, Hercules nuncuparunt*, quod ibi Philastrius subdit, et ex Huetio quoque notavit Fabricius. GALEARD.

[i] *Monachorum vitam.* Neque uxores habuisse, nec servos, at communionem illis fuisse bonorum testatur Josephus XVIII, 2, qui de vita Essenorum copiosius disserit lib. II de bello Judaico c. 12, quemadmodum etiam Philo Apologia pro Judæis, et libro Quod omnis probus liber. Josephi verba leguntur, et apud Porphyrium IV de abstin. et Eusebium IX, 3, de præparat. Philonis apud Eusebium VIII, 11 et 12. FABRIC. — *Esseni sunt qui Monachorum vitam exercent.* Esse nos Christianos agnoscit magnus Annalium parens A. C. 64, n. 4 et 5, post alios tam veteres, quam recentiores qui de iis scripserunt, *Novatoribus exceptis, eo quod*, ait, *Monachorum instituta summo odio prosequantur.* Nota est quæstio, utrum ab Essenis Monachi ortum ducant; qua de re exstant velitationes summa contentione habitæ inter Serarium, et Scaligerum, quorum uterque pro sua quisque sententia locum hunc Philastrii profert, Serarius quidem III Trihæres. 10, Scaliger vero Elencho Trihæres. 31, ubi Serarium castigat, quasi Philastrii testimonium minime integrum produxerit, sed profecto immerito; ultima enim verba quæ ibi præterit, laudaverat supra cap. 4 extremo, ubi agit de Essenorum dogmatibus, vel institutis. Eos porro aliquid e Christiana doctrina hausisse, sed in totum Christianos non fuisse, notavit Salmasius ad Solinum p. 431: habebant enim præter cætera quæ Christianis moribus convenirent, mutuum inter se amorem, castitatis propositum, despectum opum, antelucanas preces, atque hujusmodi alia. Sed Phi-

exercent, escas deliciosas non sumentes, nec studium in vestimentis gerentes, nec possidentes aliquid : lectioni autem et bonis operibus insistentes, [a] in locis etiam separatis habitantes, Christum autem Dominum, [b] Dei Filium non exspectantes, nec in Lege atque Prophetis cum Dominum agnoscentes annuntiatum, sed ut Prophetam, aut justum hominem solum credentes, exspectant.

X. HELIOGNOSTI.

[c] Heliognosti, qui et Devictiaci dicuntur, solem adorantes, atque dicentes, solem [d] scire omnia quæ Dei sunt : homines etiam non alium nisi solem illuminare, solemque eis præbere omnia nutrimenta : non cognoscentes, quod in servitute positus cursum suum [e] peragrat a Deo Patre per Christum Dominum in sancto Spiritu statutum quotidie, [f] de quo scriptum est : *Qui dicit soli oriri, et oritur, et non oriri, et non oritur.* Quem [g] Hermes ille vanus paganus A Trismegistus docuit, post Dominum omnipotentem, non alium nisi solem debere ipsummet homines adorare : qui cum [h] ad Celtarum provinciam perrexisset, ipse eos dignoscitur docuisse, atque huic errori ut succumberent, eisdem suasisse. Quem solem Judæi captivati adorabant, ut Ezechiel propheta eosdem Judæos increpando condemnat et acrius [i] crimen majestatis declarat et arguit contestando, sicut scriptum est (*Ezech.* VIII, 16).

XI. RANARUM CULTORES.

Alii sunt [j] qui ranas colunt, quas sub Pharaone per iram Dei tunc temporis Ægyptiorum [k] terra emanavit, ut putore Ægyptios [l] defatigarent, inque eo scelere adhuc perseverant, putantes Dei iram ex hac observantia posse placari.

XII. MUSORITÆ.

B [m] Musoritæ sunt quidam nomine, qui sorices colunt, qui sub [m] Heli quoque sacerdote cum fuisset capta

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

lastrius cum addat, Essenos Christum Dominum *Dei filium* non exspectasse, *sed ut prophetam, aut justum hominem solum credentes*, vel hinc liquet eos Christianis non posse accenseri, quod ex hoc Philastrii loco video placuisse etiam Samueli Basnagio tom. I Annal. p. 172. GALEARD.

[a] *In locis separatis.* Josephus affirmat non extra urbes, neque in una civitate, sed in quibuslibet civitatibus complures convenisse, et una vixisse in communi contuberuio. Philo contra auctor est habitasse κωμηδὸν, per vicos, civitates vero fugisse, τὰς πόλεις ἐκτρεπομένους. Atque de iisdem sermonem esse utrique, patet quod Philo etiam, perinde ut Josephus eorum quatermille amplius numerat. Ut autem ambo concilientur, dixerim Philonis τὰς πόλεις, et Josephi μίαν πόλιν intelligi debere de urbe Hierosolyma, deinde quod Josephus scripsit Essenos C habitasse per plures civitates, id Philonem dixisse κωμηδόν. Philo de Vita Contemplativa, pag. 899 edit. Paris. : Τειχῶν ἔξω ποσοῦνται τὰς διατριβὰς ἐν κήποις ἢ μοναγρίοις ἐρημίαν μεταδιώκοντες. Josepho XVII ult., p. 866, memoratur Simon ἀνὴρ γένος Ἐσσαῖος. Sic Judas Ἐσσηνὸς τὸ γένος, XIII, 2, § 2, pag. 665. FABRIC.

[b] *Dei Filium non exspectantes.* Esseni, ut Judæi, exspectabant venturum Messiam, non vero exspectabant quod iste Dei Filius, sed Propheta tantum aliquis promissus in Lege et Prophetis, venturus esset. Similiter ut c. 6 de Pharisæis et c. 7. de Samaritanis Philaster annotavit. FABRIC.

[c] *Heliognosti et Devictiaci.* Gabriel Prateolus in catalogo hæresium legit *Heliognostici* (quod non adeo displicet,) *et Devictiatici*, quæ lectio non minus quam vulgaris, est obscura. Vir doctissimus Joan. Baptista Cotelerius notis ad Damascenum de hæresibus p. 762. suspicabatur *Heliactiaci* ab ἥλιος et D ἀκτίς. Ut Heliognostorum nomen referatur ad id quod ex illorum mente subjungit Philaster, *solem scire omnia quæ Dei sunt :* Heliactiacorum vero ad illuminationem hominum per solis radios. D. Christoph. Aug. Heumannus, tom. III, lib. IV Pœciles, p. 533, legi vult : *Ægyptiaci.* Justinus in Dial. cum Tryph. p. 274 *b*, 349 *d*, ubi ex loco Deut. IV, 19, colligit astra gentibus adoranda relicta a Deo. Vid. Clem. Alex. VI Strom. pag. 669, Origen. tom. II Huet. pag. 48, sed et Athanas. I contra Gentes pag. 49 *d*, Isidor. Pelus. III epist. 391. FABRIC.

[d] *Scire omnia.* Scientiam soli, uti aliis stellis tribuunt etiam recentiores Judæi : ita Maimonides in More Nevochim part. II, cap. 5 et in Madda Hilchoth *Jesode Hatthora* cap. 3, § 9.

[e] *Peragrat.* Al. *peragat.* Sed vulgatum illud quia in codd. editis reperiebam, et Philastro frequentior in hujusmodi constructione indicativi usus est, prætuli. FABRIC.

[f] *De quo scriptum est.* In libro Jobi IX, 7, tantum alterum legitur : ὁ λέγων τῷ ἡλίῳ, καὶ οὐκ ἀνατέλλει. Alterum fuit a Philastro adjectum ex Genes. I, 3, 14 seq. et II Cor. IV, 6. ID.

[g] *Hermes.* Nescio respexerit ne Philaster hæc verba quæ leguntur in Hermetis Asclepio sub extremum : *De adyto vero egressi, cum Deum orare cœpissent, in austrum respicientes erant. Sole etenim occidente, cum quis Deum orare voluerit, illuc debet respicere, sicut et sole oriente in eum qui subsolanus dicitur.* ID.

[h] *Ad Celtarum.* Cæsari VI, 17, de bello Gallico observatum a Celtis deum maxime Mercurium coli, hujus esse plurima simulacra, hunc ferri omnium inventorem artium. Unde non dubium est Paulo Perrono in Antiquitatibus gentis et linguæ Celtarum, p. 118, Hermetem etiam Celtis imperitasse : quod præsenti Philastri loco diserte confirmari lætabundus fortasse vidisset, si in illum incidisset Vir clarissimus. Diversum autem hunc Celtarum Hermetem ab illo Ægyptio, cui Asclepius et alia scripta tribuuntur, non credebat, vel non cogitabat Philaster cum hæc scriberet. ID.

[i] *Crimen majestatis.* Divinæ scilicet læsæ, cultu exhibito Soli qui a Deo conditus est. Puto respici a Philastro Ezechielis verba VIII, 16, et in extremo hujus sectionis excidisse : *Et ecce ipsi quasi subsannantes.* FABRIC.

[j] *Qui ranas colunt. Ranatitæ* Prateolus vocat, Philastrum auctorem appellans, nescio ex antiquiore hujus scriptoris codice, an ex suo ingenio. *Suspicor hos esse*, inquit Cotelerius, qui *lege* 5 *Cod. de hæreticis Batrachitæ, Balsamoni,* Βατραχῖται (*sic lego, pro* Βαθραχῖται) *nuncupantur, est enim* Βάτραχος *rana.* Philaster scripserit *Ranoritæ.* ID.

[k] *Terra emanavit.* Exod. VIII, 3, ἐξερύξεται, *ebulliet fluvius ranas.* ID.

[l] *Defatigarent.* Ita recte Bochartus, tom. II ; Hierozoici, lib. V, c. 4, p. 675, pro *defatigent*, quod est in editionibus, Cotelerius malebat *defatigaret* scilicet terra. Non mirum autem, cultum ranarum in usu fuisse apud Ægyptios tot portentorum adoratores, quibus ranarum frequentia multum incommodi afferre potuit, potestque post Nili præcipue exundationem. ID.

[m] *Musoritæ.* Nomen petitum a muribus, addita tantummodo terminatione qualis infra c. 20, *Putoritæ*, et cap. 56, *Hermioritæ.* ID.

Arca Testamenti [a] ab Allophylis, atque ex ira Dei produxisset terra sorices, ut eorum fruges deperirent, admoniti a suis fecerunt aureos mures, atque eos cum arca et [b] sedibus aureis quinque remiserunt statimque ab eis desiit [c] pestilentia. Legem itaque, et Prophetas isti accipientes, non cognoscunt hoc [d] esse vanum et abominabile, quod ab universis contemnitur, et modis omnibus deridetur.

XIII. [e] MUSCACCARONITÆ.

Alii sunt qui [f] Muscam Accaron colunt in civitate dicta, ut in Regnorum libro scriptum est (IV *Reg.* I, 2, 16) : sicuti rex Ochozias Judæorum languens, miserat ad Muscam [g] in Accaron civitatem, si sanus fieri posset de languore corporis, cujus causa beatus Elias, iratus zelo divino propheta, quia non a Deo salutem Judæorum rex sperare maluit, sed a Musca potius et Accaron civitate : iratus in hoc beatus propheta non cum evasurum, sed moriturum in lecto suo illico divino Spiritu pronuntiavit.

XIV. TROGLODYTÆ.

[h] Troglodytæ qui ita dicuntur, in Judæis, qui in speluncis habitantes abditis, idola colere non desinebant, ut ait [i] Ezechiel propheta, monstrante Domino, quomodo in speluncis absconditis Seniores populi tenentes thuribula idolis sacrificabant, atque ea cæcis mentibus adorabant.

XV. [j] HÆRESIS DE FORTUNA COELI.

Alia est hæresis in Judæis, quæ [k] Reginam quam

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Heli sacerdote.* Ita scripsi ex I. Samuel. IV, cum in superioribus editionibus inepte esset *Belo.* FABRIC.

[b] *Ab Allophylis.* Notissimum est hoc nomine in sacris litteris venire Philistæos : cæterum universæ huic de pœna Philistæorum narrationi illustrandæ conferendus est magnus Bochartus, I. III, Hierozoici c. 34, quem tamen miror, p. 1033, hos Philastrii Musoritas habere pro hæreticis Christianis, cum dicantur recipere Legem et Prophetas, non Evangelium. Quamquam fortasse nec Christiani nec Judæi usquam fuere hujusmodi hæretici, et ex Philistæorum facto hæreticos Philastrium *satis incogitanter petere*, ait Seldenus syntagm. I de Diis Syris c. 6. ID.

[c] *Sedibus aureis quinque.* Muribus numerum nullum addit, secutus Græcam versionem I Sam. VI, 4. Et ex v. 18 constat non quinque tantum mures aureos datos, perinde ut quinque ἕδρας, sed tot quot in quinque satrapiis Philistæorum essent civitates. Ut vero Hebraici codicis lectio v. 4 cum v. 18 concilietur, dicendum est jussos a sacerdotibus dare tantum quinque etiam mures aureos pro numero satrapiarum, sed deinde quo certius a mala lue liberarentur, pro singulis civitatibus singulos dare maluisse. Cæterum simulacra illa murium fuisse telesmatica et στοιχειωματικά, ut persuasum Joanni Gregorio cap. 8, Observationum, non videtur verisimile, quia Philistæi non servarunt illa sibi, sed donarunt Israelitis. Credibilius nuda simulacra animalium quibus puniti erant, et simulacra partis affectæ, sive hæmorrhoidibus, sive mariscis et ulceribus cancrosis, sive ut Flavio Josepho visum, dysenteria et profluvio alvi laboraverint, muneris loco dedicasse, qualem morem apud alias etiam gentes, et apud Christianos quoque obtinuisse notat Jac. Philippus Thomasinus de donariis Veterum cap. 35. FABRIC.

[d] *Pestilentia.* Generali vocabulo malum illud denotat quo Deus Philistæos castigavit, de quo nolim post eruditos interpretes, et Bocharti industriam, verbum addere. At Herodoti illud annotare juvat, quod refert Longinus p. 162 edit. præclaræ Tolliauæ : τῶν Σκυθέων τοῖς συλήσασι τὸ ἱερὸν, ἐνέβαλεν ἡ ἐν Ἀσκαλῶνι πόλει Θεὸς τὴν Θήλειαν νοῦσον. Quæ fuerit ista Θήλεια νοῦσος, vide si placet disputantem Jac. Tollium v. c. in notis, et capite Fortuitorum 51 Hieron. Mercurialem Var. lec. III, 7. IDEM.

[e] *Muscaccaronitæ.* Ita scripsi pro eo quod in editis, *Musca-Accaronitæ.* Prateolus perperam *Moscaranitæ.*

[f] *Muscam Accaron.* Idolum Ecron, sive Accaronis civitatis Philistæorum, haud procul Geth, quod sub imagine muscæ ab Accaronitis colebatur, Μυῖα, Θεὸς Ἀκκαρών. Georg. Pisides vers. 978 Cosmurgiæ : Καὶ μέχρι μυίας ἐκθεοῦντες τὴν φύσιν. Pseudo-Hieron., de Viro perfecto, tom. V, p. 52 : *Ut quævis potius compensatio sequeretur, quam ad Muscam religionis Accaron evenirem.* Confer Bochartum, tom. II ; Hierozoici, lib. IV, c. 9, et Joan. Seldenum de Diis Syris syntagm. II, c. 6, ubi inter alia hæc legas : *A Baalzebub hæresim format Philastrius Muscæ-Accaronitarum qui, ut verba ejus sunt, Muscam colunt in civitate Accaron dicta.* Vide etiam Salmasium ad Solin., pag. 12, de Myagro Deo ; et G. Outhovium de judiciis Jehovæ, p. 102 seqq. Drusium ad voces Hebraicas Novi Testam. voce *Beelzebub.* Cæterum apud Syncellum p. 190, pro ἐν εἰδολίᾳ μυίας Ἀκκαρων lege ἐν εἰδολείῳ. FABRIC.

[g] *In Accaron civitatem.* Priores edit. sine præpositione, *Accaron civitatem.* De hac civitate vide Hadr. Relandi Palestinam p. 745, 746. ID.

[h] *Troglodytæ.* Græcum nomen a τρώγη sive τρώγλη quod latebram notat, et δύω. subeo. Vide Hadr. Turnebii Adversaria XXIV, 42, et Joan. Rhodium ad Scribonium Largum, p. 154. Itaque eadem appellatione Eunomianos etiam et Ætianos nuncupatos scribit Theodoritus IV de Hæreticis fab., c. 4, quod ἐν οἰκείαις λανθανούσαις convenirent. De Troglodytis Nomadibus veteri gente vaga Africæ, cujus apud Herodotum IV, 185 ; Strabonem, I. XVII, p. 775 ; Diodorum Sic., I. III, p. 165 ; Melam, I. I, c. 8 ; Plinium, V, 5 ; Hist. Porphyrium de abstinendo ab animatis, I. I, p. 9, et IV, p. 427, et alios priscos auctores mentio, exstat singularis dissertatio v. c. Joannis Esbergii edita Upsaliæ an. 1699, in-8. Horum Troglodytarum reliquias esse Hottentotos recentibus relationibus peregrinatorum notissimos, non dubitant Jobus Ludolphus in commentario ad Historiam Æthiopicam, p. 199, et Petrus Kolbe in descriptione lectu dignissima Capitis bonæ spei, edita germanice Norimbergæ an. 1719, in-fol. Vide eam p. 352, 355, 370, 405, 425, 448, 453, 455. In iisdem Judaicorum rituum vestigia sibi videtur observasse p. 352, 413, 414, 416, 425, 429, 431, 435, 449, 457 seq. Troglodytarum lingua topazium habere significationem quærendi scribit Plinius XXXVII, 8. ID.

[i] *Ezechiel propheta.* Ἐν ὁράματι, VII, 11, 12, ex quo noster ista repetit infra cap. 22. Confer si placet de ejusmodi spelæis Porphyrium libello de antro Nympharum. FABRIC.

[j] Titulus hujus capitis in prioribus editionibus erat *Fortuna cœli.* Sed debet esse *Hæresis de Fortuna Cœli*, ut infra cap. 18, *Hæresis de idolo Moloch et Remphan*, atque ita passim in hoc libro. FABRIC.

[k] *Reginam et Fortunam cœli.* Lunam sub hoc nomine cultam fuisse, jam observatum est a viris doctissimis, Hugone Grotio ad Jerem. VII, 18, Petro Fabro in Semestrium 2 pag. 27; Joan. Seldeno de Diis Syris syntagm. I, cap. 1, et syntagm. II, cap. 2 ; Gerh. Vossio lib. II de Orig. idololatriæ cap. 24 et [illegible] Fallitur Kirchcrus qui Pleiades intelligit tom. I Œdipi Ægyptiaci pag. 361 seq.

et Fortunam Cœli nuncupant, quam et [a] Cœlestem vocant in Africa, eique sacrificia offerre non dubitabant, ut etiam prophetæ Jeremiæ Judæi tunc dicerent ex aperto, cum moneret eos recedere ab idolis, et servire Domino, solumque eum adorare eos debere, irati exclamant dicentes (*Jerem.* XLIV, 27), ex quo illi Fortunæ Cœli sive Reginæ non sacrificant, ex eo cuncta illis mala et pericula contigisse. Propter quod beatus Jeremias exiens de populo deque civitate eorum, Lamentationes illius causa impietatis in libro conscripserat, casumque illis atque Civitati [b] adventurum non multo post, nuntiabat.

XVI. BAALITÆ.

[c] Sunt et Baalitæ in eis qui [d] Baal nomen Regis Tyriorum detinentes memoria, atque ipsius idolum adorantes eidem sacrificabant, ut in Regnorum libro continetur, cum rex Israelitarum Achab, et Jezabel uxor ejus illi idolo sacrificare non desinerent. In quo, zelo ductus divino beatus Elias propheta (III *Reg.* XVIII, 21) missus a Domino, ait eis sub nomine Judaismi. Legem confitentibus, impietati autem [e] perniciose paganæ servientibus, et omni populo ita dixit: *Ut quid vos claudicatis* [f] *in utrisque poplitibus vestris? aut Deo, Deo: aut Baal, Baal.* Et nihilominus favens lucorum sacerdotibus rex atque regina, diversis pœnis et cruciatibus perierunt. Populus etiam non recedens ab idolis, crebris captivitatibus interiit.

XVII. ASTARITÆ.

Alii sunt qui [g] Astar hominem et [h] Chamos abominationem Chananæorum et Sidoniorum, id est [i] idola hominum ac mulierum venerabantur, atque eisdem diversa offerebant sacrificia, quorum causa et captivitas illis regibus et populo tunc temporis, permittente Domino, sæpius adventabat, sicuti in regnorum libris continetur. Præter David beatum regem, et Ezechiam sanctum, et Josiam, [i] et Jesum filium Nave, alii omnes permittebant populos sacrificare idolis, ac sæpius cum illorum interitu et ipsi [k] venerabantur non ea destruentes, sed magis impietatis eorum fautores fieri properantes, ut reges cæteri, sicuti libri Regnorum contestantur.

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Cœlestem vocant in Africa.* Herodianus lib. V, c. 6 : Αἴδυις μὲν οὖν αὐτὴν Οὐρανίαν καλοῦσι, Φοίνικες δὲ Ἀστροάρχην (aliis hæc Ἀστάρτη) ὀνομάζουσι, σελήνην εἶναι θέλοντες. Omitto Tertulliani et aliorum veterum loca, jam notata Petro Fabro lib. III, semestrium cap. 1 seq. et illustri Viro Gisberto Cupero in Harpocrate p. 11. Conrado Rittershusio ad Salviani VIII de Providentia; Samueli Boussac in Noctibus Theologicis dissert. 26, quæ est de pluviarum et serenitatis imperatrice p. 311 seqq· Paris. 1698, in-8°; Theodorico Ruinarto ad Victorem Vitensem p. 144; Raphaeli Fabretto p. 667 Inscript. FABRIC.

[b] *Adventurum non multo post.* Facit igitur Philaster cum iis, qui Lamentationes Jeremiæ habent pro scripto futuram calamitatem nuntiante, non illacrymante jam præsenti atque illatæ. Sed magis assentiendum videtur ei, quisquis fuit, qui Græcæ veteri Threnorum versioni præmisit hæc verba : Καὶ ἐγένετο μετὰ τὸ αἰχμαλωτισθῆναι τὸν Ἰσραὴλ, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐρημωθῆναι, ἐκάθισεν Ἱερεμίας κλαίων, [καὶ ἐθρήνησε τὸν Θρῆνον τοῦτον ἐπὶ Ἱερουσαλήμ. Eadem fuit opinio Origenis, Eusebii, Athanasii, Olympiodori, aliorumque.

[c] *Baalitæ in eis.* In Judæis puta, ut superiore, et c. 25, sive, ut hoc ipso capite loquitur, in iis qui sub nomine Judaismi Legem confitebantur. In prioribus edit. excusum erat *Bahalitæ, et Bahal.* Infra c. 24, *Belitæ.*

[d] *Baal nomen regis Tyriorum.* Pater Jezabelis *Jethebaal*, Achabi socer, rex Sidoniorum (III *Reg.* XVI, 31). Longe antiquior autem Baalis cultus (a Belo ut videtur Assyriorum rege per Orientem vulgatus), cujus jam mentio Judic. II, 13, ubi etiam vers. 11, ut sæpe, deinde alibi *Baalim*, numero multitudinis. Verum de his copiose atque erudite Seldenus syntagm. II de Diis Syris cap. 1, ut omittam Kircherum tom. I Œdipi Ægypt. p. 262 seq., Joan. Owenum in Theologumenis p. 342, Antonium Van Dalen de Origine et Progressu idololatriæ apud Judæos cap. 2, etc. Pro rege *Tyriorum* autem Philaster fortasse scripserat *Syriorum* ut infra c. 27, hoc est Assyriorum. FABRIC.

[e] Al. *perniciosæ.* FABRIC.

[f] *In utrisque poplitibus vestris.* Ἰγνύαις. Vox ambigua est perinde ut Hebraica פעמים et sensum quoque, sive animi sententiam denotat. Vide si placet Cotelerium. ad lib. VIII Constitutionum Apostol. c. 1. FABRIC.

[g] *Astar hominem.* Fallitur Philastrius qui hoc loco et infra cap. 27 *Astar* sibi finxit hominem, hoc est virum, cum nusquam in sacris litteris singulari numero Astar occurrat, *Astoreth* vero III Reg. XI, 5, 33, sit Ἀστάρτη dea, et per plurale *Astaroth*, Ἀστάρται, et per *Ascheroth* luci in quibus idola illa colebant, denotentur. Confer Seldenum syntagm. II de Diis Syris c. 1, Spencerum II, 16, de legibus Hebr. et Allatium ad Eustathium in Hexaemeron p. 314 seq. FABRIC.

[h] *Chamos.* כמוש Idolum Moabitarum, alio nomine Beelphegor. Vide interpretes ad Num. XXI, 29; Judic. XI, 24; III Reg. XI, 33, et IV Reg. XXIII, 13; Jerem. XLVIII, 7, 13; et Seldenum syntagm. I, cap. 5. Suidas: Χαμὼς Θεὸς ἦν Τυρίων καὶ Ἀμανιτῶν, ὥσπερ ἡ Ἀστάρτη Θεὸς Σιδονίων, ᾗ ἐλάτρευσε Σολομών. FABRIC.

[i] *Idola hominum ac mulierum.* Id est virorum et mulierum imagines. Sic infra c. 24, *multorum quasi hominum multarumque mulierum*; et c. 27, *Astar et Astaroth, homines et feminas.* Notum est, quod apud Hebræos, Græcos, Gallos, aliasque gentes homo pro viro ponitur, etiam apud Latinos. Vide Joh. Henelii Otium Uratislaviense c. 42, Scipionem Gentilem lib. I Parerg. c. 3, et Taubmannum ad Plautum p. 251 et 292. In libro tertio Esdræ IV, 17, Καὶ αὗται ποιοῦσι τὰς στολὰς τῶν ἀνθρώπων, καὶ αὗται ποιοῦσι δόξαν ἀνθρώποις, καὶ οὐ δύνανται ἄνθρωποι χωρὶς γυναικῶν εἶναι. Similiter Tob. VI. 7 et 14; Matth. XIX, 10, et I Cor. VII, 1. FABRIC.

[i] *Et Jesum filium Nave.* Mirum videri possit hoc loco Josuam commemorari post Reges, itaque prima facie suspicetur quis aliquem regem sub isto nomine latere : sed non est adeo exquisita accuratio morose a Philastro exigenda, quam fortasse alibi etiam in hoc libello desideres. FABRIC.

[k] *Venerabantur.* Ita reposui pro *versabantur*, quod ingerebant priores editiones. Porro *illorum*, intellige interitum suum ipsorum regum, populique. FABRIC.

XVIII. HÆRESIS DE IDOLO MOLOCH ET [a] REMPHAN.

Alia est hæresis in Judæis, de qua [b] Dominus prophetans incusabat eos, deque ea beatus Stephanus martyr increpabat dicens : *Numquid immolationes et sacrificia mihi in deserto quadraginta annis obtulistis, domus Israel*, dicit Dominus omnipotens, et nunc *suscepistis* [c] *tabernaculum Moloch vestro et sidus Dei vestri Remphan* [d] *formas* fictorum idolorum sculptilium (*Act.* VII, 42, *seq.*, *ex Amos.* V, 27)? Propter quod dicit Dominus, *transmigratione vos faciam captivari in Babylonis*, atque [e] Persarum et interiora loca alia et arida, et in postrema terrarum omnium.

XIX. HÆRESIS DE ARA TOPHET.

Sunt et [f] qui aram collocantes ita dictam, Tophet, A nomine alicujus, [g] in valle filii Ennon; ibidem suos filios et filias Judæi [h] dæmoniis immolabant. De quibus dicit Dominus [i] per prophetam Ezechielem : *Ecce, fili hominis, vide quid facit populus Israel, iste filios et filias suas in valle Tophet immolat dæmoniis, quibus ego non mandavi* hanc facere iniquitatem in Israel populo.

XX. PUTEORITÆ.

[j] Puteoritæ sunt qui puteos colunt, in altum fodientes, deque eis haurientes, quasi aquam salutis in ea sperantes aliquam, cum dicat Dominus [k] per Prophetam monendo : *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ, et foderunt sibi lacus detritos, qui non possunt capere aquam* salutarem. Quod ergo ante dicebat per Prophetam, in sua divina complebat [l] præsentia, dicens : *Omnis qui ex hac aqua* terrestri *biberit, rursum sitiet;*

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Remphan.* Ita et in codicibus Irenæi, et in vulgata Latina versione, et passim hoc nomen scribitur. Versio Græca LXX semim, uti et quidam Græci Actorum codices habent Ῥαιφάν, quasi interpretes apud Amosum pro כיון legissent ריון In nominibus Ægyptiorum planetarum apud Kircherum in Prodromo Copto Œdipi Ægyptiaci, tom. I, p. 385, tom. II, p. 415, 431 est Ῥηφάν, quem Saturno respondere notat. Ῥηφὰν quoque in versione Coptica a Dav. Wilkensio edita. Variis etiam aliis modis hoc nomen vel scriptum vel corruptum videre est in Ῥομφᾶ, Ῥεμφάν, Ῥαμφάν, Ῥαφάν, Ῥεφαν, Ῥεφάμ, Ῥεφφάν, Ῥεφᾶ, ut Ludovici de Dieu et Joan. Mihi industria ad Actorum locum annotavit. Grotio Ῥεμφὰν idem cum Ῥεμμών IV Reg. V, 18. quia Hebraicum רמון utroque modo efferri potest. Fuit et Remphis rex Ægypti de quo Diodorus Sic. lib. I, p. 56. FABRIC.

[b] *Dominus prophetans.* Apud Amosum, V, 26, cui loco difficili illustrando præter interpretes et Seldenum, Vossiumque de idololatria consulendi sunt B viri clarissimi Samuel Petitus libro et capite primo Variarum Lectionum; Joan. Spencerus libro III de legibus Hebr., p. 32, seq.; Joan. Braunius libro quarto Selectorum sacrorum, cap. 8, 9, 10; Campegius Vitringa libro secundo Observationum, p. 245 seq., et qui viri hujus docti sententiam ad examen revocavit Henricus Muhlius in diss. secunda Apodixeos scripturariæ. FABRIC.

[c] *Tabernaculum Moloch.* Ναῦσχον et παστὸν, in quo adorabatur Ammoniticum Molochi simulacrum. Moloch Hebraice מלך et מלכם quo nomine alii Saturnum, alii solem cultum contendunt, licet *Baal* et *Moloch* videantur esse nomina generalia pluribus Diis communia, ut Spencerus post Sam. Petitum non absurde observavit. FABRIC.

[d] *Formas fictorum idolorum sculptilium.* Verba *fictorum idolorum sculptilium*, uti et alia quæ diverso charactere edi curavi, addidit Philaster de suo. Porro *fictorum* scripsi, pro eo quod habebant priores D editiones *fixorum*. FABRIC.

[e] *Persarum.* II Macchab. I, 19. Apud Prophetam Amosum tantummodo est καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Δαμάσκου (quam Damascum Arabiæ terræ ascribit Justinus Martyr. p. 258). Pro eo S. Stephanus dixit : καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος, quod ultra etiam est, et eventus comprobavit. In Philastri verbis secutus sum hoc loco editionem quæ in Bibliothecis Patrum exstat : nam in Basileensi eadem omnia erant, nisi quod deerant verba *in deserto*, et *vestro* ac *vestri*, et quod *Babylone* pro *Babylonis* scriptum esset ; Joannes vero a Fuchte ita edidit : *In Babylone atque Persarum interioribus locis aridis, et in postrema terrarum omnium.* Pro *interiora* possit etiam legi *ulteriora*, nisi quis in vulgata lectione malit mecum acquiescere. FABRIC.

[f] *Qui aram collocantes ita dictam, Tophet, nomine alicujus.* Non videtur Tophet esse nomen idoli, sed loci. Licet in Catena Patrum Græcorum ad Jeremiam pag. 624, *ara Tophet* exponitur Βωμὸς τοῦ Πλούτωνος, et Andreas Mullerus vir doctissimus in Glossario sacro putat Tophet esse *Tautum* Ægyptiorum. Aliis convenire videtur cum Vesta quæ Scythis dicta ταβιτὶ teste Herodoto IV, 152. Certe Targum Isaiæ XXX, 33, pro Tophet, reddit Gehennam, et Kimchius ad IV Regum XXIII, 10, aliique Hebræi notant Tophet dictum a תף quæ vox tympanum sonat, quod nempe tympanis strepitum facere soliti sunt quando homines Molocho immolarunt, ne ejulatus exustulandorum exaudiretur. Procopius ad eumdem locum scribit Tophet Hebræis esse πτῶσιν sive lapsum, quasi esset תופל. Quæ vero Jeremias VII, 31, vocat excelsa Tophet, במות התפת eadem apud eumdem prophetam sunt βωμοὶ τῇ Βαάλ, במות הבעל XXXII, 35, semel a loci, C semel a generali idoli nomine petito vocabulo. FABRIC.

[g] *In Valle filii Ennon.* גיא הנם Nehem. XI, 30, vel גי בן הנם, Jos. XVIII, 16 et alibi. Suadet sane hæc appellatio, Hinnonum esse nomen proprium viri qui nomen valli huic dederit, licet pulchre convenit loco, quod id a נהם sive gemere deductum volunt. Ab eo *Gehennæ* appellatio, cujus ignes in sacris Novi fœderis libris pro suppliciis inferorum sempiternis ponuntur. Est etiam morbi genus quod ob æstus vehementiam *ignis gehennæ* dicitur in narratione de transitu S. Eleutherii episcopi Tornacensis. FABR.

[h] *Dæmoniis immolabant.* Recte hoc loco Philastrius qui filios et filias non tantum traductas ac lustratas per ignem, ut persuasum Maimonidi III, 38, more Nebochim, sed etiam immolatas, hoc est igne crematas scribit. Vide Seldenum lib. I de Diis Syris c. 6, Grotium ad Deut. XVIII, 10, et Greg. Michaelis ad Gaffarelli Curiositates inauditas, p. 95 seq. et Spencerum II, 10, de legibus Hebræorum; Episcopium Inst. Theolog. p. 154; Jac. Geusii Victimas humanas lib. I, c. 11. FABRIC.

[i] *Per prophetam Ezechielem.* Prima tantum verba leguntur Ezech. VIII, quæ deinde sequuntur, petita sunt ex Jerem. VII, 31; postrema Philaster ipse ex ingenio suo adjunxit. FABRIC.

[j] *Puteoritæ.* Vocabulum a puteo effictum, ut supra c. 12, Musoritæ a muribus. Mirum vero si proprie accepit Philaster, quæ per allegoriam a prophetis dicta sunt, propriamque hæresin exinde confinxit. FABR.

[k] *Per prophetam.* Jerem. II, 13, ubi per lacus detritos, dæmonia et idola intelligit Apollinaris in Catena ad hunc locum. FABRIC.

[l] *Præsentia.* Ita scripsi pro eo, quod Helmstadiensis editio habebat, *præscientia*. Verba autem quæ mox affert sunt Christi Joan. IV, 13. FABRIC.

de aqua autem quam ego ei dedero, si biberit, non sitiet in æternum, sed erit ei saliens in vitam æternam. [a] Quippe erat gratia christiani baptismi salutaris humano generi concessa a Domino Salvatore.

XXI. HÆRESIS OB ÆNEUM SERPENTEM.

Hæresis est quoque in Judæis, quæ serpenti sacrificabat, et usque ad Ezechiam regem Judæorum, eamdem impietatem celebrabat. Serpenti enim, [b] in libris Regnorum, usque ad Ezechiam sacrificabat æreo populus Judæorum quem Moyses (*Num.* XXI, 9), facere jussus fuerat in exitu Israel de Ægypto : cum a serpentibus morderentur Judæi murmurantes, atque deperirent inique, jussit Dominus ut faceret Moyses serpentem æreum, ac suspenderet eum in medio populi supra lignum, et qui intuebantur in eum salvabantur a plagis atque diversis vulneribus. Illi ergo serpenti æreo usque ad regem Ezechiam sacrificabat Judæorum populus, [c] formationes etiam in lapide magno velut obelisco, qui erat in templo positus pro columna, et in eo incisiones et impressiones manu hominum, ut et litterarum quarumdam sculpentes Judæi, et [d] formulas diversas tollentes et ponentes in lamina, bajulabant in collo : incantationes etiam docentes et velut phylacteria habentes, immo potius exercentes maleficia, eadem percolebant atque inde alligaturas et tutamina sua portabant, et portant in pectore, quæ Dominus ubique [e] in Lege vetuerat fieri, quia paganæ cæcitatis hæc erat impietas. Has igitur beatissimus Ezechias rex impressiones sive sculptiones deleri jussit, atque ferro radi penitus, atque exscindi ; æreum etiam serpentem deponi, atque [f] frangi præcepit, [g] pro quo merito est liberatus a Domino de obsidione tanta [h] Persarum et Assyriorum, tunc temporis qui venerant captivare Judæorum populum atque civitatem, ut illa nocte qua timebat Barbaros rex Ezechias, [i] Angelus Domini de cœlo descenderet, centumque et octoginta quinque millia alienigenarum obsidentia civitatem nocte silenti percuteret, atque omnes homines exanimes atque mortuos mane regi, omnique Judæorum populo demonstraret.

XXII. HÆRESIS SUBTERRANEIS IN LOCIS AD OMNEM TURPITUDINEM APTA.

[i] Alia est hæresis, ut Ezechiel propheta Dei jussu pervidit sub terra in spelunca stantes septuaginta viros seniores Judæorum, tenentes thuribula, [k] di-

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Quippe erat.* Priores editiones minus bene, *erit.*

[b] *In libris Regnorum.* Libro IV, cap. XVIII, 4, legas Israelitas usque ad regis Ezechiæ tempora serpenti æreo adoluisse incensum, sive θυμιᾶσαι. Cætera ex traditione a Philastro addita sunt. FABRIC.

[c] *Formationes etiam.* Per formationes quas Philaster vocat, et incisiones, impressionesque intelligit characteres et figuras telesmaticas columnæ illi insculptas, quibus vim averruncatoriam tribuerunt homines superstitiosi, ut serpenti æreo Parisiis reperto, de quo Gregorius Turonensis VIII, 33. Non defuerunt etiam qui serpentem ipsum a Moyse erectum habuerunt pro telesmate ejusmodi, quam sententiam confutat Natalis Alex. in selectis capitibus Hist. Eccles. veteris Testamenti, ætate IV, diss. 6, et in Curiositatibus inauditis Gaffarellus cap. 6, § 7. FABRIC.

[d] *Formulas diversas tollentes.* Sensus est, fuisse qui ex illis characteribus quosdam describerent in laminas, descriptosque gestarent instar amuletorum, quæ mox *phylacteria*, et Latino vocabulo quod idem significat, *tutamina* appellat, et *alligaturas* sive περιάμματα, de quibus copiose Joan. Christianus Frommanus libro de fascinatione, et Jacobus Wolfius in scrutatore amuletorum. FABRIC.

[e] *In Lege.* Levit. XXVI, 1, et Deut. XVI, 22, quæ sunt in præceptis negativis XIII et XIV. FABRIC.

[f] *Frangi.* כתת IV Reg. XVIII, 4, hoc est comminui, ut a Moyse vitulus Deut. XI, 21. Videant igitur qui serpentem illum adhuc ostentant in columna integrum Mediolani in templo S. Ambrosii, quem singulari libro descripsit Petrus Paulus Bosca Biblioth. Ambrosianæ præfectus. Conf. Geo. Hieron. Welschium de vena Medinensi pag. 67 seq. et Wagenseilium τὸν μαχαρίτην in præfat. ad librum germanice editum de more Judæorum Germanica Hebraicis scribendi litteris, ubi effigiem illius serpentis exhibet. FABRIC.

[g] *Pro quo merito.* Veteres passim *meritum* ponunt pro virtute et actione bona, quæ Deo placet, et quam ille præmiis dignatur. Loca collegit Thomas Mortonus in Antidoto. Dicitur scilicet meritum, quod gratiam meretur, id est consequitur; hoc enim *est mereri*, ut in illo Zosimi Papæ : *O felix culpa, quæ talem meruit habere Salvatorem!* Etiam pro culpa meritum poni notavit Andreas Schottus II Observ. humanarum 16, Desiderius Heraldus ad Arnob. lib. I, pag. 50. FABRIC.— Adde Elmenhorstium ad Arnob. pag. 48, Buchnerum ad illud Prudentii Hymno de Natali Christi vers. 110 :

Meritis respondet congrua ;

ex quibus recte conficias vocabulum hoc μίσον, seu medium esse, et bene juxta ac male factum notare; de quo plura habes in Thesauro Fabro-Buchneriano p. 1451, cui succinit Martinius in Lexico Philologico. GALEARD.

[h] *Persarum et Assyriorum.* Sennacheribus qui Jerosolyma incassum obsedit IV Reg. XVIII seq. *Assyriorum et Arabum rex* dicitur Herodoto lib. II, cap. 141. FABRIC.

[i] *Angelus Domini de cœlo.* IV Reg. XIX, 35, angelum bonum fuisse colligit S. Antonius apud Athanasium in hujus vita, ex eo quod sine tumultu rem peregerit. Eleganter et diserte stragem hanc ab angelo editam describit S. Nilus, narratione secunda. FABRIC.

[j] *Alia est hæresis.* De qua jam dictum supra cap. 14, ex Ezech. VIII, 10, 11, 12.

[k] *Diversis formarum sculptilibus.* Equidem vir maximus Hugo Grotius pictas tantummodo has Panthei subterranei imagines fuisse contendit. (Favet Grotio Hieronymus ad hunc locum Ezechielis VIII, 10 : *Non solum idolum zeli, sed et omnes Templi parietes diversis idolorum imaginibus pingebantur, ut nulla esset bestia quam non parietis pictura monstraret;* et certe picturam memorat non solum Vulgata, sed etiam Paraphrasis Chaldæa. Quod Grotius addit ad eumdem Ezechielis locum, pingere tales formas in parietibus morem fuisse Trogloditarum *narrante Philastrio*, falsus est vir summus; nam cap. 14, ubi Philastrius loquitur de Troglodytis, de pictura ne verbum quidem. GALEARD.) Sed vocabulum מחתה quod LXX reddiderunt διαγεγραμμένον, potest etiam non absurde accipi de sculptili. Cæterum Ezechieli, qui in Babylonia tum temporis versabatur, hoc omne in visione tantummodo a Deo monstratum, non in templo ipso Hierosolymis præsentem rem præsentis oculis subjectam esse, lubens mihi persuadeo. FABRIC.

versisque formarum sculptilibus sacrificantes eosdem, atque eadem adorantes.

XXIII. HÆRESIS MULIERUM CUM THAMUS SIMULACRO.

Est et alia hæresis Judæorum, quam sub spelunca jussu Dei cogitur pervidere propheta (*Ezech.* VIII, 14), mulieres [a] sedentes et plangentes quemdam [b] Thamus nomine, [c] qui filius fuit regis gentilium, cujus Judææ mulieres simulacrum cum fletibus adorabant, impietatemque gentilium colentes, et offerre sacrificia non desinebant. Thamus enim [d] Pharao ille dicebatur rex Ægyptiorum, qui sub beato Moyse Ægyptiis præsidebat illo tempore.

XXIV. BELITÆ.

Alia est hæresis in Judæis, qui multorum [e] quasi hominum, multarumque mulierum percolens idola, Baalitarum speluncis absconditis, eisdem offerre sacrificia non desinebant, Scriptura dicente, [f] quasi multorum atque multarum fuisse numerum. Hoc autem [g] a Belo rege, qui Orientem potenti regimine multo tempore detinuit, ac de ipsius uxore et filiis, filiabusve, ita ex parentibus editis omnem eorum progeniem processisse monstrabat, ut ex eis [h] Baalitæ appellarentur. Nam ut est genus aut [i] Graccorum, aut Anitiorum et aliorum, ita ex parentibus suis omnis illorum emerserit progenies, ut ex uno nomine impia generatio Belitæ dicerentur. Itaque mortui cum in monumentis ponerentur, et progenies illorum itidem sepulta in eo loco, hoc nomine a suo populo meruit a posteris nuncupari, ut Belitæ appellarentur a sua generatione pristina. Belus autem sive a proprio nomine, [j] sive a fortitudine belli, quia multos superabat tunc temporis, hoc nomen aut cognomen habere sortitus est, deque hac re Judæorum populus impietatem gentilium sequendo a divina Scriptura accusatur, quod sacrificantes illis, id est Regibus et eorum filiis, omnique cognationi illorum, sequentes diversis captivitatibus tradebantur.

XXV. HÆRESIS CUM BAAL IDOLO.

Alia est hæresis in Judæis, quæ Baal idolum [k] a Balaam pseudopropheta, qui de Mesopotamia advenerat contra Moysen beatissimum asserunt nomen accepisse, [l] quia Balac tunc temporis Rex Moabita-

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Sedentes et plangentes.* Lugentium enim sedere, ut notant viri docti ad Virgil. XI, 350, *totamque videmus consedisse urbem luctu.* Et Joan. Doughtejus in Analectis sacris ad prophetæ locum. FABRIC.

[b] *Thamus.* Male priores editiones *Thamur*, est quippe in Hebræo תמוז Θαμμούζ. Ægypti rex Θαμοῦς apud Platonem in Phædro et Philostratum VI, 5, aliis Ἀμοῦς, de quo dixi lib. I Bibl. Græcæ cap. 2. Manethoni apud Josephum I contra Apion. p. 1040 seq. Θούμμωσις et Τίθμωσις : Syncello p. 63, Ἄμωσις, idemque Τίθμωσις Asethi F. cui Amosi fuit filius ductus itidem Ἄμωσις et alio nomine Μισφραγμούθωσις, ut ibidem apud Syncellum et p. 122 legitur, pro quo in Josephi codicibus minus bene est, Ἀλισφραγμούθωσις, cujus filium Τίθμωσιν eum fuisse Manetho scribit, qui Israelitas Ægypto expulit. Apud Herodotum II, 42, Ἄμμοῦς est Ægyptiorum Jupiter : idem docet Plutarchus lib. de Iside et Osiride pag. 354. Notamus idem nomen a Manethone exponi κεκρυμμένον, et hunc esse Jovem Ammonem Græcorum. Etiam Osiridem Ἄμμωνα quibusdam dictum testis est Diodorus Siculus libro I, p. 15, et Theodorito auctore : Ὁ Θαμοῦς ὁ Ἀδωνίς ἐστι κατὰ τὴν Ἑλλάδα φωνήν. (Adde Procopium Gazæum p. 258 seq. ad Isaiam. De cultu Thamusi apud Ægyptios vidensis scriptores laudatos a Joan. Jarkio ad Eliam schedium p. 103. GALEARD.) Hinc de planctu Osiridis et Adonidis sat multa ad hunc locum observarunt viri eruditi. Thamum vero Ægypti regem ab Hippopotamo discerptum periisse, Syncello teste laudato, scribit præclarus Philostrati illustrator p. 234. Sed de Mene, non de Thamo hoc tradit Syncellus p. 54, licet Menem cum Thamo confundit Marshamus p. 31 Chronici. FABRIC.

[c] *Qui filius fuit Regis.* Ipse etiam, ut mox addit Philaster, Ægyptiorum rex. FABRIC.

[d] *Pharao ille.* Ita et sentit Africanus apud Syncellum p. 62 seq., qui regem illum Ἄμωσιν vocat, ut Manetho apud Josephum p. 1041 : Τίθμωσιν, ὁ ἐκβαλὼν αὐτοὺς ἐξ Αἰγύπτου Βασιλεὺς Τίθμωσις. Hic si fuerit, quem mulieres Judææ luxerunt, tum planctus illius causa erat, quod rex iste mari Rubro haustus cum exercitu periit. Aliis rex ille Ægypti videtur fuisse Chenchrees, vel Acherres, aliis Petisonius. Sed Manethoni libenter in hoc fidem habeo. FABRIC.

[e] *Quasi hominum.* Id est virorum, ut supra c. 17. FABRIC.

[f] *Quasi multorum atque multarum.* Occurrit in sacris litteris non tantum singulare בעל, sed et plurativum בעלים ut Judic. II, 11; I Sam. VII, 4; II Paralip. XXVIII, 2, atque sæpius alibi. FABRIC.

[g] *A Belo rege.* Conditore Babylonis, de quo uti et de aliis hujus nominis consulendus Marshamus in Chronico Canone. Hunc a sacro scriptore Moyse Nimrodum dictum volunt Genes. X, 10. FABRIC.

[h] *Baalitæ.* Uti *Baalitæ* sive *Belitæ*, non incongruenter supra cap. 16 dicti sunt Baalis sive Belis cultores, ita toto hoc capite aptior sensus fuerit si pro *Bualitarum* et *Baalitæ* atque *Belitæ*, ubique legas *Baalim*. Sententia autem Philastrii est, illo nomine communi venire omnes Beli posteros. FABRIC.

[i] *Graccorum.* Ita scribendum mihi visum fuit pro *Græcorum*, quod erat in prioribus editionibus. Nota autem apud Romanos Gracchorum perinde ut Anitiorum familia; ac de Anitiis quidem præter Glandorpium et alios qui de familiis Romanorum scripsere, videndus Vinetus ad Ausonii epist. 16, et Reinesius in epistolis ad Hofmannum p. 633 seq. Gracchorum vero nomen antiquitus sine aspirationis nota scriptum *Graccorum*, notavit in orthographia Terentius Scaurus ex Varrone. Confer. Joan. Rhodii notas ad Scribonium Largum p. 218 seq. FABRIC.

[j] *Sive a fortitudine belli.* Notatio nominis haud minus aliena quam quod in Chronico Paschali pag. 36. Belus dictus traditur quasi βέλος, telum, διὰ τὸ ὀξύτατον εἶναι. Hyginus fab. 274 : *Afri et Ægyptii primum fustibus dimicaverunt, postea Belus Neptuni filius gladio belligeratus est, unde bellum est dictum.* Postrema verba pro glossemate male habet Barthius ad Statium tom. II, p. 889; nam Cassiodorus quoque lib. I, epistola 30, cum pugnam dictam esse notasset, quod prius certatum esset pugnis, *postea*, inquit, *Belus ferreum gladium primus produxit, a quo et bellum plucuit nominari.* Qui locus Vossio etiam in Etymologico, et Munckero ad Hyginum jam observatus. FABRIC.

[k] *A Balaam pseudopropheta.* Ita scripsi, cum priores editiones perperam haberent : *Aut Baalam pseudoprophetam.* FABRIC.

[l] *Quia Balac.* Male in prioribus editionibus *Balac.* FABRIC.

rum illum rogaverat, ut [a] ad eum iret, et maledi- A ceret populo Judæorum: et quia ut [b] propheta in Scripturis ante dicebatur, contempto autem præcepto Domini ad pseudoprophetæ postea descendit interitum (*Num.* xxi, 8; *Jos.* xiii, 22), contra Dei populum cogitando, Judæi ut pagani [c] sub hoc vocabulo idolum facientes ipsius, [d] colere illud non desinebant.

XXVI. DE PYTHONISSA MULIERE, HÆRESIS SUPERSTITIOSA.

Alia est hæresis de Pythonissa, qua [e] cooperientes vestimentis mulierem, ab ea quædam responsa sperabant [f] posse consequi: unde et aiunt Pythonissam illam beati Samuelis animam ab inferis excitasse; atque inde maxime credi posse, homines usque hodie plurimi suspicantur, quæque dixerat Regi Sauli superstiti Propheta beatissimus, ea etiam in executione, B [g] quasi Dei iterum responsa, dixisse cognosci vera: cumque plurimi huic acquiescere mendacio malint, in perpetuum descendunt interitum, [h] cum Propheta dicat: *Justorum animæ in manu Domini, et non tangit eas mors.* [i] Quomodo itaque anima impia piam sanctamque animam, et Prophetam maxime, poterat ab inferis excitare? Sed quia ignorant, quod recedentes animæ a fide Christi Domini, deditas jam se impietati faciunt, atque ei omni se studio subjiciunt: quia [j] arbitrii sui est omnis homo quod velit ut eligat facere, permittente Deo. [k] Sed quia recessit a Domino, ut immundus spiritus jam ei dominaretur. Dubiis et claudicantibus in lege divina, quod dixit beatus Elias: *aut Deo, Deo: aut Baal, Baal* (III *Reg.* xviii, 21). *Qui enim adhæret Christo, unum corpus est* (I *Cor.* vi, 17), et qui immundo spiritui, unus consensus est. Et Achab rex Judæorum, cum crederet Sedeciæ et aliis falsis prophetis, verumque prophetam Domini Michæam contemneret, interrogat Dominus immundum spiritum, [l] adhuc bonitatis loco regi concesso a Christo Domino usque ad tempus aliquod, ut si vellet credere Prophetæ vero, procellam periculi devitaret: si nollet, magisque crederet pseudoprophetis, sine dubio deperiret. Ita enim interrogat Dominus immundum spiritum, dicens: *Quis seducet Regem Achab Israelitarum, ut vadat in pugnam et interficiatur? Et ecce immundus spiritus advenit dicens: Ego vadam et faciam. Et ait Dominus ad immundum spiritum, quomodo id facies? Et ait immundus spiritus ad Dominum: faciam me quasi angelum lucis et verba similia eloquar, et decam eum in prælium, atque ibi eum deseram, et sic morietur. Et ait Dominus ad eum: Vade, sic facies* (II *Paral.* xviii, 19). Ideoque et Apostolus ait: *Non magnum est, si et Satanas transfiguret se velut in angelum lucis, cum ipsius satellites transfigurantur* (II *Cor.* xi, 14). Et ita decipiunt multos visu, verbo aut persuasione [m] non alterius rei, [n] quippe

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Ad eum iret.* Ad Regem puta Balacum Num. C xxii, 5; igitur magis perspicue dixisset *ad se*. Sed frequens hujusmodi neglectio reciproci pronominis, et vicissim hujus pro demonstrativo usus apud scriptores istius maxime et sequentium ætatum. Sic illustris Huetius commentarios de vita sua inscripsit *de rebus ad eum pertinentibus*. FABRIC.

[b] *Propheta in Scripturis ante dicebatur.* S. Hieronymus in quæstionibus Hebraicis ad Genes. xxii, cum Balaamum dixisset ab Hebræis haberi pro eo qui in libro Job dicitur Elihu, et genus duxerit a Nachore Abrahami fratre: *Primum*, inquit, *vir sanctus et Prophetes Dei* (Num. xxiv, 3 seq.); *postea per incbedientiam et desiderium munerum, dum Israel maledicere cupit, divini vocabulo* (Jos. xiii, 22) *nuncupatur*. Male apud Eucherium, ubi Hieronymi verba describit, *divini vocabulo privatur*. FABRIC.

[c] *Sub hoc vocabulo.* Baalis nomine Balaamum colentes, quod nullus alius antiquus scriptor, quantum quidem ego memini, traditum reliquit. FABRIC.

[d] *Colere illud non desinebant.* Id est colebant: formula loquendi Philastro perquam familiaris. Sic cap. 14, *idola colere non desinebant;* cap. 16: *Achab et Jezabel uxor ejus illi idolo sacrificare non desinerent;* cap. 25: *impietatemque gentilium colentes ei offerre sacrificia non desinebant*. FABRIC.

[e] *Cooperientes vestimentis mulierem.* Male accepit Philaster quod I Sam. xxviii legitur, Saulum cooperuisse se, et mutatis vestimentis alium se simulasse. FABRIC.

[f] *Posse consequi.* Plenius erat *posse se consequi*. Et fortasse librarius syllabam eamdem quæ præcedit, repetere neglexit. FABRIC.

[g] *Quasi Dei iterum responsa, dixisse cognosci vera.* Sicut Dei responsa esse comprobabantur, quæ Samuel spirans adhuc Sauli dixerat. In prioribus editionibus locus hic corrupte, ut mihi quidem videtur, legebatur sic: *Quasi ei iterum responsa dixisse cognoscitur vera*. FABRIC.

[h] *Cum propheta dicat.* Verba sunt in Sapientiæ libro, cap. iii, 1, cujus libri auctorem prophetam vocant etiam alii veteres bene multi, ut Lucifer Calaritanus ex illo hunc ipsum locum proferens pag. 194: *ore Salomonis Spiritus Sanctus dicit;* mox, *dicit Scriptura sacra;* atque iterum p. 195, *loquitur*, inquit, *ore Prophetæ Spiritus Sanctus*. Doctissimi quique tamen cum S. Hieronymo, Augustino, Eusebio et Basilio M. (ne de Judæis dicam) et a Salomone et a Propheta, scriptum negarunt. Pro verbis, *In manu Domini, et non tangit eas mors;* in Græco est, ἐν χειρὶ Θεοῦ, καὶ οὐ μὴ ἅψηται αὐτῶν βάσανος; apud Luciferum, *tormentum malitiæ*. FABRIC.

[i] *Quomodo itaque anima impia.* Solidum argumentum quo Philaster probat non fuisse verum Samuelem, quem saga Endorea in conspectum Saulis produxit. Eodem argumento utitur Tertullianus c. 57 de Anima, Gregorius Nyssenus Epistola ad Theodosium, aliique quorum loca produxit Leo Allatius Syntagm. de Engastrimytho c. 10 seq. FABRIC. D

[j] *Arbitrii sui est omnis homo.* Communis hæc doctrina Græcorum Latinorumque scriptorum ante Augustinum, ita tamen ut faterentur cum Apostolo Deum esse qui det velle ac perficere. S. Hieronymus quæst. Hebr. in Genes. iv, 6: *Verum quia liberi arbitrii es, moneo ut non tibi peccatum, sed tu peccato domineris*. Respicit autem Philaster verba Sirachidæ xv, 14 seq. FABRIC.

[k] *Sed quia recessit a Domino.* Saul nimirum, nam de eo sermo est. FABRIC.

[l] *Adhuc bonitatis loco.* Dato adhuc ei spatio pœnitentiæ, et boni consilii amplectendi. FABRIC.

[m] *Non alterius rei.* Quam bonæ scilicet, ut mox addit: *Visibus quasi bonis et non malis*. Ita dicimus *si secus aliquid acciderit*, vel *secus cogitare*, pro *in malam partem*. FABRIC.

[n] *Quippe visu quasi verisimili.* Fortasse *verisimilis* legendum. Aut vero referendum illud *verisimili* ad ea quæ præcedebant, *verbo aut persuasione*. FABRIC.

visu quasi verisimili, ut cum verbis veluti similibus, et visibus quasi bonis et non malis in tempore volunt credere atque eis inhærere homines, inevitabilem mortis æternæ incurrant sententiam, diversisque, post exitum corporis, pœnis et cruciatibus pessumdentur. Quod et Regi Judæorum illo tempore periculum supervenit, quod falsis magis quam veris Dei prophetis credere maluisset.

XXVII. DE ASTAR ET ASTAROTH SIMULACRIS, HÆRESIS.

Est hæresis in Judæis, quæ [a] Astar et Astaroth post Moysi defunctionem, successionemque Jesu filii Nave colentes, ad captivitatem Gentilium tradebantur : nam et Astar et Astaroth [b] homines et feminas, figurasque eorum colebant, quæ nomina regum [c] Syriorum fuerunt et Ægyptiorum, quorum filii filiæque cum a populis suis colerentur, post etiam templa illis facientes, post mortem illorum progeniem ibidem sepelientes, [d] deorum dearumque eis nomine offerebant cum sacrificiis itidem. Nam [e] Astartium est in Syria alibique diversa et plurima, quæ de gente Chananæorum omnis hæc illo tempore exarsit impietas, quam Moyses gentem cum omni suo populo [f] eradicare jubebatur a Domino.

XXVIII. HERODIANI.

Alii Herodiani sunt, [g] ab Herode rege Judæorum ita appellati : isti [h] Resurrectionem confitentur, Legem et Prophetas accipiunt, Herodem autem Regem Judæorum percussum ab Angelo, [i] ipsum ut Christum sperantes [j] exspectant.

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Astar et Astaroth*, Vide, si placet, quæ supra ad c. 17. Prioribus editionibus erat *Asthar* et *Astharoth*. Fabr.

[b] *Homines et feminas*. Virorum feminarumque simulacra. Fabric.

[c] *Syriorum*. Id est Assyriorum. Fabric.

[d] *Deorum dearumque eis nomine*. Minus bene priores editiones, *nomina*. *Nomine deorum dearumque offerebant*, hoc est tamquam diis et deabus. *Offerebant cum sacrificiis*, id est, sacrificia. Fabric.

[e] *Astartium est in Syria*. Ἀσταρτεῖον sive Ἀστάρτιον templum Astartes, I Sam. XXXI, 10, et Joseph. VI Antiqu. 15 et I contra Apion. In prioribus editionibus corruptissime scriptus hic locus : *Nam Asturtium est in Syria aliqua diversa et plurima*. Innuit autem Philaster alibi etiam diversa et plurima Astartes templa fuisse, quod ex veterum monumentis confirmatur. Vide Petrum Fabrum, lib. III Semestrium cap. 2. Astarte navi insistens in nummis. Beger. III, p. 52. Fabric.

[f] *Eradicare jubebatur*. Non tantum aras et idola lucosque Chananæorum exscindere Exod. XXIII, 24; XXXIV, 13. Fabric.

[g] *Ab Herode Rege*. Herodem Magnum tribuisse nomen sectæ Herodianorum contenderunt viri doctissimi, præeunte Epiphanio hæresi 20 et Niceta lib. I Thesauri c. 34. Verum Herodiani Matth. XXII, 16; Marc. III, 6, XII, 13, fuere ministri vel milites Herodis Antipæ, qui Joannem Baptistam interfecit, et Herodis Magni filius fuit : nec magis hæresin vel sectam significat ibi hoc nomen, quam Cæsareanorum, Pompeianorum et similia. Et apud Tertullianum Attinianorum, Nigrinianorum et Cassianorum. Nam ita et Herodiani, qui Herodis et cum illo Romanis partibus favebant Judæi. S. Hieronymus ad Matth. XXII : *Mittunt igitur Pharisæi discipulos suos cum Herodianis, id est militibus Herodis, seu quos illudentes Pharisæi, quia Romanis tributa solvebant, Herodianos vocabant, ut non divino cultui deditos. Quidam Latinorum ridicule Herodianos putant, qui Herodem Christum esse credebant, quod nusquam omnino legimus.* Herodes autem ab angelo percussus Act. XII, 23, fuit Herodes Agrippa, Aristobuli et Berenices F. cujus mortem narrat etiam Josephus XIX Antiquit. 8. Fabric.—Hieronymo adde Damascenum, cui Herodiani sunt, qui ut Herodi placerent, Romanis tributa solvebant; quibus ut illuderent Pharisæi, Herodianos vocabant. Macrius Hierolex. ver. *Herodiani* quo in loco Philastrium castigat. Confer, si lubet, Scaligerum Elencho Trihæresii cap. 1 et 2. Galeard.

[h] *Resurrectionem confitentur*. Non facit itaque Philaster cum iis, qui Herodianis eadem de Spiritibus et Resurrectione quæ Sadducæos sensisse existimant, ut Joannes Harduinus v. c. libro de nummis Herodiadum pag. 97 seq., anonymus Anglus in Fortuitis, Roterod. 1727, in-8° editis, p. 40. et ante eum Hugo Grotius ad Matth. XVI, 6, et Marc. VIII, 15. Vel qui Herodianos cum Dositheanis confundunt, quorum sententiam confutat idem Grotius ad Marci III, 6. Fabric.

[i] *Ipsum ut Christum*. Philaster igitur sibi persuasit Herodem Agrippam, quem *Deum* ab assentatoribus vocatum refert S. Lucas Actor. XII, 22, et Josephus XIX, 8, p. 679, ab Herodianis pro Messia habitum, et quidem venturo, nam in *ipsum*, inquit, *ut Christum sperantes exspectant*. At ex Epiphanii sententia et Nicetæ, jam notavi Herodem Magnum ab Herodianis habitum pro Christo fuisse; memoria enim lapsus vir summus Hugo Grotius est qui ad Matth. XVI, 6, Epiphanium ait ad Herodem Baptistæ interfectorem traxisse id quod ad Magnum pertinebat. Auctor quoque appendicis ad Tertull. de præscript., S. Hieronymus contra Luciferianos, Damascenus de hæres. et pseudo-Hieronymi indiculus cum Herodem simpliciter nominant. Magnum intellexisse videntur. De Magno etiam Scholiastes Persii accipit illud Sat. v. 80, *at cum Herodis venere dies*, neque mirum est diem traditi per Augustum Herodi Magno regni etiam apud successores et posteros quotannis festum fuisse. Obiter notare liceat Herodianos a Theophylacto Epistola 13 poni pro iis, qui Herodis crudelitatem imitantur. Fabric.

[j] *Exspectant*. Tho. Malvenda lib. I de Antichristo c. 11, legit *expetunt*. Sed nihil necesse est vulgatam lectionem mutare. Fabric.

CATALOGUS
EORUM QUI POST CHRISTI PASSIONEM HÆRESEOS ARGUUNTUR.

XXIX. [1] SIMON MAGUS.

[2] Post passionem autem Christi Domini nostri, et ascensionem in cœlum, *Simon* quidam fuit [a] *Magus* genere [3] Samaritanus de villa quæ est [b] Githeus

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] In ms, προσδόξων, *nomina desiderantur; pro his autem articuli seu capita, numeris distinguuntur*, I, II, etc.

[2] Post passionem Christi

[3] Samaritanus Citieius de loco quæ villa est in Samaria ita vocata, qui

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Magus*. Joan. Laur. Mosheimii dissert. de uno Simone Mago, Helmst. 1734; Augustini Calmet dissert. de Sim. Mago, tom. VII, p. 815, seq. Fabric.

[b] *Githeus*. Ita legendum a Gitthis Samariæ

vocitata, qui magicis vacans artibus multos fallebat; dicens se esse [a] virtutem quamdam Dei [1] quæ supra omnes virtutes esset (*Act.* VIII, 11). Quem Samaritani [b] quasi Patrem venerantur, et [c] suæ hæreseos institutorem pernitiose extollunt, multisque eum [2 d] laudibus præferre nituntur. Qui baptizatus [e] a beatis Apostolis, recessit a fide eorum, sceleratamque et pernitiosam hæresin seminavit, dicens se transformatum putative, id est [3 f] quasi umbram, et *ita se passum fuisse, cum non*, inquit, *pateretur*. Qui et audebat dicere mundum [g] ab angelis factum : angelos autem factos a quibusdam [h] sensibus de cœlo præditis, eosque fefellisse genus hominum. [i] Intellectum autem quemdam alium asserit esse qui descendit in mundum, salutis causa hominum, [j] Helenam filiam, inquit, [k] quæ in Trojano bello a poetis vanissimis edita nuntiatur. [l] Et virtutes, inquit, quæ mundum fecerant, concupiscentia ductæ illius Helenæ, seditionem movebant : ista enim [4] dans, inquit, concupiscentiam illis virtutibus; et in [5] figura feminæ apparens, ascendere in cœlum non poterat; quia virtutes in cœlo quæ erant; non eam permittebant ascendere : [m] exspectabat autem virtutem alium, id est Magi ipsius Simonis præsentiam, quæ eam

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quæ supra omnes, inquit, virtutes est
[2] præferre laudibus enituntur
[3] quasi per umbram
[4] dans concupiscentiam
[5] figura feminea... fuisse secutum

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Citheus, ἀπὸ Κιτθῶν vel Κιτθῶν. Confer, si placet, Coteleri notas ad Constitut. Apostol. VI, 7, p. 334, et lib. I Recognitionum Clementis cap. 12, p. 489. Fallitur enim Vir doctus Stephanus le Moyne, qui Κιτταῖον sive Cittiensem a nato Cypri oppido Simonem fuisse sibi persuasit. FABRIC.

[a] *Virtutem supra omnes virtutes.* Actor. VIII, 10 : Ἡ δύναμις τοῦ Θεοῦ ἡ μεγάλη. Justinus Martyr apologia longiore p. 69 : Σίμωνά μέν τινα Σαμαρέα, τὸν ἀπὸ κώμης λεγομένης Γιττῶν, ὅς ἐπὶ Κλαυδίου Καίσαρος διὰ τῆς τῶν ἐνεργούντων δαιμόνων τέχνης δυνάμεις ποιήσας μαγικὰς ἐν τῇ πόλει ὑμῶν Βασιλίδι Ῥώμῃ Θεὸς ἐνομίσθη. Et Dialogo cum Tryphone p. 349 : Εἶπον πλανᾶσθαι τοὺς Σαμαρίας πειθομένους τῷ ἐν τῷ γένει αὐτῶν μάγῳ Σίμωνι, ὃν Θεὸν ὑπεράνω πάσης ἀρχῆς καὶ ἐξουσίας καὶ δυνάμεως εἶναι λέγουσι. Recognitiones Clementis II, 7 : *Simon hic patre Antonio, matre Rachele natus est; gente Samarœus, ex vico Gethonum, arte magus, Græcis tamen litteris liberalibus apprime eruditus, gloriæ ac jactantiæ supra omne genus hominum cupidus, ita ut excelsam virtutem, quæ supra Creatorem Deum sit, credi se velit, et* Christum *putari, et* stantem *nominari.* Irenæus lib. I, c. 20 : *Sublimissimam virtutem, hoc est eum qui sit super omnia Pater, et quodcumque eum vocant homines.* Tertullianus cap. 46 : *Hic ausus est summam se dicere virtutem, id est summum Deum.* Apud Hieron. : *Ego sum sermo Dei, ego speciosus, ego paracletus, ego omnipotens, ego omnia Dei.* FABRIC.

[b] *Quasi patrem.* Epiphanius XXI, 1, de Simone : Τὸν πατέρα δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τοῖς Σαμαρίταις, Ἰουδαίοις δὲ ἔλεγεν ἑαυτὸν τὸν υἱόν. FABRIC.

[c] *Suæ hæreseos.* Diversæ utique a Samaritanorum hæresi de qua supra cap. 7. FABRIC.

[d] *Laudibus præferre.* Al. *efferre.* FABRIC.

[e] *A beatis Apostolis.* S. Philippo Actor. VIII, 13. FABRIC.

[f] *Quasi umbram. Umbratiliter* infra c. 31, et *quasi per umbram putative* cap. 32. Tertullianus : *se in phantasmate Dei non passum, sed quasi passum.* Epiphanius XXI, 1 : παθόντα δὲ μὴ πεπονθέναι, ἀλλὰ δοκήσει μόνον. Augustinus de Simone cap. 1 hæres. : *Tempore Tiberii in Filii persona putative apparuisse... Christum autem nec vehisse; nec a Judæis quicquam pertulisse.* FABRIC.

[g] *Mundum ab angelis.* Ut Angelos a Simone per ἔννοιαν. Simon apud Epiphanium XXI, 2 : δι' ἧς (ἐννοίας) τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα, οἱ δὲ ἄγγελοι τὸν κόσμον ἔκτισαν καὶ τοὺς ἀνθρώπους. Eadem habet Irenæus lib. I, cap. 20; Theodoretus lib. I de Hæreticis fabulis cap. 1. Cæterum de Simonis rebus et hæresi consuendi scriptores quos laudat Joan. Vogtius fascic. 3 Bibliothecæ hæresiologicæ p. 567 seq. Sabbathum Simonis post XI dies Clementina II, 35, p. 630. FABRIC.

[h] *Sensibus de cœlo præditis.* Voluit Philastrius exprimere ἔννοιαν Simonis de qua apud Epiphan. loco laudato : Ἵνα λάθω τὰς ἀγγελικάς μου δυνάμεις καὶ κατέλθω ἐπὶ τὴν ΕΝΝΟΙΑΝ, ἥτις ἐστὶν αὕτη ἡ καὶ προύνικος καὶ πνεῦμα ἅγιον καλουμένη δι' ἧς τοὺς ἀγγέλους ἔκτισα. Pro *præditis*, malim *proditis.* FABRIC.

[i] *Intellectum quemdam alium.* Imo eumdem. Nam apud Epiphanium, cujus vestigiis insistere Philastrius utique videtur, intellectus et ἡ δύναμις ἄνωθεν κατιοῦσα, atque ἡ ἔννοια Simonis itemque Helena, unum idemque sunt. Apud Theodoritum tamen ex Simonis mente distinguuntur : 1° νοῦς sive ἐπίνοια; 2° φωνὴ καὶ ἔννοια; 3° λογισμὸς καὶ ἐνθύμησις. FABRIC.

[j] *Helenam illam, inquit.* Epiphanius : εἶναι δὲ ταύτην τὴν Ἑλένην τὴν πάλαι δι' ἣν οἱ Τρῶες καὶ Ἕλληνες εἰς μάχην ἦλθον. FABRIC. — *Helenam illam, inquit.* Alius Selene, Σελήνη, ut Augustino de hæres. init. : *Itemque Jovem se credi volebat, Minervam vero meretricem quamdam* (de Tyro addit Philastrius) *Selenem, quam sibi sociam scelerum fecerat.* Nomen *Selenes* præteriisit annotare hic Fabricius mulieri hunc inditum, quam Philastrius *Helenam* in Trojano bello a poetis memoratam appellat; alii vero *Selenen*, ut pridem monuit Sichardus Præf. ad Philast. edit. Basil. 1528, sicuti qui *Carpocras* Philastrio, alii *Carpocrates* dicitur; et qui aliis *Colorbasus*, nostro *C. Bassus.* Utrumque horum observavit Fabricius, qui cap. 35, *Carpocras* legit, Καρποκρᾶς, utique juxta primam Philastrii editionem; at cap. 43, pro *C. Bassus*, recte substituit *Colorbasus*, recedens ab editione Sichardi, et Latinum Latinium sequens. Codex Corbeiensis in Gallia nuper inventus, Latinii emendationem confirmat, pro *Post hunc C. Bassus* quod habetur in editione Basileensi Sichardi, legens *Post hunc Colorbasus.* De Colorbaso autem, et Colorbaseorum doctrina consule Irenæum I, 12 et seqq., ibique Feuardentii Annot. edit. Massueti p. 55. GALEARD.

[k] *Quæ in Trojano.* Idem XXI, 3 : αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἔννοια ἡ παρ' Ὁμήρῳ Ἑλένη καλουμένη. FABRIC.

[l] *Et virtutes.* Idem Epiphanius XXI, 2, pag. 57 : Καὶ τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους εἰς πόλεμον δι' αὐτὴν ἦκεν, αὐτὴν δὲ μηδὲν πεπονθέναι, ἀλληλοκτονίας δὲ αὐτοὺς εἰς ἑαυτοὺς ἐργάσασθαι παρασκευάσαι, δι' ἣν ἐνέβαλεν εἰς αὐτοὺς πρὸς ἑαυτὴν ἐπιθυμίαν, καὶ συνέχοντες αὐτὴν τοῦ μὴ ἄνω δύνασθαι ἀνιέναι, συνεγίνετο αὐτῇ ἕκαστος ἐν ἑκάστῳ σώματι γυναικείας καὶ θηλυκῆς σχέσεως, μεταγγιζομένης αὐτῆς, etc. FABRIC.

[m] *Exspectabat autem.* Simon apud Epiph. XXI, 3, αὕτη (Ἑλένη) δέ ἐστιν ἡ νῦν ἐμοί, καὶ διὰ ταύτην κατελήλυθα, καὶ αὕτη δὲ προσεδόκα τὴν ἐμὴν παρουσίαν.

salvaret advenicns. [a] Ligneum etiam equum, quem poetæ vanissimi dicunt in bello Trojano fuisse, per allegoriam asserit, quod illa machina ignorantia erat universarum gentium impiarum, cum constet illam Helenam quæ cum Mago erat, [b] de Tyro meretricem fuisse, hancque eumdem Simonem Magum fuisse secutam, et cum eadem [c] diversas magias diversaque scelera perpetrasse. Qui cum fugeret beatum Petrum apostolum de Hiero-olymitana civitate, [d] Romamque veniret, ibique pugnaret cum beato Apostolo apud [e] Neronem regem, devictus [f] undique [f] oratione beati apostoli, atque [g] percussus ab angelo, sic [h] meruit interire, [i] ut ejus magiæ evidens mendacium cunctis [i] hominibus patefieret.

XXX. MENANDRUS.

Post hunc [i] Menandrus quidam nomine, qui i discipulus factus ipsius, impietatem ejus est [k] secutus in omnibus.

XXXI. [l] SATURNINUS.

[k] Saturninus quidam paulo post et ipse sumens inde fomenta doctrinæ mortiferæ, [g] asserebat dicens mundum ab angelis factum, et [m] distare angelos a virtute illa, et mundum esse [n] divisum per ordinem angelis, et cogitasse eos ut facerent hominem. Fecerunt itaque hominem, et opus ipsorum, inquit, erat homo; de virtute enim superna [o] lumen dicunt fuisse dimissum quod illuminavit mundum istum, et ad

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] undique ratione
[2] ut ejus magia evidens ac mendacium cunctis
[3] hominibus antefieret.

[k] Post istum Saturninus quidam et ipse
[g] asserebat dicens mundum ab angelis factum esse

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Ligneum etiam equum.* Durium sive durateum illum Epei equum ex Homero et Virgilio decantatissimum de quo Laur. Begerum ad Tabulam Fabretti Iliacam cap. 58 licet videre, Simon Magus aiebat fuisse imaginem ignorantiæ gentium, salutem suam in Simone oblatam agnoscere nolentium. Τὸν παρ' Ὁμήρου δούριον ἵππον μεμηχάνημένον, ὃν νομίζουσιν Ἕλληνες ἐπίτηδες γεγενῆσθαι, ἔλεγε πάλιν ὁ γόης ὅτι ἄγνοιά ἐστιν τῶν ἐθνῶν. Epiphan. XXI, 3. FABRIC.

[b] *De Tyro meretricem fuisse.* Ita distinguendus hic locus : Tyria enim fuit, ἀπὸ τῆς Τυρίων ὁρμωμένη, Idem XXI, 2; ἀπὸ Τύρου ληφθεῖσα, ibid. 3. *A Tyro civitate quæstuariam* vocat Irenæus lib. I, c. 20. Eadem *Tyria meretrix* Nicetæ, aliisque. FABRIC.

[c] *Diversas magias.* Clementina II, 32, p. 629. FABRIC.

[d] *Romamque veniret.* De Simonis Magi adventu in urbem Romam et cum Apostolo Petro disceptatione, Magicoque volatu et fœdo interitu, prolixæ exstant narrationes in recognitionibus tribuis Clementi, in Pseudo-Abdia et Pseudo-Marcello. Sed tangunt etiam eamdem rem scriptores plurimi digniores fide, quorum testimonia notarunt B. Iittigius noster diss. de hæresiarchis Apostolicæ ætatis, Tillemontius tom. I Memoriarum Historiæ Eccles., ut alios innumeros præsenti transmittam. Accidit illa secundo Claudii Imp. anno, si Hieronymo c. 1 de scriptoribus Eccles. credimus. FABRIC.

[e] *Neronem regem.* Græcorum more βασιλέα pro imperatore. FABRIC.

[f] *Oratione beati Apostoli.* Arnobius lib. II, p. 50, ait Simonis Magi currum et quadrigas igneas Petri ore dissipatas, et nominato Christo evanuisse. Theodorit. ἀφ' ὕψους αὐτὸν πολλοῦ κατέρραξε προσευξάμενος. Precatio Petri apud pseudo-Abdiam lib. I, c. 18, hæc affertur : *Domine JESU, ostende virtutem tuam, et ne permittas his vanis artibus decipi populum qui tibi est crediturus. Sic decidat, Domine, ut vivens se contra tuam potentiam nihil potuisse cognoscat.* FABRIC.

[g] *Percussus ab angelo.* Vel, ut ait in Chronico Isidorus Hisp., *a dæmonibus, a quibus in aere ferebatur, adjurante eos Petro per Deum, Paulo autem orante dimissus crepuit.* FABRIC.

[h] *Meruit interire.* Hoc est, interiit. Quamquam enim hoc loco bene patitur sententia, etiam merito istud Simonis evenisse, tamen certum est *mereri*, ut Græcorum ἀξιοῦσθαι, sæpissime apud scriptores non meritum notare, sed eventum. FABRIC.

[i] *Menandrus.* Ita dicitur, ut Phædrus, Evandrus, et similia, pro quibus alii Phæder, Evander, Menander. De Menandro Comico apud Propertium : *docte Menandre.* Plura hujusmodi Isaacus Verburgius ad Ovidii Trist. II, 369, et scriptores a me laudati in Bibliotheca Latina II, 5. A Menandro dicti Menandriani et Menandrianistæ, ut notatum Coteterio ad Constitut. Apostol. VI, 8. FABRIC.

[j] *Discipulus factus ipsius.* Epiphan. XXII, 1 : Μένανδρός τις ὃς ἀπὸ Σαμαρειτῶν ὁρμώμενος ἐγένετο μαθητεύων τούτῳ τῷ Σίμωνι ἐν χρόνῳ τινί. Successorem Simonis Menandrum vocat Irenæus lib. I, c. 20; Eusebius III, c. 26. FABRIC.

[k] *Secutus in omnibus.* Epiphanius p. 61 : Ὅμοια δὲ τῷ ἑαυτοῦ διδασκάλῳ τὰ πάντα συνυφαίνων, καὶ γοητείαις καὶ ταῖς ἄλλαις μαγγανείαις οὐ διέλειπεν, οὐδὲν δὲ διήλλαττε τῇ διδασκαλίᾳ, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ἑαυτὸν ἔλεγε μείζονα μᾶλλον ἢ τὸν πρὸ αὐτοῦ ὄντα αὐτοῦ διδάσκαλον. Hinc Joannes Damascenus Menandrianos in quibusdam a Simonianis dissidere scribit c. 22, διαφερόμενοι δὲ πρὸς τοὺς Σιμωνιανοὺς κατά τι. Tertull. c. 46 : *Eadem dicens quæ Simon ipse : quidquid Simon dixerat, hoc se Menander esse dicebat, negans habere posse quemquam salutem, nisi in nomine suo baptizatus esset.* Certe si Theodoretum et Irenæum audimus, non vocabat se Menander τὴν πρώτην δύναμιν ut Simon, sed ab illa missus hominum Σωτὴρ haberi cupiebat. FABRIC.

[l] *Saturninus.* Ita et Tertulliani codices cap. 46, nec non Eusebii IV, 7, Hist. Eccles.; Constitut. Apost. VI, 8; Augustini item c. 3, et auctoris Prædestinati cap. 5, et Irenæi lib. I cap. 22; at Theodorito Σατορνῖλος, et Epiphanio ac Damasceno cap. 23. Abulpharaio, *Soterinus*. Antiochiæ ad Daphnen in Syria vixisse ex Irenæo cognoscimus, Menandri discipulum tradit idem Theodoretus. FABRIC.

[m] *Distare angelos a virtute illa.* Epiphan. XXIII, 1 : διιστάναι τῆς ἄνω δυνάμεως. Hanc *virtutem supernam* mox Philaster appellat. Tertullianus cap. 46 : *Innascibilem virtutem, id est Deum in summis et illis infinitis partibus et in superioribus manere; longe autem distantes* (id est, inferiores) *ab hoc angelos, inferiorem mundum fecisse.* Petavius apud Epiphanium διιστάναι vertit *defecisse*, ut XXVII, 2, ἀποστάντες. FABRIC.

[n] *Divisum per ordinem angelis.* A septem angelis mundum factum, ex Saturnini mente scribit Irenæus, et inter septem illos mundum divisum addit Epiphanius : Ἑπτὰ δέ τινας τὸν κόσμον πεποιηκέναι καὶ τὰ ἐν αὐτῷ· τὸν κόσμον δὲ κατὰ μερισιαν ἑκάστῳ ἀγγέλῳ κεκληρῶσθαι. FABRIC.

[o] *Lumen dimissum.* Epiphanius : Ὁμοῦ δὲ συνελθόντας τοὺς αὐτοὺς ἀγγέλους ἐντεθυμῆσθαι, καὶ κοινῇ τὸν ἄνθρωπον πεποιηκέναι κατὰ τὴν μορφὴν τοῦ ἄνωθεν παρακύψαντος φωτός. Ita legendum pro τῆς ἄνωθεν παρακυψάσης φωνῆς. Nemo cui veteres codices ins

concupiscentiam adduxit angelos, statimque ascendit in cœlum. [a] At illi cupidi ipsius luminis facti, virtutem ejus videre cupiebant : non prævalentes autem, ad invicem dixerunt : *Facianus* [1] *hominem secundum imaginem et* [b] *similitudinem nostram.* Et facto homine, quia impotens erat, [c] salvari non potuit. Videns itaque virtus superna quod illi [2] hoc fecerunt, misit scintillam, quæ correxit hominem et suscitavit [d] et fecit enim vivere. [e] Scintillam itaque [3] volunt salvari, alia autem virtutibus illis quæ fecerunt dimitti ac derelinqui suspicantur, Christum autem [f] umbratiliter apparuisse affirmant, non carA nem hominis veram et animam accepisse, atque [g] omnem œconomiam mysterii Salvatoris ita complesse.

XXXII. BASILIDES.

[h] Basilides, qui et [h] Hæresiarches dicitur a multis, quia de Lege et Prophetis, et Apostolis proponendo et loquendo, sentiendo autem aliter, jura violabat Christianæ [8] veritatis. Qui cum [i] venisset Ægyptum, docebat ita definiens : de [j] innato et solo Deo natum fuisse intellectum, de [k] intellecto verbum, de verbo sensum, [l] de sensu autem [6] et virtute sapientiam,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] hominem ad imaginem
[2] hoc fecerant
[3] volunt salvari, aliam autem

B

[h] Post istos Basilides qui... qui de lege
[8] veritatis, qui cum venisset Ægyptum dicebat
[6] et virtutem Sapientiam

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

sunt ignorat, terminationes vocum solere exprimi per scribendi compendia; unde non mirum, admissa falsa lectione vocis φωνὴς pro φωτὸς, etiam mutatum τοῦ in τῆς et παρακύψαντος in παρακυψάσης. FABRIC.

[a] Idem Epiphanius : Ἐπειδὴ γὰρ φησὶν, ἄνωθεν τὸ αὐτὸ φῶς παρακύψαν ἐρεθισμόν τινα ἐνεποίησε τοῖς αὐτοῖς ἀγγέλοις, τούτους πρὸς πόθον τοῦ ἄνω ὁμοιώματος ἐπιχειρῆσαι τοῦ ἀνθρώπου τὸ πλάσμα ποιῆσαι. FABRIC.

[b] *Similitudinem nostram.* Nisi vocabulum *nostram* additum est ut in quibusdam Irenæi codicibus et Theodoreti ab aliena manu, Philaster erravit qui hoc adjunxit. Nam Saturninus verba Dei Genes. I, 26, ita tribuit angelis, ut statueret eos hominem non ad suam sed ad lucis illius et supremæ virtutis imaginem condidisse, itaque tantum scripsit : Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα καὶ καθ' ὁμοίωσιν, et ἡμετέραν omisit, ut diserte testatur Epiphanius. FABRIC.

[c] *Salvari non potuit.* Epiphanius : διὰ τὸ αὐτῶν (ἀγγέλων) ἀδρανὲς μὴ δύνασθαι αὐτὸν τελεσφορῆσαι, κεῖσθαι δὲ καὶ σκαρίζειν χαμαὶ κείμενον, etc. Irenæus : *Qui cum factus esset, et non potuisset erigi plasma propter imbecillitatem angelorum, miserantem ejus desuper virtutem, quoniam in similitudinem ejus esset factus, emisisse scintillam vitæ quæ erexit hominem et articulavit et vivere fecit.* Ephiph., ἐζωογόνησε. Theodorit. : τοῦ δὲ πλάσματος ἀνορθοῦσθαι μὴ δυναμένου. ἀλλὰ σκώληκος δίκην ἑρπύζοντος, οἰκτείρασα, φησὶν, ἡ θεία δύναμις ζωῆς σπινθῆρα κατέπεμψεν, καὶ τὸν ἀτελῆ ἄνθρωπον ἐτελεσιούργησε. FABRIC.

[d] *Et fecit enim vivere.* Sic legitur in editione Hamburgensi Fabricii, vitio operarum; Sichardus vero recte *fecit eum vivere.* Quod hic ait Philastrius *scintillam*, idem fortasse illud est quod ait Horatius II, Sat. 2, *divinæ particulam auræ. Scintillam* vocat Prudentius quoque Hamartigen. vers. 852. Vide infra c. 126, ibique Fabricium, Gatakerum item ad M. Antonini II, 2, pag. 48, edit. Londin., cui addas licet Annot. Dacerianas p. VIII. Seleuciani porro, et Hermianitæ, *animas hominum de igne, et spiritu esse* æstimabant, ut tradit Philastrius infra cap. 55. GALEARD.

[e] *Scintillam salvari.* Scintillam, animam intellige quam ad Deum redire docebat Saturninus, reliquum hominis interire ac dissolvi. Tertull. : *Cujus lumen illud et virtutem misertam* (ita lege pro *misericordiam*) *scintillam salvam esse, cætera hominis perire. Resurrectionem carnis nullo modo futuram esse.* FABRIC.

[f] *Umbratiliter.* Κατὰ δόκησιν, et putative. Tertull. : *Christum in substantia corporis non fuisse, et phantasmate tantum quasi passum fuisse.* Idem de Saturnino Irenæus, Epiphanius, Theodoritus, et alii. FABRIC.

[g] *Omnem œconomiam.* Incarnationem et quæcumque Christus vel egit vel passus est nostri causa, hoc œconomiæ vocabulo veteres scriptores solent complecti. Vide B. D. Eliæ Veielii et Joan. Philippi Pfeiferi singulares de hac voce dissertationes, Lucæi notas ad Chrysost. tom. VIII, Savil. p. 372, Casaubonum ad Nysseni epist. p. 105, Vulcanium ad Cyrill. p. 116, Grabium ad Irenæum p. 419, Gataker. ad Antoninum p. 330, Thesaurum Suiceri. FABRIC.

[h] *Hæresiarches.* Princeps hæreseos Gnosticorum Eusebius Chron. ad an. 17 Hadriani : *Basilides hæresiarcha in Alexandria commoratur, unde Gnostici.* FABRIC.

[i] *Venisset Ægyptum.* Pro eo quod frequentius dicimus, *in Ægyptum.* Cæterum nec illud alterum abhorret ab usu præstantissimorum latinæ linguæ scriptorum Livii, Justini, Taciti. Vide Gronovium ad Taciti Annalem secundum, cap. 59. FABRIC.

[j] *Innato et solo Deo.* Sequitur Philastrius ut solet Epiphanium XXIV, 1, ubi ex Basilidis sententia ponitur : 1° τὸ ἀγέννητον, ὅ μόνος πάντων πατήρ; 2° Νοῦς; 3° Λόγος; 4° Φρόνησις; 5° Δύναμις καὶ Σοφία; 6° Ἀρχαὶ, ἐξουσίαι, ἄγγελοι, Angeli, inquam, a quibus conditum summum primum cœlum, illusque incolæ creati angeli. Ab his aliud iterum cœlum, angelique, et ab illis iterum aliud, usque ad novissimum vicinumque nobis trecentesimum sexagesimum quintum. Confer Irenæum lib. I cap. 25, Theodoretum lib. I de Hæret. fab. c. 4. FABRIC.

[k] *Intellecto.* Pro *intellectu* quasi genitivus esset *intellecti*, ut *Senati, ornati, tumulti*, pro *Senatus, ornatus, tumultus*, et simulia collecta a Claudio Dausqueio p. 96 et 103 Orthographiæ. FABRIC.

[l] *De sensu et virtute sapientiam.* Ex Epiphanio legendum, *de sensu virtutem et sapientiam*, ἐκ δὲ τῆς φρονήσεως Δύναμις καὶ Σοφία. Illa amuleta præter Macarium et Chifflectium illustrat T. Ittigius de Hæresiarchis p. 101 seq., Athanas. Kircherus in Arithmologia p. 169 seq., Raph. Fabretius Inscr. p. 531 seq. FABRIC.—*De sensu autem et virtute.* In ms. Corbeien. *de sensu autem et virtutem;* verum manifesta est transpositio copulæ, quare legendum *de sensu autem virtutem et*, quod quidem etiam Fabricio observatum ex Epiphanio. Liceat porro mihi ad illustrandam istam Basilidianorum hæresim, proferre inedituam summi viri Nicolai Claudii Peireskii epistolam, quam mihi suppeditat ms. codex epistolarum ejusdem clarissimi auctoris, ex bibliotheca eminentissimi cardinalis Quirini bono litterarum nati.

Lettre du Sieur de Peiresc sur les Abraxas.

« Fu error mio di scrivere a V. S. che 'l primo autore della parola ABPAΞAΣ fosse vissuto a' tempi di Giuliano, poscia ch' egli morì sotto Adriano, e si

de virtute autem et sapientia principatus et potestates, et angelos factos diversos. Ipsi enim angeli fecerunt, inquit, [a] cœlum, post illos alii angeli fecerunt cœlum, ita ex aliis alii prolati fecerunt tertium cœlum, qui secundum ordinem et alii, inquit, fecerunt trecentos sexaginta quinque cœlos, et imponit virtutibus illis [b] nomina angelica, et ipse [c] magiis vacans itidem multos imperitos decepit. [d] Hominem autem ab angelis factum asserit. Dominum etiam verum omnipotentem [e] et eum audet angelum dicere,

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

chiamò Basilide (*Vid. Bar. ad ann.* 1700, *num.* 7 *et seqq., ejusque Additiones ad num.* 13, *quæ habentur in calce tom.* XII, *pag.* 570). E' ben vero che la sua eresia ripullulò in quei tempi, e durò anco fin a Valentiniano, e più abbasso; accresciuta da quelle de' Nicolaiti, Gnostici, Carpocratiani, Marcosii, Heracleoniti, Ophiti, Arcontici, Severiani, Sampsai, Bardasianisti, Cathari, e molte altre le quali nacquero quasi tutte in un medesimo tempo; e sebbene era qualche diversità tra loro, volevano nondimeno tutti, che il mondo fosse fatto da gli angeli, o da certe potenze angeliche imaginate, e battezzate di certi nomi barbari, tratti quasi tutti in senso occulto dalle finzioni poetiche d' Esiodo, e degli altri Greci, e molte volte osservando la maniera del parlare Ebreo, o Siriaco. Quasi tutti s'accordavano nel numero di sette cieli, nel supremo de' quali dicevano ch' era Sabuoth, Saldabaoth, o l'opifice di questo mondo, figliuolo di Achamoth, da altri chiamato Barbelo, Prunico, o Methra. Basilide solo con alcuni altri credeva fino a' 365 cieli, ed altretante virtù, che gli governavano, cioè angeli barbaramente nominati, dominati tutti dalla principale ΑΒΡΑΞΑΣ che in lettere Greche fa in numero 365, e da qui provano il numero de' Cieli, delle potenze, de' giorni dell' anno, e de' membri del corpo umano, dandogli una potenza per ciascuno; altri introducono 30 secoli principali tutti colle loro denominazioni barbare; in somma sarei troppo lungo se volessi raccontare minutamente gli articoli delle loro Eresie. Sarà meglio che V. S. vegga lei stessa lo Epiphanio contro le 80 Eresie, nelle quali sono certo, che V. S. troverà molte cose di suo gusto, ed avendo compreso i misterj loro potrà facilmente dar qualche esposizione alla maggior parte delli suoi falsi hierogliphici.

« Nondimeno rivedendo gl' impronti mandatimi da V. S. mi parve, che le tre figure che si veggono nella corniola bianca, e nell' amandola di calcedonio di V. S. si possano forsi interpretare così: che la donna più alta, cioè la velata sia l'Achamoth de' Valentini; che l'altra, che pare un amore, sia suo figliuolo Saldabaoth, in atto d' insufflare l'essenza animale all'uomo sua creatura, per instinto di sua madre. Le lettere che nell'amandola di Calcedonio sono tra la figura inginocchiata, e quella di Achamoth, sono l'istesse con quelle che sono nel rovescio della corniola bianca; ma poco costrutto se ne può trarre, se non che ποιῶ vuol dir *facio*, ΧΑΡΙΣ, *grazia*; ΚΥΠΡΙΣ, *bellezza*; ΒΟΥΒΑΣΤΙ sarà forse il nome d' una bella città d' Egitto, o d' una prefettura lì vicina, chiamata *nomos Bubaster*, o *Bubastites*, dove particolarmente abitavano cotesti eretici.

« Nel rovescio dell'amandola di Calcedonio, li tre nomi barbari, che vi sono in mezzo, crederei che fossero di tre di que' principati; le altre lettere moltiplicate che sono nel giro, crederei che dinotassero li sette Cieli, secondo la mente de' Marcosii eretici, cioè A il primo, ΕΕ il secondo, ΗΗΗ il terzo, ΙΙΙΙ il quarto, ΟΟΟΟΟ il quinto, ΡΡΡΡΡΡ il sesto, ΩΩΩΩΩΩΩ il settimo, li cui misteri lei stessa potrà veder nel suddetto Epiphanio. Similmente i nomi di quei sette Angeli, che sono nel rovescio del diaspro verde, stimo che siano messi per dinotare i sette Cieli secondo l'eresia de' Valentini, cioè Michael, Gabriel, Uriel, Raphael, Ananiel (e per compir il numero settenario credo ch' egli abbi finto questi), Prosorael, e Chabediel. Nel mezzo del clipeo della figura mostruosa, che è di altra parte del detto diaspro, si veggon quelle lettere $\frac{\text{I}}{\text{A}}$ cioè ΙΑΩ, che è una parola, che proferì il Termine nel voler impedire i disegni di Achamoth, e si dette poi per nome al Principato più vicino a noi figliuolo di Achamoth, chiamato patrone del Mondo, il quale inghiottisce tutte le anime, ch' escono de' corpi umani, eccetto di cotesti Eretici, e poi insieme cogli escrementi le ributta per la coda fatta a guisa di serpente, e le manda a rinchiudere nei corpi delle bestie. L' istesso nome ΙΑΩ si vede sotto una simile figura, che nella corniola di V. S. che ha un leone, e sette stelle per rovescio, tiene una mano sulla testa di una figurina umana, forse di qualch' uno di questi Eretici. Si veggono anco le medesime lettere in una sua corniola sotto una figura diversa dall' altra, ma pure molto fantastica, la quale ha la testa di Serapide, il corpo nudo, coll'ale da angelo, una coda d' uccello, e di più un'altra coda di serpente, con lettere fra certi bastoni ΜΝΗCΤΗΡ, li quali mi ricordo aver già interpretato a V. S. un'altra volta.

« Nell' agata grande sarà forsi quel Termine così potente de' Valentini, che si fingeva stare nel primo quaternario di secoli, o angeli sul maschio, e su la femina. Quell' ADONAI e SADDAI in plasma sarà forsi a proposito degli Archontici. PERIESC.

« Di Padova alli 8 Marzo 1692. »

Basilidiani, et Valentiniani a Peireskio illustrati leguntur in ejus Vita per Gassendum conscripta lib. I, pag. 36, ut etiam Irenæi, Epiphanii (fortasse quoque Philastrii nostri) historia de antiquis Sectariis testante ibidem Pignorio pag. 60. *Fabricio acceptum fieri debet omne id quod e Nataliiii Benedicti pretiosis loculis evulgamus*; — *ea enim omnia quæ ad illustrandum Epiphanii, Irenæi, et aliorum Patrum historiam sectarios antiquos exagitantem attulimus, inde profecta sunt.* GALEARD.

[a] *Cœlum.* Summum puta illud et primum ex cœlis CCCLXV, quorum numerus diebus anni respondens designatur, nomine in amuletis Basilidianis obvio ΑΒΡΑΞΑΣ. FABRIC.

[b] *Nomina angelica.* Epiphanius XXIV. 2, ait angelos a Basilide κατὰ μιμολογίαν ὀνοματοποιουμένους. Irenæus: *Nomina quoque quædam affingentes quasi angelorum annuntiant hos quidem esse in primo cœlo, hos in secundo, et deinceps nituntur* CCCLXV *mentitorum cœlorum et nomina et principia et angelos et virtutes, exponere.* Theodoretus: καὶ ἀγγέλων δὲ ὀνόματα διαπλάσαντες. Damascenus: λέγει γὰρ τοὺς οὐρανοὺς εἶναι. καὶ τούτοις ὀνόματα ἀγγελικὰ ἐπιτίθησι. FABRIC.

[c] *Magiis vacans.* Idem Irenæus de Basilidis schola lib. I, c. 23: *Utuntur et hi magia et incantationibus* (ἐπῳδαῖς Theodoret.) *et invocationibus et reliqua universa periergia.* Epiphanius: Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ μαγγανικαῖς μηχανίαις προσανέχων οὐκ ἐπαύσατο καὶ περιεργίαις ὁ ἀπατεών. FABRIC.

[d] *Hominem ab angelis.* Epiphan.: πεπλᾶσθαι τὸν ἄνθρωπον, et τὴν κτίσιν ταύτην γεγενῆσθαι. Homines e omnia hæc inferiora a trecentesimo sexagesimo quinto cœlo ejusque angelis conditum statuit Basilides. Vide Augustinum de Hæres. cap. 4, Theodoretum. FABRIC.

[e] *Et eum audet angelum dicere.* Epiphan.: Βλασφημῶν αὐτὸν τὸν παντοκράτορα Κύριον τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν μόνον καὶ οὐχ ἕτερον... ἵνα βούλεται παριστᾶν τῶν ὑπ' αὐτοῦ λεγομένων ἀγγέλων. Deum Judæorum Basilides b--

et accepisse genus Judæorum in hæreditatem, et eduxisse eos [a] de terra Ægypti. Hic ergo [b] audacior factus, elatus est, inquit, adversus cæteros angelos, et volens in subjectione habere alios, habuit contrarias gentes, quas commoverunt Virtutes inimicæ ejus. Ideo et contra Judæos diversæ gentes, inquit, surrexerunt. Christum autem dicit [1] quasi [c] per umbram putative passum fuisse. Simonem etiam Cyrenæum pro eo ad Passionem venisse affirmat : ipse enim, inquit, [2] [d] portavit ejus crucem. Hic etiam [e] male permittit vivere, et dat licentiam vitiis sæcularibus inhærere : [f] prohibet etiam pati martyrium homines pro nomine Christi, dicens ita : [g] *Ignoras quid desideras : non enim passus est*, inquit, *Christus, neque crucifixus est : quomodo itaque potes*, inquit, *confiteri hunc crucifixum, cum non sit crucifixus*, et ignoras qui passus sit.

XXXIII. NICOLAUS ANTIOCHENUS.

Nicolaum Antiochenum [h] adveniam qua sit amentia deceptus, videamus, qui sub Apostolis fuit, atque ab eis est electus Diaconus septimus, ut scriptum est in Actibus Apostolorum (*Act.* VI, 5). Posteaque [i] recedens ab eis, atque a sana doctrina, diversis erroribus et fallaciis pessumdatus est. Qui fuit primum cum Apostolis et Stephano beatissimo martyre : qui [j] dicit et ipse [k] Virtutes esse plurimas,[l] unde et Gnostici, qui scire se aliquid putant, maxime emerserunt. [m] Isti [3] Barbelo venerantur, et [n] Noriam quamdam mu-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quasi umbram
[2] portavit crucem... Christi Domini dicens
[3] Isti Barbelum

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

buit pro principe angelorum cœli trecentesimi sexagesimi quinti. Irenæus lib. I, cap. 23 : *Eos autem qui posterius continet cœlum angelos, quod etiam a nobis videtur, constituisse ea quæ sunt in mundo omnia, et partes sibi fecisse terræ et earum, quæ super eam sunt, gentium. Esse autem principem ipsorum eum, qui Judæorum putatur esse Deus. Et quoniam hic suis hominibus, id est Judæis, voluit subjicere reliquas gentes, reliquos omnes principes contra stetisse ei et contra egisse.* FABRIC.

[a] *De terra Ægypti.* Epiphanius XXIV, 2 : Ἐληλυθέναι δὲ τοὺς Ἰουδαίους εἰς κλῆρον αὐτοῦ καὶ τὸν αὐτὸν ὑπὲρ ἀγγέλων αὐθαδέστερον, ἐξαγαγεῖν δὲ τοὺς υἱοὺς Ἰσραὴλ ἐξ Αἰγύπτου αὐθαδεία βραχίονος ἰδίου, διὰ τὸ εἶναι αὐτὸν ἰταμώτερον τῶν ἄλλων καὶ αὐθαδέστερον. FABRIC.

[b] *Audacior factus.* Idem Epiphanius, pag. 70 : Ὅθεν διὰ τὴν αὐθάδειαν αὐτοῦ βεβουλεῦσθαι τὸν αὐτὸν αὐτῶν Θεὸν καθυποτάξαι τῷ γένει τοῦ Ἰσραὴλ πάντα τὰ ἄλλα ἔθνη, καὶ διὰ τοῦτο παρεσκευακέναι πολέμους. FABRIC.

[c] *Per umbram putative.* Ὡς δοκήσει πεφηνότα, umbratiliter, ut supra c. 29 et 51. Basilides apud Epiphanium XXIV, 3 : οὐχὶ Ἰησοῦν πεπονθέναι, ἀλλὰ Σίμωνα τὸν Κυρηναῖον, etc. Irenæus : *Quapropter neque passum eum, sed Simonem quemdam Cyrenæum angariatum portasse crucem ejus pro eo, et hunc secundum ignorantiam et errorem crucifixum, transfiguratum ab eo ut putaretur ipse esse Jesus : et ipsum autem Jesum Simonis accepisse formam, et stantem irrisisse eos.* Hujus de Simone commenti Basilidiani vestigium in tenebrionis Muhamedici pseudevangelio, quod S. Barnabæ Apostoli nomine proscriptum, exstat. FABRIC.

[d] *Portavit ejus crucem.* Matth. XXVII, 32 : Marc. XV, 21 ; Luc. XXIII, 26. At que ex Lucæ verbis suspicetur aliquis non mutuam sive vicariam, sed sociam potius operam Christo crucem suam ferenti Joan. XIX, 17, Simonem præstitisse. Licet vero solus etiam pro Christo Simon ad aliquod tempus crucem gestaverit, non ideo si Judæi omnes tam fuere stupidi, captique oculis, etiam Evangelistas et Apostolos omnes aliquis nobis fingat tam ignaros, vel mala fide, ut Christum crucifixum a Judæis traderent, et Paulus hoc omnem suam glorietur esse scientiam quod norit Christum, eumque crucifixum (I Corinth. II, 2). FABRIC.

[e] *Male permittit vivere.* Simonis Magi exemplo ut docet Epiphan. : Πᾶσαν ἐπιτηδευτὸν κακομηχανίας καὶ ἀσελγείας ἐπιτρέπει τοὺς αὐτῷ μαθητευομένους ἐπιτελεῖν, ἄνδρας μετὰ γυναικῶν πολυμιξίαν τινὰ κακῆς ὑποθέσεως τοὺς αὐτῷ πεισθέντας διδάσκει. Irenæus : *contemnere et idolothyta et nihil arbitrari, sed sine ulla trepidatione uti eis : habere autem et reliquarum operationum usum indifferentem et universæ libidinis.* FABRIC.

[f] *Prohibet pati martyrium.* Epiphanius XXIV, 4 : διδάσκει μὴ δεῖν μαρτυρεῖν. Irenæus : *Ita, inquit, omnes cognosce, te autem nemo cognoscat. Quapropter et parati sunt ad negationem qui sunt tales, imo et magis ne pati quidem propter nomen* (Christi) *possunt, cum sint omnibus* (etiam non Christianis) *similes.* FABRIC.

[g] *Ignoras quid desideras.* ποθεῖς ὃ ἀγνοεῖς. FABRIC. — *Ignoras quid desideras.* Hæc Philastrii verba, imo potius Basilidis, recitat Iltgius Hist. Eccl. sec. II, p. 301, ubi male pro c. 32, legitur 23, et pro Philastrius *Philostrius.* GALEARD.

[h] *Ad eum.* Προσήλυτον (Actor. VI, 5). Nicetæ quidem lib. IV Thesauri vocatur *Antiochenus ad Daphnen.* Fuere enim et aliæ decem amplius urbes, Antiochiæ nomine, præter celebrem illam Syriæ quæ ad Daphnen appellabatur, et Saturnini sedes fuit teste Epiphanio XXIII, 1. FABRIC.

[i] *Recedens ab eis.* Multi etiam veteres Nicolaum ipsum ab hæresi et criminibus liberant, discipulos Nicolai arguunt. Vide Gobarum apud Photium cod. CCXXXII et Cassian. XVIII, 16, collat. recentioribus ; D. Itigium τὸν μαχαρίτην diss. I de hæresiarchis Apostolicæ ætatis c. 9, et Cotelerium ad lib. VI Constitutionum Apostol. cap. 8, p. 336 seq. Dubitare videtur Augustinus c. 5 de Hæres. Nicolaum Nicolaitarum auctorem contra Natal. Alexandrum disputat Ambros. Gardebosc tom. I Hist. Eccl. part. IV, diss. 3. *Mém. de Trévoux*, 1713, pag. 1494 seq. Etiam Nicolaitas ex hæreticorum catalogo expungendos singulari dissert. contendit D. Joan. Guil. Janus Witteb. 1723, in-4° recusa, tom. II Thesauri novi philologico-theologici, p. 1016. Sed contra Joan. Laur. Mosheim. dissertt. ad Hist. Eccles., pag. 389, 457 ; vid. et Grotium ad Act. XX, 30, Budeum in Ecclesia Apostolica. FABRIC.

[j] *Qui.* Nicolaus, puta, non Stephanus. FABRIC.

[k] *Virtutes.* Id est æones, sive angelos, de quibus paulo infra. FABRIC.

[l] *Unde et Gnostici.* Gnosticos a Nicolao incrementa sumpsisse tradunt etiam alii, ut Nicetas. Quin et Irenæus III, 11, Nicolaitas vocat *vulsionem ejus quæ falso cognominatur scientia.* Atque Epiphanius XXVI, 1, de Gnosticis : οὗτοι δὲ οἱ τούτῳ τῷ Νικολάῳ συνεζευγμένοι. Confer Augustin. c. 6. FABRIC.

[m] *Barbelo.* A בר filius et בעלה Domina, quasi filium Dominæ dicas, ut notavit Joan. Croius. Confer quæ Viri docti ad Irenæum lib. I, cap. 35. Inde dicti Gnostici *Barbelitæ*, sive *Barbeliotæ*, vide Cotelerium ad Damascen. pag. 761. Apud Nicetam male *Borboliti*, cum supra jam memorasset Borborianos. FABRIC.

[n] *Noriam.* Ita scripsi pro *Noram* : illud enim ab igne sive luce (ut Græcum Pyrrhæ Deucalionis) petitum nomen ferebant esse conjugis Noemi patriarchæ. Iren. lib. I, c. 34 ; Epiphan. XLVI, 1. Apud Damascenum de Hæres. c. 26, pro Βαρβήλω καὶ Βαρῶ videtur

lerem. Alii autem ex eis [1] [a] Jaldabaoth quemdam, alii autem [b] Cavlacav hominem. Dicunt autem et dogmata ponentes ista. [2] Ante erant solum tenebræ et [c] profundum [3] et aqua, atque [d] terræ divisio facta est in medio, et spiritus separavit hæc elementa. Tunc ergo [e] tenebræ irruentes in spiritum genuerunt quatuor Æonas, et isti quatuor genuerunt [f] alios quatuor Æonas. Hoc autem dextra atque [g] sinistra lux, [4] inquiunt, sunt. Et quemdam etiam concubuisse cum illa muliere et virtute dicunt, de qua nati sunt dii, [h] et homines, et angeli, et septem spiritus dæmoniorum. Addunt etiam prophetas quosdam natos [5] de ea, speciosо nomine, et [i] Barcaban. Alii autem [j] Evangelium consummationis, et visiones inanes, et plenas fallaciæ, et somnia videre diversa asserunt, delirantes.

XXXIV. HÆRESIS AB JUDA TRADITORE.

Alii autem [k] ab Juda traditore instituerunt hæresim dicentes: bonum opus fecisse Judam, quod tradiderit Salvatorem. Hic enim, inquiunt, nobis omnis [l] scientiæ bonæ auctor exstitit, per quem cœlestia nobis mysteria manifestata sunt. [m] Virtutibus etenim in Cœlo [6] nolentibus pati Christum, et scientibus quod si fuerit passus, vitam hominibus donaturus sit: hoc sciens, inquit, Judas, quod si fuerit passus Christus, salutem hominibus allaturus esset, hinc tradidit Salvatorem. Hoc autem malum assertionis impiæ quibusdam vanis et vecordibus quasi verisimile videtur esse interdum, cum sit in omnibus contrarium et exsecrabile, [7] cum propheta David ante (*Psal.* LXIX, 25; CIX, 8), et Dominus Salvator (*Matth.* XXVI, 24; *Joan.* XVII, 12) damna-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Jaldabot
[2] Ante inquit erat solem tenebræ
[3] et aqua atque ex his divisio
[4] inquit, sunt et tenebræ: quemdam
[5] de ea speciosum nomen Barcaban
[6] nolentibus inquit pati Christum
[7] cum propheta eum David beatus ante

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

legendum Βαρβελὼ καὶ Νωρίαν, vel potius Βάρβελον καὶ Βαρβελὼ, hæc enim duo distincte memorat Irenæus lib. I, cap. 33, licet apud Epiph. XX, 2, legitur Βαρβερὼ ἤτοι Βαρβηλώ. FABRIC.

[a] *Jaldabaoth.* Quasi יה אל דבאות Deus roboris. V. C. Sam. Basnage Annal. ad A. C. 83, num. 6. Confer Irenæum lib. I, c. 34, et Nicetam IV, 9, ubi vides Deum Judæorum Ophitis hoc nomine venisse. FABRIC.

[b] *Cavlacav.* Ita scripsi pro vitioso *Calacaum.* Theodorit., Καυλακούαν Petitum nomen est ex Isaiæ XXVIII; 10, קו לקו, ut præter Epiphanium XXV, 4, notarunt Hieronymus ad Isaiam et Nicetas (tom. XXV Bibl. Patrum Lugd. p. 109), ubi Danielis visio duodecima perperam allegatur pro Isaiæ. De nomine illo disserunt Petavius ad Epiph. p. 44, Wetstenius ad Origenem p. 102, et Sam. Basnage tom. I Annal. p. 790. Quem porro *hominem* præsenti loco ab hæreticis cultum Philastrius scribit, Epiphanius XXV, 3, vocat ἄρχοντά τινα, hoc est æonem, sive angelum. Theodoretus vero Christum ipsum hoc nomine veneratos innuit lib. I de Hæreticis fab. cap. 4, ita Cavlacav fuisset illis quasi *exspectatus.* FABRIC.

[c] *Profundum et aqua.* Ita legendum pro *profundum ex aqua.* Epiphanius XXV, 3: λέγοντες ὅτι σκότος ἦν καὶ βυθὸς καὶ ὕδωρ. FABRIC.

[d] *Terræ divisio.* Id est terræ ab aqua separatio: Genes. I, 9. FABRIC.

[e] *Tenebræ irruentes.* Sic legendum pro *tenebras intuentes* quod habebant editiones. Epiphanius: τὸ δὲ σκότος ἦν χαλεπαῖνον τε καὶ ἐγκοτοῦν τῷ πνεύματι, ὅπερ σκότος ἀναδρομὸν περιεπλάκη τῷ πνεύματι. FABRIC.

[f] *Alios quatuor.* Apud Epiphanium *alios quatuordecim.* Sed Philastri lectio recta est, et ex eo potius Epiphanii codices emendandi. FABRIC.

[g] *Sinistra lux, inquiunt, sunt.* Videtur legendum: *dextra atque sinistra, lux, inquiunt, et tenebræ sunt.* Epiphanius: καὶ γίγονε δεξιά τε καὶ ἀριστερὰ φῶς καὶ σκότος. FABRIC. — *Sinistra lux, inquiunt, sunt.* Addit Fabricius: *Videtur legendum: dextra atque sinistra lux, inquiunt, et tenebræ sunt;* quæ certa omnino emendatio est, eique præter Epiphanium a Fabricio allatum, suffragatur etiam Corb. cod., in quo legitur: *dextra atque sinistra lux, inquit, sunt et tenebræ.* Deinde omissa copula, *quemdam.* Sic eodem loco recte restituit Fabricius *Barcaban* pro *Barabba;* ubi Corb. quoque emendate, *de ea speciosum nomen Barcaban;* editiones vero pessime, Barrabam; et cap. 36, ubi in editis occurrebat, *et ipsum Dominum Judæos esse,* reposuit ex Cotelerio *Dominum Judæorum esse.* Sic cap. 51, cum in editionibus inepte legeretur μετάνισμον, aut μεταννικοὶν, uti habet Lugdunensis cæteris deterior, mendum jampridem in not. ad Clem. Alex. Potteri p. 516 observatum et emendatum. Fabricius quoque advertit ac reddidit μεταγγισμὸν (in Corb. cod., *metangesmon*), ex quo Augustino et aliis Metangismonitæ; quare summi viri sedulitas et solertia in restituendo Philastrii textu meritis laudibus prosequenda est. GALEARD

[h] *Et homines.* Hominum nulla hic apud Epiphanium XXV, 5, mentio. FABRIC.

[i] *Barcaban.* Βαρκαββᾶν. Ita restitui ex Epiph. XXVI 2, Eusebio IV Hist. 7, Hieronymo cap. 21 de Scriptor. Eccles., Theodorito, aliisque pro *Barraba* quem male ingesserant superiores editiones. De suo autem addidit Philastrius quod Prophetas hosce ex virtute illa natos Gnostici jactaverint. FABRIC.

[j] *Evangelium consummationis.* Εὐαγγέλιον τελειώσεως. Epiph. XXVI, 2. FABRIC.

[k] *Ab Juda traditore.* Judaitas appellat pseudo-Hieronymus cap. 8 indiculi hæresium. Consimilem opinionem infra cap. 36 Philastrius noster tribuit Cerintho. Alii Caianis de quibus cap. 2. De recentioribus idem delirium recoquentibus vide, si libet, B. D. Ittigium de hæresiarchis Apostolicæ ætatis diss. 2, p. 115, et Joan. Henricum Ottium Hist. Anabaptisticæ, p. 267. FABRIC.

[l] *Scientiæ bonæ.* Consilii divini de nostra per Christi mortem salute: cui soli, non autem Judæ referri gratias a nobis, neque proditionem pro causa salutis nostræ habere oportet, cum divina Sapientia, cui malitiam Judæ in bonum finem deflectere placuit, aliis etiam modis consulere saluti nostræ potuisset. Præclare hanc in sententiam S. Chrysostomus homilia 82 in Matthæum, p. 854, et homilia 84, pag. 875. FABRIC.

[m] *Virtutibus in cœlo nolentibus pati Christum.* Angelorum ipsum sive peccatum aliqui veterum olim putarunt fuisse invidiam in homines, non modo quod ad imaginem Dei essent conditi, sed etiam quod Salvatorem Deus missurus peccantibus fuisset, ut docuit B. D. Spenerus in vindiciis germanice editis adversus Danielem Hartnaccium pag. 19 sq. Eadem sententia placuit recenti ætate paulo Sherlogo in dioptra antiquitatum Hebraicarum; ait enim Luciferum rabide tulisse, cum inter magna alia arcana Sacramentum Incarnationis futurum rescivisset. FABRIC.

verit, et [a] beati Apostoli sententiam Domini adversus eum confirmaverint edocentes (*Act.* I, 18, 25).

XXXV. CARPOCRAS.

Post istum [b] Carpocras nomine surrexit, et ipse dicens [c] Unum Principium, de quo Principio, id est, de Deo, prolationes factæ sint Angelorum atque Virtutum : [d] quæ autem Virtutes [1] deorsum sint, fecerint [e] creaturam istam visibilem [2] ubi nos consistamus. Christum autem dicit non de Virgine Maria, et divino spiritu natum (*Luc.* I, 35), sed [f] de semine Joseph hominem natum arbitratur, deque eo natum carnaliter, sicut omnes homines, suspicatur. Qui [g] post passionem, inquit, [h] melior inter Judæos vita A integra, et conversatione inventus est, cujus animam in cœlum susceptam prædicat: [i] carnem vero in terra dimissam æstimat, [j] animique salutem solum, carnis autem non fieri salutem opinatur.

XXXVI. CERINTHUS.

[k] Cerinthus successit hujus errori, et similitudini vanitatis, docens [l] [3] de generatione itidem Salvatoris [m] deque creatura angelorum, in nullo discordans ab eo, nisi quia [n] ex parte solum. [o] Legi consentit quod a Deo data sit, et ipsum [4] Dominum Judæorum esse æstimat, qui Legem dedit filiis Israel. Docet autem [p] circumcidi, et [q] sabbatizare, et [r] Christum nondum resurrexisse a mortuis, sed surrecturum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] deorum sunt,
[2] ubi nos, inquit, consistimus

B

[3] de generatione Salvatoris
[4] Deum Judæorum cum esse æstimat

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Beati Apostoli.* In editione Helmst. vocabulum *Apostoli* male excciderat. FABRIC.

[b] *Carpocras.* Καρποκρᾶς etiam Epiphanio XXVII', sed aliis ut Irenæo, Eusebio, Timotheo presb., Theodoreto *Carpocrates.* Sectatores Epiphanio Καρποκράσιοι, aliis ut Augustino c. 7, et eidem Epiphanio XXX, 1, *Carpocratiani;* Niceiæ, *Carpocrateni.* Joan. Frid. Hebenstreitii dissert. de hæresi Carpocratianorum Witteb. 1712. Epist. posteriorem Petri et Epistolam Judæ Carpocratianis oppositam esse suspicatur Hugo Grot. ad vers. 4, 7. 8. FABRIC.

[c] *Unum principium.* Μίαν ἄνω ἀοχὴν καὶ πατέρα τῶν ὅλων, ἄγνωστον καὶ κατονόμαστον. Epiphan. XXVII, 2.

[d] *Quæ autem Virtutes deorsum sint.* Sic non dubitavi scribere pro lectione corrupta, quæ erat in editionibus, *quæ autem Virtutes deorum sint.* Virtutes deorsum existentes dicuntur Angeli, πολύ τι ὑπὸ τοῦ πατρὸς τοῦ ἀγνώστου ὑποδεδηκότες et ἀποστάντες ἀπὸ τῆς ἄνω δυνάμεως ut est apud Epiphanium. Tertulliano dicuntur, *Virtutes longe a superiori principali distantes.* Ab Irenæi interprete, *Angeli multo inferiores ingenito Patre.* FABRIC.

[e] *Creaturam istam visibilem.* Τὸν κόσμον καὶ τὰ ἐν κόσμῳ. Epiphan. FABRIC.

[f] *De semine Joseph hominem natum.* Epiphan. Ἰησοῦν τὸν κύριον ἡμῶν ἀπὸ Ἰωσὴφ γεγενῆσθαι καθάπερ καὶ πάντες ἄνθρωποι ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς καὶ γυναικὸς ἐγεννήθησαν. FABRIC.

[g] *Post passionem.* Post superatos et prætervectos perpessionibus exantlatis, angelos κοσμοποιούς. Epiphanius p. 103, ex Irenæi lib. I, c. 24 : Τὴν δὲ ψυχὴν τοῦ Ἰησοῦ ἐν τοῖς Ἰουδαίοις εἶθεσιν ἀνατραφεῖσαν καταφρονῆσαι αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο δυνάμεις εἰληφέναι δι' ὧν τὰ ἐπὶ κολάσεσι πάθη προσόντα τοῖς ἀνθρώποις δυνηθεῖς πρᾶξαι, ὑπερβῆναι τοὺς κοσμοποιούς. FABRIC.

[h] *Melior.* Tertullianus c. 48 ex Carpocratis sententia ait, Christum *hominem tantummodo genitum, sane præ cæteris justitiæ cultu, vitæ integritate meliorem : hunc apud Judæos passum, solam animam ipsius cælo* D *receptam, eo quod et firmior et robustior cæteris fuerit.* FABRIC.

[i] *Carnem in terra dimissam.* Immissam sepulcro, ibique relictam. FABRIC.

[j] *Animi salutem.* Salutem ponit pro immortalitate; itaque ait carnis salutem a Carpocrate negari, quoniam resurrectionem ille inficiabatur, *ex quo colligeret,* inquit Tertullianus, *tentata animarum sola salute, nullas corporis resurrectiones.* Ita sæpe idem Tertullianus, libro de resurrectione carnis. Philastrius infra cap. 38, de Valentino, *Animam solam salvari, corpus autem hominis non salvari, arbitratur.* FABRIC.

[k] *Cerinthus successit.* Carpocrate posteriorem Cerinthum facit etiam Tertullianus, sive quisquis librum de præscriptionibus appendice locupletavit. Sed Irenæus et Epiphanius et Hieronymus contra Luciferianos Carpocratem licet ante commemorant, tamen tempore priorem non testantur, neque fuisse credibile est, cum Cerinthus Joannis apostoli tempore jam suos errores sparserit, ut præter eumdem Irenæum multi tradunt alii, ne dicam Petro, Jacobo et Paulo apostolis jam quæstionem seditionis movisse, de quo infra. FABRIC.

[l] *De generatione Salvatoris.* Josephi et Mariæ filium fuisse Jesum Cerinthus docuit cum Carpocrate, sed in hoc ab illo diversus fuit, quod post baptismum descendisse in eum traderet Christum, adeoque Christum a Jesu divelleret. Vide Irenæum lib. I c. 25, Epiphanium XXVIII, 1. FABRIC.

[m] *De creatura angelorum* Hoc est de mundo ab angelis creato, ut præter eumdem Irenæum tradunt Epiphanius XXVIII, 1, Augustinus c. 8, Damascenus, et alii. FABRIC. C

[n] *Ex parte solum.* Vitiose erat editum *ex patre,* et mox *et ipsum Dominum Judæos,* pro *Dominum Judæorum,* ut monuit quamne Cotelerius tom. I Monument. p. 765. Ait autem Philastrius Cerinthum ex parte consentire Legi, quod Epiphanius pag. 110, προσέχειν τῷ Ἰουδαϊσμῷ ἀπὸ μέρους FABRIC.

[o] *Legi quod a Deo data sit.* Non a Deo summo, sed Deo Judæorum, aliquo ex angelorum numero, a quibus orbis fuerit conditus. Epiphan. . Φάσκει δὲ οὗτος νόμον καὶ τοὺς προφήτας ὑπὸ ἀγγέλων δεδόσθαι, καὶ τὸν δεδωκότα νόμον ἕνα εἶναι τῶν ἀγγέλων τῶν τὸν κόσμον πεποιηκότων. Tertull de Cerintho : *Ipsam quoque Legem ab angelis datam perhibens, Judæorum Deum non Dominum* (hoc est Deum summum), *sed angelum promens.* FABRIC.

[p] *Circumcidi.* Vide Epiphanium XXVIII, 5, et nostrum infra hoc ipso capite. FABRIC.

[q] *Sabbatizare.* Ita scripsi pro *sabbatizari.* Fuit autem hoc commune Cerintho cum aliis Judaizantibus Apostolorum tempore, ut sabbata contenderent more Judaico observanda esse, itaque Paulus illud rejiciens monet Colossenses II, 16 : Μήτις ὑμᾶς κρινέτω ἐν μέρει ἑορτῆς ἢ νουμηνίας ἢ σαββάτων. FABRIC.

[r] *Christum nondum resurrexisse.* Fallitur S. Augustinus et auctor Prædestinati, qui c. 8. de hæres. ex Cerinthi sententia scribunt *Jesum non surrexisse, sed surrecturum.* Nam Jesum a Christo (ut jam supra monui) divellens Cerinthus, Jesum surrexisse non diffitebatur, sed de Christo illud negabat. Ita perspicue Irenæus lib. I, cap. 25, *post baptismum descendisse in eum figura columbæ..... in fine autem revolasse iterum Christum de Jesu, et Jesum passum esse et resurrexisse : Christum autem impassibilem perseverasse, existentem spiritalem.* Itaque nec accurate Epipha-

annuntiat. Apostolum [a] Paulum non accipit, [b] Judam traditorem honorat, Evangelium secundum [c] Matthæum solum accipit, tria Evangelia spernit, [d] Actus Apostolorum abjicit, [e] beatos Martyres blasphemat. Hic sub Apostolis [f] quæstionem [g] seditionis commovit, dicens debere circumcidi homines, cujus causa contra illum, et hæresim ejus [g] decreverunt [g] in suis Actibus Apostoli sententiam, non debere jam homines Judaismo, id est, circumcisioni, aliisque talibus superstitionis vanæ parere carnalibus, qui de gentibus venientes credebant in Christum Dominum nostrum Salvatorem.

XXXVII. EBION.

[h] Ebion discipulus Cerinthi, [i] in multis ei similiter errans, Salvatorem nostrum hominem de Joseph natum carnaliter æstimabat, nihilque in eo

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[a] Apostolis beatis quæstionem

[g] Decreverunt in suis Actibus beati Apostoli

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

nius XXVIII, 6, eumque secutus Timotheus presbyter apud Cotelerium III Monum. pag. 388 : Χριστὸν πεπονθέναι καὶ ἐσταυρῶσθαι, μήπω δὲ ἐγηγέρθαι, μέλλειν δὲ ἀνίστασθαι ὅταν ἡ καθόλου γένηται νεκρῶν ἀνάστασις. Rectius idem XXVIII, 1 : πεπονθότα δὲ τὸν Ἰησοῦν καὶ πάλιν ἐγηγερμένον Χριστὸν δὲ τὸν ἄνωθεν ἐλθόντα εἰς αὐτὸν, ἀπαθῆ ἀναπτάντα· Neque accurate de Cerintho appendix ad Tertull. : *Christum ex semine Joseph natum.* Imo debebat dicere *Jesum.* FABRIC.

[a] *Paulum non accipit.* Epiphanius XXVIII, 5 : Τὸν δὲ Παῦλον ἀθετοῦσι, διὰ τὸ μὴ πείθεσθαι τῇ περιτομῇ· ἀλλὰ καὶ ἐκβάλλουσιν αὐτὸν διὰ τὸ εἰρηκέναι Ὅσοι ἐν νόμῳ δικαιοῦσθε, τῆς χάριτος ἐξεπέσατε. (*Epist. ad Galat.* V, 4) καὶ, ὅτι ἐὰν περιτέμνησθε, Χριστὸς ὑμᾶς οὐδὲν ὠφελήσει. (*Ibid.* V. 2.) FABRIC.

[b] *Judam traditorem honorat.* Hoc non Cerintho alii tribuunt, sed Cajanis, ut dixi supra ad c. 34. FABRIC.

[c] *Matthæum solum accipit.* Neque illud quidem Evangelium integrum, sed tantum quatenus hæresi Cerinthi non refragabatur. Vide Epiphanium XXVIII, 5, et XXX, 14.

[d] *Actus Apostolorum abjicit.* Hos etiam ab Ebionæis rejectos notat Epiphanius XXX, 16. FABRIC.

[e] *Beatos martyres blasphemat.* Cerintho assensit Basilides, qui et ipse prohibebat martyrium, supra cap. 32. Unde autem hoc de Cerintho hauserit Philastrius, non constat, nam in Irenæo et Epiphanio illud non legas. FABRIC.

[f] *Quæstionem seditionis.* Narrat Epiphanius triplicem ταραχήν, sive seditionem de circumcisione ritibusque Judaicis servandis motam a Cerintho, antequam suam in Asia hæresin spargeret : unam quidem perturbatis Antiochenis, ad quos Jacobus et cæteri Apostoli rescripserunt Actor. XV, 24; alteram Hierosolymis, cum Petrus a Cornelio reversus esset Hierosolyma, Actor. XI, 2, 3; tertiam itidem Hierosolymis adversus Paulum, Actor. XXI, 28. Easdem tres ταραχὰς Cerintho impingit Timotheus presb. FABRIC.

[g] *Decreverunt in suis Actibus Apostoli.* Petro et Jacobo præeuntibus judicantes μὴ παρενοχλεῖν τοῖς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν ἐπιστρέφουσιν ἐπὶ τὸν Θεόν. Actor. XV, 19. Hieronymus Epist. 89, ad Augustin. : *In Cerinthi et Ebionis hæresin dilabimur, qui credentes in Christum propter hoc solum a Patribus anathematizati sunt, quod Legis cerimonias Christi Evangelio miscuerunt, et sic nova confessi sunt, ut vetera non amitterent.* Omnia fuisse Judaica quæ astruebat Cerinthus, probe notatum Agobardo lib. de Judaicis superstitionibus tom. XIV Biblioth. Patrum pag. 257. FABRIC.

[h] *Ebion discipulus Cerinthi.* Tertullianus, sive quisquis auctor appendicis ad librum de Præscript. c. 48, Ebionem Cerinthi successorem vocat, cui suffragatur Hieronymus contra Luciferianos pag. 304. Novi esse viros eruditos, qui nullum umquam fuisse Ebionem putant : sed nemo est ex veteribus qui neget, multi qui affirment exstitisse; ut præter Hieronymum pluribus locis, ac Philastrium nostrum, et Tertullianum ipsum cap. 33 de Præscript., Pacianus epist. 1, Hilarius libris de Trin., Rufinus in Symbolum, Theodoritus lib. II de Hæret. fabul. cap. 1, Cassianus lib. I de Incarnat. cap. 2, et lib. III cap. 5, lib. V cap. 10. Conf. Mosheim. Obss. sacr. cap. 5, p. 233 seq., dissert. ad Hist. Eccles. p. 552 seq.; Buddei Eccles. Apostol. Guil. Wishton, *Authentic Records* p. 949 seq., de Ebionitarum commentis disputat, et Ebionitis ascribit Papiam p. 680, 951; Hegesippum p. 950, 952; Clementinas homilias p. 953 seq., nec non Josephum p. 954 seq. Ebionitarum Apologiam scripsit Jac. Rhenferdus diss. de fictis Judaizantium hæresibus. Denique diserte Epiphanius XXX, 2, in pago Cocabe in regione Basanitide habitasse Ebionem testatus, et cap. 17, p. 141, cum monuisset nomen Ebionis Hebraica lingua *pauperem* significare, subjungit : Ἀλλὰ φύσει τῷ ὄντι Ἐβίων ἐκαλεῖτο. κατὰ προφητείαν οἶμαι ὁ πτωχὸς καὶ τάλας, τὸ ὄνομα ἐκ πατρὸς αὐτοῦ καὶ μητρὸς κεκληρωμένος. Interpolata Ignatii ad Philadelphenos Epistola c. 6 : καὶ ἔστιν ὁ τοιοῦτος πένης τὴν διάνοιαν ὡς ἐπικαλεῖται Ἐβίων. Hinc frequens annominatio in veterum scriptis ad paupertatis nomen, ubi de Ebionæis loquuntur : sed hinc neutiquam licet colligere nullum fuisse Ebionem, ex cujus ipso nomine ansam annominationis illius potius sumpsisse credibile est Origenem, cum II contra Celsum p. 56, ait Ebionæos esse ἐπωνύμους τῆς κατὰ τὴν ἐκδοχὴν πτωχείας τοῦ νόμου, quod scilicet adhuc hærerent in πτωχοῖς στοιχείοις rituum Judaicorum. Sic πτωχοὶ τῇ διανοίᾳ Ebionæi dicuntur eidem Origeni IV περὶ Ἀρχῶν. et homil. 3 in Genesin, et Eusebio lib. III Hist. Eccles. c. 27, et lib. I de Eccles. Theol. c. 14. Et Ebionæus πτωχεύων περὶ τὴν εἰς Ἰησοῦν πίστιν Origeni in Matth. XX, pag. 428, sive πτωχῶς καὶ ταπεινῶς de Christo sentiens, ut Eusebii verbis utar lib. III Hist. cap. 27. Ebionis alicujus in Talmude fieri mentionem notavit Joan. Lightfootus tom. II Opp. p. 148. FABRIC.

[i] *In multis ei similiter.* Non in omnibus. Neque assentior viris eruditis, qui apud Irenæum lib. I, cap. 26, de Ebionæis legunt : *Ea autem quæ sunt erga Dominum, consimiliter ut Cerinthus et Carpocrates opinatur.* Nam legendum *non similiter* testatur Epiphanius XXX, 14. Cum enim dixisset Cerinthum et Carpocratem ex genealogia Christi in Evangelio Matthæi probare conatos, Christum e Josephi et Mariæ semine esse procreatum, mox de Ebionitis subjunxit : οὗτοι δὲ ἄλλα τινὰ διανοοῦνται. *illi diversa quædam statuunt.* Deinde docet amputasse eos genealogiam, Jesumque pro mero habuisse homine, Christum vero qui columbæ specie in eum illapsus fuerit, hominemque se negaverit, quando extensa in discipulos suos manu dixit : *Ecce mater mea et fratres mei.* Matth. XII, 49. FABRIC.

[i] *De Joseph natum.* Ἐκ σπέρματος ἀνδρὸς, τουτέστι Ἰωσήφ. Ebion apud Epiphanium XXX, 3. Eusebius de Ebionæis lib. III Hist. cap. 27 : Λιτὸν μὲν γὰρ αὐτὸν καὶ κοινὸν ἡγοῦντο κατὰ προκοπὴν ἤθους αὐτὸν μόνον ἄνθρωπον δεδικαιωμένον, ἐξ ἀνδρός τε κοινωνίας καὶ τῆς Μαρίας γεγενημένον. Similia Theodoritus et alii.

FABRIC.

divinitatis fuisse docebat, sed [a] sicut omnes prophetas, sic et eum gratiam Dei habuisse asserebat, non tamen Dominum majestatis, et Dei Patris Filium, cum Patre sempiternum esse credebat : cum divinæ Scripturæ Dominum sempiternum, [b] cum patre [1] vero æque sempiterno ubique testentur ac prædicent.

XXXVIII. VALENTINUS.

[c] Post istum Valentinus quidam surrexit, [d] Pythagoricus magis quam [2] Christianus, vanam quamdam ac perniciosam doctrinam eructans, et velut arithmeticam, id est, [3] [e] numerositatis novam fallaciam, A prædicans, multorumque animas ignorantium captivavit. Et in primis quidem [f] fuit in Ecclesia : [g] elatior autem factus postmodum, errore non parvo deceptus est; degensque in Cypri provincia, cœpit hoc definire. Nihil erat aliud ante, inquit, in mundo, nisi [4] [h] Profundum maris et [i] Silentium, quod i poetæ chaos asserunt, deque hoc Profundo [5] et Silentio edocens processisse [k] Intellectum et Veritatem, de Intellectu autem et Veritate, [l] Verbum et Vitam : [6] de Verbo autem et Vita, [m] Hominem et Ecclesiam : de Homine autem et Ecclesia processisse [n] duodecim [o] Æonas, id est Sæcula : et de

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] vero ac sempiterno ubique testantur
[2] Christianus. Nam
[3] numerositatis notitiam fallaciam
[4] profundum maris et silentium maris et silentium quod B poetæ vani chaus asserunt edocentes, deque
[5] et silentio processisse
[6] et de verbo et vita processisse

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Sicut omnes prophetas.* In hoc tamen Christum præstare profitebantur, quod cæteri prophetæ tantum ex ingenio suo et intellectu sapuerint, Christus verus propheta fuerit. Ita enim puto accipiendum quod ait Epiphanius XXX, 18 : Τοὺς δὲ προφήτας λέγουσι συνέσεως εἶναι προφήτας καὶ οὐκ ἀληθείας... τὸν δὲ Χριστὸν προφήτην λέγουσι τῆς ἀληθείας. Hinc Methodius in Convivio virginum p. 113, de Ebionæis : Ἐξ ἰδίας κινήσεως τοὺς προφήτας λελαλακέναι φιλονεικοῦντες. FABRIC.

[b] *Cum patre vero.* Ita ut verus Pater Christi Deus sit, at Christus, proprius unigenitus Dei Filius, Rom. VIII, 32; Psal. II, 7; Matth. III, 17, XVII, 5; Joan. I, 14, 18; III, 16, 18; Hebr. I, 8.

[c] *Post istum.* Episcoporum Romanorum tempore C Hygini, Pii, Aniceti. Hyginus fuit ab A. C. 138, Pius ab A. 150, Anicetus ab A. 153 ad 162. Vide quæ viri docti ad Irenæum III, 4. FABRIC.

[d] *Pythagoricus.* Idem S. Irenæus de Valentinianis II, 19 : *Quod autem velint in numeros transferre universum hoc, a Pythagoricis acceperunt, primum enim hi initium omnium numeros substituerunt, et initium ipsorum parem et imparem, ex quibus et ea quæ sensibilia et insensata sunt subjecerunt.* De hoc Pythagoricorum dogmate vide, si placet, Jamblichum in theologumenis arithmeticæ, et denarium Pythagoricum Joan. Meursii; et speciatim quod ad Valentinianorum æmula placita attinet Renati Massueti dissert. prævias ad Irenæum p. 28. FABRIC.

[e] *Numerositatis novam fallaciam.* Multos Æonas, Æonum syzygias ac successiones multiplices, de quibus infra. *Numerositatem* pro multitudine passim legas apud Augustinum, Macrobium, Orosium, Sidonium, et alios medii ævi scriptores, nescio an etiam apud antiquiores. FABRIC.

[f] *Fuit in Ecclesia.* In Ægypto et Romæ quoad vixit, in Ecclesiæ communione vixit, sive ut ait Tertullianus c. 19 de Præscript. in Catholicæ doctrinam credidit, necdum errores prodidit suos : at in Cyprum insulam delatus demum hæresin effudit, ut tradit Epiphanius XXXI, 7 : Ἐνομίζετο γὰρ πρὸ τούτου μέρος ἔχειν εὐσεβείας καὶ ὀρθῆς πίστεως ἐν τοῖς προειρημένοις τόποις· ἐν δὲ τῇ Κύπρῳ λοιπὸν εἰς ἔσχατον ἀσεβείας ἐλήλακε. FABRIC.

[g] *Elatior autem factus postmodum.* Tertullianus contra Valentinianos c. 4 : *Speraverat episcopatum Valentinus, quia et ingenio poterat et eloquio. Sed alium ex martyrii prærogativa loci potitum indignatus, de Ecclesiæ authenticæ regulæ abrupit (ut solent animi pro prioratu exciti, præsumptione ultionis accendi) ad expugnandam conversus veritatem.* Episcopatum quo excidit Valentinus, in Cypro insula fuisse mihi persuadeo. FABRIC.

[h] *Profundum maris.* Βυθὸς Cabbalistis *Ensoph*, Deus spatium infinitum ab æterno solus implens. FABRIC.

[i] *Silentium.* Σιγή, auctori Prædestinati *altum, cinq tiefe Stille.* Deus in se latens, et nulla re creata manifestatus. Non necesse est ad hanc Valentini σιγὴν respexisse S. Ignatium, cum Filium Dei λόγον ἀΐδιον οὐκ ἀπὸ σιγῆς προελθόντα scripsit, nihil enim aliud illa verba innuunt, quam æternum fuisse Λόγον, neque ullum in Deo ante ipsum præexstitisse silentium antiquius. Manichæis etiam hæc de βυθῷ et σιγῇ Valentinianorum placita tribuit Photius lib. III contra Manichæos pag. 54, tom. II Anecdotorum Wolfii. FABRIC.

[j] *Poetæ chaos.* Accurate si inspicias, aliud est D poetarum chaos, aliud Valentinianorum σιγή. Nam chaos poetis rudis indigestaque moles sempiterna materiæ. Valentinianorum σιγὴ omnem materiam et omnem rem creatam tempore antecessit. FABRIC.

[k] *Intellectum et veritatem.* Νοῦν καὶ ἀλήθειαν, mundum intelligibilem, sive angelos antemundanos a Deo conditos, quorum post lapsum sive peccatum demum, secutam Valentiniani putabant mundi visibilis creationem. Hinc Demiurgum esse *fructum labis*, aiunt apud Irenæum II, 35. FABRIC.

[l] *Verbum et Vitam.* Λόγον καὶ ζωήν, mundum rationabilem hominum ante Christiana tempora. FABRIC.

[m] *Hominem et Ecclesiam.* Ἄνθρωπον καὶ Ἐκκλησίαν, homines in Ecclesiam Christianam congregatos. FABRIC.

[n] *Duodecim Æonas.* Ex nominibus horum æonum apud Irenæum libro et capite primo, Tertullianum, Epiphanium, aliosque obviis constare potest nihil aliud voluisse Valentinum quam sub angelorum præsidum nominibus varias prærogativas Christianæ conditionis denotare. Similiter decem æonum nomina designant varias virtutes mundi rationabilis, octo denique summorum æonum nomina, præstantias mundi intelligibilis, quam primogenitam octonationem radicem et substantiam omnium nuncupabat. FABRIC.

[o] *Æonas, id est Sæcula.* Dubito Valentinum voluisse per æonas denotare totidem temporum successiones : verius enim est per metonymiam æonas ab ipso signari deos inferiores et angelos in ævo viventes. Vide Cotelerium ad Constitutiones Apostolicas VIII, 12, et Grabium ad Irenæum p. 9, Massuetum dissert. prævias ad Irenæum pag. 38 seq. Deus ipse Valentino τέλειος αἰὼν πρὸ ὢν apud Irenæum, initio libri I : Καὶ καλῶς ἂν λέγοιτο ὁ αἰὼν θεός. Plotin. pag. 329; Sæcula etiam pro angelis videtur dixisse Hilarius II de Trin. : *Archangeli nesciunt, Angeli non audierunt, sæcula non tenent.*

Verbo et Vita decem Æonas processisse : de Intellectu autem et Veritate, octo Æonas, et esse hanc [a] τριακοντάδα Sæculorum, id est, [1] triginta Æonas. De ogdoade ergo [2] et decade, et duodecade consistere triginta Æonas [b] delirat. Dicit autem Christum a Patre, quem [c] Profundum nomine appellat, [d] ad totius mundi salutem fuisse dimissum, deque cœlo eum carnem detulisse, [3] nihil autem accepisse de sancta Virgine, sed ut aquam [e] per rivum, ita transisse per eam affirmat. [f] Animam ergo solam salvari, corpus autem hominis non salvari arbitratur.

A doctrinam æque vanam intulit, dicens [h] quatuor esse Æonas, et alios quatuor : novum quid volens commenti falsi decernere, quam Valentinus doctor ejus est mentitus.

XL. SECUNDUS.

Post hunc quidam Secundus nomine, Æonas similiter [4] docens factos, [i] asserit tamen infinitos. Christum autem quasi per phantasiam apparuisse, id est, [j] veluti umbram humano generi, et non veram carnem hominis habuisse suspicatur.

XXXIX. PTOLEMÆUS.

XLI. HERACLEON.

Post hunc Heracleon [k] discipulus ipsius surrexit, Alii sunt [g] successores ipsius, Ptolemæus, qui B dicens : Principium esse Unum, quem Dominum ap-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] triginta æonas æonon. De
[2] et decada consistere
[3] nihil autem accessisse
[4] docens asserit factos infinitos

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] Τριακοντάδα *Sæculorum*. Ita scribendum pro τριάκοντα monuit Cotelerius tom. I Monument. Ecclesiæ Græcæ. p. 768. Sic et apud Tertullianum. FABRIC.

[b] *Delirat*. Male priores editiones *deliberat*. Vide eumdem Cotelerium tom. III, p. 629. FABRIC.

[c] *Profundum nomine*. Βυθὸν, de quo supra. FABRIC.

[d] *Ad totius Mundi salutem*. Dictus inde Σωτὴρ, τελειότατον κάλλος τε καὶ ἄστρον τοῦ πληρώματος τέλειος καρπός ut est apud Irenæum p. 14. FABRIC.

[e] *Ut aquam per rivum*. Epiphanius XXXI, 7 : Φασὶ δὲ ἄνωθεν κατενηνοχέναι τὸ σῶμα, καὶ ὡς διὰ σωλῆνος ὕδωρ, διὰ Μαρίας τῆς Παρθένου διεληλυθέναι· μηδὲν δὲ ἀπὸ τῆς Παρθενικῆς μήτρας εἰληφέναι. Irenæus lib. I, cap. 7 : εἶναι δὲ τοῦτον τὸν διὰ Μαρίας διοδεύσαντα καθάπερ ὕδωρ διὰ σωλῆνος ὀδεύει, *esse autem hunc qui per Mariam transierit quemadmodum aqua per tubum transit*. Ita vetus Irenæi interpres. Est qui similiter apud Philastrium suspicatur scribendum esse *per tubum*, quod quia scripserit librarius *per tuvum*, alius non capiens correxit *per rivum*. Sed nihil mutandum, nam rivus est canalis structilis, Vitruvius VIII, 7 : *Ductus aquæ fiunt generibus tribus, rivis per canales structiles, aut fistulis plumbeis, seu tubulis fictilibus*. Et fortasse apud Augustinum de Hæresibus c. 11, non per *rimam* legendum, sed *per rivum, aut per fistulam* : certe in auctore Prædestinati, qui Augustini solet legere vestigia c. 11 de Valentinianis : *Filium nihil assumpsisse de Maria Virgine, sed illum tamquam aquam per rivum aut fistulam sine ulla carnis assumptione transisse*. Auctor appendicis ad Tertullianum de Præscrip. c. 49 : *Spiritale nescio quod corpus de cœlo deferentem quasi aquam per fistulam, sic per Mariam Virginem transmeasse, nihil inde vel accipientem vel mutuantem*. FABRIC.

[f] *Animam solam salvari*. Corporis hujus resurrectionem negabant Valentiniani, ut constat ex eadem appendice ad Tertull. de Præscript. cap 49. Τῶν δὲ νεκρῶν ἀνάστασιν ἀπαρνοῦνται, inquit Epiphanius XXXI, 7. *Animi salutem* pro immortalitate dixit noster etiam supra c. 55. FABRIC.

[g] *Successores ipsius*. Non ad Ptolemæum solum, sed etiam ad Secundum et alios deinceps; proximis maxime capitibus, commemoratos refer Heracleonem, Marcum, Colorbasum. FABRIC.

[h] *Quatuor esse æonas, et alios quatuor*. Intellige præter et ante illos æonas triginta, quos posuerat Valentinus. Ita auctor appendicis ad Tertull. c. 49 de Ptolemæo et Secundo : *Cum Valentino per omnia consentiunt : in illo solo differunt, nam cum Valentinus æonas tantum triginta finxisset, isti addiderunt alios complures ; quatuor enim primum, deinde alios quatuor aggregaverunt*. Irenæus lib. I, cap. 3 (11 edit. Massueti) : *Alii autem rursus ipsorum primam et archegonon octonationem his nominibus nominaverunt, primam* proarchen, *deinde* anennoeton, *tertiam autem* arrheton, *et quartam* aoraton. *Et de prima quidem* proarche *emissum esse primo et quinto loco* archen, *ex* anennoeto *secundo et sexto loco* acatalepton, *et de* arrheto *tertio et septimo loco* anonomaston; *de* aorato *autem quarto et octavo loco* agenneton. *Pleroma hoc primæ ogdoadis. Has volunt Virtutes fuisse ante Bython et Sigen, ut perfectorum perfectiones appareant*. Hæc Irenæi verba Ptolemæi sententiam exponunt. Deinde cap. 6 (Massuet. 12) idem Irenæus notat C quosdam Ptolemæi discipulos alia insuper commenta placitis magistri sui adjunxisse. *Hi vero qui sunt circa Ptolemæum scientiores, duas conjuges habere eum Bython dicunt, quas et dispositiones vocant, Ennoean et Thelesin*, etc. Tertullianus cap. 33 contra Valentinianos : *Exstiterunt enim de schola ipsius discipuli super magistrum, emendatores Ptolemæi, qui duplex conjugium Bytho suo affingerent, cogitationem et voluntatem*. Minus accurate Epiphanius XXXIII, 1, ipsi hoc tribuit Ptolemæo, ut Massuetus pag. 49, diss. prævior. in Irenæum pulchre observavit. Cum Epiphanio S. Athanasius III contra Arianos, p. 608 editionis Montfauconianæ : Πτολεμαῖος γὰρ ὁ Οὐαλεντίνου ἔφη δύο ζυγοὺς ἔχειν τὸν Ἀγέννητον, ἔννοιαν καὶ θέλησιν, καὶ πρῶτον ἐνενόησεν, εἶτα ἐθέλησε, καὶ ἅπερ ἐνενόει οὐκ ἐδύνατο προβάλλειν εἰ μὴ ὅτε ἡ τοῦ θελήματος δύναμις ἐπεγίνετο. FABRIC.

[i] *Asserit tamen infinitos*. Hoc apud alios scriptores non invenio, qui de Secundo hæretico mentionem faciunt, ut Epiphanius et Damascenus hæresi 32, D Augustinus et auctor Prædestinati c. 12, Theodoritus lib. I de hæreticis fabulis c. 8, Tertullianus contra Valentinianos c. 38, et auctor appendicis ad Tertull. c. 49, et antiquior his omnibus Irenæus lib. I, c. 5. Tamen ab hæreticis quibusdam ἀπείρους æonas inductos fuisse constat ex Constitut. Apostol. VI, 8. FABRIC.

[j] *Veluti umbram*. Supra pag. 29, 31, 32. Hinc carnem Christi a Secundianis negari scribit Damascenus. FABRIC.

[k] *Discipulus ipsius*. Non multum tribuendum huic testimonio existimo, neque inde constare puto quod Heracleon vere Secundi fuerit discipulus, vel Marcus (de quo infra capite proximo) Heracleonis successor. Nam apud Epiphanium Colorbasus Marco, Heracleon Colorbaso subjicitur. Vicissim Secundum Heracleoni, et magum Marcum Secundo subjicit Tertullianus contra Valentinianos c. 4. FABRIC.

pellat, deinde [a] de hoc natum aliud, deque his duobus generationem multorum asserit Principiorum, cum suis itidem delirans doctoribus.

XLII. MARCUS.

Marcus autem quidam post istum [b] successor ejus, numerum et mensuram, et calculum, rationem etiam [c] computationis faciens litterarum, quasi verisimilis et cujusdam rei novæ inventor, cum æstimaret a quibusdam se posse laudari, non in parvam itidem erroris incurrit amentiam; dicit enim ita: viginti quatuor litteræ sunt, quæ perfectionem habent omnium rerum. Propter quod et Christus, inquit, dicebat: *Ego sum* Α et Ω (*Apoc.* I, 8). Dicebat etiam quod in postremo tempore Christus [d] descendit ad Jesum in figura et similitudine columbæ; et [e] Christum [1] ipsum columbam esse docebat, quæ descendit, inquit, ad duodecim Æonas, id est, ad duodecim Apostolos, et unum ex eis cecidisse, id est, Judam æstimabat. Christum autem [f] putative dicit apparuisse, et [2] passum fuisse quasi per umbram, non tamen vere passum corpore arbitratur.

XLIII. COLORBASUS.

[g] Post hunc [3] Colorbasus similiter in litteris et A numero elementorum astrorumque septem, [h] vitam omnium hominum, et generationem consistere asserebat, non in Christi majestate et potentia, neque [4] in ipsius carnali præsentia veram hominum sperari salutem advertebat.

XLIV. CERDON.

[i] Cerdon autem quidam surrexit post hos, pejus suis doctoribus prædicans, qui cum venisset Romam de Syria, ausus est dicere [j] duo esse Principia, id est, unum Deum bonum, et unum malum: et Deum quidem bonum, bona facere et malum mala. Jesum autem Salvatorem [k] non natum asserit de Virgine, nec apparuisse in carne, [l] nec de cœlo descendisse, sed putative visum fuisse hominibus, qui non videbatur, inquit, vere, sed erat umbra: unde et putabatur B quibusdam pati, non tamen vere patiebatur.

XLV. MARCION.

Marcion autem discipulus ejus, genere [m] Ponticus, de civitate Sinope, [n] urbem Romam devenit, ibique degens sceleratam hæresin seminabat, atque interrogans presbyteros sanctos Ecclesiæ catholicæ, sensus sui [5] eis errorem mortiferum propinabat, dicens ita: [6] Quid est quod in Evangelio, dicente Domino

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] ipsam columbam esse dicebat
[2] passum arbitratum.
[3] post hunc Colorbasus qui similiter
[4] neque in ipsius... vera
[5] eis errores (*pro* erroris, e *pro* i *sæpissime*) mortiferi proponebat
[6] Quid est, inquit, quod

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *De hoc natum aliud.* Immo ex illa monade duo. Auctor appendicis ad Tertull. c. 49: *Introducit imprimis illud fuisse quod pronuntiat, et deinde ex illa monade duo, ac deinde reliquos æonas. Deinde introducit totum Valentinum.* Confer quæ de Heracleone Epiphanius, et Damascenus hæresi 36, Augustinus, et Prædestinati auctor c. 16. Cum Valentino etiam negavit gratiam et veritatem fuisse in Lege. Vide Photii Amphilochia, cap. 246 et epist. 134. FABRIC.

[b] *Successor ejus.* Vide quæ ad caput superius annotavi. Hunc Marcum cum Marco longe juniore Priscillianista confundit S. Hieronymus epist. 29, et ad Isaiæ LXIV, ut notavit Cotelerius ad Constitut. Apostol. VI, 8. FABRIC.

[c] *Computationis litterarum.* Copiose de his Marcigerris Epiphanius hæresi 34, ex Irenæi lib. I cap. 10 seq., et Viri docti ad Irenæum. FABRIC.

[d] *Descendit.* Ita scripsi pro *descendet* quod erat vitiose in prioribus editionibus. FABRIC.

[e] *Christum columbam.* Hoc probabat Marcus ex eo, quod ex litteris Græcis vocabuli περιστερὰ, quæ columbam significat, prodit numerus 801, idem quem reddunt litteræ α et ω. Vide Irenæum Grabii pag. 68 et 71. FABRIC.

[f] *Putative.* Supra cap. 32. FABRIC.

[g] *Post hunc Colorbasus.* Ita apud Philastrium esse legendum pro *C. Bassus*, jam pridem Latinus Latinius recte annotavit. Apud Niceiam IV, 7, male *Colobarsus*. Cæterum non post Marcum fuisse, sed eidem præivisse Colorbasum contendit Henr. Dodwellus diss. ad Irenæum p. 326 seq. Neque *post* semper temporis est nota; sed ut apud Græcos μετὰ, idem sæpe est quod *præter*. FABRIC.

[h] *Vitam omnium hominum.* Auctor Prædestinati c. 15 de Colorbaso: *Vitam omnem hominum in septem stellis esse positam affirmabat, et has esse septem Ecclesias et septem Candelabra aurea conabatur astruere.* FABRIC.

[i] *Cerdon.* In Vita Stephani junioris Κερδονᾶς tom. IV *Monumentor.* Cotelerii p. 441. In Sophronii Epistola Κίρδων ἀκίρδων. Idem III, p. 627, ut infra c. 53: Noetus ἀνόητος. FABRIC.

[j] *Duo Principia.* Gennarius de Ecclesiast. dogmatibus c. 52: *Vel cæteræ istorum originis sive ordinis pestes, quæ duo Principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon et Marcion: vel contraria, ut Manichæus*, etc. Sed non dubium est Cerdonem quoque duo Principia pugnantia inter se ac contraria statuisse, *unum bonum, et alterum sævum. Bonum superiorem*; *sævum hunc, Mundi creatorem*, append. ad Tertull. de præscript. c. 51. FABRIC.

[k] *Non natum asserit de Virgine.* Non de virginitate Mariæ, sed de veritate nativitatis hoc accipiendum quam tantum umbratiliter et κατὰ δόκησιν factam Cerdo existimabat. Epiphanius XLI, 1: μὴ εἶναι δὲ τὸν Χριστὸν γεγεννημένον ἐκ Μαρίας, μηδὲ ἐν σαρκὶ πεφηνέναι: *nec ex virgine natum, sed omnino nec natum*; appendix ad Tertull. Vide Christiani Korthalti notas ad Justinum, p. 53. *b* seq. FABRIC.

[l] *Nec de cœlo descendisse.* Quæ Valentini et Apellis erat opinio. FABRIC.

[m] *Ponticus.* Vide Is. Vossium p. 34, ad Catullum, et B. Doctoris mei Tho. Ittigii diss. de hæresiarchis, p. 135. FABRIC.

[n] *Urbem Romam devenit.* Ante sæculi secundi medium. Confer Blondellum de Episcopis p. 19 seq. FABRIC.— *Urbem Romam devenit ante sæculi secundi medium.* De Marcione semo est, de quo Lambertus quoque Danæus ad August. de Hæres. cap. 22: *Venit Romam, quemadmodum lib.* I *adversus eum scribit Tertullianus, sub Antonino Pio, circa annum a Christo passo* 115, *sub Higino, ut ait Platina; Tertullianus, sub Eleuthero. Cœpit autem post Cerdonem innotescere illius hæresis sub M. Antonino Philosopho imperatore, et Aniceto pontifice Romano circa annum a passo Christo* 133, *quamquam Clemens lib.* VII *Strom. vult adhuc eo ipso tempore vixisse Romæ Valentinum hæreticum, quem jam senem Marcion juvenis viderit.* Plura hoc in loco Danæi errata animadvertit Bæhius Diction. Crit. in *Marcionites*. GALEARD.

[a] scriptum est : *Nemo pannum rudem mittit in vestimentum vetus, neque vinum novum in utres veteres, alioquin* [1] *rumpentur utres, et effundetur vinum* (*Matth.* IX, 16)? [b] Et iterum : *Non est arbor bona, quæ faciat malum fructum, neque arbor mala quæ faciat bonum fructum* (*Matth.* VII, 8). Deque hoc accipiens interpretationem a sanctis presbyteris, non acquiescebat veritati, sed magis Cerdonis sui doctoris firmabat mendacium, et isti similiter [c] unum Deum bonum, et unum malum annuntians; Christum autem [d] putative apparuisse, id est, quasi per umbram, et passum eum fuisse umbratiliter, non tamen in vera carne credebat. [e] Secundum Lucam autem Evangelium solum accipit, non Evangelia, [f] nec [2] Epistolas Pauli apostoli, nisi ad Timotheum, et Titum : quæ enim de Christo [3] dicunt, ut de Deo vero, præterit; quæ autem quasi de homine dicunt Scripturæ, ea accipit capitula, et [g] neque Christum judicem esse omnium confitetur. Qui devictus atque fugatus [h] a beato Joanne Evangelista, et a presbyteris de civitate Ephesi, Romæ hanc hæresim seminabat.

XLVI. LUCANUS.

[i] Lucanus [k] post istum quidam, similia Marcioni statuens ac decernens, ut ille doctor ipsius Marcion, est in omnibus mentitus.

XLVII. APELLES.

Fuit Apelles [j] discipulus ejus, similia in quibusdam Marcioni prædicans, qui interrogatus a quibusdam, [l] quonam modo de fide sentiret, respondit : [k] Non mihi opus est discere a Marcione, ut duo Principia asseram coæterna : ego enim Unum Principium esse prædico, quem Deum cognosco, qui Deus fecit angelos, fecit etiam alteram Virtutem, [l] quem Deum scio esse secundum, qui et Virtus

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] rumpuntur utres et effunditur
[2] Epistolas beati Pauli
[3] dicunt, de Deo vero præterit
[k] Lucanus quidam post istum similia
[l] quomodo

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Scriptum est.* In S. Archelai disp. cum Manete p. 33 : *Sicut si assumentum panni rudis assuat quis vestimento veteri, major scissura fit : ita etiam corpus si præclarissimo operi associatum fuerit, interiret.* Fabric.

[b] *Et iterum.* Eodem dicto abusus Manes ad duo Principia ingerenda. Vide Epiphanium tom. I, p. 623. Ante Manichæum etiam Legem, Prophetasque Marcion condemnabat, ut testatur Augustinus lib. I contra Adversarium Legis et Prophetarum, cap. 1. Fabric.

[c] *Unum Deum bonum, et unum malum annuntians.* Ad hunc Marcionis et Manichæorum errorem facit locus eximius Gaudentii serm. 7 in Exod., pag. 74 edit. Patav. : *Quod si Marcion et Manichæus meruissent advertere numquam profecto dixissent unum quidem Deum novi Testamenti bonum, alium vero malum*, qui per *Legem veterem sit locutus. Ausi sunt et in supradicta Lege Azymorum ascribere ei sævitiam, dicentes hominis animam disperdi propter fermentum panis, quo nihil possit esse crudelius.* De hac Dei sævitia inter Marcionis et Manichæi errores, nihil habet Philastrius, quomodo neque quod Deus novi Testamenti bonus, Veteris vero malus ab iis dictus fuerit; utrumque autem nos docet Gaudentius qui commode hoc loco a Fabricio in suis ad Philastrium notis recenseri poterat. Galeard.

[d] *Putative apparuisse.* Provocavit Marcion inter alia ad locum Philip. II, 7, ubi Christus dicitur ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος; ad quem locum inspice, si placet, Theophylactum : Chrysostomum etiam homil. 83, ad Matthæum pag. 863, 865. Fabric.

[e] *Secundum Lucam Evangelium.* Sed variis modis mutilatum, atque, ut videtur, sine Lucæ nomine præfixo, ac præmissis Marcionis antithesibus. Vide Tertullianum contra Marcion. IV, 4; Irenæum I, 29, III, 11; Origenem II contra Celsum, p. 77, et in Philocalia c. 5; Epiphan. XLII, 10 seq., et Nicetam IV, Thesauri orthodoxæ fidei c. 10. Ut in aliis ita hac quoque in parte Cerdonis magistri sui vestigiis Marcio institit, de quo appendix Tertulliani de præscript. cap. 51 : *solum Evangelium Lucæ, nec tamen totum recipit.* Fabric.

[f] *Nec Epistolas Pauli, nisi.* Immo Epistolas Pauli cæteras receptas, solas illas ad Timotheum ac Titum repudiatas a Marcione, constat e Tertulliano V contra Marcion. c. 20, Hieronymo, Epiphanio. Fabric.

[g] *Neque Christum judicem omnium.* Ideo repudiavit Marcion Epistolas ad Timotheum, in quarum posteriore diserte scriptum IV, 1, Jesum μέλλοντα κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρούς. Fabric.

[h] *A beato Joanne Evangelista.* Quomodo fieri potest, inquit Latinus Latinius, ut Marcion Cerdonis discipulus, Joannis Apostoli tempore cognitus esset, cum nec Cerdon ante Hyginum (qui fuisse Romæ episcopus creditur ab A. C. 138 ad 150), nec Marcion ante Anicetum (ab A. 150 ad 154), cognitus fuerit, ut Irenæus, Tertullianus, et Cyprianus docent. Fabric.

[i] *Lucanus.* Hic Lucianus dicitur Epiphanio, et Damasceno hæresi 45, et Nicetæ IV Thesauri orthodoxæ fidei c. 15. Diversus a Luciano Arianorum martyre a quo *Lucianistæ*. Cæterum a Rhodone apud Eusebium V Hist., c. 13, sub Αὐκον Ποντικοῦ nomine non Lucanum, ut volebat Baronius ad A. C. 146, sed Lucani præceptorem Marcionem intelligi, bene notavit B. Ittigius p. 136, diss. de hæresiarchis. Meminit Lucani præter Tertull. c. 2 de Resurrect. et c. 51 de Præscript. Origenes II contra Celsum pag. 77 : Μεταχαράξαντας δὲ τὸ Εὐαγγέλιον ἄλλους οὐκ οἶδα ἢ τοὺς ἀπὸ Μαρκίωνος καὶ τοὺς ἀπὸ Οὐαλεντίνου, οἶμαι δὲ καὶ τοὺς ἀπὸ Λουκάνου. Fabric.

[j] *Discipulus ejus.* Non Lucani, sed Marcionis intellige, quem institutorem et præformatorem Apellis vocat Tertullianus c. 30 de Præscript. Origenes contra Celsum p. 267 : ὁ Μαρκίωνος γνώριμος Ἀπελλῆς; homil. 2 in Genesin : *Apelles discipulus quidem Marcionis, sed alterius hæreseos magis quam ejus quam a magistro suscepit, inventor exstitit. Is dum assignare cupit scripta Mosis nihil in se divinæ sapientiæ, nihilque sancti Spiritus continere, exaggerat hujusmodi dicta*, etc. Lucani συσχολαστὴν Apellem vocat Epiphanius tom. I, p. 380. Fabric.

[k] *Non mihi opus est discere.* Ita recte pro *dicere*, quod erat in editis, emendavit Cotelerius tom. I Monument. p. 772. Fabric.

[l] *Quem Deum scio esse secundum.* Sic bene iterum Cotelerius pro eo quod habebant editi : *quem Deum scio esse. Secundum qui et virtus Dei est quæ fecit illum.* Idem de Apelle tradunt Epiphanius, et Damascenus hæresi 44, Augustinus, et auctor Prædestinati c. 22, Joan. Zonaras apud Coteler. tom. III Monument. p. 470 : Ἕνα τε Θεὸν ὁμολογεῖ ἀνώτατον, τὸν ἕνα δὲ ἕτερον πεποιηκέναι αὐθίς φησιν, etc.

Dei est, [1] quæ fecit illum. Hic autem Deus qui fecit mundum, non est, inquit, bonus, ut ille qui fecit illum; subjectus aut est Deo illi, a quo et factus est iste, qui et nutui et jussioni et [a] præceptis paret illius in omnibus : cujus [b] Ariani nunc consortes sunt atque fautores, sic prædicantes atque sentientes. Dicit autem Christum [c] in carne apparuisse, non tamen [d] sicut Valentinus de cœlo [2] carnem desumpsisse. Ait etiam [e] post Passionem non carnem surrexisse, sed [f] de quatuor [3] elementis, quæ de mundo acceperat, eaque in terram dimisisse, [4] ipsum in cœlum sine carne ascendisse asserit. [5] Sub Apostolis itaque hæ fuerunt hæreses per ordinem.

XLVIII. [h] TATIANUS.

[i] Post Decii autem persecutionem fuit [5] Tatianus quidam discipulus sancti Justini martyris, qui recessit a veritate [i] post passionem ipsius : doctrinamque [6] tanti ac tam beati martyris, et magistri contempsit in omnibus, dicens [k] Æonas quosdam de cœlo fuisse prolatos. Addens etiam hoc : [l] Adam

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quæ fecit mundum
[2] carnem deposuisse
[3] elementis, id est de sicco, calido et frigido accepisse Christum, et in resurrectione iterum reddidisse elementis quæ de mundo
[4] ipsum autem in Cœlum
[5] Tacianus autem discipulus S. Justini
[6] tanti sancti ac beati

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Præceptis paret illius in omnibus.* Hoc contra Apellis mentem additum est a Philastrio. Nam Apellis sententia fuit inferiorem Deum, quem summus ille produxerat, ab ejusdem bonitate per malignitatem defecisse. Ita diserte Epiphanius, Augustinus, et alii. Auctor Prædestinati c. 22 : *Apelles Unum fatetur Principium, hoc est bonum, et ab ipso factum alterum, id est ab ipso Uno Principio alterum factum est. Quod cum malignum esset inventum, a bono abjectum est : abjectum vero a bono Principio hoc Principium quod malignabatur contra boni Principii voluntatem, in sua malignitate mundum fecit.* Fabric.

[b] *Ariani nunc consortes.* Tantum in eo cum Apelle sentiebant Ariani, quod secundum Deum priore inferiorem introducerent, in cæteris omnibus longe ab illius hæresi alieni. Fabric.

[c] *In carne apparuisse.* Quam non per nativitatem ex matre, verum ex quatuor elementis mutuatus sibi aptasset. Vide Tertullianum de carne Christi c. 6, et contra Marcionem III, cap. 11. Idem Tertullianus hæc Apellis commenta pluribus oppugnaverat in libro contra Apellejanos, quem desideramus. Fabric.

[d] *Sicut Valentinus.* Supra cap. 38. Fabric.

[e] *Post Passionem non carnem surrexisse.* Statuit Apelles carnem a Christo in sepultura relictam, ut in elementa a quibus petita erat iterum dissiparetur. Tangit hanc Apellis opinionem etiam Greg. Nazianzenus epistola 1, ad Cledonium. Vide Joan. Pearsonium ad Symbolum Apostol. pag. 480 edit. Latinæ.

[f] *De quatuor elementis, quæ de mundo acceperat.* Sic legit Hamburgensis editio, cui cæteræ quoque editiones concinunt, sed profecto nullo sensu, quamvis de mendo tam aperto nihil omnino monuerit celeberrimus Fabricius; at Corb. cod. opportune locum supplet : *de quatuor elementis, id est de sicco* (addendum fortasse *humido*, quod in ms. deest), *calido et frigido accepisse Christum, et in resurrectione iterum reddidisse elementis quæ de mundo acceperat.* Eodem modo cap. 120 loquitur noster : *Diversa temperamenta statuta sint, ut calidum, frigidum, siccum et humidum quatuor angulis sæculi*, quod male habent editiones. Sic paulo supra hoc eodem cap. 47, *virtus Dei est quæ fecit illum* perperam legunt præter Hamburgensem, Basileensis et Lugdun. editio; sed recte Corb. cod., *virtus Dei est quæ fecit mundum;* deinde in Basileensi et Lugdun. editione, *subjectus autem est Deo illi*, quod in Hamburgensi minus bene, *subjectus aut est Deo illi.* Ab illo Apellis errore, quo Christum docebat reddidisse quatuor elementis ea quæ de mundo acceperat, ut tradit Philastrius hoc cap. 47, non valde abludit Virgilius ubi de Pallante Æneid. XI, 51 :

Nos juvenem exanimum et nil jam cœlestibus ullis
Debentem :

ad quem locum ita Servius : *Vivi superorum sunt, mortui ad inferos pertinent, ut in* XII :

Vos, o mihi manes
Este boni quoniam superis aversa voluntas.

Superis autem debemus omnia donec vivimus, idco quia ut dicunt physici, cum nasci cœperimus, sortimur a Sole spiritum, a Luna corpus, et Marte sanguinem, a Mercurio ingenium, a Jove desiderium, a Venere cupiditates, a Saturno humorem, quæ omnibus singulis reddere videntur exstincti. Galeard.

[g] *Sub Apostolis.* Latine hoc accipiendum etiam post Apostolorum tempora. Verba autem quæ hinc in editis tamquam novus titulus præmittebantur proximis capitibus : *Catalogus hæreseon quæ sub Apostolis exstiterunt*, merito utpote aliena, atque hoc loco penitus inepta expunxi. Fabric.

[h] *Tatianus.* In edit. Basileensi Sicardi, *Tacianus*, cui consonat Corb. codex. Tatianos ab Encratitis minime discernit Isidorus VIII Orig. 5, dum ait : *Tatiani a Tatiano quodam vocati, qui et Encratitæ dicti sunt, quia abominantur carnes.* Epiphanius autem Tatianos et Encratitas ita distinguit, ut Encratitas Tatiani schismaticos dicat, narrante Augustino de Hæres. cap. 25. De Encratitis Philastrius cap. 72. Galeard.

[i] *Post Decii.* Sive Philastrii, sive (quod libenter credo) librarii hæc est hallucinatio, centum fere annis Decii persecutionem, quæ A. C. 250, Christianos affligebat, Tatiani hæresis antecessit. Igitur pro *Decii* Allatius ad Eusthathium Antiochenum pag. 7 legit *Adriani*. Propius fuerit *Ælii*. Fabric.

[j] *Post passionem ipsius.* Μετὰ τὴν τοῦ διδασκάλου τελείωσιν, Theodoret. lib. I, c. 20 de Hæreticis fabulis; Ὅτε δὲ ἐτελεύτα Ἰουστῖνος ὁ ἅγιος, etc., Epiphan. XLVI, 1; Μετὰ τὴν ἐκείνου μαρτυρίαν, Irenæus lib. I, cap. 31. Martyrium obiit S. Justinus A. C. 150, Antonini Pii duodecimo. Fabric.

[k] *Æonas quosdam. Prolationes fabulosas sæculorum* vocat Augustinus hæresi 25. In hac parte cum Valentino sensisse Tatianum, notatum Irenæo lib. I, c. 31, unde ab auctore appendicis ad Tertull. de Præscript. cap. 51, *totus secundum Valentinum sapere* traditur. Fabric.

[l] *Adam non salvari.* De hac Tatiani opinione vide B. Ittigium de hæresiarchis p. 206 seq. Samuelis Andreæ diss. de salute Adami, et Vossii theses theologicas diss. 2, Thes. II, p. 50. Tatianum egregie confutavit S. Irenæus lib. III, cap. 34, 35, 39. Fabric.

patrem nostrum protoplastum non salvari; Æonas autem nuntians [a] sicut Marcion deliravit. Qui etiam [b] generationem hominum exsecratur, et jus nuptiarum legitimum abjicit, idque juris a Deo statutum non confitetur.

XLIX. CATAPHRYGES.

Alii autem post istos surrexerunt [c] Cataphryges, in Phrygia provincia habitantes, isti [d] Prophetas et Legem accipiunt, [e] Patrem, et Filium, et Spiritum confitentur, carnis [f] resurrectionem exspectant, quæ et catholica Ecclesia prædicat. Quosdam autem suos prophetas, id est, [g] Montanum nomine, et Priscillam, et Maximillam annuntiant, quos neque Prophetæ, neque Christus nuntiavit. Addunt etiam [h] plenitudinem sancti Spiritus non per [i] Apostolos Christo dante fuisse concessam, sed per illos suos pseudoprophetas æstimant impartitam, et separant se a catholica Ecclesia [j] per illos suos pseudoprophetas, et falsos doctores. Ili [i] mortuos baptizant, [j] publice mysteria celebrant, [k] Pepuzam villam suam, quæ sic dicitur in Phrygia, Jerusalem appellant, ubi Maximilla, et Priscilla, et ipse Montanus, vitæ tempus vanum, et infructuosum habuisse dignoscuntur. Ubi et [l] mysterium Cynicorum, et infantis exsecranda celebratur impietas. Dicunt enim eos de infantis sanguine in Pascha miscere in suum sacrificium, [s] suisque ita ubique emittere perniciosis et falsis satellitibus.

L. THEODOTUS.

Post istos [m] Theodotus quidam Byzantinus genere, denegator Christi [k] Dei nostri [n] in persecutione exstitit Salvatoris, qui cœpit dicere, docens ita: [s] Communis

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[i] Apostolos beatos Christo
[j] propter illos suos prophetas... Pepugam
[s] suisque ita emittere perniciosis satellitibus.
[k] Dei in
[s] Communis inquit homo... negavit

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Sicut Marcion.* Immo sicut Valentinus. Nihil de Æonibus supra, c. 45, in Marcione Philastrius. FABRIC.

[b] *Generationem hominum.* παιδοποιὰν cum nuptiis detestatos Encratitas testis Clemens Alex. 1. Strom. pag. 223. Confer quæ ex Irenæo Eusebius IV, 29. Hist.

[c] *Cataphryges.* Montanistæ a Phrygia velut patria origine οἱ κατὰ Φρύγας dicti, etiam Φρύγες, et Epiphanio φρυγαστεί. Nazianzenus Orat. 14, p. 221, ἡ Φρυγῶν εἰς ἔτι καὶ νῦν μανία. FABRIC.

[d] *Prophetas et Legem accipiunt.* Epiphan. XLVIII, 1: Πᾶσαν γραφὴν δέχονται, παλαιὰν καὶ νέαν διαθήκην. FABRIC.

[e] *Patrem, Filium, et Spiritum sanctum confitentur.* Idem Epiphan.: Περὶ δὲ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος ὁμοίως φρονοῦσι τῇ ἁγίᾳ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ. Satis hoc patet etiam ex Tertulliani, jam Montanistæ scriptis. Igitur quod Sabellii errorem Montanistis veteres quidam impingunt, nec Montano ipsi, nec universæ sectæ tribuendum, sed paucis quibusdam ex Montani schola, a magistro ipso hac in parte dissidentibus. FABRIC.

[f] *Resurrectionem exspectant.* Epiphan., καὶ νεκρῶν ἀνάστασιν ὁμοίως λέγουσι. Egregie hoc etiam dogma singulari de resurrectione carnis libro propugnavit Tertullianus, jam Montani discipulus: cujus *prophetiam novam de paracleto inundante*, laudat capite ult. et cap. 11., *de quibus luculenter per prophetidem Priscam: Carnes sunt, et carnem oderunt.* FABRIC.

[g] *Montanum, Priscillam, et Maximillam.* Tertullianus contra Praxeam c. 1: *Nam idem tunc* (Praxeas) *episcopum Romanum* (Victorem circa A. C. 198) *agnoscentem jam prophetias Montani, Priscæ, Maximillæ, et ex ea agnitione pacem Ecclesiis Asiæ et Phrygiæ inferentem, falsa de ipsis prophetis et Ecclesiis eorum asseverando, et prædecessorum ejus auctoritates defendendo, coegit et litteras pacis revocare jam emissas, et a proposito recipiendorum charismatum cessare.* Idem c. 9 libri de anima: *Est hodie soror apud nos revelationum charismata sortita*, etc. Diligenter ut solet et erudite de jactatis hisce prophetiis Tillemontius tom. II Memor. Eccles. p. 419 seq. Vid. Didymum in Catena ad Actor. x, 10, tom. IV anecdotorum Wolfii p. 49 seq. FABRIC.

[h] *Plenitudinem sancti Spiritus.* Promissionem de Spiritu sancto impertiendo a Christo datam, Montanistæ negabant repræsentatam ad plenum in effusione facta super Apostolos Actor. II, sed perfectionem ejus exhibitionem impletam in Montano, Priscaque, et Maximilla, at deinceps nullos amplius sperandos prophetas. Maximilla apud Epiphanium XLVIII, 2: Ὅτι μετ' ἐμὲ προφῆτις οὐκέτι ἔσται, ἀλλὰ συντέλεια. *Post me nulla amplius erit prophetis, sed jam finis ac perfectio.* FABRIC.

[i] *Mortuos Baptizant.* Vide Vossium de baptismo disp., XII. Thes. 2, p. 159 seq., qui ab hoc Montanistarum abusu recte distingui alterum Cerinthianorum et Marcionitarum vivos pro mortuis baptizantium, de quo Grotius ad I Cor. XV, 29, et Wilhelmus Wall. in historia pædobaptismi, Anglice edita p. 259 seq. FABRIC.

[j] *Publice mysteria celebrant.* Epiphan. XLVIII, 14: de Pepuza Cataphrygum sermonem faciens: Ὅθεν ἀπερχόμενοι μυστήρια τινα ἐπιτελοῦσιν ἐν τῷ τόπῳ καὶ ἁγιάζουσιν, ὡς ὑπολαμβάνουσιν. FABRIC.

[k] *Pepuzam.* Male in superioribus editionibus *Pepuram.* Epiphan. XLVIII, 14: Τιμῶσι δὲ οἱ τοιοῦτοι καὶ τόπον τινὰ ἔρημον ἐν τῇ Φρυγίᾳ, Πέπουζάν ποτε καλουμένην πόλιν, νῦν δὲ ἠδαφιασμένην· καὶ φασιν ἐκεῖσε κατιέναι τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ. *Pepuziani*, de quibus XLIX, 1. FABRIC.

[l] *Mysterium Cynicorum.* Al. *scenicorum*: sed putem legendum *Cyntillianorum*, idque scriptum pro *Quintillianorum*. Epiphanius XLVIII, 14: Ἐντῇ συζύγῳ ταύτης αἱρέσεως τῆς τῶν Κυϊντιλλιανῶν εἴγουν Πρισκιλλιανῶν καὶ Πεπουζιανῶν καλουμένη δεινόν τι καὶ ἀθέμιτον ἔργον φασὶ γίνεσθαι, παῖδα γὰρ κομιδῇ νήπιον κατὰ ἑορτὴν τινα δι' ὅλου τοῦ σώματος κατακεντοῦντες ῥαφίσι χαλκαῖς, τὸ αἷμα αὐτοῦ προσποριζονται ἑαυτοῖς εἰς ἐπιτήδευσιν δῆθεν θυσίας. FABRIC.

[m] *Theodotus Byzantinus.* Coriarius hic est, diversus a Theodoto Montanista, de quo Asterius Urbanus apud Eusebium V, 16, et a Theodoto Trapezita auctore Melchisedecianorum, de quo infra ad c. 52. De Theodoto Coriario B. Ittigius de hæresiarchis p. 2:9 seq., cui junges Pearsonium parte II Vindic. Ignatii p. 25, et in operibus posthumis p. 147 seq. et quæ notavi ad S. Hippolytum contra Noetum tom. II, p. 7. FABRIC.

[n] *In persecutione.* En erubescendam causam ereptæ Christo divinitatis, quo magis videlicet excusabilis videretur facta in persecutione, ab ipso hominis nudi abnegatio. Synodicum Pappi c. 3 de Theodoto Byzantio: Καὶ ἐξαρνησάμενος τὸν Χριστὸν, ἐσχάτως ὑπὸ τῶν πιστῶν ὀνειδιζόμενος, καὶ μὴ φέρων τὴν αἰσχύνην, εἰπεῖν ἐτόλμησεν ὁ ἀνόσιος, Ἐγὼ Θεὸν οὐκ ἠρνησάμην, ἀλλὰ ἄνθρωπον ψιλόν. FABRIC.

homo erat, ut omnes homines Christus. Hoc autem dicebat, ut denegationis opprobrium ab hominibus non amplius pateretur; cogitans, quod si qui ei diceret, quare negasti Christum, Deum ac Dominum? diceret, quod hominem negavi, non Deum. Isti utuntur [a] capitulis Scripturarum, quæ de Christo veluti de homine edocent: [1] quæ autem de Deo dicunt, ea vero non accipiunt. Legentes et nullo modo intelligentes, impietatisque paganæ, et cæcitatis Judaicæ consortes se potius, quam Christianæ salutis participes demonstrantes.

LI. HÆRESIS DE PATRIS ET FILII SUBSTANTIA.

Sunt alii [2] dicentes [b] μεταγγισμὸν, id est, Filium intrare in Patrem, et ut vas in vase inesse; ignorantes quod asserant, cum Salvator non dixerit Filium in Patrem intrare, sed æqualitatis causam in divinitate et potentia docuerit, non [c] introitum aut continentiam, [d] ut illi æstimant, impartitam. Et separant se a catholica Ecclesia, propter illos suos pseudoprophetas [3] insaniunt, id sentientes, et non intelligentes, quod qualis [e] immensus est Pater, talis est et Filius, talis est et Spiritus sanctus, æqualis in omnibus, ita ut sit immobilis Trinitas, immensa, et omnipotens, atque sempiterna ubique, [4] quæ nobis nuntiatur ex sanctis Scripturis apertissime, ut et sint tres Personæ viventes in perpetuum, et æquales in omni majestate, et potentia: Filius tamen et Spiritus sanctus de Patre sint proprie.

LII. DE MELCHISEDECH.

Post istos [f] alii recedentes ab his dixerunt similia; addunt etiam Melchisedech [5] sacerdotem Virtutem Dei magnam esse, et [6] nomina quædam diversa hominum asserunt a fide catholica dissonantes.

LIII. NOETIANI.

Alii autem Noetiani [h] insensati cujusdam nomine Noeti, qui dicebat Patrem omnipotentem ipsum esse Christum, et ipsum natum, et ipsum passum, et ipsum mortuum fuisse in corpore: hic etiam dicebat se Mosen esse, et fratrem suum [i] Eliam prophetam.

LIV. SABELLIUS.

Sabellius post istum [j] de Libya discipulus ejus, similitudinem sui doctoris itidem secutus est et errorem, unde et Sabelliani postea sunt appellati, qui et [k] Patripassiani, et Praxiani a [l] Praxea, et Hermogeniani ab [m] Hermogene, qui fuerunt [7] in

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quæ autem ut de Deo... ea vero non
[2] dicentes metangesmon, id est
[3] ut illi insaniunt assentientes
[4] ubique nobis
[5] sacerdotem dicentes virtutem... dissonantes.
[6] in Africa, et ita

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Capitulis Scripturarum.* Specimen habes in Theodoti hujus eclogis ad calcem Clementis Alex. FABRIC.

[b] Μεταγγισμὸν. Ita scripsi pro vocabulo nihili *μετάνισμον*. Apud Augustinum et auctorem Prædestinati c. 58 memorantur hæretici Metangismonitæ dicti a vocabulo ἀγγεῖον, quo *vas* denotatur, quod ita docerent Filium esse in Patre *ut vas minus intra vas majus*. Confer Nicetam lib. I Thesauri c. 3 et 4, et lib. II, c. 59, et lib. II, cap. 82. FABRIC.

[c] *Introitum aut continentiam.* Qua intra Patrem tamquam majorem contineatur. FABRIC.

[d] *Ut illi æstimant.... id sentientes.* Recte Corb. cod., *Ut illi insaniunt.... id sentientes*; cætera nescio quomodo huc irrepserint ex hæresi Cataphrygum, ubi totidem verbis omnino leguntur supra cap 49. Certe nullus hic locus pseudo-prophetis ibi recte memoratis propter Montanum et Priscillam; reliqua autem superflua et ἄτοπα, quod minime Fabricio observatum. GALEARD.

[e] *Immensus Pater, talis est et Filius, talis est et Spiritus sanctus.* Iisdem fere verbis in Symbolo quod vocamus Athanasianum: *Immensus Pater, immensus Filius, immensus Spiritus sanctus.* FABRIC.

[f] *Alii.* Præsenti capite Theodotum Trapezitam videtur tangere Philaster, auctorem Melchisedecianorum, ut recte Latinius annotavit. Hic Melchisedechum Virtutem Dei Christo superiorem esse docuit, quod de Christo sit dictum eum esse sacerdotem in æternum secundum ordinem Melchisedech; et Christus agat pro hominibus, deprecator et advocatus ipsorum factus. Melchisedech faciat pro cœlestibus Angelis atque Virtutibus. Vide appendicem ad Tertullianum de Præscript. cap. ult., Epiphanium et Damascenum hæresi 55, Augustinum et auctorem Prædestinati c. 34, Theodoretum lib. II de Hæreticis fab. c. 6. Etiam nostrum infra c. 143. FABRIC.

[g] *Nomina quædam diversa hominum.* Ex Epiphanio LV, 2, ubi traditur Melchisedecianos nomina parentum Melchisedeci jactasse, patris Heraclæ, matris Astaroth, vel Asteriæ. FABRIC.

[h] *Insensati cujusdam nomine Noeti.* Ita legendus et interpungendus iste locus, nam in editis male erat: *Alii autem Noetiani insensati, cujusdam nomine Noetiani.* Manifestum porro est alludi ad νοητοῦ nomen, nam *insensatus* est ἀνόητος. Sic pro Cerdone dictus ἀκίρδων, pro Eunomio Anomius, pro Sibylla ἄβυλλα, pro Macario ἀμακάριος, pro Eudoxio Adoxius, pro Eusebio Asebius, pro Eutyche Atyches, pro Eutacto Atactus, et similia. Noeti hæresin, quæ circa A. C. 245 prodi ab eo cœpit, bene confutavit S. Hippolytus, cujus scriptum Græce et Latine habes tomo posteriore operum sancti Martyris nuper a me vulgatorum. FABRIC.

[i] *Eliam prophetam.* Immo Aaronem. S. Hippolytus p. 6, de Noeto: Οὗτος ἔλεγεν ἑαυτὸν εἶναι Μωϋσῆν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀαρών. Eadem ex Hippolyto Epiphanius et Damascenus hæresi 57. FABRIC.

[j] *De Libya.* Libycum hæreticum vocat Basilius ep. 63, et apud Nicephorum VI, 23, tum Nicetas Byz. pro concilio Chalcedonensi p. 675. Hæresis Sabellii erupit circa A. C. 257, de qua desideramus D. Ittigii τοῦ Μαχαρίτου diatribam quam promisit in heptade diss. p. 432. Interim evolvere licebit Rev. Christiani Wormii historiam Sabellianismi editam A. 1696. in 8°. Videsis etiam Epiphanium et Damascenum hæresi 62, Augustinum et auctorem Prædestinati c. 41, Victorem Vitensem lib. III, c. 6, Euthymii panopliam titulo X, tom. XIX Bibl. Patrum edit. Lugd. p. 61. et notas Benedictinorum ad S. Ambrosium tom. II, p. 445, Petavii dogmata Theol. de SS. Trinitate p. 33 seq. FABRIC.

[k] *Patripassiani.* Quod Patrem sub σχήματι Filii passum esse docerent. Confer Petavium lib. I de Incarnat. c. 5, Pearsonium ad Symbolum Apostol. p. 281, 566, Elmenhorstium ad Gennadium de dogmatibus Eccl. pag. 103, Beveregium ad Synodicum pag. 92. FABRIC.

[l] *Praxea.* Contra hunc exstat præclarus Tertulliani liber. FABRIC.

[m] *Hermogene.* Ex Philastrio Hermogenem in Sabellii contubernio referunt Augustinus et auctor

Africa, qui et ita sentientes abjecti sunt ab Ecclesia catholica.

LV. SELEUCI ET HERMIÆ HÆRESIS DE DEO CORPOREO.

Quæ est hæc vanitas [a] Galatarum, [b] Seleuci et Hermiæ hæreticorum? qui cum volunt Deum [1] esse corporeum, hylen etiam, id est, materiam mundi coæternam esse cum Deo asserunt, et materiam quidem elementorum, quæ est sine anima, irrationabilis scilicet, quæ facta est a Deo Patre per Filium ex nihilo, ut possit esse quæ ante non erat, [c] non ita accipiunt. Spiritum autem hominis, id est, animam non factam a Deo per Filium, sed [d] de terra esse aiunt: [e] malum [2] autem aliquando a Deo, aliquando esse a materia asserunt. Salvatorem autem in carne negant sedere ad dexteram Patris, sed [f] exspoliasse carnem, et posuisse in solem æstimant, quia [g] dixit Propheta, cum nesciant quid dixerit: *In sole posuit tabernaculum suum.* Paradisum [3] visibilem affirmant [h] ex Platone, et isti vanitatibus servientes et animas hominum [i] de igne et spiritu esse æstimantes, isto baptismo non utuntur, propter verbum hoc, quod dixit Joannes Baptista: [j] *Ipse vos baptizabit in Spiritu et igne* (*Marc.* I, 8). [k] Isti angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum, non Christum Salvatorem. Mundum autem istum infernum esse asserunt, et Resurrectionem in filiorum procreatione hanc esse prædicant, quæ fit in humano genere quotidie, non illam immortalitatis futuram atque gloriosam annuntiant exspectantes.

LVI. PROCLIANITÆ.

Alii sunt discipuli horum, qui [4] [l] Proclianitæ ap-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] esse incorporeum... non factam
[2] autem quondam a Deo, quondam esse materiam asserunt
[3] visibilem negant a Platone, et isti
[4] Prodianitæ vocantur et Hermeonitæ

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Prædestinati c. 41. Sed Tertullianus qui singulari opere errorem Hermogenis de materiæ æternitate confutavit, de Hermogenis Patripassianismo ne γρὺ. FABRIC.

[a] *Galatarum.* Infra c. 56, in locis Galatiæ commorari affirmat Hieracoritas et Proclianitas. Apud Nazianzenum Orat. 14, p. 221, ἡ Γαλατῶν ἄνοια ad similes hæreticos respicit, verbis simul repetitis ex Epistolæ Pauli ad Galatas III, 1, ubi eos ab Apostolo regionis suæ proprietate pulsari observat Hieronymus, nam et Callimachus poeta Galatis stultitiam exprobrat hymno in Delum vers. 184, atque ἄφρονα φῦλον appellat. FABRIC.

[b] *Seleuci et Hermiæ.* Confer quæ de Seleucianis et Hermianis Augustinus et Prædestinati auctor c. 59. Qui autem Hermias Philastrio et Augustino, idem Tertulliano, qui singularem illi librum opposuit, Hermogenes. FABRIC.

[c] *Non ita accipiunt.* Non ita accipiunt ut Ecclesia accipit catholica, quod a Deo Patre per Filium condita sit materia ex nihilo, atque ἐξ οὐκ ὄντων jussa esse, quæ ante non erat, et animæ ab eodem Deo factæ sint per Filium; sed illam quidem materiam, animæ rationabilis expertem, matrem elementorum, Deam faciunt Deo coæternam. Animas vero rationabiles non a Deo condi, sed de materia per angelos creatores prodire. Hæc Philaster suo more, paulo obscurius. FABRIC.

[d] *De terra esse aiunt.* Hoc est, ut jam demonstravi, de materia prodire. Ideoque Hermogenes apud Theodoritum lib. I de Hæreticis fabulis c. 19, docuit etiam diabolum et dæmonas refundendos iterum in materiam, τὸν δὲ διάβολον καὶ τοὺς δαίμονας εἰς τὴν ὕλην ἀναχεθήσεται. FABRIC.

[e] *Malum aliquando a Deo.* Mirus hic illorum hæreticorum stupor, et alienus ab aliis plerisque omnibus, qui duo coæterna Principia statuerunt, ut mali causam in Deo bono etiam quærerent, non in sola materia FABRIC.

[f] *Exspoliasse carnem.* Id est, exuisse se carne, atque illam in sole tamquam futuro tabernaculo suo deposuisse. Seleuciani atque Hermiani docebant Christi corpus non ascendisse ultra solem, sed ibi exutum a Christo, in eoque ab ipso depositum fuisse, ut recte e Philastrio Augustinus et Prædestinati auctor c. 59: *Negant Salvatorem in carne sedere ad dextram Patris, sed ea se exuisse perhibent, eamque in sole posuisse.* Probe notavit Pearsonius p. 482, ad Symbolum, geminum commentum arrisisse Manichæis, de quibus Nazianzenus epist. 1, ad Cledonium: Ποῦ γὰρ τὸ σῶμα νῦν, εἰ μὴ μετὰ τοῦ προσλαβόντος; οὐ γὰρ δὴ κατὰ τοὺς τῶν Μανιχαίων λήρους τῷ ἡλίῳ ἐναποτέθηται, ἵνα τιμηθῇ διὰ τῆς ἀτιμίας. Augustinus XX, 2, contra Faustum docet, ex Manichæorum sententia, Patrem in Luce inaccessa, Filium in Luce solis et lunæ, et Spiritum sanctum in omni aeris ambitu sedem suam fixisse. Et Christum ipsum esse solem tract. 34, in Joannem: *Manichæi solem istum carneis oculis visibilem, expositum et publicum non tantum hominibus, sed etiam pecoribus ad videndum, Christum Dominum esse putarunt.* Catena Patrum in Psal. XVIII: Οὐ γὰρ προσεκτέον τοῖς τῶν αἱρετικῶν φληναφοις οἳ φασιν Μετὰ τὴν ἀνάστασιν ὁ Σωτὴρ ἐν τῇ ἡλιακῇ σφαίρᾳ ἀπίθετο ὃ ἐφόρησε σῶμα, φυλάττεσθαι μέχρι τῆς δευτέρας παρουσίας. Theodoritus lib. I Hæret. fab. c. 19 de Hermogene: Οὗτος τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα ἐν τῷ ἡλίῳ εἶπεν ἀποτεθῆναι. In excerptis Theodoti pag. 808: Ἐν τῷ ἡλίῳ ἔθετο τὸ σκήνωμα αὐτοῦ. Ἔνιοι μὲν οὖν φασι τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐν τῷ ἡλίῳ αὐτὸν ἀποτίθεσθαι, ὡς Ἑρμογένης. Huc quoque Is. Vossius c. 5, de Sibyllinis Oraculis putat pertinere illud Sibyllinum:

Καὶ τότ' ἀπ' ἠελίοιο θεὸς πέμψει βασιλῆα
Ὃς πᾶσαν γαῖαν παύσει πολέμοιο κακοῖο. FABRIC.

[g] *Dixit Propheta.* Psal. XVIII (XIX), 6 (4), cujus loci hunc sensum esse putat Justinus quæst. 63 ad Orthodox: Τοὺς οὐρανοὺς ἔθετο σκήνωμα ἡλίου.

[h] *Ex Platone.* In Phædone p. 401. FABRIC.

[i] *De igne et spiritu.* Auctor Prædestinati c. 59: *nec animam Deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum angelos volunt de igni et de spiritu.* FABRIC.

[j] *Ipse vos...* Ex hoc loco autem Philastrii non posse probari quod ignis etiam baptismo usi Seleuciani atque Hermiani fuerint, recte mihi videtur annotasse Joan. Gotfridus Olearius in diss. de baptismo Spiritus sancti, et ignis quam præside R. D. Joan. Schmidio habuit Lipsiæ 1706, § 14. FABRIC.

[k] *Isti angelos dicunt creatores esse animarum nostrarum.* Seleuci et Hermiæ hæresis, quod angeli creatores sint animarum nostrarum, de qua jejune admodum Fabricius supra not. *c*, latius expenditur apud Desiderium Heraldum. Animadv. ad Arnob. lib. II, p. 89. Confer Fevardentium not. ad Irenæum lib. II c. 2. GALEARD.

[l] *Proclianitæ.* Male in superioribus edit., *Prodianitæ.* Vide Augustinum et auctorem Prædestinati c. 60, qui a *Proclino* quodam dictos affirmat. Adeoque diversi hi a Montanistis κατὰ Proclum, de quo

pellantur, et [a] Hermioritæ. Addunt etiam diversos errores, docentes quod [b] in Ezechiele scriptum est de quatuor animalibus, quod leonem [c] regem esse Parthorum, [d] vitulum Ægyptiorum, [e] aquilam Romanorum, hominem vero [f] piissimorum tenere similitudinem arbitrantur. Hi Sapientiæ libro utuntur Sirach illius, qui scripsit post Salomonem, id est post multa tempora [g] librum unum Sapientiæ. Christum autem [h] in carne venisse negantes, Resurrectionem, et Judicium non credentes, qui [i] in locis Galatiæ commorantur, et [j] ut vulpes latitantes, plurimos deprædantur, sicut [k] Salomon testatus est, dicens : *Prendite nobis vulpes minimas, exterminantes vineam* Domini Salvatoris.

LVII. FLORIANI, SIVE CARPOCRATIANI.

[l] Floriani [t] etiam, sive [m] Carpocratiani dicuntur, qui et [n] Milites vocantur, quia de militaribus fac-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[t] Alii sunt qui Floriani sive

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

bus appendix Tertulliani de Præscript. c. 52. Cujus mentio Procli etiam apud Eusebium VI Hist. c. 20. FABRIC.

[a] *Hermioritæ.* Hermiæ videlicet, de quo capite superiore, discipuli, aliis dicti *Hermiani*, vel *Hermogeniani*. Porro *Hermioritas* scripsi pro *Hermiotitis*, quia observaveram Philastrium hac terminatione delectari, ut supra in *Musoritis*, *Puteoritis*. FABRIC.

[b] *In Ezechiele.* Cap. I, 5 seq. Philastrii sententiam de hisce quatuor animalibus cognosces infra hæresi 135, 148, 149. FABRIC.

[c] *Regem Parthorum.* Ita scribendum esse existimo pro *Pastorum*, quod præ se ferebant superiores editiones, et merito obscurum visum est doctissimo viro Jacobo Thomasio, qui in præfationibus suis p. 385, seq. copiose super hoc Philastrii loco disseruit. Nomen vero Parthorum positum hoc loco vel pro Persis, ut a Tertulliano et aliis factum notavit Salmasius ad librum de pallio p. 119 (et Persarum pro Parthis. Vales. ad Ammiani XXXI, 2, p. 620; Ez. Spanheim p. 119 *b*, ad orat. I Juliani), vel quod malim (quia Ægyptiis præmittuntur) pro Assyriis, nam ita et Ammianus Marcellinus Parthos pro Assyriis posuit XXVIII, 4 : *Palpantesque advenam deformitate magna blanditiarum ita extollunt, ut Semiramin Parthi, vel Cleopatras Ægyptus, aut Arthemisiam Cares, vel Zenobiam Palmyreni.* (*Zenobiam Palmyreni.* Sic Assyrios pro Persis poni, qui debellatis Babyloniis Assyriam sibi subjecerit, notavit Herm. Witsius tom. I Miscell. sacr., dissert. 8.) Fuit etiam regum dynastia in Ægypto, numero decima septima, quæ dicta est *Pastorum*. Sed de illa exponi Philastrium, quæ sequitur distincta Ægyptiorum mentio, haud permittit. FABRIC.

[d] *Vitulum Ægyptiorum.* Ut Assyriis leonem tribuerunt propter potentiam, ita Ægyptiis vitulum, quod ab eo vituli specie Apis cultus fuit, itemque Mnevis. Vide Herodotum III, 28, Strabonem lib. XVII, p. 555, Ammianum XXII, 13, et Plinium VIII, 46 Hist. aliosque. FABRIC.

[e] *Aquilam Romanorum.* Propter insigne aquilæ quo jam pridem Romani (a C. Marii maxime tempore teste Plinio X Hist. 4) usi sunt. Aquilam in hoc viso Ezechielis etiam de Romanorum imperio accepit Nicolaus Lyra, et e Judæis Rabbi Eliezer. Vide laudatas Jac. Thomasii præfationes p. 389, 399. FABRIC.

[f] *Piissimorum.* Id est Christianorum. Hanc porro animalium Ezechielis interpretationem quam hæresibus Philastrius præsenti loco ascribit, vix usquam alibi reperias. FABRIC.

[g] *Librum unum Sapientiæ.* Constat Ecclesiastici Volumen a veteribus passim appellari jam Σοφίαν τοῦ Σειραχ vel τοῦ Ἰησοῦ, jam πανάρετον Σοφίαν, jam laudari nomine Salomonis, jam simpliciter, nullo auctoris nomine ascripto, Σοφίαν. Non immerito itaque mireris a Philastrio inter hæreses Proclianitarum referri quod Sirachidis Sapientia veluti Salomone, usi sunt : quamquam enim verissimum est multo illam tempore post Salomonem scriptam esse, tamen non debebat Philastrium fugere multos hoc fecisse alios itidem bonos et catholicos scriptores, quorum magnum numerum allegant Serarius ad epistolam I S. Bonifacii, et Cotelerius ad epist. Clementis Romani p. 178 seq. Vide etiam S. Ambrosium in Psal. XXXVI, tom. I Benedictinor. p. 807. FABRIC.

[h] *In carne venisse negantes.* Hoc unum iisdem verbis de Proclianitarum erroribus e Philastrio excerpsit Augustinus hæresi 60. At auctor Prædestinati : *Dicunt isti, Dei Filium sic paruisse* (hoc est apparuisse) *in terris, sicut Raphaelem angelum, aut Gabrielem, non carne assumpta, sed visa*, id est κατὰ δόκησιν duntaxat, non in vero corpore humano. Quoniam vero addit *eos nullum alium errorem pati*, hinc colligo scriptori huic, quod ex aliis etiam argumentis suspicor, Philastrium, qui plures memorat, haud inspectum, sed solum Augustini librum, quem κατὰ πόδα perpetuo sequitur, ad manus fuisse. FABRIC.

[i] *In locis Galatiæ.* Vide, si placet, quæ dicta sunt capite superiore. FABRIC.

[j] *Ut vulpes latitantes.* Auctor Prædestinati : *Sic se miscent populo Dei, ut non intelligantur. Denique quia nullum alium errorem patiuntur, communicant nobiscum, et hoc est quod pejus est, quia quascumque simplices invenerint, ita eos faciunt sentire et credere.* FABRIC.

[k] *Salomon.* Verus nempe ille, non Proclianitarum, Cantic. II, 15, qui locus frequentissime apud veteres hæreticis Ecclesiam lacerantibus applicari solet. Cæterum uvis maxime insidiari vulpes, notum ex Nicandro, Theocrito et aliis, quorum loca adduxit Bocharus Hierozoici III, 13. FABRIC.

[l] *Floriani.* A Florino dicendi potius *Floriniani*, tamen *Florianos* vocat etiam Augustinus et auctor Prædestinati c. 66, licet hic Florianum appellet, qui aliis est Florinus presbyter Valentinianus Romæ Commodi Imp. temporibus (circa A. C. 182) cui librum de ogdoade opposuit S. Irenæus, et librum de monarchia, sive Deum non esse malorum auctorem. Vide Eusebium V Hist. I c. 20, Theodoretum lib. I de Hæret. fab. c. 25. Fuit et Flora quædam ad quam scripsit Ptolemæus hæreticus apud Epiphan. XXXIII, 3. FABRIC.

[m] *Carpocratiani.* Mirum est Carpocratianos hoc loco ingeri a Philastrio, qui de Carpocrate jam dixerat supra c. 35. Neque de Carpocratianismo Florianorum Augustinus vel auctor Prædestinati verbulum addidit; atque num idoneo auctore hoc tradiderit Philastrius, merito dubitat Dodwellus diss. 6 ad Irenæum p. 432. FABRIC. — *Floriani, sive Carpocratiani.* Locus hic Philastrii profertur in Collectaneis ad Clem. Alex. III Strom. p. 514 ed. Potteri; de Florino autem et Blastro ejus socio Eusebius V, 15, ed. Valesii, cujus loci versio merito castigatur a Massueto, dissert. 2 in S. Iren., art. 3, § 59. Florinum iterum carpit Philastrius infra c. 79. GALEARD.

[n] *Milites.* Apud Epiphanium XXVI, 3, atque inde Damascenum hæresi 26, inter Gnosticorum appellationes occurrit nomen στρατιωτικῶν. Certe quæ deinceps de hæreticis hisce et eorum dogmatibus Phila-

runt, negantes Judicium atque [a] Resurrectionem, Christum [b] natum de Virgine non credentes; omnemque Resurrectionem in liliorum procreatione, nefandi cœtus æstimantes [1] consistere, ut in Ecclesia sua post occasum solis [c] lucernis exstinctis misceri cum mulierculis non dubitaverint, Legis præceptum implere putantes; [d] *Nascimini et multiplicamini* (*Gen.* I, 28). Judaismo potius et paganitati parere nefandæ, quam Christianæ veritati acquiescere properantes; pecudumque potius vitam et amentiam detinentes, quos et Scriptura vitæ pecudum comparavit (II *Pet.* II, 12).

LVIII. DE PASCHATIS FESTO HÆRESIS.

Sunt [2] et qui de die Paschæ saluberrima ambigunt, asserentes [e] quarta decima luna celebrandum esse Pascha, [f] non sicut Ecclesia catholica celebrat, et [g] mense Martio semper celebrandum asserunt; et cum hoc faciunt, diem non Dominicam semper custodiunt Paschæ, non computantes [h] horas et dies, sed [i] secunda, aut tertia, aut quarta, aut quinta, aut sexta die celebrant, et ex hoc errore non cognoscunt [j] diem Paschæ Domini nostri veram, et salubrem unam, orbi terrarum statutam, et confirmatam a Domino [k] cursu numerali lunæ, mensibus, et embolimsis, et cum hæc non computant, ignorant quid celebrant.

LIX. CHILIONETITÆ.

Alia est hæresis [3] [l] Chilionetitarum, id est mille annorum, quæ docet ita : [m] cum venerit Christus de cœlo, mille anni illi erunt iterum nobis carnaliter ad vivendum, generandum, et manducandum, sicut fit nunc in hoc sæculo quotidie; ignorantes [n] escam cœlestem, id est immortalitatis illud præmium affuturum, non hoc caducum et transiens; [o] cum Dominus in Evangelio Judæis quibusdam hoc suspicantibus : *Nescitis*, inquit, *Scripturas*, [o] *et virtutem earum ignoratis : nam in die judicii non nubent, neque* [8] *nubentur, sed erunt* [p] *sicut angeli* (*Matth.* XXII, 29). Et iterum Apostolus dicit : *Non est Regnum Dei esca et potus, sed justitia, pax, et gaudium* [q] *in spiritu* Domini sempiternum (*Rom.* XIV, 17).

LX. HÆRESIS EVANGELIUM JOANNIS ET APOCALYPSIN IPSIUS REJICIENS.

Post hos sunt hæretici, qui [r] Evangelium secundum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] consistere in... post occasum lucernis
[2] Alii sunt qui de die
[3] Chilonitarum... de cœlo inquit mille
[o] cum et Dominus... et virtutes earum
[8] nubentur sicut

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

strius refert, Gnosticis illis Epiphanii potius quam Florino conveniunt. FABRIC.

[a] *Resurrectionem.* Carnem nostram, mali causam docuit Florinus, ut notavit Gennadius c. 126 de Dogmat. Eccles. FABRIC.

[b] *Natum de Virgine.* Vere natum negarunt, qui cum Valentino propriæ qualitatis carnem ex cœlesti materia Christum habuisse, nihilque accepisse de sancta Virgine docuerunt. Supra c. 38.

[c] *Lucernis exstinctis.* Ab ista hæreticorum quorumdam fœditate ansa data calumniæ Ethnicorum in universos Christianos ac si libidinibus ejusmodi et promiscuo concubitu delectarentur. Vide B. D. Christiani Kortholti obtrectatorem paganum p. 99 et p. 546 seq., et Joannem Bonam lib. I Rerum liturgicarum cap. 4. Carpocratianorum libidines perstringi a Juda ad Epistolæ v. 7, notavit Grotius. FABRIC.

[d] *Nascimini et multiplicamini.* Græc. : Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε. FABRIC.

[e] *Quarta decima luna.* Die mensis decimo quarto, in quamcumque feriam hebdomadæ ille incideret. Dicti inde *Quartadecimani*, sive *Tessarescædecatitæ*, de quibus infra c. 87. De Blasto auctor appendicis ad Tertullianum de Præscript. c. 53. *Latenter Judaismum vult introducere, Pascha enim dicit non aliter custodiendum esse, nisi secundum Legem Moysi decima quarta mensis. Quis autem nesciat, quoniam Evangelica gratia evacuatur, si ad Legem Christum redigit?* FABRIC.

[f] *Non sicut Ecclesia catholica.* Quæ post plenilunium Pascha celebrat die Dominico, quod proprium Christianæ religionis esse ait Augustinus epist. 119 (nov. edit. 55) cap. 9. FABRIC.

[g] *Mense Martio semper.* Qui Hebræorum Nisan responderet. Conferendus ad hunc Philastri locum Petavius libro secundo de doctrina temporum c. 58.

[h] *Horas et dies.* A Christi sepultura ad ejus resurrectionem. FABRIC.

[i] *Secunda, tertia, quarta, quinta, aut sexta die.* Prout nempe dies decimus quartus lunæ in feriam secundam, tertiam, quartam quintam, vel sextam hebdomadis inciderit. Consule Bochartum libro II Hierozoici c. 10, tom. I, p. 562.

[j] *Diem Paschæ Domini nostri.* Dies solis, κυριακὴ ἡμέρα, Apocal. I, 10; μία σαββάτων, Actor. XX, 7, et I Cor. XVI, 2. Igitur et Dominicus dies in Sabbati locum quot hebdomadis in Ecclesia feriatus, de quo Viri docti ad epistolam Barnabæ cap. 15. FABRIC.

[k] *Cursu numerali lunæ, mensibus, et embolismis.* Cursu numerali lunæ, ita ut post plenilunium celebretur : mensibus jam Martio, jam Aprili : embolismis, sive interjectione dierum et speciatim Sabbati, donec dies solis celebrationi Paschæ destinatæ advenerit. FABRIC.

[l] *Chilionetitarum.* De Cerinthianis S. Augustinus c. 8 de Hæres. : *Mille quoque annos post resurrectionem in terreno regno Christi secundum carnales ventris et libidinis voluptates futuros fabulantur, unde etiam* Chiliastæ *sunt appellati.* Expressior est appellatio *Chilionetitarum* quam illa *Chiliastarum*, vel *Milliastarum*, aut *Millenariorum*, nam in his tantum numeri vestigium apparet, Chilionetitæ vero dicuntur a Chiliade ἐτῶν sive annorum. Sic χιλιονταετηρίδα dixit Epiphanius LXXVII, 26, pag. 1051. Apud Victorem Vitensem lib. I, c. 10, Millenarii dicuntur præfecti militibus mille a Genserico apud Vandalos. FABRIC.

[m] *Cum venerit . . . . ad vivendum.* Hunc Philastrii locum de Chilionetitis male allegat Petersenius notante Ittigio Hist. Eccl. sec. I, p. 296. GALEARD.

[n] *Escam cœlestem.* Accumbentium cum Abrahamo, Isaaco, et Jacobo in regno Dei, Matth. VIII, 11. FABRIC.

[o] *Et virtutem earum.* Apud Matthæum et Marcum quoque XII, 24, est : μηδὲ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. In Clementinis homilia 2 c. 51, hom. 3 c. 50 et homil. 18 c. 20 : Διὰ τοῦτο πλανᾶσθε, μὴ εἰδότες τὰ ἀληθῆ τῶν γραφῶν, οὔ εἵνεκεν ἀγνοεῖτε καὶ τὴν δύναμιν τοῦ Θεοῦ. FABRIC.

[p] *Sicut angeli.* Apud Matthæum, ἀλλ' ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. Ita et Marcus : Ἀλλ' εἰσὶν ὡς ἄγγελοι οἱ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. FABRIC.

[q] *In spiritu Domini sempiternum.* Sic ex memoria, ut solet, verba Scripturæ allegat Philastrius. Nam apud Paulum est χαρὰ ἐν Πνεύματι ἁγίῳ. FABRIC.

[r] *Evangelium, et Apocalypsin.* Alogos hoc nomine

Joannem, et Apocalypsin ipsius non accipiunt, et cum non intelligunt virtutem Scripturæ, nec desiderant discere, in hæresi permanent pereuntes, ut etiam [a] Cerinthi illius hæretici esse, audeant [1] dicere et Apocalypsin [b] itidem, non beati Joannis evangelistæ et apostoli, sed Cerinthi hæretici, qui tunc [c] ab apostolis beatis hæreticus manifestatus, abjectus est ab Ecclesia.

LXI. MANICHÆI.

Manichæi post hos de Perside a Mane homine, sive [d] Turbone ita dicto surrexerunt, fomenta [2] [e] de illis perniciosa sumentes prioribus, [f] qui duos Deos, unum bonum, et unum malum esse asserentes, et pugnam [g] inter Deum, et Dominum esse prædicantes; et hominis quidem animam de Deo esse proprie putantes, corpus autem a diabolo factum arbitrantur. [h] Resurrectionem negantes, [i] judicium non sperantes, [3] dæmonia colentes, [j] elementa adorantes, deorum dearumque nomina, ut pagani, invocantes, et [k] masculofeminas quasdam esse dicentes, et utriusque naturæ participes, et nefandæ turpitudini servientes; qui ab [l] Archelao sancto Episcopo in disputatione superati, abjecti, atque notati, manifestati sunt universis in illo tempore, et ut latrones jam [m] sub figura confessionis Christianæ multorum animas mendacio, ac [n] pecudiali turpitudine non desinunt captivare (II *Tim.* III, 6); qui et [o] in Hispania, et quinque Provinciis latere dicuntur, multosque hac quotidie fallacia captivare.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] dicere, Apocalypsin ipsius itidem
[2] de illis perniciosis
[3] dæmones colentes... esse docentes... ac pecudali

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

arguit Epiphanius et Damascenus, quos vide hæresi 51, Evangelium Joannis rejecerunt Ebionæi, Cerinthiani, Cerdoniani, et Theodotus Byzantinus atque Marcion. Quartadecimanis etiam hoc tribuere videtur Theodorus Scutariota in scholio ad Nicetam IV Thesauri orthodoxæ fidei c. 22, quod de omnibus certe verum non est. FABRIC.

[a] *Cerinthi illius hæretici.* Evangelium Joannis qui ad Cerinthum auctorem retulerit, nullus omnino fuit, itaque ad solam Apocalypsin hæc restringenda Philastrii verba, quam Cerintho tribuerunt Alogi teste Epiphanio LI, 3, et alii nonnulli de quibus Dionysius Alex. apud Eusebium VII, 25 Hist. Quam vero procul a verisimilitudine remota sit hæc sententia, idem Dionysius atque Epiphanius docent. FABRIC. — *Ut etiam . . . . Apocalypsin itidem.* Sic Hamburg. editio, cui Basileensis consentit, et Lugdun.; ex quo loco conjecit Fabricius dubitari posse, non solum Apocalypsin, sed Evangelium quoque Joannis fuisse ab his hæreticis Cerintho auctori attributum : quare monuit Philastrii verba ad solam Apocalypsin restinguenda esse. Verum commodius omnino in ms. Corb., *ut etiam Cerinthi illius, hæretici esse audeant dicere Apocalypsin ipsius itidem;* hinc sublata copula, nulla de Evangelio remanet suspicio. GALEARD.

[b] *Itidem.* Cotelerius I Monument. p. 775, *ibidem.*

[c] *Ab Apostolis beatis.* Supra c. 36. FABRIC.

[d] *Turbone.* Vocabulum *Manis* Persica lingua notare hominem lingua contentiosum ὁμιλητὴν et πρὸς διάλεξιν δραστήριον notant Cyrillus Hierosol. Catechesi VI, 15, et Photius lib. I contra Manichæos, licet significationis illius vestigium hodie in lingua Persica exstare neget Tho. Hyde in Historia religionis veterum Persarum p. 284. Ex Augustini c. 46 de Hæres. suspicetur aliquis pro *Turbone* legendum *Urbico*, quod nomen apud alios est *Cubricus*, vel *Curbitius*. Sed bene se habet lectio vulgata, nam fuit sane *Turbo* quidam Manetis discipulus Τύρβων cujus meminit Epiphanius tom. I, p. 625, 642.

[e] *De illis prioribus.* Ut Valentini schola et Marcionis, de quibus supra c. 38 et 45. FABRIC.

[f] *Qui duos Deos, unum bonum . . . .* Vid. supra cap. 47, not. *l.* GALEARD.

[g] *Inter Deum, et Dominum.* Inter Deum bonum, et inter Dominum, qui Legem per Moysen dedit et in Hebræis prophetis locutus est; hunc enim non esse verum Deum, sed unum ex principibus tenebrarum, Manes blasphemabat, ut constat ex Augustino. Epiphanio, LXVI, 51, aliisque. FABRIC.

[h] *Resurrectionem negantes.* Etiam in hoc Valentini vestigiis Manem institisse Rufinus in Symboli expositione annotat. FABRIC.

[i] *Judicium non sperantes.* Respectu corporum intellige, nam animabus spiritalem resurrectionem tribuisse non dubium est, et fatetur Augustinus IV, 2, contra Faustum. FABRIC.

[j] *Elementa adorantes.* Intellige solem, lunamque, quæ στοιχεῖα sive elementa vocantur apud Cyrillum VI in Julian., p. 203, 211, aliosque scriptores quorum loca laudavi ad Hieron. de scriptoribus Eccles. c. 45. Alexander Lycopolita de Manichæis p. 5 : Τιμῶσι μάλιστα ἥλιον καὶ σελήνην, οὐχ ὡς θεούς, ἀλλ' ὡς ὁδὸν δι' ἧς ἐστιν πρὸς θεὸν ἀφικέσθαι. Athanasio et Chrysostomo in Synopsi Scripturæ ubi de libro Sapientiæ, στοιχειολάτραι. A gentilium sacris non abstinuisse ex Philastrio contendit Pet. Pithœus p. 175 Opp. FABRIC.

[k] *Masculofeminas.* Similes Valentinianorum Æones ἀῤῥενοθήλεις de quibus Irenæus et Tertullianus. De hermaphrodito Manetis dæmone Epiphanius LXVI, 52, p. 661. FABRIC.

[l] *Archelao.* Acta disputationis qua Archelaus Carrharum in Mesopotamia episcopus Manetis errores produxit in lucem, ac convicit, Syro consignata sermone, et deinde per Hegemonium Græce versa legerunt olim, et plura ex illis retulerunt Cyrillus Hierosol. catechesi sexta, atque Epiphanius hæresi 66. Latine ex veteri versione vulgavit partem Valesius notis ad Socratem p. 197, integriora Laur. Alexander Zaccagnius in Collectaneis monumentorum veterum Rom. 1698, in-4°. Eadem ex Zaccagnii editione dedi in spicilegio Patrum tertii sæculi, ad calcem voluminis secundi operum S. Hippolyti. Hamb. 1718, in-fol. Confer, si placet, quæ de hac Archelai cum Manete disputatione notavi in Bibl. Græca lib. V, cap. 1, p. 262, et ad Hieron. c. 72 de Scrip. Eccles. FABRIC.

[m] *Sub figura confessionis Christianæ.* Tamquam Confessores et Martyres, quibus scilicet jam non liceat palam ac tuto dogmata sua proferre, sed tantum clam et intra privatos parietes latentibus. FABRIC.

[n] *Pecudiali turpitudine.* Sive *pecudali* ut in Martiani Capellæ codicibus legitur. Cato et alii veteres dixere *pecuinum*. Venantius, Sedulius, et alii *pecuale*. FABRIC.

[o] *In Hispania, et quinque Provinciis.* In quinque Provincias tunc Hispaniam divisam constat ex breviario Sexti Rufi c. 5, ubi illarum nomina sunt Tarraconensis, Carthaginensis, Lusitania, Gallæcia, Bætica. Sexta Hispaniarum Provincia non in Hispania sed in solo terræ Africæ, Tingitanica Mauritania. FABRIC.

LXII. PATRICIANI.

Patriciani [1] [a] a Patricio quodam, qui fuit Romæ, dicti sunt. Ili carnem hominis [b] non a Deo factam asserunt, sed a diabolo arbitrantur. Hanc etiam contemnendam, et modis omnibus adjiciendam decernunt, ut etiam ultro quidam de eis [c] sibi mortem inferre non dubitaverint.

LXIII. SYMMACHIANI.

[d] Symmachiani [2] discipuli istius, eadem sentientes in omnibus [e] non sperantes Judicium, vitiis sæcularibus et carnalibus concupiscentiis prædicant serviendum.

LXIV. PAULUS SAMOSATENUS.

Paulus quidam fuit Samosatenus [f] post hos in Syria, qui Verbum Dei, id est Christum Deum Filium [3] [g] substantivum, ac personalem, et sempiternum esse cum Patre denegabat : prolativum autem, id est quasi aera quemdam dicebat, non tamen personam vivam Filii sempiternam cum sempiterno Patre credendam docebat. Hic Christum hominem justum, non Deum verum prædicabat, Judaizans potius, qui et [h] circumcisionem docebat, unde et [i] Zenobiam quamdam reginam in Oriente tunc temporis ipse docuit Judaizare.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Alii sunt Patriciani a Patricio quodam qui fuit in urbe Roma. Hii

[2] Symmachiani alii discipuli

[3] substantive ac personale... credendam

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *A Patricio.* Hunc cum Marcionitis et Manichæis memorat auctor Commentarii, qui legitur inter S. Ambrosii opera ad I Timoth. IV, 1. Et S. Augustinus contra adversarium Legis et Prophetarum lib. II, c. ult., cum memorasset Basilidem, Carpocratem, Cerdonem, Marcionem, et Apellem Manichæorum præcursores, adjungit : *Fuerunt etiam a quodam Patricio nonnulli Patriciani* (in mss. quibusdam *Patricini*) *vel sunt similiter adversantes divinis veteribus libris.* Cæteroqui rarior horum Patricianorum in veterum scriptis memoria, nam quæ Augustinus de Hæres. cap. 61. de illis tradit, ex Philastrio descripta sunt, sicut ex Augustino ea repetunt Isidorus, et alii juniores. FABRIC.

[b] *Non a Deo, sed a diabolo.* Ut Manichæi de quibus capite superiore : *Corpus a diabolo factum arbitrantur.* FABRIC.

[c] *Sibi mortem inferre.* De Patricianis auctor Prædestinati, c. 61 : *Hi substantiam carnis humanæ non a Deo, sed a diabolo conditam dicunt, eamque sic detestantur ut hunc dicant esse perfectum, qui se poterit constanter occidere. Ex his sunt aliquanti, qui etiam rogant eos, quos invenerint ignotos, ut ab eis occidantur. Hæc insania in partibus Numidiæ superioris et Mauritaniæ cœpit olim. Hos miseri Donatistæ postea secuti*, etc. FABRIC.

[d] *Symmachiani discipuli istius.* Istius, puta Patricii. De his Symmachianis nihil Augustinus neque Prædestinati auctor, neque alii qui de hæresibus scripsere. Atque assentior Petavio, qui Symmachianos Philastrii ab alio quam Symmacho Ebionita, Græco librorum V. T. interprete dictos putat in notis ad Epiphan. p. 400. Sed vicissim Symmacho Ebionitæ nomen debere recte Valesius p. 119, ad Eusebii VI, 17, notavit Symmachianos alios de quibus auctor Commentarii, qui legitur inter S. Ambrosii opera, prologo in Epistolam ad Galatas : *Sicut et Symmachiani, qui ex Pharisæis originem trahunt, qui servata omni lege Christianos se dicunt, more Photini Christum non Deum et hominem, sed hominem tantummodo definientes.* Faustus Manichæus apud Augustin. XIX operis adversus eum scripti cap. 4 : *Hoc si mihi Nazaræorum objiceret quisquam, quos alii Symmachianos appellant, quod Jesus dixerit se non venisse solvere Legem*, etc. Augustinus ipse XIX, 17, cum dixisset de credentibus ex circumcisione, qui in ea perversitate manserunt ut et gentes cogerent judaizare, *Ii sunt*, inquit, *quos Faustus Symmachianorum vel Nazaræorum nomine commemoravit, qui usque ad nostra tempora jam quidem in exigua, sed adhuc tamen vel in ipsa paucitate perdurant.* Idem contra Cresconium Donatistam lib. I, c. 31 : *Et nunc sunt quidam hæretici, qui se Nazarenos vocant, a nonnullis autem Symmachiani appellantur, et circumcisionem habent Judæorum et baptismum Christianorum.* FABRIC.

[e] *Non sperantes Judicium.* Idem de Manichæis supra cap. 61. FABRIC.

[f] *Post hos.* Id est *præter hos.* Sic μετὰ Act. V, 37, Artemonis sectatorem Samosatenum facit scriptor vetus in Catena ad Act. II, 22, apud Rev. Wolfium tom. IV Anecdotorum p. 6. Non enim accurate adeo de tempore Philastrii verba accipienda sunt, quasi singuli quos ille post alios fuisse hæreticos commemorat, etiam tempore emerserint illis, quos prius ipse nominaverat, posteriores. Nam Paulus Samosatenus ob hæresin Episcopatu Antiocheno dejectus est A. C. 270. Sed Manetis (de quo jam c. 61 dixit) hæresis ab Archelao convicta A. C. 278. Itaque et apud Augustinum cap. 44, et Epiphanium, Paulus præcedit. FABRIC.

[g] *Substantivum..... prolativum.* Epiphanius LXV, 1, ex Pauli Samosateni sententia : Μὴ εἶναι δὲ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἐνυπόστατον, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ τῷ Θεῷ... ἐλθόντα δὲ τὸν Λόγον καὶ ἐνοικήσαντα ἐν Ἰησοῦ, ἀνθρώπῳ ὄντι. Marius Mercator Epistola de discrimine Pauli et Nestorii : *Nestorius circa Verbum Dei, non quidem ut Paulus sentit, qui non substantivum, sed prolatitium potentiæ Dei efficax Verbum esse definit.* Idem diss. de XII anathematismis Nestorii n. 19. *Paulus Verbum Dei* προφορικὸν καὶ πρακτικὸν Λόγον καὶ ἐνεργητικὸν, *id est, prolativum et potestatis effectivum Verbum sensit, non substantivum quod Græci* οὐσιώδες *dicunt.* Alia de Paulo hoc, ejusque hæresi vide apud Garnerium ad Mercatorem tom. II, p. 307 seq., et Tillemontium tom. IV, Memor. FABRIC.

[h] *Circumcisionem docebat.* Ut ut negando divinitatem Christi Judæis suffragari visus est Paulus Samosatenus, adeoque et τῆς τῶν Ἰουδαίων αἱρέσεως ὑπηρέτας ascribitur ab Epiphanio LXV, 7, tamen circumcisionem docuisse necessariam Christianis, ab aliis veteribus scriptoribus ei non tribuitur. Interim Augustinus c. 44 de Hæres. Paulianos regulam baptismatis non tenuisse colligit ex eo, quod in canone 19. Nicæno rebaptizari jubentur, de quo juvabit conferre eruditas ad hunc canonem Annotationes Guil. Beveregii. FABRIC.

[i] *Zenobiam.* Septimia Zenobia post necem Odenati mariti ab A. C. 267 Syriam et Phœnicem tenuit, cum Antiochiæ episcopatum Paulus Samosatenus gereret; huic igitur Judaica sacra colenti, quo magis se probaret, Christum negasse Deum argumentur a Theodoreto II de Hæret. fab. c. 8 : Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς τῆς μὲν Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος ἦν, Ζηνοβίας δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ὑπαρχούσης (Πέρσαι γὰρ Ῥωμαίους νενικηκότες ταύτῃ παρέδοσαν τὴν τῆς Συρίας καὶ Φοινίκης ἡγεμονίαν) εἰς τὴν Ἀρτέμωνος ἐξώκειλεν αἵρεσιν ταύτῃ νομιζῶν θεραπεύειν ἐκείνην, τὰ Ἰουδαίων φρονοῦσαν.

LXV. PHOTINUS.

Photinus [1] [a] doctrinam ejus secutus in omnibus similiter prædicabat, inque hoc mendacio perseverans, [b] projectus est de Ecclesia Sirmiensium civitatis, [c] a sanctis episcopis superatus.

LXVI. ARIANI.

Ariani [2] [d] ab Ario presbytero Alexandriæ civitatis, qui sub Alexandro episcopo bonæ memoriæ fuit, et Constantino sancto imperatore, dicens Filium Dei [e] Deo similem : nomine tenus similem autem dicens, [3] et non Dei ipsius Patris divinam credendo substantiam, hæresim periculosam incurrit; nam et creatura similis Deo dicitur, cum dicat Scriptura : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* I, 26). Non tamen est homo, aut angelus, de *Deo* proprie ac naturaliter, id est de divina illa substantia Patris inenarranda, et sempiterna genitus, ut [f] unicus Filius, qui genitus est [g] de Patre proprie sempiternus; sed homo et angelus facti sunt ex nihilo. [h] Filius autem cum sit verus, [4] oportet de divina illa substantia Patris genitus cognoscatur : verus enim Deus alio modo esse non potest Filius unicus, nisi sit de Patris illa divina substantia proprie genitus. [i] Sempiterna similitudo itaque [5] Filii et secundum opera, quia *sicut facit Pater; et Filius similiter facit* [6] *omnia* (*Joan.* v, 19), et [j] Dei ipsius est qualitatis divina substantia genitus, quia de ipso natus est proprie sempiternus, non factus ex nihilo ut homo, et angelus, [7] aut creatura aliqua est.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Post istum Fotinus
[2] Sunt Ariani... Imperatore bonæ memoriæ dicens
[3] et non de ipsius... divina... substantia
[4] oportet ut de... Filii est secundum
[5] Filii est secundum
[6] omnia de ipsius qualitatis
[7] ut creatura aliqua quæ est omnibus occidens

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

S. Athanasius Epistola ad solitariam vitam agentes tom. I, pag. 857 : Ἰουδαία ἦν Ζηνοβία, καὶ Παύλου προέστη τοῦ Σαμοσατέως. S. Chrysostomus homilia 7 in Joannem, p. 57, de Paulo Samosateno : Τοῦτον γυναικί τινι χαριζόμενον τὴν σωτηρίαν φασὶν ἀποδόσθαι τὴν ἑαυτοῦ. Abulpharaius pag. 81 historiæ Dynastiar : *Refert Eusebius Chronologus Paulum hunc adjutum a Judaissa quadam quam Gallus Cæsar Syriæ præfecerat, quæ scientiam et sententiam ipsius probans, in ipsum patriarchatum Antiochiæ contulit.* FABRIC.

[a] *Doctrinam ejus secutus.* Photinus patria Ancyranus, præceptoris sui Marcelli Ancyrani (quem Eusebius confutavit) vestigiis insistens, Pauli Samosateni hæresin defensitare cœpit circa A. C. 341. Vide Socratem lib. I, c. 36, et lib. II, c. 18, et scriptores laudatos a me volum. VIII Bibl. Græcæ p. 314, nec non Tillemontium tom. VI Memor. Eccles. pag. 760, 765 seq. Matthæi Larroquani *Considérations servant de réponse à ce que M. David a écrit contre la dissertation sur Photin.* Rothomag., 1671, in-4°. FABRIC.

[b] *Projectus est de Ecclesia Sirmiensium civitatis.* Caput Illyrici Sirmium, cujus episcopatum Photinus gessit usque ad A. C. 351, quo per alteram Synodum Sirmiensem (nam Antiochenæ A. 345, et prioris Sirmiensis A. 349, decreta de quibus Synodicon Pappi c. 43 et 50 effectu caruerunt) depositus fuit ab episcopis Orientalibus et Marcelli successore Basilio Ancyrano. Confer Socratem II, 29 seq., et Harduini Concilia tom. I, p. 702 seq. Pulsum a Valentiniano (qui A. 364 cœpit imperitare) Photinum scribit Hieronymus cap. 107 de Script. Eccles. nimirum iterata vice pulsus postea fuit, quem A. 362 ab exsilio revocaverat Julianus imp., qui Photini etiam meminit libro primo adversus Christianos, apud Cyrillum Alex. lib. VIII, p. 262, edit. Lipsiens. FABRIC.

[c] *A sanctis episcopis superatus.* Putem legendum *separatus;* nulla enim hic cum Photino disputatio memoratur, episcoporum concertatio nulla, ut possit dici ab iis *superatus;* sed tantum dicitur *projectus de Ecclesia Sirmiensium civitatis.* GALEARD.

[d] *Ab Ario.* Hic Diaconus primum Alexandrinus, sed ejectus a Meletio; post hujus vero mortem per Achillam, episcopum Alex. cooptatus presbyter et scholæ Alexandrinæ præfectus, ut notatur in Synodico Pappi c. 32. Inde post Achillam non diu post A. 312 defunctum inhians episcopatui, et Alexandrum sibi prælatum indignatus, circa A. 316 hæresin spargere cœpit, damnatam in concilio Nicæno, quod A. C. 325 Constantinus imp. convocavit. Consule, si placet, scriptores de rebus Arii et Arianorum laudatos a me lib. V Bibl. Græcæ cap. 23, volum. VIII, p. 308 seq. FABRIC.

[e] *Deo similem* Ὁμοιούσιον non ὁμοούσιον. FABRIC.

[f] *Unicus Filius.* Μονογενής, Joan. I, 14, 18; III, 16, 18, et I Joan. IV, 9, genitus non modo μόνος ἐκ μόνου sed et μονοτρόπως, ut recte Nazianzenus Orat. 36, p. 590, εἰ δὲ κτιστός ἐστιν, verba Theodoreti sunt hæret. fab. I, v. c. 2 : Οὐ μονογενής, ἀδελφὸν γὰρ ἔχει τὸν κτίσιν καὶ πάντα τὰ τῆς κτίσεως μόρια. *Creatus vero si est, non est unigenitus, sed sororem habet creaturam cum omnibus ejus partibus.* FABRIC.

[g] *De Patre proprie.* Hoc ex Christo ipso audiisse se profitebantur Judæi, πατέρα ἴδιον ἔλεγε τὸν Θεόν. Joan. V, 18. Alexander Alexandrinus apud Theodoretum lib. I. Hist. c. 4, p. 14 : *Ac germanam quidem et propriam ac naturalem eximiamque ejus filiationem γνησίαν αὐτοῦ καὶ ἰδιότροπον καὶ κατεξαίρετον υἱότητα Paulus declaravit, ita dicens de Deo* (Rom. VIII, 32) : ὃς γε τοῦ ἰδίου Υἱοῦ οὐκ ἐφείσατο, *qui proprio Filio non pepercit, sed pro nobis, non naturalibus scilicet filiis, τῶν μὴ φύσει υἱῶν, illum tradidit. Nam ut illum distingueret ab iis, qui non sunt proprie filii,* πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν οὐκ ἰδίων, *proprium Filium esse eum dixit.* FABRIC.

[h] *Filius. .. verus.* Ex essentia genitus Patris, ut ex ipso identitatem naturæ ab æterno habeat, et sit χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. Hebr. I, 3. Psal. CX, 3, ἐκ γαστρὸς πρὸ ἑωσφόρου ἐγέννησά σε, quem locum magno consensu veteres de æterna et propria Filii generatione Ario opponunt. Vide Petavium dogm. Theol. de SS. Trinitate lib. V, cap. 7. FABRIC.

[i] *Sempiterna similitudo itaque Filii et secundum opera.* Locus omnino depravatus in editis cui opem tulit Corbeien. cod., qui sic habet : *Sempiterna similitudo itaque Filii est secundum opera;* deinde quod sequebatur deterius *et Dei ipsius est qualitatis divina substantia genitus*, recte in ms. omissa copula *de ipsius qualitatis divina substantia genitus;* quare locum integrum restitutum Corbeiensi cod. debemus. Sic etiam cap. 68 editiones : *Filium qui sit creatura, fecisse Spiritum : et asserunt Filium non Patri esse similem;* at Corbeien. lectio aliquanto melius : *Filium qui est creatura, fecisse Spiritum sanctum asserunt. Filium non Patri esse similem.* GALEARD.

[j] *Dei ipsius est qualitatis.* Eadem quali ipse Deus natura præditus. Sic infra c. 66, *unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes.* FABRIC.

LXVII. SEMIARIANI.

[a] Semiariani [1] sunt quoque; hi [b] de Patre [2] et Filio bene sentiunt, unam qualitatis substantiam, unam divinitatem esse credentes : Spiritum autem non de divina substantia, nec Deum verum, sed [c] factum atque creatum Spiritum prædicantes, ut eum conjungant et comparent creaturæ; cum Christus Dominus Patri et sibi [d] in fide baptismi salutis æternæ conjunxerit, eumque cum Patre et Filio [e] cunctis credentibus adorandum jusserit, omnique sæculo [f] Deum verum prædicandum statuerit. Non intelligentes, quod Evangelista cum dicit : *Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil* (*Joan.* I, 3), non de Spiritu sancto dicit, quasi factum Spiritum per Filium; nam Propheta Trinitatem omnia fecisse visibilia et invisibilia definit, dicens : [h] *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (*Psal.* XXXIII, 6). In omni itaque creatura, quæ facta est per Spiritum, non aliquid prætermisit quod non per eum factum sit; alioqui [i] in fide servus cum Domino non jungeretur, si esset creatura divinus et sanctus Spiritus. Cujus causa omnis Scriptura, et Dominus, [j] concedi omnia peccata hominibus, præter blasphemiam divini et adorandi Spiritus [g k] cœlesti sententia pronuntiavit (*Matth.* XII, 31).

LXVIII. EUNOMIANI.

Eunomiani post hos ab Eunomio [l] discipulo Arii, in omnibus inimici veræ fidei, aiunt [m] tres esse diversas qualitatis substantias [n] ut auri, argenti, et

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Alii sunt Semiarriani, hi
[2] et Filio sentiunt
[g] cœlesti sententia pronuntiaverit

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Semiariani.* Hoc nomine Philastrio venire perspicuum est, qui aliis deinde Macedoniani, sive Pneumatomachi, damnati in concilio Cpolitano A. C. 381. Macedonius ipse ob hæresin dejectus Cpolitano episcopatu A. 361. FABRIC.

[b] *De Patre et Filio bene sentiunt.* Idem de Macedonio affirmat Ratramus libro II, contra Græcos cap. 2. Cæterum idem non de omnibus posse affirmari Semiarianis, abunde docet Epiphanius hæresi LXXIII, 23 et 27. FABRIC.

[c] *Factum atque creatum.* κτίσμα et ποίημα. Joan. Zonaras canone in Deiparam ; Μακεδόνιον πάντως λῃρεῖν ἀφέντες τὸν λέγοντα κτίσμα τε καὶ ποίημα εἶναι τὸ ἅγιστον Πνεῦμα Θεοῦ. FABRIC.

[d] *In fide baptismi.* Formula baptismi *in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, Matth. XXVIII. *Baptismus salutis æternæ* est qui datur in spem obtinendæ æternæ salutis. FABRIC.

[e] *Cunctis credentibus adorandum.* Ex ipsa illa baptismi formula ἐπίκλησιν atque adorationem religiosam sancti Spiritus collegerunt veteres Christiani, quibus βαπτίζεσθαι εἰς τὸ ὄνομα, est βαπτίζεσθαι ἐπικαλεσάμενον τὸ ὄνομα Patris, Filii, et Spiritus sancti; uti ex locis Origenis, Firmiliani, aliorumque probat D. Gotfridus Olearius noster ὁ μακαρίτης in diss. de Spiritus sancti cum Patre et Filio adoratione et glorificatione contra Guil. Wistonum, edita Lipsiæ 1711. p. 12 seq. Vide etiam quæ Basilius libro de Spiritu sancto capite 19. FABRIC.

[f] *Deum verum.* Ita non dubito Philastrium scripsisse pro *eum verum.* FABRIC. — *Deum verum.* Addit Fabricius *ita non dubito Philastrium scripsisse* pro *eum verum* ; atqui ubinam pro *Deum verum* legatur *eum verum* non monet. Sichardus profecto in editione Basileensi 1528 recte habet *Deum verum*, quamvis editionem hanc non laudet hoc loco Fabricius ; at *eum verum* legit editio Lugdunensis Bibliothecæ PP. tom. V, p. 708. Sichardinæ editioni consonat Cod. Corbeiensis legens *Deum verum.* GALEARD.

[g] *Et sine ipso factum est nihil.* Facit Philastrius cum iis, qui novum comma incipiunt apud Joannem a verbis : *quod factum est in ipso vita erat.* Uti constat etiam usurpatum ab Irenæo, Clemente Alex. Theophilo Antiocheno, Origene, Tertulliano, Lactantio, Eusebio, Augustino aliisque multis etiam recentioribus, ut Honorio, Petro Bruno, etc. Igitur non fas est cum Epiphanio in Ancorato tom. I, p. 80, illam interpunctionem velut hæreticam, et Spiritui sancto iniquam arguere, licet eam secuti etiam fuerint quidam hæretici, ut Valentinus, Heracleo, etc. FABRIC.

[h] Quem locum de SS. Trinitate accipiunt veteres communiter. Vide Faverdentium ad Arnobii et Serapionis conflictum, p. 523, et Gregorii disputationem, p. 8. FABRIC.

[i] *In fide.* In baptismi formula, in qua Spiritus sanctus jungitur cum Patre et Filio. Sic supra dixerat noster : *cum Christus Dominus Patri et sibi in fide baptismi salutis æternæ* (Spiritum) *conjunxerit.* FABRIC.

[j] *Concedi omnia peccata hominibus.* Hoc est ignoscii Ovid. II Trist. I :

Sed nisi peccassem, quid tu concedere posses?

Suet. Ner. 39 : *professis apud se obscœnitatem, cætera quoque concessisse delicta.* Eunodius lib. IV ep. 8 ; *Fiducia concessa exstitit mater audaciæ;* et ep. 12 ; *simplici munere placatus errata concessi*; et in Vit. S. Epiphanii episcopi Ticinensis : *Num supplicanti sancto viro illatam matri a ditionis suæ hominibus concessit injuriam.* GALEARD.

[k] *Cœlesti sententia.* Ita scripsi cum Cotelerio notis ad Damascenum de hæres. tom. I Monument. p. 782. Male superiores editiones, *cœlesti essentia pronuntiaverit;* et Helmst., *prænuntiaverit* Est etiam qui legit : *Blasphemiam de divini et adorandi Spiritus cœlesti essentia pronuntiaverit.* Sed longe magis probo Cotelerii emendationem. FABRIC.

[l] *Discipulo Arii.* Non Arium ipsum jam A. 336 mortuum, sed Aetium ab A. 356 audivit Eunomius, qui usque ad A. 396 vitam produxit, certe A. 393. Hieronymus cap. 120 de Scrip. Eccles., *usque hodie*, inquit, *vivere dicitur in Cappadocia, et multa contra Ecclesiam scribere.* Sed discipulum Arii vocat Philastrius hæreseos ejus imitatorem. Augustinus, c. 54 de Hæres., Aetii discipulum appellat, quod et alii scriptores testantur. FABRIC.

[m] *Tres diversas qualitatis substantias.* Al. *diversæ qualitatis.* Sed ita c. 67 et 93., *unam qualitatis substantiam* noster dixit. S. Augustinus c. 54, de Eunomio . *Dissimilem per omnia Patri asserens Filium, et Filio Spiritum sanctum.* Nempe Ariani supra c. 66, et Semiariani apud Augustin. c. 51, negabant dumtaxat Filium esse Patri ὁμοούσιον, at ὁμοιούσιον et similem fatebantur ; sed hoc ipsum etiam inficiabatur cum Aetio suo Eunomius, cujus sectatores *Eunomiani*, inde *Anomœi* appellati sunt. Eunomii expositionem fidei, et Apologeticum Græce et Latine dare me memini libro V Bibl. Græcæ capite 22, ubi dicta, si placet, vide. Adde notata a Rev. Vogtio fascic. 3 Bibliothecæ hæresiologicæ, p. 485 seq., ubi Jacobi Basnagii diss. et p. 605, ubi catalogus Scriptorum. FABRIC.

[n] *Ut auri, argenti, et æris.* Confer Epiphan. LXXVI, 2, pag. 914. FABRIC.

æris et Patrem quidem fecisse Filium, et iterum Filium. [1] qui sit creatura, fecisse [2] Spiritum : et asserunt Filium non Patri esse similem, quia creatura est, neque Spiritum Filio similem, quia [3] a Filio factus est : magis impietati paganæ, et iniquitati Judaicæ consentientes [4] apertissime, quam Christianæ doctrinæ, ac fidei [5] catholicæ [a] parere volentes.

LXIX. HÆRESIS ANIMAM VERAM CHRISTUM NON HABUISSE.

Alii sunt, qui [b] circa incorporationem aberrant, dicentes non [c] animam veram hominis rationalem accepisse Salvatorem, sed corpus solum hominis ; et cum subtrahunt animam a corpore, veram [d] denegant [6] hominum salubritatem. Quomodo itaque potest dici anima, quæ non sumpta est a Salvatore ? cum Salvator dicat : *Tristis est anima mea usque ad mortem* (*Matth.* XXVI, 36). Alioquin anima dici non potuit, nisi esset in eo cujus causa advenerat. Itaque hæc utraque in comparatione Salvatoris, id est, corpus erat et anima, quæ pro nostra salute dignatus est sumere. Scire nos convenit, quod et [e] animam veram hominis habuit, intellectum habentem, et corpus hominis [f] sensum carnalem itidem, ut et dolere posset corpore, et emori. Tamen [g] de sancto spiritu facta hæc cognoscitur caro, et creata anima scilicet, sicut scriptum est in Evangelio : *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi* [7] *obumbrabit te.* Et quod animam veram habuit, dicens : [h] *Animam meam pro vobis pono.* Et de carne passibili [i] ad Thomam : *Quod spiritus non habet ossa et carnem, sicut me videtis* (*Luc.* XXIV, 39). Et Apostolus Petrus de Salvatore testatus est, dicens : *Hujus anima non derelicta est in inferno, nec caro ejus vidit corruptionem* (*Act.* II, 27, *ex Psal.* XVI, 10). Ex quo autem incarnatus est, et homo nostræ causa salutis, et Deus verus creditur, cognoscitur, colitur, et in Ecclesia catholica prædicatur.

LXX. TROPITÆ.

[8] Tropitæ sunt, qui dicunt [k] conversum Verbum in carnem, non intelligentes quod ait apostolus Joannes : *Verbum caro factum est, et habitavit in nobis* (*Joan.* I, 14). Non attendentes, quod Verbum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] qui est creatura
[2] Spiritum sanctum asserunt. Filium
[3] a Filio factus impietati
[4] apertissime Christianæ
[5] catholicæ pugnare volentes
[6] hominis salubrit... cujus et causa
[7] obumbravit te... Cujus anima
[8] Alii sunt Tropitæ qui

FABRICH ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Parere volentes.* Sic supra c. 57, de Florianis : *Judaismo potius et paganitati parere nefandæ.* FABRIC.

[b] *Circa corporationem.* Τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Λόγου. *Concorporationem* Verbi Dei, p. 637; et *corporationem*, pluribus locis, vocat S. Hilarius. FABRIC. — *Alii sunt qui circa incorporationem aberrant.* Locum hunc protuli in notis ad Gaudentium, qui vocabulo *incorporationis* pro ἐνανθρωπήσεως usus fuerat pag. 39 edit. Patav.; verum et alia nonnulla sunt loca, in quibus Philastrius vocem eamdem usurpat, annotanturque in Indice ad Philastrium edit. Hamburg. ver. *Incorporatio.* Iis porro addi possunt quædam etiam in Indice Fabriciano prætermissa; ut cap. 126: *Ipse David patriarcha, et* INCORPORATIONIS *Christi Domini quippe ut testis tantus;* cap. 124 : *Quamvis generatio ipsius duplex sit una* DIVINITATIS, *altera* INCORPORATIONIS : item cap. 135 : *Postea in* INCORPORATIONE *apparens;* et paulo antea : INCORPORATIONIS *suæ affuturæ nuntiabat visionem.* GALEARD.

[c] *Animam rationalem.* Tantum corpus sine anima assumptum a Λόγῳ, et loco animæ ipsi fuisse Λόγον docuerunt Ariani, non ipse Arius si Mario Mercatori fides; attamen Ario hoc tribuit S. Athanasius de adventu Christi : Ἄρειος δὲ σάρκα μόνην πρὸς ἀποκρυφὴν τῆς Θεότητος ὁμολογεῖ. Ario et Eunomio Theodoretus de Hæret. fab. lib. V, c. 11 : Περὶ τῆς τοῦ Σωτῆρος οἰκονομίας. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος σῶμα μὲν αὐτὸν ἔφασαν εἰληφέναι, τὴν Θεότητα δὲ τῆς ψυχῆς ἐνηργηκέναι χρείαν. Rufinus Palæstinus de fide tom. I opp. Sirmondi p. 309 : *Si Jesus Christus animam non habuisset, sicut nefarii æstimant Ariani, aut rursus animam quidem habuisset et non tamen rationabilem, sicut Apollinaris definivit insaniens, numquam profecto sapientia proficere poterat.* Idem Arianis tribuunt Epiphanius LXIX, 19, et ex Epiphanio Augustinus et Prædestinati auctor hær. 49, Damascenus 69. Confutat illum errorem Cæsarius quæst. 25 seq. FABRIC.

[d] *Denegant hominum salubritatem.* Quia nisi animam humanam Christus assumpsisset, neque animarum Salvator esset, secundum canonem Theologorum : *Quod non assumpsit, non redemit.* Theophilus Alex. epistola I Paschali : *Atque ita ipse disputationis ordo convincat, nihil a Domino imperfectum esse susceptum, sed assumptum ab eo hominem plene perfecteque salvatum.* FABRIC.

[e] *Animam veram hominis, intellectum habentem.* Contra Apollinaris hæresin, qui docuit animatum corpus assumptum a Christo, sed mentis loco et intellectus ipsi fuisse τὸν Λόγον. Facundus IX, 3 : *Apollinaristæ quidem carnis et animæ naturam sine mente assumpsisse Dominum credunt, Ariani vero carnis tantummodo.* Vide Joan. Pearsonium ad Symbolum pag. 285, 422. edit. Latinæ, et Suicerum tom. II Thesauri pag. 264 seq. FABRIC.

[f] *Sensum carnalem itidem.* Ariani sensum doloris non ab anima Christi, utpote quam negabant, sed a Λόγῳ susceptum, atque, ut ait Phœbadius, passibilem Deum factum esse docebant. S. Athanasius lib. de incarnatione : Μάτην οὖν Ἀρειανοὶ φαντάζονται σάρκα μόνην ὑποτιθέμενοι ἀνειληφέναι τὸν Σωτῆρα, τὴν δὲ τοῦ πάθους νόησιν ἐπὶ τὴν ἀπαθῆ Θεότητα ἀναφέροντες ἀσεβῶς. Vide eumdem Pearsonium p. 334 Benedictinorum prolegomena ad Hilarium p. 35 et 47, et Elmenhorstium ad Gennadium de dogm. Eccles. p. 112. FABRIC.

[g] *De sancto Spiritu.* Prudentius apotheosi v. 435 :

Ex quo mortalem præstrinxit Spiritus alvum,
Spiritus ille Dei Deus, et se corpore matris
Induit atque hominem de virginitate creavit.

οὐ σπερματικῶς ἀλλὰ δημιουργικῶς, inquit Damascenus lib. III de Fide orthodoxa, c. 2. FABRIC.

[h] *Animam meam pro vobis pono.* Respicit locum Joan. X, 11 : Ἐγώ εἰμι ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς· ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν προβάτων. FABRIC.

[i] *Ad Thomam.* In loco Evangelii cujus verba citantur nulla Thomæ mentio. FABRIC.

[j] Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδου, οὐδὲ δώσεις τὸν ὅσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. FABRIC.

[k] *Conversum Verbum in carnem.* Inde nomen Τροπιτῶν, quia τροπὴ, *conversio.* Confutat hanc hæresin, renovatam deinde in Eutychianis, Tertullianus libro de carne Christi cap. 10 seq. FABRIC.

est immutabile, vel inconvertibile, id est, Deus Dei Filius. Caro autem quam accepit pro nostra salute, ipse eam formando assumpsit, et induit [a] nostræ causa incapacitatis. Ad eum visendum itaque res istæ in unum conjunctæ pro nostra salute, non mutationem Verbi in carnem, sed assumptionem magis rei visibilis declarabant, ut invisibilis per visibilem carnem videri possit, credi atque cognosci, et ab humano genere [b] capaciter adorari.

LXXI. HÆRESIS DE PASSIONE CHRISTI.

[a] Sunt etiam hæretici, qui circa Passionem aberrant, dicentes, quod in Passione dimiserit [a] Deus noster Christus carnem, et [c] sic ascenderit in cœlum, ut non sit jam in carne divinitas : neque enim post Passionem resurrexit in carne, neque cum carne ascendit, inquiunt, in cœlum, cum salus [b] omnis hominum in Passione carnis ipsius, et Resurrectione, et Ascensione in cœlum [c] consistat, sine cunctatione nobis et credentibus universis ; cum et apostolis angeli dixerint pro nostra fide ac lætitia, in Actibus apostolorum : Quod *sicut vidistis eum ascendentem in cœlum*, [d] *sic* eum iterum sperate *venturum* de cœlo.

LXXII. AERII.

[d] [e] Aerii, ab Aerio quodam sic appellati sunt, qui abstinentiis vacant, et [f] in provincia Pamphylia quam plurimi commorantur, qui et [g] Encratitæ dicuntur, id est abstinentes. [h] Hi non possident aliquid, [i] escas abominantur, quas Deus cum benedictione humano generi tribuit, damnant etiam de Lege nuptias, non a Deo institutas asserentes.

LXXIII. [j] BORBORIANI.

Alia est hæresis Borborianorum, qui vitiis implicati sæculi, et malis [f] concupiscentiis servientes, non sperant judicium futurum, sed potius carnalem sæculi concupiscentiam laudant. Hi itaque in cœnum euntes, et inde obliti de cœno facies et membra sua deformantes, [g] eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrantes : cum illa vorago culparum, et vitiorum perniciosa damnatio ex hominum voluntate, non Legis divinæ permissione descenderit.

LXXIV. ARTOTYRITÆ.

[e] [k] Artotyritæ sunt nomine ex re ipsa imposito, in Galatia, qui panem et caseum offerunt, non

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[a] et incorruptibile
[a] Alii autem sunt hæretici qui
[a] Dominus noster... in cœlum, et non est jam
[b] omnis hominis... carnis ipsius et surrectione
[c] constat... angeli beati
[d] Alii sunt Aeriani ab Aerio... appellati, qui
[f] concupiscentiis non
[g] eademque cunctis... permissione
[e] Alii sunt Artotyritæ nomine in Galatia

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Nostræ causa incapacitatis.* Quod videre eum, nisi carne indutum non poteramus. Possit etiam interpungi sic : *nostræ causa incapacitatis ad eum visendum.* FABRIC.

[b] *Capaciter.* Sensu ipso atque visu eum percipiente. FABRIC.

[c] *Sic ascenderit in cœlum.* Confer quæ de Apelle supra c. 47. Tertull. de carne Christi c. 24 : *Ut et illi erubescant qui affirmant carnem in cœlis vacuam sensu, ut vaginam exemptam Christo sedere, aut qui carnem et animam tantum, aut tantumdem animam, carnem vero non jam.* Gregorius Naz. ep. 1, ad Cledon : Εἴ τις ἀποτιθεῖσθαι νῦν τὴν σάρκα λέγει, καὶ γυμνὴν εἶναι τὴν Θεότητα σώματος, ἀλλὰ μὴ μετὰ τοῦ προσλήμματος καὶ εἶναι καὶ ἧξειν, μὴ ἴδοι τὴν δόξαν τῆς παρουσίας. FABRIC.

[d] *Sic eum iterum sperate.* Sensum utcumque reddit non verba sacri scriptoris exprimit Philastrius, ut solet. Ita enim Actor. I, 11 : Οὕτως ἐλεύσεται, ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν. FABRIC.

[e] *Aerii.* Epiphanio et Damasceno hæresi 75, Ἀεριανοί; Augustino et auctori Prædestin. c. 53, *Aeriani.* Etiam apud Damascenum hæresi 98 putem legendum Ἀεριανῶν pro Ἀρειανῶν, licet Aerium etiam cum Ario fecisse, ab eodem Epiphanio et aliis traditur. Aerius adhuc fuit in vivis cum scriberet Epiphanius A. C. 375. FABRIC.

[f] *In Pamphylia.* Aerium ipsum in Ponto monachum, sive minore Armenia fuisse, Epiphanius testatur. FABRIC.

[g] *Encratitæ.* Cum his fecisse Aerianos, ex solo Philastro Augustinus scriptum reliquit, nam in Epiphanio hoc de re ne γρύ. At idem Epiphanius de Encratitis multa hær. 46, qui et ipse magnum illorum numerum in Pamphylia, atque aliis Asiæ Provinciis suo tempore exstitisse scribit t. I, p. 399. FABRIC.

[h] *Hi non possident aliquid.* Epiphanius de Aerio : ἀποταξίαν κηρύττει. Contra apud Damascenum : ἀποταξίαν ἀποκηρύττει. FABRIC.

[i] *Escas abominantur.* Contra Damascenus : Λαχανοφαγίαις παντοίαις κέχρηται καὶ τρυφαῖς ἀδιῶς. Jejunia Ecclesiæ et oblationes pro mortuis rejecisse, tradit præter Epiphanium et alios Joan. Zonaras canone in Deiparam edito in t. III Monumentor. Cotelerii p. 470. FABRIC.

[j] *Borboriani.* Ita Gnosticorum aliquos dictos ἀπὸ τῆς αἰσχρουργίας βορβορώδους sive fœda vitæ turpitudine narrat Epiphanius XXVI, 3, p. 85. Theodorito lib. I de Hæreticis fabulis c. 16 : Βορβηλιῶται ἦγουν Βορβοριανοί, qui ipsorum μυστικὰς τελετὰς omnem cogitationem supergredientibus testatur : Πάντα γὰρ λογισμὸν πονηρὸν ὑπερβαίνοντα καὶ πᾶσαν ἔννοιαν μυσαρὰν τὰ παρ' ἐκείνων ὡς θεῖα πραττόμενα. Vide etiam Niceiam Thesauri lib. IV, c. 2. FABRIC. — *Borboriani.* Augustino *Borboritæ*, quasi cœnosi, *propter nimiam turpitudinem quam in suis mysteriis exercere dicuntur*, uti Fabricius quoque ex Epiphanio, et Theodorito annotavit. Sed quod allegorice isti, ad litteram Philastrius, subdens : *Hi itaque in cœnum euntes, et inde obliti, de cœno facies et membra sua deformantes, eadem re cunctis velut culpandam Dei creaturam demonstrantes.* In ms. Corb. pro *eadem re*, emendatius *eademque*; quare lectio hæc reponenda etiam apud Gangium in *Borboriani*, ubi locum hunc Philastrii profert. GALEARD.

[k] *Artotyritæ.* Conferendus Epiphanius et Damascenus hæresi 49. Augustinus et auctor Prædestinati c. 28, Timothei presbyteri judicio apud Cotelerium III Monument. p. 379, ex Marcionis hæresi descendere dicuntur, Οἱ οὖν Ἀρτοτυρῖται ἐκ τῆς αἱρέσεως τούτου τοῦ Μαρκίωνος κατάγονται Sed Epiphanius eos jungit Montanistis ac Priscillianistis. Nomen compositum ab voce ἄρτου, quod panem, et τυροῦ quod caseum denotat. FABRIC.

[a] illud quo Ecclesia catholica et apostolica celebrat offerendo.

LXXV. ASCODROGITÆ.

[1] Alii sunt [b] Ascodrogitæ in Galatia, qui utrem inflatum ponunt et cooperiunt in sua ecclesia, et circumeunt eum insanientes [2] potibus, et bacchantes [c 3], sicut pagani Libero patri, insanis mentibus more gentilium furentes, et non intelligentes quod ait Salvator : utres novos sumendos, inque eos novum vinum mittendum, non in veteres (*Matth.* IX, 17). Et quum suis cæcitatibus properant [4] inservire, alieni modis omnibus Christianæ salutis reperiuntur, cum Apostolus dejiciat justificationem illam Judaicam carnalemque vanitatem, Christi autem veram et plenam confirmet scientiam dicens : *Vetera transierunt, et ecce nova omnia* per Christum facta sunt (II *Cor.* V, 17). De Lege enim et umbra dicebat Dominus, et de suæ gratiæ plenitudine : duorumque hominum, quod ait Apostolus : *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis* (I *Cor.* XV, 47). Quod enim erat per umbram, et quod erat futurum in Domini præsentia majus et melius, hoc nuntiabat docendo, ac rebus testantibus confirmando.

LXXVI. PASSALORINCHITARUM HÆRESIS.

[d] Alii sunt Passalorinchitæ, qui digitum imponentes in nares, et ora sua, [5] et [e] in labia, quasi silentium semper exercent, non rei [f] aliæ nisi taciturnitati, quasi studium commodantes. Hoc autem facientes quasi [6] prophetas cupiunt imitari, quia ait David propheta : *Pone, Domine, custodiam ori meo, et* [g] *ostium circumstantiæ labiis meis* (*Ps.* CXLI, 3). Et quia jejuniis beati prophetæ vacantes (*Ps.* XXXV, 13; LXIX, 10) [h] silentium sæpius commodabant, inde usurpantes isti [7] æstimant observandum, [i] Pythagoricam vanitatem potius quam prophetarum cœlestem vitam, et sapientiam sequi properantes.

LXXVII. AQUARII.

[8] [j] Aquarii sic dicti sunt, qui in Sacramentis ce-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] *una serie sine numero.* Alii sunt iterum Ascodrogitæ
[2] potius
[3] sicut illi pagani Liberi patriani
[4] *An* insanire?
[5] et labia... quasi studium commorantes
[6] Prophetas beatos cupiunt... David beatus : Pone
[7] æstimant aliquid observare
[8] Alii sunt Aquarii sic dicti, qui

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Illud quo Ecclesia catholica.* Non farinam aqua subactam in sacra Cœna adhibebant hi hæretici, sed subactam lacte. Idem Timotheus : Γάλακτι γὰρ φυρῶντες; ζύμην τοῖς οἰκείοις μύσταις ὀρέγουσιν. FABRIC.

[b] *Ascodrogitæ.* Augustino qui Philastrium sequitur hæresi 62 rectius *Ascitæ* ; *ἀσκὸς enim Græce, Latine* uter *dicitur, quem perhibentur inflatum et opertum circumire bacchantes.* Auctor Prædestinati : *Isti cum in dogmate nihil mali habeant, utrem tamen ingentem juxta altare ponunt, eumque vacuum inflant, et linteaminibus velant et adorant, quia confectum cruoris Domini ibi adjiciunt, illud dicentes Evangelicum* (*Matth.* IX, 17). *Vinum novum in utres novos adjiciunt, et utraque conservantur.* Epiphanii *Tascodrogitæ* ab his plane sunt diversi, sed iidem cum *Passalorinchitis* de quibus noster infra capite 76 Ascitæ utre usi ad asservandum vinum quod in sacra Cœna adhibebant. FABRIC.

[c] *Sicut pagani Libero patri.* Julianus epist. 41 : Καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύασον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται. FABRIC.

[d] *Alii sunt Passalorinchitæ.* Hos *Tascodrugites* dictos, auctor Epiphanius XLVIII, 14, pag. 416, testatus τασκὸν illorum lingua paxillum significare, δροῦγγον vero nasum, sive rostrum : Τασκὸς παρ' αὐτοῖς πάσσαλος καλεῖται, δροῦγγος δὲ μυκτὴρ εἴτουν ῥύγχος καλεῖται. Quod igitur inter orandum illi affectarent indicem manus digitum naso imponere : Κατηφείας χάριν καὶ ἐθελοδικαιοσύνης, ἐκλήθησαν ὑπό τινων Τασκοδρουγῖται, τουτέστι Πασσαλορυγχῖται. Mire hinc illud nomen apud scriptores vel curtatum, vel corruptum, ut notavit Cotelerius tom. I Monument. p. 774, cui adde quod τασκοδουργοὶ dicuntur apud Theodorum Studitam Epistola ad Naucratium tom. V opp. Sirmondi p. 324. *Perticonasatos* vocat Nic. Comnenus Papadopoli in prænotionibus mystagogicis p. 152. FABRIC.—*Alii sunt Passalorinchitæ.* Hoc loco Fabricius producit Epiphanii verba quibus expresse appellantur Πασσαλορυγχῖται. Male igitur Dupinius Hist. Eccl. sect. IV asserit neminem veterum de hisce hæreticis excepto Philastrio verbum fecisse, quos memorat etiam August. hæres. 63, uti et Excalceatos hær. 68 et Rhetorios hæres. 72, quamvis et hos quoque omnibus præter Philastrium indictos affirmet Dupinius. GALEARD.

[e] *In labia quasi silentium.* Sicut Harpocrates silentii Deus digito labellum compescens exprimitur in veteri anaglypho, quod illustrant Joan. Smetius antiquit. Noviomagens. p. 127 seq., Joan. Lomeierus dier. genial. diss. 3, et præcipue in Harpocrate suo, Trajecti 1687 in-4° editio illustris atque eruditiss. vir Gisbertus Cuperus. FABRIC.

[f] *Aliæ* pro *alii.* Vide Vossium Aristarchi IV, 6. FABRIC.

[g] *Ostium circumstantiæ.* Θύραν περιοχῆς.

[h] *Silentium commodabant.* Sic etiam Corb. cod.; at Lugdun. editio rectius *commendabant.* Basileensis, *commodabant. Commodare animum alimoniis* dixerat Arnobius V adv. Gentes : *commodare silentium jejuniis* nusquam memini me legere. GALEARD.

[i] *Pythagoricam vanitatem.* Notissima sunt, quæ de quinquennali silentio Pythagoricæ scholæ feruntur, de quo Viri docti ad Gellium lib. I, c. 9 et ad Laertium VIII, 10. Holstenius ad Porphyrium p. 80, et Rittershusius, et libro II de Bono silentii Andreas Schottus. Addam locum Procopii Gazæi ep. III : Πυθαγόρας Σάμιος, τοῦτόν φασιν ὡς οὐ μέχρι παντὸς ἐτίμα σιγήν, ἀλλ' ὥριστο χρόνος αὐτῆς μεταβελὼν ἄγων ἐπὶ λόγοις καὶ μετεβάλλοντο. Ἀλλ' οὐδὲ παρ' ὧν ἐσώπων χρόνον ἔδει δήπουθεν μηδὲν παρ' ἀλλήλων εἰδέναι, ἀλλὰ τὴν μὲν γλῶτταν εἶχε σιγῶ, ἡ δὲ χεὶρ διηνεκὲς τῇ γλώττῃ, καὶ διὰ γραμμάτων πάλιν ἐφθέγγοντο. FABRIC.

[j] *Aquarii.* Augustinus, et auctor Prædestin. c. 64. Hi sunt *Hydroparastatæ*, ὕδωρ ἀντ' οἴνου προσφέροντες, de quibus Theodoretus lib. I de Hæret. fab. c. 21. Solam aquam in sacra Cœna adhibuisse dicunt Ebionæos teste Epiphanio XXX, 16, et Irenæo V, 1, nec non Tatiani sectatores Encratitæ, de quibus Epiphan. XLVII, 3, et Timotheus presbyter a Cotelerio editus tom. III Monum. p. 379, qui etiam Ἀκουαρίους appellat : tum alios ex Marcionis schola quosdam, et Manichæos, et alios fortasse quos perstringit Clemens Alex. I Strom. pag 137, εἰσὶ γὰρ οἳ καὶ ὕδωρ ψιλὸν εὐχαριστοῦσιν, et multis oppugnat Cy-

lestibus [a] offerunt tantum aquam, non illud [a] quod Ecclesia catholica et apostolica facere consuevit.

LXXVIII. HÆRESIS DE PROPHETIS.

[a] Sunt nonnulli, qui [b] prophetas quotidie asserunt, et prophetias fieri prædicant, ignorantes [c] *Legem* [a] *et Prophetas usque ad Joannem fuisse Baptistam* (*Matth.* XI, 13), finemque Legis et Prophetarum in Christi præsentia completum, atque consummatum.

LXXIX. COLLUTHIANI.

[b] Colluthiani, a [d] Colluthio quodam ita dicti sunt in Ægypto, qui dicunt Dominum [e] malorum non esse factorem. [f] Contra autem alter quidam opponebat dicens : Dominum malorum esse factorem, [g] [a] qui et ipse est hæreticus pariter, et cum utrique contentione ferrentur inani, nescierunt potentiam rationis : Scriptura enim Deum facere bona, et nihilominus et mala prædicavit, cum dicat propheta : *Ego sum Dominus,* [h] *qui facio pacem, et creo mala* (*Isai.* XLV, 7). Et alter propheta : [i] *Si est*, inquit, *malitia in civitate, quam Deus non fecit* (*Amos* III, 6). Sed [j] mala ista non natura esse, dixit Scriptura, a Deo facta, sed causis existentibus hominum, scilicet in Lege peccantium Domino, quæ sunt [a] tentationes persecutionis, diversæque angustiæ, quæ Deo permittente insurgunt peccantibus, sicut scriptum est : *Quis dedit Israel in direptionem, nonne Dominus cui peccaverunt, et noluerunt in viis ejus ambulare* (*Isai.* XLII, 24) ? Non autem fecisse malam Deum naturam, dicit Scriptura alicubi : [7] *Ecce enim omnia valde erant bona, quæ fecit Deus*, in libro Geneseos, id est, [8] [k] creaturæ mundi (*Gen.* I, 31). Et alibi propheta dicit : [l] *Quoniam Deus malum non fecit neque delectatur in perditione vivorum* (*Sap.* I, 13). Quia ergo non causa Dei creantis est mala naturaliter, sed hominum voluntatis, quæ obnoxia [9] legi Dei urgetur, et [m] coertione constringit, conversionis causa a Domino hæc inferuntur hominibus quotidie. Cum ergo [10] hæc dicunt, quomodo dicta sunt ignorant [n] quæ enim pu-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[a] offerunt aquam
[a] Alii sunt hæretici qui... asserunt
[a] et prophetas usque ad beatum Joannem
[b] Alii sunt autem Coluthiani
[a] qui et ipse erat
[a] tentationes, persecutiones
[7] Ecce enim, inquit, omnia valde bona
[8] creatura mundi... Quod Deus
[9] legi Dei et judicio arguetur
[10] hæc dicantur... quæ enim imputantur

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

prianus epist. 63, ad Cæcilium, pag. 148 seqq. Vide etiam Chrysostomi hom. 83 in Matthæum p. 864, Beveregium ad canonem Trullan. XXXII, et D. Luigium de hæresiarchis p. 211 seq. Ab his Aquariis diversi *Aquei*, sive *Hydrotheithæ*, de quibus Augustinus et Prædestinati auctor c. 75 et noster infra, c. 96. FABRIC.

[a] *Quod Ecclesia.* Vinum in sacra Cœna offerens, sive merum illud, sive temperatum aqua, quod Cypriano imprimis vehementer probatum fuit, cui per aquam populus, Christi sanguini uniendus significatur. Confer, si placet, Edm. Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus p. 322 seq., Joan. Bonam lib. II Liturg. c. 9. Gerh. Vossii theses theologicas p. 304, Elmenhorstium ad Gennadium de dogmatibus Eccles. p. 174. Græci vino aliquid aquæ ferventis affundunt, ut sanguinem hominis vivi proprius referat. Vide Petrum Arcudium de concordia utriusque Ecclesiæ in doctrina de Sacramentis III, 39, p. 321. FABRIC.

[b] *Prophetas quotidie asserunt.* Helmst., *asserunt.* Videtur tangere Montanistas de quibus supra cap. 49. FABRIC.

[c] *Legem et Prophetas.* Eodem S. Chrysostomus laudat illud Danielis IX, 24 : Ὅτι σβέσαι ὅρασις καὶ προφητεία καὶ ὅρασις. *Cum venerit cui repositum est, obsignabitur prophetia et visio.* FABRIC.

[d] *Colluthio.* Hic est Colluthus presbyter Alex. quem eodem quo Arius tempore Ecclesiam turbasse, falsaque dogmata spargeisse narrat Epiphanius LXIX, 2, p. 728, memorans etiam sectatores ejus, qui se non dubitaverint appellare *Colluthianos*, οἱ μὲν Κολλουθιανοὺς ἑαυτοὺς ὠνόμασαν. Ambitionem Colluthi perstringit Alexander Alexandrinus apud Theodoretum lib. I Hist. c. 4, p. 9, in gradu presbyterii mortuum testatur Athanasius in apologia ad imp. Constantinum, tom. I, p. 732. FABRIC.

[e] *Malorum non esse factorem.* Idem ex Philastrio Augustinus cap. 65, et ex Augustino Isidorus VIII Orig. c. 5. Itaque errat auctor Prædestinati, c. 65, qui Colluth. amarum errorem putat in eo consistere, quod Deum creasse mala et bona docuerint. FABRIC.

[f] *Contra autem alter.* Florinus de quo supra ad c. 57. FABRIC.

[g] *Qui et ipse est hæreticus pariter.* Non minus hæreticum est cum Colluthio contrarium pondere principium, negareque mala fieri Deo permittente, quam cum Florino Deum facere malorum auctorem. FABRIC.

[h] *Qui facio...* LXX, ὁ ποιῶν εἰρήνην καὶ κτίζων κακά. FABRIC.

[i] *Si est...* LXX, εἰ ἔσται κακία ἐν πόλει ἣν Κύριος οὐκ ἐποίησε. FABRIC.

[j] *Mala ista non natura.* Sensus est, ista non esse creata a Deo ut mala natura sint, sive malam naturam habeant. Infra : *Non autem fecisse malum Deum naturam.* FABRIC.

[k] *Creaturæ mundi.* Chalcidius p. 572, *de genitura mundi.* Nempe γένεσιν pro κτίσει dixisse Alexandrinos, observatum Dumfredo Hody erudito opere de Bibliis sacris Græcis p. 115. FABRIC.

[l] *Quoniam...* LXX, ὅτι ὁ Θεὸς θάνατον οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ τέρπεται ἐν ἀπωλείᾳ ζώντων. Philastrius *malum* posuit, genus pro specie mali, sive *morte*, quod vocabulum in Sapientiæ libro reperit. Hujus auctorem, Prophetæ nomine passim laudant veteres scriptores christiani, ut supra ad cap. 26 notare me memini. FABRIC.

[m] *Coertione. Coertionem*, sive *coercitionem* pro *coercitione* dixerunt boni scriptores, atque utrumque promiscue in mss. codicibus reperitur. FABRIC. — *Sed hominum... coertione constringit.* Obscurior locus in editis, quam ut conjectura restitui posset, nisi in Corb. ms. occurreret vera lectio, *quæ obnoxia Legi Dei et judicio arguetur, et coertione constringitur*, pro quo male Hamburg. editio *constringit*, sed Basil. et Lugdun. recte *constringitur* ; mox *dicuntur* et *ignorantur* tam in Corb. cod. quam in Basil. et Lugdun. ed., pro *dicunt* et *ignorant*, quod est in Hamburgensi. GALEARD.

[n] *Quæ enim putant.* Basil. et Lugdun. editio, *quæ enim putantur*, ubi Corb. cod., *imputantur* ; et supra eodem cap. 79 in editionibus, *quæ sunt tentationes persecutionis* ; in ms., *tentationes, persecutiones*, for-

tant hominibus in coertione mala, hæc eruditionis et utilitatis sunt plena, quæ hominum voluntas perversa pati meretur, cum dicat Apostolus : [a] *Numquid injustus Deus, qui infert iram suam hominibus* (*Rom.* III, 3) ? [b] Non tamen sine utilitate et emolumento futuro hæc cuncta humano generi fieri permittuntur : justus enim in tribulatione sustinendo fidelior et justior comprobatur ; peccator autem aut [1] peccare desinet emendatus, aut perseverans de mundo tollitur, ne in corpore constitutus amplius delinquere videatur. Ergo aut emendatus, cum superest adhuc in corpore, bonum jam opus facere non retardabit, aut [2] mens coercetur ut desinat a peccato, quod ait Apostolus : [c] *Qui mortuus est, justificatus est a peccato* (*Rom.* VI, 7).

LXXX. DE MUNDO HÆRESIS.

Alia autem est hæresis, quæ dicit mundum [d] non mutari, sed [3] in eodem statu semper manere, etiam [e] post Domini nostri Christi de cœlis præsentiam, cum ipse dicat : [f] *Omnia transibunt et* [g] *mutabuntur* (*Matth.* XXIV, 35 ; *Marc.* XIII, 31 ; *Luc.* XXI, 33). Hoc autem non intelligunt mutationis causa elementorum dictum fuisse a Domino, ut his mutatis nova creatura reformetur (*Apoc.* XXI, 1), quod et David docet : [h] *Ipsi peribunt, tu autem ipse es in æternum* (*Ps.* CII, 26). Et Dominus : *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt* (*Matth.* XXIV, 35 ; *Marc.* XIII, 31 ; *Luc.* XXI, 33). Et : *Ego facio novum cœlum et novam terram, dicit Dominus* (*Isai.* LXV, 17). [i] Restauranda potius ergo, non pereunda annuntiat elementa ; et quamvis [j] impossibile Deo non est, ut qui fecit ex nihilo omnia, iterum delere possit omnia, quod ait beatissimus Job : [k] *Si autem destruxerit universa, quis ei dicet, quid fecisti* (*Job.* IX, 12) ? Ergo si ita senseris, omnipotentiam Domini Christi [4] cognosces ; sin ea restauranda quis æstimat sequenter[l] intelliget : nam etsi pereunda semina [m] Scriptura demonstrat, id est ipsum mundum ad nihilum devenire posse, tamen quia [n] quod fecit non deperit; *fecit* enim, ut ait Salomon, [o] *ex nihilo omnia ut pos-*

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] peccare desinit... tollitur
[2] mens arcessitur
[3] in eo statu... peribunt, inquit, tu autem
[4] cognoscit sive eam restaurandam... intelligit

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

tasse melius ; at infra cap. 80, ubi in editis habetur *erant : et in Resurrectione*, Corb. lectio, ablata copula *erant* : *in Resurrectione ;* quæ, licet parva emendatio, totam sententiam magis facilem et perspicuam reddit. GALEARD.

[a] *Numquid*..... Græc., Μὴ ἄδικος ὁ Θεὸς ὁ ἐπιφέρων ὀργήν. FABRIC.

[b] *Non tamen sine utilitate.* Insignes quasdam utilitates diserte et eleganter exponit S. Joannes Chrysostomus homil. I ad Antiochenos. FABRIC. — Adde Gaudent. Præf. ad Benivol. ; Paulinum epist. 18, ad Delphinum episcopum Burdigalensem ; Isidorum Pelus., ep. 282, Boeto monacho, uti et Nilum, ep. 319, Ephestioni presbytero. GALEARD.

[c] *Qui mortuus est*... Græc., ὁ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας, hoc est, non amplius peccat. FABRIC.

[d] *Non mutari.* Cum mitius judicet infra de illorum sententia, qui Mundum periturum et in nihilum rediturum sibi persuadent, jam hæresibus annumerat opinionem eorum, qui mundum æternum futurum hoc quo in præsens est statu docebant, cum Ocello Lucano, Timæo, et aliis Ethnicorum Philosophis ; et cum Philone Judæo, qui eamdem opinionem tuetur libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, perinde ut Anonymus Christianus apud Photium Cod. 36, ὅτι ἀκατάλυτοί εἰσιν οἱ οὐρανοί, qui est Cosmas Indopleustes lib. VII, p. 275 seq. Danæus ad Augustin. de Hæresibus c. 67, illos vocat *Æternales*. Auctor prædestinati c. 67. *Satannianos* a nescio quo Satannio. FABRIC.

[e] *Post Domini nostri Christi de cœlis præsentiam.* Ad Judicium intellige, atque ut Augustinus sententiam Philastrii expressit, *post resurrectionem mortuorum*. FABRIC.

[f] *Omnia transibunt.* Text. Gr., ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ παρελεύσονται. *Omnia* cœlo et terra continentur. FABRIC.

[g] *Mutabuntur.* Ἀλλαγήσονται Hebr. I, 12, ex Psal. CII, 26. FABRIC.

[h] *Ipsi peribunt.* LXX, Αὐτοὶ ἀπολοῦνται, σὺ δὲ διαμένεις. FABRIC.

[i] *Restauranda potius non pereunda. Pereunda* pro *perituris* dixit præter usum meliorum Scriptorum. Sic infra : *Nam etsi pereunda semina Scriptura demonstrat.* Atque iterum : *Et in resurrectione hominum non pereunda semina.* Similiter mox *permanenda* dixit pro *permansuris : Transeuntia ergo erunt elementa ad majorem jam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus.* Ad rem ipsam quod attinet, plerique priscorum Ecclesiæ doctorum hac fuere sententia, non interiturum in consummatione sæculi cœlum terramque, sed ἀποκαταστάσει Act. III, 10, et παλιγγενεσίᾳ Matth. XIX, 28, immutandum et renovandum. Barnabæ epist. c. 15 : Ὅταν ἔλθων ὁ υἱὸς αὐτοῦ καταργήσει τὸν καιρὸν αὐτοῦ καὶ κρινεῖ τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ΑΛΛΑΞΕΙ τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας, τότε καλῶς ἀναπαύσεται ἐν ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ. Longum esset alia testimonia Veterum producere, quæ videri possunt apud Vossium Thes. Theolog. p. 248 seq., Paulum Sherlogum dioptra antiquit. p. 285, Tho. Burnetum Theoria sacra telluris IV, 1 seq., Galakerum ad Antonin. XI, 1, Elmenhorstium ad Gennadii dogm. Eccles. p. 164, D. Bebelium antiquit. Eccles. sæculi IV, tom. II, p. 610 ; Suicerum tom. II, Thesauri, p. 151 ; Jac. Thomasium de Stoica mundi exustione p. 17. Judæorum consensum vide apud Menassem Israelidem de Resurrect. lib. III, c. 4 ; D. Lutheri et theologorum nostratium suffragia collegit Vincentius Placcius ὁ μακαρίτης scripto vernaculo de immortalitate animæ p. 65, 93 seq. FABRIC.

[j] *Impossibile Deo non est.* Contra Ethnicorum sententiam quibus Philo libro de Mundo incorruptibili p. 728 assentitur. Hos enim si audias statutum ipsis est, ἐκ τοῦ οὐδαμῆ ὄντος ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαι τι, τό τε ὂν ἐξαπολέσθαι ἀνάνυστον καὶ ἄπαυστον. *Ex nihilo nihilum, in nihilum nil posse reverti.* FABRIC.

[k] *Si autem.* LXX, ἐὰν ἀπαλλάξῃ, τίς ἀποστρέψει ; ἢ τίς ἐρεῖ αὐτῷ, Τί ἐποίησας. FABRIC.

[l] *Sequenter intelliget.* Non minus scilicet eminentem Christi majestatem et potentiam esse in instaurando, quam in delendo. FABRIC.

[m] *Scriptura demonstrat.* In loco supra adducto Ps. CII, 26. FABRIC.

[n] *Quod fecit non deperit.* Quia nihil quod fecit Deus odit : οὐδὲν βδελύσσῃ ὧν ἐποίησας. Sap. XI, 24. FABRIC.

[o] *Ex nihilo omnia ut possent esse.* LXX, Ἔκτισε γὰρ εἰς τὸ εἶναι τὰ πάντα. Vocabulum ἔκτισε a Philastrio redditur *fecit ex nihilo*. Simul autem respicitur

sent esse quæ non [1] *erant* (*Sap.* I, 14) : et in Resurrectione hominum non pereunda semina, sed ad gloriam majorem venientia demonstrat, ut ait Apostolus : [a] *Seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale* (I *Cor.* XV, 44) : [b] *seminatur in corruptione, surgit in incorruptione* (*Ibid.*, 42). Et ipse iterum Apostolus : [c] *Exspectatio enim creaturæ revelationem filiorum Dei exspectat : vanitati enim creatura* [2] *subdita est non volens, sed propter eum qui subjecit in spe futuræ gloriæ dignitatis. Propter quod et ipsa creatura*, inquit, *liberabitur a servitute corruptionis in libertatem gloriæ filiorum Dei* (*Rom.* VIII, 19 *seq.*). Ostendens [3] itaque a gloria ad gloriam processura elementa, id est homines cum hac ipsa visibili creatura, cum dicit Dominus : [d] *Sol tunc septempliciter lucebit* (*Isai.* XXX, 26). Transeuntia ergo erunt [e] elementa ad majorem jam gloriam, inque ea permanenda cum hominibus ; quamvis et ad nihilum possit adducere, qui fecit omnia Dominus. Sed in hoc est eminens Christi majestas et potentia, quod ad gloriam eadem majorem elementa transire permittit; nam et Apostolus elementa hæc [f] liquescere, et ad nihilum venire nuntiat pariter et prophetat.

LXXXI. EXCALCEATI.

[g] Excalceatorum [4] est hæresis, quæ excalceatos ambulare debere homines asserit, [5] quod sub Mose, inquiunt, dictum est : [h] *Solve calceamenta tua* (*Exod.* III, 5). Et quod Isaias ita ambulaverit [i] tribus annis, quæ magis [j] humana, ac vanæ superA stitionis sunt, non traditionis sanctorum ac Domini nostri Jesu Christi jussionis [6] et imperii, ejusque potestatis.

LXXXII. NOVATIANI.

Novatiani surrexerunt [k] post persecutionem postremam [l] a Novato quodam, qui [m] sicut Ecclesia catholica credebant antea, vetus Testamentum et novum accipientes, in persecutione autem, quia lapsi sunt multi fideles, et in pœnitentiam suscepti sunt a catholica Ecclesia, irati, immo potius præsumptione ducti ac superbia, vanam doctrinam conati sunt seminare, separantes se ab Ecclesia catholica, atque a Christi bonitate ac misericordia dissonantes, atque dicentes : [n] non esse fideli post baptismum locum aliquem pœnitentiæ, ignorantes quod per prophetam B clamat : *Vivo ego, dicit* [7] *Dominus : nolo mortem peccatoris, sed magis ut revertatur et vivat* (*Ezech.* XXXIII, 11). Si ergo dixerint de his qui baptizandi sunt, dixisse Scripturam, non tamen fidelibus ; audiant Salvatorem post baptismum aquæ dicentem de baptismo alio, pœnitentiæ scilicet passionis ita : [o] *Baptisma habeo*, inquit, *baptizari, et quam festino* [p] *si finiretur* (*Luc.* XII, 50). Ostendens utique [8] nobis post baptismum quem per aquam ante dederat, [q] aliud etiam passionis pœnitentiæ humano generi ab ipsius bonitate, et clementia labentibus concedendum, atque ab eodem Domino tribuendum. Quod Apostoli intelligentes de passione ejus saluberrima, post illam primam gratiam humano generi etiam hoc eum contu-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] erant : in
[2] subjecta est
[3] itaque gloria ad filiorum processura
[4] Alia est hæresis
C
[5] quod Mosi inquit... Esaias beatus ita
[6] et imperii ejus ac potestatis
[7] Dominus : Si volo mortem peccat, quantum ut
[8] nobis baptismum quod per

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

locus Hermæ lib. II, mandat. I, quem laudat noster etiam infra c. 123 : Πρῶτον πάντων πίστευσον ὅτι εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα κτίσας καὶ καταρτίσας καὶ ποιήσας ἐκ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι. FABRIC.

[a] *Seminatur.... spiritale.* Græc. Σπείρεται σῶμα ψυχικὸν, ἐγείρεται σῶμα πνευματικόν FABRIC.

[b] *Seminatur.... in corruptione.* Græc., Σπείρεται ἐν φθορᾷ, ἐγείρεται ἐν ἀφθαρσίᾳ. FABRIC.

[c] *In spe futuræ gloriæ dignitatis.* Post ἐπ' ἐλπίδι, Philastrius de suo supplevit verba *futuræ gloriæ dignitatis.* FABRIC.

[d] *Sol tunc septempliciter lucebit.* LXX, Τὸ φῶς τοῦ ἡλίου ἔσται ἑπταπλάσιον ἐν τῇ ἡμέρᾳ. FABRIC.

[e] *Elementa.* Sol, luna et stellæ, ut supra c. 61. FABRIC.

[f] *Liquescere.* II Petr. III, 10 : Στοιχεῖα καυσούμενα λυθήσονται, καὶ γῆ καὶ τὰ ἐν αὐτῇ ἔργα κατακαύσεται ; D et 12 : Οὐρανοὶ πυρούμενοι λυθήσονται, καὶ στοιχεῖα καυσόμενα τακήσεται. FABRIC.

[g] *Excalceatorum Gymnopodas* vocat auctor Prædestinati et Augustinus cap. 68, Philastrii insistens vestigiis, nudis pedibus semper ambulantes. Prateolus *Nudipedes.* FABRIC.

[h] *Solve calceamenta tua.* LXX, λῦσαι τὸ ὑπόδημα ἐκ τῶν ποδῶν σου. FABRIC.

[i] *Tribus annis.* In signum imminentis Ægyptiorum et Æthiopum genti captivitatis ab Assyriis. FABRIC.

[j] *Humana ac vanæ superstitionis.* Non in Isaia, qui Dei jussu hoc fecerat, sed in his qui nescio quam religiosi cultus partem in superstitiosa illa æmulatione collocabant. FABRIC.

[k] *Post persecutionem postremam.* Postrema persecutio, sive decima sub Diocletiano et Maximiniano Herculio cœpit circa A. C. 285. Sed Novatiani Ecclesiam jam turbarunt post persecutionem octavam Decianam circa A. 251. Vide Tillemontium tom. III Memor. Eccles. FABRIC.

[l] *A Novato quodam.* Duo hæreseos istius antesignani veteribus memorantur, Novatus et Novatianus ; hic Romanæ, ille Africanæ Ecclesiæ presbyter. Vide Guil. Beveregii notas ad can. 8 Nicæn. FABRIC.

[m] *Sicut Ecclesia catholica credebant antea* οὐδὲν περὶ τὴν πίστιν καινοτομῆσαι, *nihil circa fidem novasse* Novatianus fatetur Atticus Cpolitanus apud Socratem VII, 25, p. 367. FABRIC.

[n] *Non esse fideli post baptismum.* Hunc Novatianorum errorem oppugnat Eulogius apud Photium Cod. 182 et 208. E recentioribus juvabit consulere præter Tillemontium, Beveregiumque, Gibr. Albaspinæi observationes p. 195 seq., Joan. Forbesii instructiones Historico Theol. p. 666, 710 seq. FABRIC.

[o] *Baptisma habeo baptizari.* Nota phrasin ἔχω βαπτισθῆναι pro μέλλω βαπτισθῆναι, cujus multa exempla congessit Joan. Beelsius notis ad Joan. Chrysostomum Savilii tom. VIII, p. 41 seq. FABRIC.

[p] *Si finiretur.* Ita legendum pro verbis nihili quæ exstabant in prioribus editionibus, *si sciretis.* In Græco est : πῶς συνέχομαι ἕως οὗ τελεσθῇ. FABRIC.

[q] *Aliud etiam passionis pœnitentiæ.* De hoc pœnitentiæ baptismate multa Joan. Morinus in opere elaborato de Sacramento pœnitentiæ III, 4, et IX, 2 et 13, X, 6. FABRIC.

lisse prædicabant. Ut provisor enim et omnipotens, A peccantibus concedit per pœnitentiam, ut [a] qui lapsus est, surgens ac pugnans iterum, inque ea perseverans, speret se posse a Domino desiderandam victoriam adipisci. In Christo enim et ejus clementia, et justitia, [1] bonitas, et propter peccantes et pœnitentes abundat quotidie; ut Paulus testatus de illis est, qui peccati causa non egerant pœnitentiam, ut dixit in sua Epistola : [b] *Quis infirmatur, et ego non infirmor* (II *Cor.* XI, 29)? Et rursum : [c] *Ne veniam ad vos, et iterum me humiliet Dominus* propter quosdam, qui non egerunt pœnitentiam (II *Cor.* XII, 21). Et Petrus Apostolus Mago Simoni dixerat : *Age pœnitentiam, si quo modo dimittatur tibi quod fecisti.* Et Paulus [d] quem abjecerat, eum suscipi post tempus iterum jubet. [e] Amissionem itaque dignitatis possunt B perpeti tales, non detrimentum salutis, ut ait Dominus : [f] *Multæ mansiones sunt apud Patrem meum* (*Joan.* XIV, 2).

LXXXIII. MONTANISTÆ.

[g] [2] Montanistæ sunt, qui [h] rebaptizant si quos seduxerint homines, et supra baptismum Ecclesiæ catholicæ aliud suum [3] baptisma insanientes promittunt, qui et Donatiani dicuntur, [i] a quodam Donato in Africa constituto, qui hanc hæresin seminavit, qui et Parmeniani nunc appellantur [i] a Parmenione quodam, qui eorum nuper successit erroribus atque falsitati.

LXXXIV. ABSTINENTES.

[k] [4] Sunt in Galliis, et Hispaniis, et Aquitania veluti abstinentes, [5] qui et [l] Gnosticorum, et Manichæorum particulam perniciosissimam æque sequuntur [6] eamdemque non dubitant prædicare, [m] separantes persuasionibus conjugia hominum, et [n] escarum absti-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] et bonitas propter
[2] Alii sunt Monastes qui
[3] baptisma insaniunt promittentes
[4] Alii sunt in Gallis et in Spanis
[5] qui et Gnosticorum particula perniciosissima
[6] eademque

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Qui lapsus est, surgens ac pugnans iterum.* In sacra illa ad quam per baptismum auctoratus fuerat militia adversus diabolum. FABRIC.

[b] *Quis infirmatur.....* Τίς ἀσθενεῖ καὶ οὐκ ἀσθενῶ; FABRIC.

[c] *Ne veniam.....* Μὴ πάλιν ἐλθόντα με ταπεινώσῃ ὁ Θεός μου πρὸς ὑμᾶς καὶ πενθήσω πολλοὺς τῶν προημαρτηκότων, καὶ μὴ μετανοησάντων ἐπὶ τῇ ἀκαθαρσίᾳ. Hæc verba Pauli integra sunt, quæ Philastrius suo more contraxit. FABRIC. C

[d] *Quem abjecerat.* Quem Satanæ tradiderat I Cor. v, 4, eum post pœnitentiæ testationem iterum recipit II Cor. II, 7. FABRIC.

[e] *Amissionem dignitatis.* Removendi scandali causa ex usu Ecclesiæ veteris clerici ad communionem redigebantur laicam, et excidebant sacris Ordinibus quicumque ad pœnitentiam publicam de lapsu vel crimine graviore admittebantur, ut multis notarunt Gabriel Albaspinæus et Joan. Morinus in lucubrationibus quas supra laudavi. Sed hoc loco Philastrius per dignitatem, ut infra c. 89, intelligit gradum majorem in cœlesti gloria. FABRIC.

[f] *Multæ mansiones.....* Ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ Πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν, quem locum non modo de mansionum cœlestium multitudine, sed etiam de diversitate graduum veteres Ecclesiæ Doctores acceperunt. FABRIC.

[g] *Montanistæ. Montenses* appellati sunt Donatistæ, quod Ecclesiam Romæ primum in monte habere D cœperunt, ut testatur Hieronymus in Chronico ad A. C. 356. Isidorus VIII Origg. c. 5 : *Montani hæretici dicti, quod tempore persecutionis in montibus latuerunt. Montenses* dicuntur etiam apud Optatum lib. II, cap. 4, et alios. Augustino de unitate Ecclesiæ c. 3, *Rupitani*, quomodo etiam pro *Cuzupitanis* videtur legendum epist. 53 (vet. edit. 165). De Montanistis aliis Montani sectatoribus supra cap. 49. FABRIC.

[h] *Rebaptizant.* Vide D. Theo. Ittigii Historiam schismatis Donatistarum, subjectam ejus appendici diss. de hæresiarchis § 122 seq., et quæ Viri docti ad Optatum, atque tom. IX operum Augustini edit. novæ. FABRIC

[i] *A quodam Donato in Africa.* Duo Donati, unus Casensis, sive a Casis nigris, et alter Carthaginiensis Episc. Donatus magnus : ambo schismatis ergo-dioctæ, sed Casensis ille prior, unde Augustinus hæresi 69 : *Donatiani vel Donatistæ sunt.... hujus hæresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia veniens et contra Cæcilianum Christianam dividens plebem, adjunctis sibi ejusdem factionis episcopis, Majorinum apud Carthaginem ordinavit episcopum. Cui Majorino Donatus episcopus alius in eadem divisione successit, qui eloquentia sua sic confirmavit hanc hæresin, ut multi existiment propter ipsum potius eos Donatistas vocari.* FABRIC.

[i] *A Parmenione quodam.* Ille est Parmenianus qui Donato in episcopatu Carthaginiensi successit A. C. 368, adversus quem Optati et Augustini scripta etiamnum supersunt. Auctor Prædestinati c. 69 : *Hi hæretici in partibus Italiæ Montenses appellantur, in interiore Africa Parmeniani, in Carthaginiensi Donatistæ.* Obiit Parmenianus A. C. 391, quo superstite adhuc scripsisse Philastrium ex hoc loco recte colligas. FABRIC.

[k] *Sunt in Galliis et Hispaniis.* Ita scripsi pro *Gallis, et Hispanis.* Perspicuum vero est a Philastrio perstringi Priscillianistas, qui circa A. C. 380 proferre se cœperunt. Vide Tillemontium tom. VIII Memor. Eccles. pag. 798 : librum contra eosdem in Symbolum Apostolorum ascriptum Ambrosio. FABRIC.

[l] *Gnosticorum, et Manichæorum.* Augustinus hæresi 70 : *Priscillianistæ quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorum et Manichæorum dogmata permixta sectantur.* Confer H. Dodwelli diss. 5 ad Irenæum c. 10, p. 405 seq. FABRIC.

[m] *Separantes conjugia hominum.* Leo M. Epistola ad Turibium 15 (edit. vet. 93), cap. 7, de Priscillianistis : *Nuptias damnant et procreationem nascentium perhorrescunt, in quo sicut pene in omnibus, cum Manichæorum profanitate concordant.* Concil. Bracarense I, A. C. 561, can. 11 : *Si quis conjugia humana damnat, et procreationem nascentium perhorrescit, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.* FABRIC.

[n] *Escarum abstinentiam.* Idem concilium Bracarense can. 14 : *Si quis immundos putat cibos carnium, quos Deus in usus hominum dedit, et non propter afflictionem corporis, sed quasi immunditiam putans, ita abstineat ab eis, ut hæc olera cocta cum carnibus præguset, sicut Manichæus et Priscillianus dixerunt, anathema sit.* FABRIC.

mentiam promittentes, quæ non ex Legis præcepto, sed [a] promotionis cœlestis (*Matth.* XIX, 12), et dignitatis causa voluntati hominum talis a Christo concessa est gratia. Dicit enim Dominus Petro : [b] *Non omnes capiunt hoc verbum* (*Ibid.*, 11). Et iterum idem Dominus ait : *Qui dimiserit uxorem suam* [c] *sine causa criminis, facit eam mœchari* (*Ibid.*, 9). Aliud est itaque [d] consensu communi (I *Cor.* VII, 5) hoc fieri laudis causa majoris consequendæ a Domino, et aliud contra Legem suadere, contraque amborum facere voluntatem. Et iterum : [e] *Qui non manducat, manducantem non spernat, et qui manducat, non manducantem non judicet* (*Rom.* XIV, 3). Quod ex voluntate est itaque, laudis est amplioris, immo potius mercedis cœlestis est desiderium : quod autem extra Legem est, non a Deo Christo est traditum, sed inani hominum præsumptione, et errore inventum : scriptum est enim : [f] *Do vobis omnia edere sicut fenum.* Hoc autem ideo faciunt, ut escas paulatim spernentes, dicant eas non esse bonas; et ita non a Deo hominibus escæ causa fuisse concessas, sed [g] a diabolo factas ut asserant, ita sentiunt. Inque hoc jam creaturam non a Deo creatam, sed a Diabolo eam factam prædicare nituntur, perque hoc mendacium multorum animas captivarunt.

LXXXV. CIRCUITORES.

In Africa [a] sunt qui [h] Circuitores dicuntur; hi circumeunt terras et quos inveniunt in via, [i] cogunt eos ut interficiantur ab illis : dicentes se desiderare pati martyrium, et sub causa hac multi latrocinantur interdum. Quidam autem ex his velut [j] biothanati moriuntur, sese dantes ad præcipitium, diversumque subeunt calamitatis interitum; qui cum sine causa perire ita properant, [k] honestæ mortis sustinent detrimenta, et judicio Dei futuro se potius implicant, quam solvunt.

LXXXVI. HÆRESIS DE CIBO ET SPIRITU SANCTO.

Nec desunt, [a] qui [l] cum hominibus non sumunt escas, præsumptione ducti [a] inani, putantes se melius quid facere : quia et [b] Prophetæ hoc, inquiunt, faciebant (III *Reg.* XIII, 9) ignorantes diversam œconomiam. Christi Domini esse statutam hominibus. Hi de Patre, et Filio bene sentiunt; [m] de Spiritu autem non recte accipiunt, creatum credentes esse et factum sanctum Spiritum, non Deum, sicut Scripturæ nuntiant, et Ecclesia catholica prædicat.

LXXXVII. HÆRESIS ALIA DE PASCHATE.

Alia est hæresis, quæ asserit [n] cum Judæis [5] debere fieri Pascha. Isti in Galatia, et Syria, et Phrygia commorantur, et Hierosolymis, et cum Judæos sequantur simili cum eis errore depereunt. Inque hoc et [o] suum Judæi confirmant mendacium, cum pervident quosdam Christianos indoctos, legis eorum magis sequi vanitatem, quam regulam catholicæ veritatis, et nihilominus illi [6] [p] cum istos concelebrant,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Alii sunt in Africa Circuitores qui ita dicuntur
[2] Alii sunt qui cum
[3] inanes putantes melius quid
[4] Prophetæ faciebant
[5] debere facere Pascha
[6] cum istis concelebrent, consortes

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Promotionis cœlestis.* Græc. διὰ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. *Dignitatem* de sublimiori gradu gloriæ cœlestis dixit ut cap. 82 et 89. FABRIC.

[b] *Non omnes....* Græc., οὐ πάντες χωροῦσι τὸν λόγον τοῦτον. FABRIC.

[c] *Sine causa criminis.* Græc. Εἰ μὴ ἐπὶ πορνείᾳ, sive ut alii codices, παρεκτὸς λόγου πορνείας. FABRIC.

[d] *Consensu communi.* Græc. Ἐκ συμφώνου πρὸς καιρόν. FABRIC.

[e] *Qui non manducat....* Text. Græc., inverso ordine : ὁ ἐσθίων τὸν μὴ ἐσθίοντα μὴ ἐξουθενείτω, καὶ ὁ μὴ ἐσθίων τὸν ἐσθίοντα μὴ κρινέτω. *Qui manducat, non manducantem ne spernat : et qui non manducat, manducantem ne judicet.* FABRIC.

[f] *Do vobis omnia edere....* LXX, Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον, non ὡς χόρτον. FABRIC.

[g] *A diabolo factas.* Hoc Priscillianistis diserte tribuitur ab Augustino hær. 70, et in concilio Braccarensi can. 13. FABRIC.

[h] *Circuitores.* Hi sunt quos *Circumcelliones* appellant alii, ut Augustinus et auctor Prædestinati c. 69. Apud Isidorum VIII, 5, pro *Crotopitis* legendum *Campitæ.* FABRIC.

[i] *Cogunt eos ut interficiantur.* Mortem illis, ni id facerent, minati. Confer D. Tho. Ittigii Historiam Donatistarum § 82. Similis in autochiriam impetus Patricianorum, de quibus supra c. 62. FABRIC.

[j] *Biothanati.* Vocabulum non a βίος derivatum, sed a βία, velut βιαιοθάνατος; quod vi quadam ad mortem ruant, vel vi illata necem sibi consciscant. Vide Cangium in utroque glossario, et Elmenhorstium ad Arnobium p. 37 seq., Petrum Wesselingium in libro Probabilium p. 35. FABRIC.

[k] *Honestæ mortis sustinent detrimenta.* Honore mortis honestæ, quæ per naturam eos manebat, privant se culpa sua. FABRIC.

[l] *Cum hominibus non sumunt escas.* Augustinus hæresi 71 : *Dicit Philaster esse alios hæreticos, qui cum hominibus non sumunt escas, sed utrum cum aliis, qui ejusdem sectæ non sunt, an etiam inter seipsos faciant, non exprimit. Adelophagos* vocat Prædestinati auctor, cap. 71 : *dicentes non debere ita cibum sumere Christianum, ut ab alio videatur dum comedit.* FABRIC.

[m] *De Spiritu non recte accipiunt.* Hoc ex Philastro etiam Augustinus repetit; igitur mirum est quod Prædestinati auctor ait Adelophagos suos Trinitatem ejusdem substantiæ confiteri. Interim incertum quos noster denotet, nam de aliis Pneumatomachis jam dixerat supra c. 67. FABRIC.

[n] *Cum Judæis debere fieri Pascha.* Quarta decima lunæ, unde dicti *Quartadecimani* et *Tessarescædecatitæ.* Vide Epiphanium et Damascenum hæresi 50, Augustinum et auctorem Prædestinati c. 29, et quæ dicta sunt supra c. 58. FABRIC.

[o] *Suum Judæi confirmant mendacium.* Ut Judaismi erroribus tanto pertinacius porro inhærerent. FABRIC.

[p] *Cum istos concelebrant.* Male Hamburg. editio; at Corbeien. cod. rectius *cum istis concelebrant.* Basileen. editio consentit cum Hamburgen.; at Lugdun., *cum istis celebrabant;* deinde *manifestarentur, atque ab omnibus dignoscerentur,* quod in Hamburgen. et Basileen. legitur *manifestantur, atque ab omnibus dignoscuntur.* GALEARD.

ut consortes Judæorum criminis et sceleris [1] manifestantur, atque ab omnibus dignoscuntur.

LXXXVIII. APOCRYPHI.

Hæresis [2] est etiam quæ Apocrypha, id est [3] secreta dicitur; quæ [a] solum Prophetas, et Apostolos accipit, [b] non Scripturas Canonicas, id est Legem et Prophetas, vetus scilicet et novum Testamentum. Et cum volunt solum illa apocrypha legere, studiose contraria Scripturis Canonicis sentiunt, atque paulatim dogmatizant, contra eas dantes sententias: contra Legem et Prophetas, [c] contraque dispositiones beatissimorum Apostolorum consulta ponentes, e quibus sunt maxime Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ, Valentiniani, [d] et alii quam plurimi, qui apocrypha Prophetarum et Apostolorum, id est [e] Actus separatos habentes, Canonicas legere Scripturas contemnunt. Propter quod [f] statutum est [4] ab Apostolis, et eorum successoribus, non aliud legi in Ecclesia debere catholica, nisi Legem, et Prophetas, et Evangelia, et Actus Apostolorum, et Pauli tredecim Epistolas, et septem alias, Petri duas, Joannis A tres, Judæ unam, et unam Jacobi, quæ septem Actibus Apostolorum conjunctæ sunt. Scripturæ autem absconditæ, id est apocrypha, etsi legi debent morum causa [5] a perfectis, non [6] ab omnibus legi debent, [h] qui non intelligentes multa addiderunt, et tulerunt, quæ voluerunt hæretici. [i] Nam Manichæi apocrypha beati Andreæ apostoli, id est Actus quos fecit veniens de Ponto in Græciam, quos conscripserunt tunc discipuli [7] sequentes Apostolum: unde et habent Manichæi, et alii tales Andreæ beati, et Joannis Actus Evangelistæ, beati et Petri similiter apostoli, in quibus, quia signa fecerunt magna, et prodigia, ut pecudes, et canes, et besfiæ loquerentur, etiam et animas hominum tales, B velut canum et pecudum similes imputaverunt esse hæretici perditi.

LXXXIX. HÆRESIS QUORUMDAM DE EPISTOLA PAULI AD HEBRÆOS.

[j] Sunt alii quoque, qui Epistolam Pauli ad Hebræos non asserunt esse ipsius, sed dicunt aut [k] Barnabæ esse apostoli, [l] aut Clementis de urbe

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] manifestantur, atque ab hominibus dinoscuntur.
[2] Alia est hæresis quæ
[3] secreta et solum prophetarum et Apostolorum
[4] ab Apostolis beatis
[5] ab omnibus debent, quia non
[6] sequentes beatum Apostolum
[7] Sunt alii qui... esse sed

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Solum Prophetas et Apostolos.* Hæretici varia jactabant et legebant scripta apocrypha; quæ ut commendarent omnibus, non consulebant canonem librorum sacrorum receptum ab Ecclesia, sed satis esse existimabant si modo Prophetæ alicujus, vel Apostoli nomine inscriberent. Verum ab Ecclesia Christi numquam illa recipi, vel Canonicis Scripturis accenseri potuerunt. Apocrypha illa pleraque pridem recensui in duplici libro quorum alter est A. C. 1713 editus Codex Pseudepigraphus veteris Testamenti; alter, Codex novi Testamenti apocryphus, excusus A. 1709, et cum auctario A. 1719, in-8°. FABRIC.

[b] *Non.... Legem et Prophetas.* Legem rejecerunt Valentiniani, Manichæi, aliique hæretici, malo illam Deo tribuentes. Ab iisdem magnam partem Propheticorum librorum, quotquot sunt Canonici, repudiatam fuisse constat. FABRIC.

[c] *Contraque dispositiones beatissimorum Apostolorum.* Mox dicet statutum esse de libris sacris ab Apostolis et eorum successoribus, ubi notata a me, si placet, vide. FABRIC.

[d] *Et alii quam plurimi.* Ut Ebionitæ, Encratitæ, Apotactici, et Priscillianistæ. FABRIC.

[e] *Actus separatos.* Monumenta longe diversa ab illis quibus Ecclesia catholica utitur. FABRIC.

[f] *Statutum est ab Apostolis et eorum successoribus.* In canone 85, sive ultimo eorum quos Apostolicos vocamus, de libris sacris in Ecclesia tenendis statutum legitur, in quo similiter, ut apud Philastrium, omittitur Apocalypsis et Epistola ad Hebræos, quæ utraque scripta tamen noster amplecti se alibi testatur ut c. 60 et 89. Potuit etiam Philastrius in mente habuisse canonem Laodicenum 60 (A. 367), Ὅσα δεῖ βιβλία ἀναγινώσκεσθαι, nisi quod ibi Epistolæ Pauli quatuordecim commemorantur. De ordine librorum sacrorum, et quod Actus Apostolorum Epistolis Catholicis adjunguntur, vide quæ notavi in codice apocrypho novi Test. p. 750, et Humfredum Hody de Bibliis Original. IV, 4, p. 644 seqq.

[g] *A perfectis, non ab omnibus legi debent.* Canonicas itaque Scripturas non dubitabat Philastrius ab omnibus legi debere. Perfecti sunt οἱ μεμυημένοι, doctrina Christiana jam non tincti, sed imbuti. FABRIC.

[h] *Quia non intelligentes multa addiderunt, et tulerunt.* In superioribus editionibus male *qui* fuit pro *quia*. Porro *tulerunt* dixit pro *sustulerunt*. FABRIC. — *Etsi legi debent.... qui non intelligentes.* Melior omnino Corbeien. cod. lectio, *etsi legi debent morum causa a perfectis, non ab omnibus debent, quia non intelligentes*; ubi *quia* pro *qui* reponendum monuerat etiam Fabricius. Sic paulo post Corbeien., *Petri similiter apostoli, et Pauli pariter apostoli*, ut habetur etiam in Basileen. et Lugdun. editione; at illud *et Pauli pariter apostoli* in Hamburgensi excidit. GALEARD.

[i] *Nam Manichæi apocrypha.* Certum puto, vocabulum *Manichæi* hoc loco alienum esse: utrum vero *Matthæi* pro eo scribendum sit, an *Matthiæ Apocrypha et beati Andreæ*, an vocabulum illud *Manichæi* plane temere insertum, atque adeo nullo alio reposito expungendum sit, velim mss. codicum judicio potius quam meo definiri. De universis autem illis Actibus et scriptis, quæ vel Matthæo, vel Matthiæ, vel Andreæ etiam, aut Joanni, ac Petro, aliisque Apostolis per Manichæos, hæreticosque alios supposita sunt, nolo repetere ea quæ in Codice Apocrypho novi Test. exposui. FABRIC.

[j] *Sunt alii quoque.* In Occidente præsertim, qui tamen hæreticis ideo ascribi noluerint. Petrus Blæsensis: *Ad Hebræos Epistola a plerisque Latinis Pauli esse incerta, propter dissonantiam sermonis: eandemque alii Barnabam conscripsisse, alii a Clemente suspicantur.* Fuse et erudite de hoc argumento Frid. Spanhemius in libro de auctore Epistolæ ad Hebræos quam Paulo Apostolo vindicat, et Tillemontius tom. I Memor. Eccles. p. 311, 607, seq. FABRIC.

[k] *Barnabæ.* Ita Tertullianus c. 20 de Pudicitia, ad quem locum respiciunt Hieron. c. 5 de Script. Eccles. et Primasius præf. in Epist. ad Romanos. Vide, si placet, quæ notavi lib. IV Bibl. Græcæ c. 5, p. 161. FABRIC.

[l] *Aut Clementis.* Ob dictionis similitudinem, saltim Græcam versionem Epistolæ ad Hebræos ex Hebraico factam a Clemente, putarunt olim non pauci, ut constat ex Eusebio III. Hist. c. 38. Gobaro apud Photium Cod. 222, et Theophylacto. FABRIC.

Roma episcopi. Alii autem [a] Lucæ evangelistæ aiunt : [b] Epistolam etiam ad Laodicenses [1] scriptam. Et quia addiderunt in ea quædam non bene sentientes, inde non legitur in Ecclesia ; et si legitur a quibusdam, non tamen in Ecclesia legitur populo, nisi tredecim Epistolæ ipsius, et ad Hebræos interdum. Et [2] in ea quia rethorice scripsit [c] sermone plausibili, inde non putant esse ejusdem Apostoli. Et [3] quia et [d] factum Christum dicit in ea, inde non legitur. De pœnitentia autem (*Hebr.* VI, 4; X, 26) propter Novatianos æque. Cum ergo factum dicit Christum (*Hebr.* III, 2), corpore non divinitate dicit factum, cum doceat ibidem quod divinæ sit et paternæ substantiæ Filius, *qui est* [e] *splendor gloriæ*, inquit, *et imago substantiæ ejus* (*Hebr.* I, 3). Pœnitudinem etiam non excludit docendo, sed diversum gradum dignitatis ostendit inter hunc qui integrum custodivit, et illum qui peccavit. [f] Dignitatis est igitur detrimentum in eo qui peccavit, non damnum salutis. Nam si fortiter quis pugnaverit per martyrium, recipiet [4] pristinam dignitatem; aut si condigne in hoc sæculo vixerit, impetrat quod desiderat adipisci. Nam in ipsa Epistola [g] rebaptizatores excludit, non baptismum pœnitentiæ abnegat. Conferendum quod interdum [5] in multis fructuosum inveniatur pœnitentibus, quod postea fide, vita, bono opere, et in hoc sæculo a Domino collaudati sunt, perseverantes jam in rebus bonis et operibus fructuosis, quod Dominus dixerat per prophetam : [h] *Non ero memor malorum ejus, sed bonorum potius, si jam in bonis permanserint operibus* (*Ezech.* XXIII, 16).

XC. MELITIANI.

[6] Melitiani sunt a [i] Melitio quodam in Ægypto, qui [j] de parte fuerat Ariana, et abjectus est ab Ecclesia catholica ; qui postea [k] quasi verum sequendo susceptus est, et discipuli ejus cum eo pariter. Atque iterum indifferenter post hæc agere cupientes, communicabant [l] et hæreticis, et Ecclesiæ catholicæ. Quorum cum cognovisset indifferentiam, exsortes eos suæ communionis effecit Ecclesia catholica.

XCI. [m] RHETORII.

Alii sunt in Ægypto et Alexandria [n] a Rhetorio

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] scripta beati Apostoli quidam volunt legere quia addiderunt
[2] Et in ea rhetorice
[3] Et quia factum... inter hunc
[4] pristinam sanitatem
[5] in multis infructuosum invenietur
[6] Sunt alii a Melitio

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Lucæ.* Hujus sententiæ quæ Epistolam ad Hebræos Lucæ non dubitat ascribere, meminit etiam Lanfrancus Cantuariensis præf. in Pauli Epistolas. FABRIC.

[b] *Epistolam ad Laodicenses.* Suppositam Paulo occasione petita ex Coloss. IV, 16, et memoratam jam olim etiam Hieronymo, Theodorito aliisque, ut demonstravi in Codice Apocrypho novi Testam. p. 853, seq. FABRIC.

[c] *Sermone plausibili.* Origenes apud Eusebium VI Hist. c. 25, pag. 227, notavit Epistolam ad Hebræos esse συνθέσει τῆς λέξεως ἑλληνικωτέραν, οὐκ ἔχουσαν τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τοῦ Ἀποστόλου. FABRIC.

[d] *Factum Christum.* Græc., πιστὸν ὄντα τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, scilicet ἀρχιερέα, ut recte Photius III, 10, p. 46, contra Manichæos. Quod eodem sensu intelligendum quo Actor. II, 36 : Ὅτι Κύριον καὶ Χριστὸν αὐτὸν ὁ Θεὸς ἐποίησε. FABRIC.

[e] *Splendor gloriæ.* Græc, Ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. FABRIC.

[f] *Dignitatis detrimentum.* Sic supra c. 81, ubi de Novatianis : *Amissionem itaque dignitatis possunt perpeti tales, non detrimentum salutis.* FABRIC.

[g] *Rebaptizatores excludit.* Nam ἅπαξ φωτισθέντας. Hebr. VI, 4, est *semel baptizatos.* Itaque Jonas Aurelianensis lib. I contra Claudium Taurinensem (in Orthodoxographis p. 1221) : *Impossibile est peccata quæ post baptismum admittuntur, baptismatis iteratione purgari. Quia sicut Christus semel mortuus est carne in cruce, sic et nos semel morimur in baptismate, non carne, sed peccato. Ac per hoc sicut ille rursus crucifigi non potest, ita et nos baptizari nequimus. Peccata porro quæ post baptismum committuntur, pœnitentiæ lacrymis, et eleemosynarum largitionibus diluuntur.* FABRIC.

[h] *Non ero memor...* LXX. Πᾶσαι αἱ ἁμαρτίαι αὐτοῦ, ἃς ἥμαρτεν, οὐ μὴ ἀναμνησθῶσιν, ὅτι κρῖμα καὶ δικαιοσύνην ἐποίησεν, ἐν αὐτοῖς ζήσεται. In eamdem sententiam XVIII, 28. FABRIC.

[i] *Melitio.* Melitius, sive Melitius Ægyptius Lycopoleos in Thebaide Episcopus, a Petro Alex. exauctoratus, quod idolis in persecutione sacrificasset, schisma fecit circa A. C. 301, de quo vide Athanasium apologia 2, p. 777 ; Synodicum Pappi c. 32; Socratem lib. I Hist., pag. 14 et 28 seq.; Theodoritum lib. I Hist. Eccles. c. 8, et IV de Hæreticis fab., c. 7; Augustinum et auctorem Prædestinati hær. 48. Alii *Meletiani* a Meletio Antiocheno, de quibus Tillemont. Tom. VII Memor. p. 9. FABRIC.

[j] *De parte fuerat Ariana.* Arium initio schismati Melitii Ægyptii suffragatum testatur Sozomenus lib. I, c. 15, sed mox relicto Melitio ordinatum a Petro Alexandrino Diaconum, deinde iterum Petri Melitianis infesti acta improbasse. At Meletianos ipsos cacodoxos fuisse negat Theodorus Studita epist. 40, Tom. V opp. Sirmondi pag. 326, et Meletium nihil ab Ecclesiæ catholicæ fide alienum docuisse testatur Epiphanius LXVIII. 1 et 3, quin immo Arii hæresin ab eo deprehensam et ad Alexandrum Alexandrinum delatam narrat LXVIII, 4. Cum Arianis tamen Melitianos postea communicasse idem refert LXVIII, 6, νῦν δὲ Ἀρειανοῖς συναφθέντες. Damascen. hæres. 68. FABRIC.

[k] *Quasi verum sequendo susceptus est.* In concilio Nicæno, ubi et episcopi nomen Meletio relictum, et Meletianis permissum partes muneris sui obire in Ecclesia, solo suffragii jure in electionibus adempto. Vide Valesium ad Socratem lib. I, c. 9. FABRIC.

[l] *Et hæreticis.* Arianis. Vide Epiphanium, tom. I, pag. 721; Tillemontium, tom. VI Memor. FABRIC.

[m] *Rhetorii.* Auctori Prædestinati c. 72, Philastrum citanti ex Augustino, *Rhethoriani.* Athanasius I contra Apollinar. p. 926 : Δώσετε γὰρ πᾶσιν αἱρετικοῖς κατὰ τὴν τοῦ ποτε λεγομένου Ῥητορίου ἔννοιαν ἀσεβεστάτην, οὗ καὶ τὴν ἀσέβειαν ἐξεπεῖν φοβερόν. Augustino judice, dogma quod Rhetorianis Philaster tribuit, tam est absurdum, ut ii si incredibile videantur. Cum doctrina Apellis confert Cotelerius ad Const. Apost. VI, 10. FABRIC.

[n] *A Rhetorio quodam.* Suspicor sub Rhetorio hoc rhetorem latere Themistium, qui oratione duodecima ad Valentem p. 159, et quinta ad Jovinianum p. 69, docet varietate illa opinionum de rebus divinis

[1] quodam, qui omnes laudabat hæreses, dicens omnes bene sentire, et neminem errare ex eis, sed ambulare bene omnes illos, et male eos non credere sentiebat. Si itaque omnes laudabat, quem vituperabat? Ergo non tenet quod verum est. Et [a] Photinus ergo laudandus est hæreticus, qui Christum Dominum negat esse ante sæcula cum Patre. Et omnis hæresis, quæ blasphemat aut in Patrem, aut in Filium, aut in Spiritum. Cur itaque blasphemos hæreticos laudat, cum eos Christus Dominus ex hoc jam sæculo damnaverit, dicens : non dimitti hominibus blasphemiam in Spiritum sanctum blasphemantibus et perseverantibus, neque hic, neque [2] in futuro (*Matth.* XII, 31) ? Propter quod constat et istum esse hæreticum, imo potius nihil scire; qui eos laudandos non vituperandos et abjiciendos judicaverit.

XCII. DE DIVINITATE CHRISTI HÆRESIS.

Alia est hæresis, quæ dicit [b] Divinitatem doluisse, cum caro pateretur in cruce conjuncta Divinitati : [3] errans in eo, quod non solum Divinitas pati non potest naturaliter, nec teneri, neque videri; verum etiam nec anima hominis, quæ a Deo facta est, dicente Domino: [c] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed timete hunc potius, qui potest animam et corpus perdere in gehennam* (*Matth.* X, 28). Errant itaque modis omnibus, qui dicunt Divinitatem Christi [4] esse natura passibilem, et impie sentiunt aut doluisse, aut flevisse, [5] aut ingemuisse : passio enim Christi est carnalis, [d] naturaliter *carne* non Divinitate dolente. Ideoque non cognoscebatur a Judæis qui erat in carne passibili loquendo, qui de Lege et Prophetis Deus verus nuntiabatur, palamque in carne venturus prædicabatur, dicente Propheta : [e] *Deus palam veniet* (*Psal.* L, 3). Et iterum eodem propheta David : [f] *Dominus pars hæreditatis meæ, et calicis mei* (*Psal.* XVI, 5). [g] Qui est enim calix, nisi ejus passio? qui tantæ bonitatis munus et clementiæ humano generi conferens, ab Judæorum [6] iniquissimo ignorabatur populo. Passus itaque est [7] carne passibili, non Divinitate naturaliter impassibili; qui et agnoscitur, et creditur non absente tamen Divinitate, sed conjuncta cum corpore pariter propter [h] mysterium consummationis statutum ac definitum antea. Quod sciens Apostolus non separavit in cruce Divinitatem a carne, dicens : *Si enim cognovissent, numquam* [i] *Dominum majestatis crucifixissent* (I *Cor.* II, 8). Paulus itaque conjunxit utrumque, ut Christi bonitatem et misericordiam nobis manifestaret plenissimam. Petrus autem apostolus quod natura est passibile, et quod est impassibile, docuit ex aperto, dicens : [j] *Mortuus quidem est corpore, vivificatus autem Spiritu.* Neque ergo caro a Divinitate, nec Divinitas a carne aberat, cum caro pateretur humana naturaliter, [8] et in hoc ipsa permittente Christi Divinitate, mysterium nostræ causa salutis consummabatur a Domino, ut plena devictio fieret inimici, ut in quo videbatur ut homo pati, qui Deus erat in carne, non sibi sed nobis jam vinceret inimicum; [k] nobisque ante devictis, in sui passione in eum credentibus vincendi potentiam aperiret,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quodam homine qui... credere non
[2] in futuro
[3] errantes quod
[4] esse naturam
[5] aut gemuisse
[6] nequissimo
[7] carne passibili non qui et ignoscitur et creditur non juncta cum corpore
[8] et in hoc ipso

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

adeo non offendi Numen, ut etiam delectetur. In eamdem sententiam Symmachus apud Prudentium II, 772 :

Persistit tamen, affirmans iter esse viandi
Multifidum, variumque, Deus cum quæritur unus.
Hinc alios, ast inde alios properare seorsum
Quemque per anfractus proprios, sed compita eodem
Fine coarctari, simul et concurrere in unum.
FABRIC.

[a] *Photinus.* De cujus hæresi supra c. 65. FABRIC.

[b] *Divinitatem doluisse.* Error hic notatus speciatim in iis, qui a Christo carnem sine anima susceptam, et loco animæ fuisse illi Λόγον docuerunt, ut dixi supra ad c. 69. *Theophonitas* vocat auctor Prædestinati cap. 73; *Theopassianos* Danæus ad Augustin. cap. 73; Nicephoro XV, 28, aliisque, *Theopaschitæ.* FABRIC.

[c] *Nolite timere...* Ex hoc loco tamen male colligit Philaster animam dolori non esse obnoxiam, et animam Christi doluisse ipse c. 69 recte notaverat ex Matth. XXVI, 38. FABRIC.

[d] *Naturaliter carne.* Vocabulum *carne* adjunxi, sensu illud requirente. FABRIC. — *Naturaliter carne, non divinitate dolente.* Subdit Fabricius : *Vocabulum* CARNE *adjunxi, sensu illud requirente.* Recte, nam ipse Philastrius paulo post : *Passus itaque est carne passibili,* non divinitate *naturaliter impassibili;* et pag. seq., *cum caro pateretur humana naturaliter.* GALEARD. — (Fabricius putavit vocabulum *carne* addendum, sensu illud requirente. Sed frustra, ut videtur. Mox enim sanctus Pater eamdem sententiam repetens, importunum esse illud *carne* demonstrat. Sic namque paulo post loquitur : *Passus itaque est carne passibili,* NON DIVINITATE NATURALITER IMPASSIBILI. Quæ quidem posteriora verba prioribus, *naturaliter non divinitate dolente,* apprime concinunt. GALLAND.)

[e] *Deus palam veniet.* LXX, Ἥξει ὁ Θεὸς ἡμῶν καὶ οὐ παρασιωπήσεται. FABRIC.

[f] *Dominus pars hæreditatis.* LXX, Κύριος μερὶς τῆς κληρονομίας μου καὶ τοῦ ποτηρίου μου. FABRIC.

[g] *Qui est calix nisi ejus passio.* Ex Matth. XX, 22. Confer S. Maximi opera tom. I, p. 73 seq. FABRIC.

[h] *Mysterium consummationis.* Infra hoc capite : *Mysterium nostræ causa salutis consummabatur a Domino ut plena devictio fieret inimici.* Ex Joan. XIX, 30. τετέλεσται FABRIC.

[i] *Dominum majestatis.* Κύριον τῆς δόξης. Confer Alcimum Avitum epist. 3. FABRIC.

[j] *Mortuus quidem....* Græc., θανατωθεὶς μὲν σαρκὶ, ζωοποιηθεὶς δὲ τῷ πνεύματι. FABRIC.

[k] *Nobisque jam ante devictis.* Vincendis facile, nisi ipsius ope et auxilio defenderemur. FABRIC.

eumque sequentibus cœlestem gloriam ministraret. [1] Non ergo Dei naturalis passio et dolor talis in Divinitate ejus gignebatur, sicut quidam æstimant, aliquin homo solum erat, non Deus et homo, ut scriptum est (*Joan.* I, 14 *et al.*); sed mysterium nostræ causa salutis æternæ consummabatur, quod ante fuerat nuntiatum a Lege pariter et Prophetis.

XCIII. HÆRESIS TRIFORMEM DEUM FACIENS.

Est [2] hæresis quæ dicit veluti [a] triformem Deum esse et compositum, ut quædam pars Patris, quædam Filii, quædam Spiritus sancti sit : atque ita credi debere[3] asserit, et hoc dicens nescit, nec intelligit divinæ Scripturæ sententiam. Triformem enim quamdam [4] dicens substantiam, multo blasphemat maxime, ignorans quod alter est qui misit, alter qui missus est. Ergo est [b] vera persona Patris, quæ misit Filium, et est vera persona Filii, quæ advenit de Patre, et est vera persona Spiritus, quæ a Filio et Patre missa est. Trium itaque harum Personarum una est veritas, majestas, [5] et substantiæ æqualitas, et divinitas sempiterna. [c] Qualis est enim immensa et inenarranda Patris persona, talis est et Filii, talis est sancti Spiritus : ut in distinctione nominum ac trium Personarum non sit aliqua naturæ diversitas. [d] Immensibilis est igitur hæc Trinitas; [6] invisibilis et inenarrabilis, quæ fide solum cognoscitur : non tamen expositione humanæ vocis ac sensu mortali condigne expromitur. [e] Cum enim dicit mittere Patrem Filium, et Filium mittere Spiritum sanctum, Personarum causa dicit, non loci separatione disjunctos ostendit, propter [f] Sabellium scilicet et Photinum hæreticos, qui condigne de Deo intelligere noluerunt, dicente Domino : [g] *Cui me similem fecistis, dicit Dominus, et cui similis ero* (*Isai.* XL, 18)? *Sicut enim cœlum distat a terra, ita distant sensus vestri, et cogitationes, et consilia vestra a sensibus et cogitationibus meis, dicit Dominus* (*Isai.* LV, 9). Cum ergo dicit misisse Patrem, [7] [h] emissum fuisse Filium Personarum causa dicit, ne quis aut ipsum Patrem, aut ipsum Filium esse æstimet, [8] quod ita sentiens delirat Sabellius : et ne iterum missus Filius de cœlo, æstimetur non esse [9] ubique in Patre, dixit quidem se missum a Patre, ubique [10] tamen esse cum Patre ostendit, dicens : [i] *Pater qui me misit, mecum est* (*Joan.* VIII, 16). Non ergo separationem loci dixit, cum omnia et ipse Filius compleat, contineatque cum Patre et sancto Spiritu; sed ut Patris veram Personam, et Filii [11] talem qualis Patris, et sancti Spiritus sicut Filii veram [12] credamus Personam, harumque trium Personarum [j] unam qualitatis substantiam, majestatem et potentiam cognoscamus, hæc ita docere dignatus est, [13] et in carne maxime constitutus; in qua et ejus humilitas enituit sæculo, et inenarranda resplenduit bonitas, et condescensio fragilitatis humanæ in tam copiosa clementia ac liberalitate, ut generi manifestaretur humano; [14] hæc ita dignatus est operari, atque loqui pro nostra salute, ut nos scire de Deo, et capere et intelligere aliquo ex parte valeamus.

XCIV. DE CŒLORUM DIVERSITATE.

[k] De cœlorum diversitate [15] est hæresis quæ ambigat. [l] Scriptura enim in primo die cœlum et terram facta declarat duo hæc elementa : secundo Firmamentum aquæ factum, et nihilominus ipsum Firmamentum cœlum appellatum fuisse testatur. David autem dicit de cœlis ita : [m] *Laudate* [16] *Dominum cœli*

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Non ergo naturalis
[2] Alia est hæresis
[3] asserunt, et hoc dicentes nesciunt nec intelligunt
[4] dicentes... multis blasphemant... ignorantes
[5] et substantia æqualis
[6] et in isibilis et
[7] et missum fuisse
[8] quod ita non sentiens
[9] ubique cum Patre
[10] tamen se esse
[11] talem qualem Patris
[12] credamus personarumque trium personam. Nam qualitatis substantiam cognoscamus, hæc ita
[13] in carne
[14] hæc dignatus est
[15] Alia est hæresis quæ de cœlorum diversit. ambigit
[16] Dominum de cœlis cœlorum

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Triformem Deum.* Damæo ad Augustinum hæresi 74, *Triformii*, sive *Triformiani*. Auctori Prædestinati c. 74, *Triscilidæ*, an *Triselidæ*, vel *Triscelidæ* diversi a Tritheitis, sed propiores Sabellianis de quibus Philastrius supra c. 54. Adde Chifletium ad Vigilium, p. 145. FABRIC.

[b] *Vera persona Patris.* Symbolum Athanasii : *Alia est persona Patris, alia Filii, alia Spiritus sancti. Sed Patris et Filii et Spiritus sancti una est divinitas, æqualis gloria, et coæterna majestas.* FABRIC.

[c] *Qualis est enim.* In eodem Symbolo : *Qualis Pater, talis Filius, talis Spiritus sanctus.* FABRIC.

[d] *Immensibilis.* Hoc immensum alii, Salvianus dixit immensurabilem. FABRIC.

[e] *Cum enim dicit.* Humana voce mens Salvator Joan. V, 30, 37; VIII, 16, 18; XV, 26; XVI, 7. FABRIC.

[f] *Sabellium et Photinum.* Quorum ille confundit Personas, hic naturam Dei distrahit. De Photino dictum c. 65. FABRIC.

[g] *Cui me similem...* Græc., Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον, καὶ τίνι ὁμοιώματι ὡμοιώσατε αὐτόν. FABRIC.

[h] *Emissum fuisse Filium.* Sic Hamburgen., Basileen. et Lugdun. editio utique male, at in Corbeien. ms. recte, *et missum fuisse Filium;* dein paulo post *et in carne maxime constitutus*, Corbeien. *in carne maxime*, copula hinc sublata quæ fortasse reponi debet post illud *generi manifestaretur humano.* GALEARD.

[i] *Pater qui me misit....* Græc., Ὅτι μόνος οὐκ εἰμί, ἀλλ' ἐγὼ καὶ πέμψας με πατήρ. FABRIC.

[j] *Unam qualitatis substantiam.* Contra Eunomium qui tres diversas qualitatis substantias docebat, c. 68. Infra cap. 109 : *Trinitatem quidem Personarum, unius tamen majestatis et substantiæ ac divinitatis æqualem potentiam* (David) *nuntiabat.* FABRIC.

[k] *De cœlorum diversitate.* Parum solida sunt quæ hoc capite disputat Philastrius, et recte Augustinus totum hoc ut alia plura in hæresibus suis prætermisit. FABRIC.

[l] *Scriptura.* Genes. I, 1 et 8 : unde duos cœlos a libro Geneseos nobis nuntiari infra concludit. Nec plures inde quam duos esse cœlos contendit Cosmas Indopleustes III, p. 177; VII, p. 276; IX, p. 312. FABRIC.

[m] *Laudate Dominum...* LXX, Αἰνεῖτε αὐτὸν οἱ οὐρανοὶ τῶν οὐρανῶν, καὶ τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν.

cœlorum, et aquæ quæ super cœlos sunt (*Psal.* CXLVIII, 4). Sive ergo [a] sex cœlos, secundum David, et [b] septimum hoc firmamentum accipere quis voluerit, non errat; nam Salomon tres cœlos dicit, ita : [c] *Cœlum, et cœlum cœli* (III *Reg.* VIII, 27). Paulus æque Apostolus [d] usque ad tertium cœlum se [e] raptum fatetur (II *Cor.* XII, 3). Sive ergo septem quis acceperit, ut David, sive tres, sive duos, non errat, quia et Dominus ait : [e] *Pater qui in cœlis est* (*Matth.* VI, 9). Nam et [g] Pagani unum cœlum, [f] et cœlos profitentur interdum. [g] David ergo quod plenum est docuit. Salomon autem quod ex parte est, et beatus Paulus æque. Liber autem Geneseos duos [h] cœlos nobis nuntiavit.

XCV. HÆRESIS [s] TERRAM BEATITUDINIS IGNORANS AC REPROBANS.

[h] Alia est hæresis quæ de terra ambigit, dicens [i] hanc esse solam et aliam non esse : ignorans quod alia est, quæ veluti [s] *i* matrix est omnium rerum, universaque continet ; quæ quasi ὕλη, id est materia, reperitur [k] in Scripturis ; quæ est [l] invisibilis, et incomposita ; quæa Deo facta est in primo die. Hæc autem in qua habitamus, super aquam fundata ostenditur, ut dixit David : [m] *Qui fundasti terram super aquam* (*Psal.* CXXXVI, 6). Nam matrix omnium rerum terra immensa est illa prior quæ in primo die facta est; quæ continet aquam, et hanc terram quæ habitatur a nobis ; quæ et humano generi et volatilibus, serpentibus, pecudibus, cæterisque aliis [n] fruges et fructus exhibet [6] opulenter ; [o] jussa a Christo Domino Salvatore, sicut scriptum est in libro Geneseos, creaturæ servire (*Gen.* I, 11 *et* 30 *seq.*).

XCVI. HÆRESIS AQUAM A DEO FACTAM ESSE NEGANS.

[p] Alia est hæresis quæ de aqua ambigit, [q] quod non facta sit [7] a Deo, sed semper esse eam ex semetipsa asserit : ignorans quod [r] si majus elementum factum est, id est terra, quanto magis et minus, id est aqua, quæ continetur a terra ! dicente propheta Jona : [s] *Ego servus sum Dei, qui fecit mare* [8] *et aridam* (*Jon.* I, 9). [t] Et David idem dicit factam

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] raptum confitetur
[2] Pagani vanissimi unum cœlum et polus profitentur
[3] David ergo beatus quod
[4] cœlos nuntiavit
[5] matrix omnium... quæque quasi
[6] opulentos jussos a Christo Salvatore
[7] Domino semper... asserunt ignorantes
[8] et terram

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Sex cœlos.* Quoniam vocabulum dualis numeri השמים triplici vice apud Davidem occurrit, hinc sex cœlos ex ejus verbis colligit Philastrius, et una simul computato Firmamento, septem cœlos a Davide accipi infra affirmat. FABRIC.

[b] *Septimum hoc firmamentum.* Ex Gen. I, 8. FABRIC.

[c] LXX, Ὁ οὐρανὸς καὶ ὁ οὐρανὸς τοῦ οὐρανοῦ οὐκ ἀρκέσουσί σοι. FABRIC.

[d] Græc., ἁρπαγεὶς ἕως τρίτου οὐρανοῦ. FABRIC.

[e] Græc., Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. FABRIC.

[f] *Et cœlos.* Sic octo cœlorum meminit Simplicius ad Epictetum p. 233, ex eorum sententia scilicet, qui orbitas planetarum pro cœlis computant. FABRIC.

[g] *Terram beatitudinis.* Uti tituli capitum non sunt ab ipso Philastrio, ita hic præsens est etiam a scopo Philastrii alienus; neque enim de terra beatitudinis illi sermo, sed de terra illa invisibili et incomposita Genes. I, 2. FABRIC.

[h] *Alia est hæresis.* Hæc quoque Augustino prætermittenda visa est jure merito. FABRIC.

[i] *Hanc esse solam.* Philastrius velut duas terras invicem distinguendas putat ; unam materiæ communis instar datam rebus omnibus, de qua Moses in primis Geneseos verbis, *in principio creavit Deus cœlum et terram ;* et alteram quæ super aquis deinde emersit arida, Genes. I, 10, infra c. 96 : *Alia est terra quæ continet universa, et alia est quæ super aquam fundata est.* FABRIC.

[j] *Veluti matrix omnium rerum.* Cum Philastrio ita senserunt alii veteres, ut Augustinus libro de Genesi contra Manichæos, aliisque in locis. Cæsarius quæstione 51, tom. I, auctarii Ducæani pag. 582. Vide Petavii dogmata Theol. de opificio sex dierum lib. I, cap. 2. FABRIC.

[k] *In Scripturis.* In libro Sapientiæ XI, 17 : Ἡ παντοδύναμός σου χεὶρ κτίσασα τὸν κόσμον ἐξ ἀμόρφου ὕλης. FABRIC.

[l] *Invisibilis et incomposita.* תהו ובהו Genes. I, 2. Vide Chalcidium p. 372. FABRIC.

[m] LXX, Τῷ στερεώσαντι τὴν γῆν ἐπὶ τῶν ὑδάτων. Similiter II Petr. III, 5 : γῆ ἐξ ὕδατος καὶ δι' ὕδατος συνεστῶσα. Non ἐξ ὕδατος tamquam ex materia, sed quoniam ex aquis emmet ; quod ἐξ ὕδατος ἀνασχεῖν dixit Grillus VI in Julian. p. 192 ; καὶ γὰρ γῆν τὸ ὕδωρ φέρει, ut ait Jarchas Indus apud Philostratum lib. III, c. 11. Idem visum Ægyptiis et Thaleti. Vide Simplicium II, de Cœlo p. 127, et Thomam Burnetum libro II Archæologiæ cap. 3, sed et Andream Dounæum notis ad Chrysostomum tom. VIII, p. 283. FABRIC.

[n] *Fruges et fructus.* Fruges terræ, frumentum ; fructus arborum. FABRIC.

[o] *Jussa a Christo.* Christus Verbum Patris, per quem omnia creavit. Joan. I, 3 ; Coloss I, 16. FABRIC.

[p] *Alia est hæresis.* Danæo ad Augustinum cap. 75, *Aquei* ; Auctori Prædestinati c. 75, *Hydrotheitæ.* FABRIC.

[q] *Quod non facta sit a Deo.* Quia Moses scilicet non factas, sed tantum congregatas aquas memorat. FABRIC.

[r] *Si majus elementum... a terra.* Non video qua ratione Philastrius dicat aquam a terra contineri, cum potius contrarium evincat illud Gen. I, 9 : *Congregentur aquæ in unum, et appareat arida.* Porro si arida aquis occultabatur, manifestum est, terram aquis minorem fuisse, quod quidem miror minime a Fabricio annotatum ; immo neque a Scaligero in Elencho Trihæresii, ubi multo minores Philastrii hallucinationes notat. Quod si de terra illa quam *matricem omnium rerum* appellavit cap. præcedenti intelligat Philastrius, ut equidem puto, in quo Platonismum sapit, hæc vere et proprie elementum vocari nequit, cum potius ὕλη, seu *materia* fuerit *universa continens*, ut ipse eodem loco dixerat. Alibi porro Philastrius elementa vocat etiam Solem, Lunam, et Stellas, explicante Fabricio cap. 61, 108, 120 ; quin immo et homines quoque cap. 80, ad fin. : *ostendens itaque a gloria ad gloriam processura elementa, id est homines.* Apostolus Gal. IV, 3, *elementa mundi*, στοιχεῖα τοῦ κόσμου, appellat Legales observantias, seu *corporeos illos ritus colendi, sub quibus tamquam visibilibus elementis serviebant*, ut ait Isidorus Clarius Brixianus episcopus Fulginas ad hunc locum. GALEARD.

[s] LXX, Δοῦλος Κυρίου εἰμὶ ἐγὼ ὃς, ἐποίησε τὴν θάλασσαν καὶ τὴν ξηράν. FABRIC.

[t] *Et David.* Psal. CIV, 3 et 6. Confer Severianum Gabalensem homilia 1, de Creatione mundi pag. 245, tom. I auctarii noviss. Combefisiani. FABRIC.

aquam a Domino. Et [a] tres pueri itidem. [b] Alia itaque est terra, quæ continet universa, et alia est quæ super aquam fundata est, quippe ista quæ habitatur a nobis, de qua ait Propheta : *qui fundasti terram super aquam* (*Psal.* CXXXI, 6). Non illam utique primam. [c] Hanc itaque renovari et purgari necesse est, [d] quam et moveri sæpe cognoscimus terræ motu, de qua ait Dominus : [e] *Ego faciam novum cœlum, et novam terram* (*Isai.* LXV, 17). Et iterum Dominus ait : *Cœlum et terram transire*, in Evangelio (*Luc.* XXI, 33). Hæc terra itaque veluti de radicibus illius prioris cognoscitur habere substantiam, quæ supra aquam subsistere jussa est, quæ [f] copiose humano generi exhibet alimenta.

XCVII. HÆRESIS DE IMAGINE DEI IN CORPORE HUMANO.

[g] Hæresis est quoque, quæ dicit ante corpus fuisse hominis factum, non animam ; et quod imago Dei corpus sit, non anima hominis ; et quod [h] secundum prædestinationem dixerit [a] ita arbitratur, [i] cum dicat Scriptura : *Et fecit Deus hominem, ad imaginem suam fecit eum, masculum et feminam fecit eos* (*Gen.* I, 27). [k] Ignorans, Propheta quid dixerit ; A cum dicit enim *faciamus*, promittit facturum se, cumque dicit : *fecit Deus*, jam opus factum demonstrat, et factam non carnem, sed animam, quæ rationalis est declaravit. Nam quod caro sine anima non possit eloqui, non est dubium : ergo caro organum [a] animæ est rationalis. *Masculum et feminam* cum dicit Scriptura, [i] non hic corporum sexum, sed animæ dominantis, et subjacentis declarat indicium. [k] Et quod non corpora sint ante facta jacentia, sicut quidam æstimant imprudentes, non est ambiguum, cum caro Adæ, ac mulieris postea facta sit ; nam septimo die dicit Scriptura de Adam ita : *Et accepit Dominus terram de limo, et plasmavit hominem quem fecit.* Vides ergo quomodo factum hominem, id est animam ante ostendit rationabilem et B immortalem esse creatam a Domino, quæ utique imago Dei est appellata : terram autem de limo acceptam adjunctam animæ, id est exteriorem hominem, corpus fragile die sequenti manifestavit plasmatum, [a] ac immisso sopore in Adam, posteaque de costa ejus accepisse Dominum, et fecisse mulierem Scriptura testatur ac prædicat : et ut primum sit [l] anima facta, id est sexto die : die autem septimo,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] hanc itaque renovari se cognoscimus... Ego facio
[2] Alia est hæresis quæ
[3] dixerit Domini ita arbitrantur
[4] Ignorantes, propheta... rationabilis
[5] animæ est rei rationabilis
[6] ac sic immisso

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Tres pueri itidem.* Hi in Carmine suo inter alias C res creatas etiam aquas excitant ad laudes Conditoris celebrandas, vers. 11, εὐλογεῖτε, ὕδατα πάντα. FABRIC.

[b] *Alia est terra.* De hac duplici terra dictum capite superiore. FABRIC.

[c] *Renovari et purgari.* In consummatione sæculi. Vide quæ supra cap. 80. FABRIC.

[d] *Quam et moveri.* Vide quæ ad cap. 102. FABRIC.

[e] LXX. Ἔσται γὰρ ὁ οὐρανὸς καινὸς καὶ ἡ γῆ καινή. FABRIC.

[f] *Copiose.* Male editiones quædam, *Copioso.* FABRIC. — *Copiose.* Male in quibusdam editionibus pro *copiose* legi *copioso* monet Fabricius, verum quænam sint editiones istæ non annotat. Profecto Basileensis editio Sichardi recte habet *copiose*, quamvis et *copioso* legi possit non omnino male. GALEARD.

[g] *Hæresis est quoque.* Auctori Prædestinati c. 76 vocantur *Homuncionitæ*, parum apto vocabulo, et quo ab aliis constat esse dictos, qui Christum pro mero homine habuerunt, uti in conflictu Arnobii et D Serapionis statim sub initium iidem dicuntur *Homuncionates.* Danæus quidem notat in indice qui præfixus est libro Augustini de Hæresibus hos Philastrii hæreticos *Melitonios* appellari. Sed in indice qualem tom. VI operum Augustini ante librum de Hæresibus ediderunt Benedictini, nulla Melitoniorum mentio, et tantum legas : *Imaginem Dei non esse animam dicentes.* FABRIC. — *Hæresis est quoque.* Habuit Philastrius in hac sententia, qua animam humanam ante corpus fuisse conditam existimavit, plures ex Patribus sibi consentientes, inter quos Augustinus VII de Genesi, ad litt. 24, hæc habet : *Illud ergo videamus, utrum forsitan verum esse possit, quod certe humanæ opinioni tolerabilius mihi videtur, Deum in illis primis operibus quæ simul omnia creavit, animam etiam humanam creasse, quam suo tempore membris ex limo formati corporis inspiraret ; nam neque illud quod dictum est* ad imaginem suam, *nisi in unima, neque illud quod dictum est*, masculum et feminam, *nisi in corpore recte intelligimus. Credatur ergo, si nulla Scripturarum auctoritas, seu veritatis ratio contradicit, hominem ita factum sexto die, ut corporis quidem humani ratio causalis in elementis mundi, anima vero jam ipsa crearetur, sicut primitus conditus est dies ; et creata lateret in operibus Dei, donec eam suo tempore sufflando, hoc est inspirando, formato ex limo corpori insereret.* His similia tradit Hilarius in ps. CXXIX, Gregorius Nyssæ episcopus II Philosoph. 6, aliique, quibus refragatur auctoritas Leonis papæ I apud Sixt. Sen. Bibl. Sanctæ annot. 208 extrema, ubi sententiam Gregorii Nysseni ceu Platonicum figmentum sugillat ; ast eam extra Platonicorum errores collocandam esse monuit Cotelerius ad Recognit. Clem. p. 493. GALEARD.

[h] *Secundum prædestinationem.* Quasi Moses tantum consilium Dei exposuerit, atque verba *et fecit Deus*, non denotent quid fecerit, sed quid facere prædestinaverit. FABRIC.

[i] *Cum dicat.* Malim legere *cum dicit.* Quia tamen et alterum ferri potest, repugnantibus libris mutare nihil volui. FABRIC.

[j] *Non hic corporum sexum.* Paucos sibi hac in parte assentientes Philastrius habebit. FABRIC.

[k] *Et quod non corpora sint ante facta jacentia.* Aperte falsum esse quod hoc loco Philastrius pertendit, non dubitat affirmare Petavius, quem videsis libro II Dogmatum Theol. de opificio sex dierum cap. 4, § 16. FABRIC.

[l] *Anima sexto die, septimo corpus.* Iterum iterumque hoc capite Philastrius ingerit opinionem suam incredibilem et contrariam communi sententiæ, nec minus adversam sacri Scriptoris verbis disertis, qui Deum die septimo nihil creasse, sed omnia opera sua absolvi-se die sexta, septima autem ab omnibus operibus suis quievisse scribit Genes. II, 2. At quoniam Genes. II, 7, sequitur καὶ ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν ἀπὸ τῆς γῆς, hinc illud die septimo

corpus de terra plasmatum Adæ : sic de viri [1] corpore, id est de latere ejus factam feminam demonstraverit, non est ambiguum : et quod anima ante facta sit, caro autem postea plasmata, et sic postea inspiratione infusa Dei, et [a] spiritalis in fine collata sit gratia, [b] ut sic [c] jam capax homo Legis divinæ non impotens a Domino monstraretur. Evidens est ratio veritatis, quod et beatus dicebat David, factam animam primum, sic corpus plasmatum : [d] *Manus tuæ*, [2] inquit, *Domine, fecerunt et plasmaverunt me* (*Psal.* CXIX, 73). Ac sic postea fuisse [e] infusum Spiritum declaravit, dicens : [f] *Et Spiritum sanctum tuum ne auferas a me* (*Psal.* LI, 11).

XCVIII. HÆRESIS DE ANIMA HOMINIS INSPIRATA.

[g] Alia est hæresis, quæ dicit inspirationem animam esse (*Gen.* II, 7), non [h] inspirationem in animam datam fuisse : [3] ignorans quod si inspiratio anima est, [i] quomodo judicare potest, quod a Deo est infusum proprie, cum non [4] attendat, quod inspiratio divini Spiritus est quædam gratia, et [j] profectio dignitatis, ut possit homo [k] capax Legis cœlestis existere. Et quod habenti animam Adæ patri nostro data est inspiratio, non anima inspirata in eum sit, ostendit Dominus in Evangelio [l] : sicut ante enim in Adam inspiraverat [5] ipse, ita postea Apostolis habentibus animam, post Resurrectionem, divini Spiritus majorem gratiam inspiravit, dicens : *Accipite Spiritum sanctum*. Et non dixit, animam accipite, sed Spiritum sanctum. Qui ergo inspiravit facto homini habenti animam Adæ, ipse et postea inspiravit beatis Apostolis habentibus animam ; [6] ut cognoscatur, quod per ipsum cuncta sint, [m] et sine ipso factum nihil sit (*Joan.* I, 3). [n] Nullius rationis est itaque, ut velit quis æstimare inspirationem esse animam, cum facta cognoscatur anima ;

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] corpore de latere ejus... et quod
[2] inquit, fecerunt
[3] ignorantes quod... quemodo dijudicari
[4] attendant... et provectio
[5] ipse et postea
[6] ut cognoscatur ut per ipsum cuncta facta sint

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

factum sibi persuasit, cum tantummodo sit repetitio et explicatio ejus quod die sexto factum fuerat et Moses Gen. I, 27, dixerat : καὶ ἐποίησε ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. Similiter probari nequit quod Genes. I, 27, de anima sola sermo sit, ut Philastrius contendit ; nam de toto homine utique intelligendum quod ibidem sequitur : *Crescite et multiplicamini, et implete terram.* Philastrii sententiam de anima ante corpus creata, quam in Joanne Hierosolymitano etiam reprehendit Hieronymus Epistola ad Pammachium, hæresibus ascripsit Alphonsus de Castro lib. 2, p. 56. FABRIC.

[a] *Spiritalis in fine collata gratia.* Per inspirationem gratiosam superaddita animæ et infusa, de qua infra c. 98. FABRIC.

[b] *Ut sic.* Male edit. Helmst., *ut sit.* FABRIC.

[c] *Jam capax homo Legis divinæ.* Infra, c. 98, *ut possit homo capax Legis cœlestis existere.* FABRIC.

[d] LXX interpr., αἱ χεῖρές σου ἐποίησάν με καὶ ἔπλασάν με. Cæsarius quæst. 76, τὴν ποίησιν ἐπὶ τῆς ψυχῆς μοι δοκεῖ νοεῖσθαι, τὴν δὲ πλάσιν ἐπὶ τῆς σωματικῆς πολυπλασίας. *Faciendi verbum de anima mihi videtur intelligendum, formationis autem de multiplici fictione corporis.* FABRIC.

[e] *Infusum Spiritum.* Gratiam Spiritus sancti, infusam animæ, de qua infra capite proximo. De hac veteres etiam interpretantur Spiritum I Thess. V, 23. FABRIC.

[f] LXX, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιόν σου μὴ ἀντανέλῃς ἀπ' ἐμοῦ. FABRIC.

[g] *Alia est hæresis.* Hanc et proximas usque ad caput 113 Augustinus prætermittendas existimavit. Et Sixtus Senensis libro quinto Bibliothecæ sanctæ annot. 27, non dubitat præsentem esse unam ex illis de quibus idem Augustinus ait Philastrium multas assertiones inter hæreses numerasse, quæ hæreses non sunt. *Salva Philastrii reverentia*, inquit Alphonsus de Castro lib. II, adversus hæreses, pag. 55 : *non video cur hanc assertionem hæresis nota signaverit. Primo quidem reperio hanc esse doctrinam plurium vere catholicorum doctorum, asserentium spiraculum illud quod Deus spiravit in faciem hominis, esse animam hominis, quam tunc aut insufflando creavit, aut creando corpori infudit.* Neque tamen desunt multi veterum qui spiraculum vitæ, quod Deus primo homini insufflavit, Spiritum sanctum cum anima ei infusum interpretantur. Ita Hieronymus, Cyrillus, Basilius, Severianus. Vide Bullum defensione fidei Nicænæ, sect. 2, cap. 9, § 21, p. 211 ; Petavii dogm. Theol. de Trinitate, p. 824 seq., et de Opificio sex dierum, pag. 314. FABRIC.

[h] *Inspirationem in animam.* Male Helmst., *inspiratione.* FABRIC. — *Inspirationem in animam.* Fortasse et hic a Fabricio editio Basileensis Sichardi non satis diligenter inspecta est : hæc enim eamdem lectionem retinet, *inspiratione in animam*, quam Fabricius reprehendit tamquam solius sit editionis Helmstadiensis. Cod. Corb. nuper in Gallia inventus, uti etiam Lugdun. editio, habent *inspirationem in animam*, quæ procul dubio vera est lectio, expressa quoque in editione Hamburgensi. GALEARD.

[i] *Quomodo judicare potest.* Al., *indicare.* Sensus est animam non posse haberi pro speciali Dei et proprie infusa gratia, cum sit communis omnibus. FABRIC. — *Quomodo judicare potest.* Fabricius addit : Al., *indicare.* Editio Sichardi, *quomodo judicari*, sed hæc quoque lectio fugit Fabricii diligentiam. Cod. Corb. habet *quomodo dijudicari* ; ut etiam pag. seq. 190, ubi male editiones *itaque quæ non*, Corb. *itaque non*, quare τὸ *quæ* omnino expungi debet ; quomodo pariter σφάλμα aliud librariorum quod c. 105 extremo occurrit, *non aliter nisi Deus Christus*, emendandum est juxta lectionem Corb. Cod., in quo, *non alter nisi Deus Christus.* GALEARD.

[j] *Profectio dignitatis.* Per quam homo longe præstat aliis hominibus. Sic infra : *inspiratio itaque quæ non est anima, sed gratia dignitatis.* Atque iterum : *ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis* (Conf. August. lib. XII de Civit. Dei, c. 24). FABR.

[k] *Capax Legis cœlestis.* Observandæ libenter et alacriter per Spiritus sancti gratiam. Sic supra c. 97 : *Caro autem postea* (post animam) *plasmata, et sic postea inspiratione infusa Dei, et spiritalis in fine collata sit gratia, ut sic jam capax homo legis divinæ non impotens a Domino monstraretur.* FABRIC.

[l] Græce, Ἐνεφύσησε καὶ λέγει αὐτοῖς· λάβετε Πνεῦμα ἅγιον. FABRIC.

[m] *Sine ipso factum nihil sit.* Vide quæ supra c. 67. FABRIC.

[n] *Nullius rationis itaque.* Procul a ratione repulsum. Sic cap. 106, *quomodo itaque hoc erit rationis.* FABRIC.

quæ sub Legis conditione posita judicio obnoxia reperitur, de qua ait : *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere ; sed hunc timete, qui potest corpus et animam perdere in gehennam* (*Matth.* x, 28). Inspiratio [1] itaque quæ non est anima, sed [a] gratia dignitatis, de divino Spiritu a Deo Christo perveniens omnibus ; quam habentes et custodientes adjectionem accipiunt gratiarum, [b] ut Apostoli, et Prophetæ, et omnes justi : injusti autem negligentes, ac contemnentes amittunt tantum meritum dignitatis, ut Saul ille, de quo dictum est : [c] *Recessit ab eo Spiritus Domini, et immundus Spiritus fatigabat eum* (I *Reg.* xvi, 14). Et quod [d] *in malignam animam non intrabit Spiritus sapientiæ* Scriptura testatur (*Sap.* i, 4).

XCIX. HÆRESIS [e] DE ANIMA ET INTELLECTU HOMINIS.

Alia est hæresis, quæ dicit hominis Animam non factam a Deo ita appellari Animam, sed [f] ante, inquit, Intellectus vocabatur, et erat in Cœlo ; postea autem, quia terrena desideravit, discessisse eam de Cœlo, et ex eo eam Animam nuncupatam arbitrantur : ignorantes quod in principio facta a Deo, et creata post Angelos Anima est appellata a Domino, hocque nomen proprietatis accepit a Deo, ut Anima, non Intellectus vocaretur, dicente Scriptura ; [g] *Anima ejus in bonis demorabitur* (*Psal.* xxv, 13). Et iterum : [h] *Quod non derelinques animam meam in inferno* (*Psal.* xvi, 10). Et iterum : [i] *Convertere, anima mea, in requiem tuam* (*Psal.* cxvi, 7). Et iterum : [j] *Anima mea conturbata est valde* (*Psal.* vi,3). Et iterum : [k] *Ita desiderat anima mea ad te, Deus* (*Psal.* xlii, 2). Et iterum : [l] *Benedictus Dominus, qui fecit animam meam.* Illud itaque philosophorum [2] inani sententia asserunt, quod divina Scriptura non ita prædicat.

C. GNOSTICORUM ET MANICHÆORUM HÆRESIS DE SERPENTIBUS ET AVIBUS.

Est hæresis quæ [m] pecudes, et serpentes, et aves, rationabiles arbitratur esse ut homines ; sicut [n] Manichæi, et Gnostici perditi [3] et quidquid [o] poetæ, [p] et philosophi Stoici suspicantur : ignorantes quod homo rationabilis intellectum habeat animi de Deo, id est [q] scire posse de Deo et credere ; sensum autem habet corporis cum pecudibus quippe et cæteris aliis similibus, quæ sensum quidem corporis habere possunt, intellectum autem animi de Deo habere nullo modo possunt, aut animam immortalem ac rationabilem ut homo, qui imago est Dei appellatus, dicente Scriptura : [r] *Nolite fieri sicut equus et mulus, quibus non est intellectus* (*Psal.* xxxii, 9). Et : [s] *Homo in honore cum esset, non intellexit, comparatus est pecudibus insensatis, et similis factus est illis* (*Psal.* xlix, 23). Sensus itaque pecudum, avium et serpentium nobiscum communis est corpore ; intellectus autem solummodo est hominum, id est im-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] itaque non

[2] inanes sententiæ adhæserunt non Scriptura sacra prædicat

[3] et quidem de poetis et philosophis stoicis vanissimi suspicantur

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Gratia dignitatis.* Supra *profectionem dignitatis dixerat.* FABRIC.

[b] *Ut apostoli.* Helmst. edit. vitiose, *et ut apostoli.* FABRIC. — Iterum reprehendit Helmstadiensem editionem Fabricius, quæ vitiose legit : *et ut apostoli* ; verum editio Sichardi recte habet : *ut apostoli*, ablata copula. Lugdun. editio, *et ut apostoli.* Male. GALEARD.

[c] LXX interp., Καὶ Πνεῦμα Κυρίου ἀπέστη ἀπὸ Σαοὺλ, καὶ ἔπνιγεν αὐτὸν πνεῦμα πονηρὸν παρὰ Κυρίου. FABRIC.

[d] LXX, Εἰς κακότεχνον ψυχὴν οὐκ εἰσελεύσεται σοφία. FABRIC.

[e] *De anima.* Περὶ τοῦ θύραθεν νοῦ, ut verbis utar Origenis III contra Celsum, p. 159. FABRIC.

[f] *Ante, inquit, Intellectus vocabatur.* Spiritus intelligentes, sive Intelligentias in Cœlo vitam duxisse primum, deinde prolapsas in peccatum, ut pœnas darent detrusas in corpora, opinio fuit Platonicorum de qua multis Augustinus Steuchus Eugubinus, lib. IX de Perenni Philosophia, Livius Galantes in comparatione Theologiæ christianæ cum Platonica libro XIII, et Joan. Baptista Crispus de Philosophis caute legendis, distributione 1 et 2. FABRIC.

[g] LXX interpr., Ἡ ψυχὴ αὐτοῦ ἐν ἀγαθοῖς αὐλισθήσεται. FABRIC.

[h] LXX, Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς ᾅδην. FABRIC.

[i] LXX, Ἐπίστρεψον, ψυχή μου, εἰς τὴν ἀνάπαυσίν σου. FABRIC.

[j] LXX, Ἡ ψυχή μου ἐταράχθη σφόδρα. FABRIC.

[k] LXX, Οὕτως ἐπιποθεῖ ἡ ψυχή μου πρὸς σέ, ὦ Θεός. FABRIC.

[l] *Benedictus.* Simile illud Jeremiæ XXXVIII. 16 : Ζῇ Κύριος ὃς ἐποίησεν ἡμῖν τὴν ψυχὴν ταύτην. FABR.

[m] *Pecudes, serpentes et aves.* Piscium omissa mentio, ut cap. 95, de quorum solertia tamen non minus miranda comperiuntur : sicut etiam de apibus, formicis, araneis. Vide Plutarchum libro animalia terrestria an aquatilia sagaciora pag. 732 seq., et Vossium libro IV de Idololatria c. 14. FABRIC.

[n] *Manichæi et Gnostici perditi.* Notat Glycas pag. 145 Annalium, Manichæos bruta rationis minime expertia esse docuisse ; idque confirmasse ex eo, quod serpentem pœna Deus affecisset. Etiam animalibus vesci religioni sibi duxisse Manichæos, testatur Alexander Lycopolita p. 19. De aliis hæreticis vid. Cotelerium ad Constitut. apostolicas VI, 10, p. 339. FABRIC.

[o] *Poetæ.* Parmenides et Empedocles apud Stobæum p. 93, eclog. Phys. Vide quæ ad Sextum Empirium p. 512. FABRIC.

[p] *Et philosophi Stoici.* Non sane omnes ; nam Cleanthem et Chrysippum in contraria fuisse opinione ostendi ad eumdem Sextum pag. 18. FABRIC.

[q] *Scire posse de Deo et credere.* Quemcumque gradum sensus vel rationis brutis aliquis tribuat, tamen erit confitendum, non attingi ab illis quæ ad religionem et virtutem, quæ ad rerum cœlestium et a sensu remotarum contemplationem, quæ ad gloriæ etiam post fata duraturæ et beatæ immortalitatis curam pertinent. FABRIC.

[r] LXX interpr., Μὴ γίνεσθε ὡς ἵππος καὶ ἡμίονος, οἷς οὐκ ἔστι σύνεσις. FABRIC.

[s] LXX, Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὤν, οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις, καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. FABRIC.

mortalis [1] animæ potentia [a] de sancto in eam infusa Spiritu; quæ imago Dei est apellata; quæ his omnibus imperat, regit ac possidet universa copiose, ut scriptum est : [b] *Dedi vobis omnia sub potestate* (*Gen.* I, 29.)

CI. DE FALSIS PROPHETIS HÆRESIS DEO OMNIA MALA ASCRIBENS.

Alia est hæresis, quæ dicit malos reges et pseudoprophetas non a sua venire et fieri voluntate, sed a Dei eos jussione [2] emitti : ignorans quod non a Deo illos fieri pseudoprophetas, aut malos reges Scripturæ annuntiant, sed contra Dei voluntatem, sua voluntate et inimici suggestione sic eos advenire declarant, ut [c] Jamnes et Mambres contra [3] Mosen et Aaron [d] sacerdotes Dei sub Pharaone sua venerant voluntate ; cum dicat Scriptura : [e] *Regnaverunt non per me*, [f] *neque per Spiritum meum, dicit Dominus* (*Ose.* VIII, 4). Et de [5] pseudoprophetis ita : *Hæc dicit Dominus : non illos mittebam, et illi ibant in nomine meo prophetare* (*Jerem.* XXIII, 16, 21). Propter quod etiam contra illos sæpe [4] mortis in hoc mundo condignam Dominus decernit [h] sententiam enuntiando. Non sunt itaque a Deo pseudoprophetæ missi, neque reges impii recedentes a Domino; sed etsi excitantur mali contra malos interdum [i] dimittente [6] Domino, hoc gignitur, ut malis mali consumantur. Boni etenim sustinentes persecutionem, et justitiam habentes apud Dominum, [6] repræsentationem magnam futuri exspectant præmii. Mali autem ideo a malis, non solum bonis interdum perimuntur, ut illorum iniquitas etiam in hoc sæculo ex parte puniatur.

CII. DE TERRÆ MOTU HÆRESIS.

[7] Terræ motum hæresis quædam non Dei jussione et indignatione fieri, [8] sed natura ipsa elementorum opinatur, cum ignoret quid dicat Scriptura : [j] *Qui conspicis*, inquit, *terram et eam commoves terræ motu*. Et iterum : [k] *Adhuc ego movebo cœlum et terram*. Non attendentes Dei potentiam, elementorum naturæ ascribere audent potentiæ motionem, ut quidam philosophi [9] vani, qui rerum naturæ hoc ascribentes, Dei potentiam non cognoverunt. Quod etiam in hujusmodi rebus indignatio Dei, et potentia operatur, et suam [l] commovet creaturam, conversionis causa et utilitatis : quippe multorum peccantium ac redeuntium ad Dominum Salvatorem atque Creatorem.

CIII. HÆRESIS HERMIS TRISMEGISTI DE PECORIBUS ET SIDERIBUS.

Alia est hæresis, quæ [m] secundum paganorum vanitatem siderum diversa nomina profitetur, ut [n] Hermes ille Trismegistus, qui vanus potius, quam magnus judicandus est; et [o] poetæ quidam ei consimiles, qui Cometas, et [p] Pogonias, et Hyadas, [q] Hæ-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] animi potentia
[2] immitti, ignorantes
[3] Moseu beatum et
[4] mortis et in hoc
[5] Domino, gignitur ut a malis
[6] repromissionem magnam futuram
[7] Alia est hæresis quæ terræ motum non Dei
[8] sed de natura
[9] vaniloqui, qui

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *De sancto in eam infusa Spiritu.* Supra cap. 98 et 99. FABRIC.

[b] LXX, Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν πάντα χόρτον. FABRIC.

[c] *Jamnes et Mambres.* II Timoth. III, 8. Vide, si placet, quæ de his notavi in Codice pseudepigrapho veteris Test. pag. 813 seq. Cave enim assentiaris viro erudito, qui in observationibus sacris lib. II, p. 32 et 156, Jamnen et Mambrem putat esse nomina ficta hominum ignotorum, ut Ploni Almoni Ruth IV, 1, I Samuel XXI, 3, II Reg. VI, 8. (*Ut Ploni Almoni.* Verba hæc exprimenda erant litteris Hebraicis פלני אלמני : nam cum textus Hebraici sint, frustra ea in Vulgata, locis a Fabricio indicatis requiras. Voces porro istæ nihil significant apud Hebræos, tantumque vice alicujus proprii nominis quod tacetur tamquam notum, aut quod nominari nolumus, poni solent, ut notavit Vatablus IV Ruth 1. Sic I Sam. XXI, 2 : *Pueris condixi in illum et illum locum*, פלני אלמני, ubi Munsterus : *Constitui pueris meis locum talem et talem. Est autem* פלני, peloni, *idem quod* apertum, *et* אלמני, almoni, *idem quod* absconditum ; *vocatque Hebraismus his nominibus ea quorum nomina in particulari non exprimuntur.* GALEARD.) Certe Jamnis inter magos etiam Plinius facit mentionem XXXI, 1. FABRIC.

[d] *Sacerdotes Dei.* Moses Sacerdos, quo sensu, vide Grotium ad II Sam. VIII, 18, et de potestate circa sacra cap. 9. FABRIC.

[e] LXX, Ἐαυτοῖς ἐβασίλευσαν καὶ οὐ δι' ἐμοῦ, ἦρξαν καὶ οὐκ ἐγνώρισάν μοι. FABRIC.

[f] *Neque per Spiritum meum.* Hæc addidit Philaster ex Genes. VI, 3. FABRIC.

[g] LXX. Οὕτως λέγει Κύριος παντοκράτωρ : οὐκ ἀπέστελλον τοὺς προφήτας, καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον, οὐδὲ ἐλάλησα πρὸς αὐτούς, καὶ αὐτοὶ ἐπροφήτευον. FABRIC.

[h] *Mortis sententiam*, ut III Reg. XIII. FABRIC.

[i] *Dimittente Domino.* Permittente. FABRIC.

[j] LXX, Ὁ ἐπιβλέπων ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ποιῶν αὐτὴν τρέμειν. FABRIC.

[k] LXX, Ἐγὼ σείω τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Fortasse apud Philastrium scribendum : *Et iterum adhuc : Ego movebo cœlum et terram.* FABRIC.

[l] *Commovet.* Ita malui quam commonet.

[m] *Secundum paganorum vanitatem.* Ita reposui pro eo quod habebant editiones : *pecudum paganorum vanitate.* Cæterum condonandum hoc Philastrio, quod zelo immodico abreptus, innocentem siderum nomenclaturam pro ethnica vanitate traduxit, et hæresibus ridicule accensuit. FABRIC.

[n] *Hermes.* Quem *fallacissimum* vocat infra c. 112; *vanum paganum*, c. 10. FABRIC.

[o] *Poetæ quidam.* Ut ante Aratum Homerus Iliad. Σ. 486 :

Πληϊάδας θ' Ὑάδας τε, τό τε σθένος Ὠρίωνος,
Ἄρκτον θ' ἣν καὶ ἅμαξαν ἐπίκλησιν καλέουσιν.

[p] *Pogonias.* Velut in speciem barbæ longæ promissis radiis genus Cometarum, de quo Harduin. ad Plin. tom. I, p. 178. FABRIC.

[q] *Hædos.* Virgil. I Georg. 204 :

Præterea tam sunt Arcturi sidera nobis
Hædorumque dies servandi et lucidus anguis.

dos, [1] et talia hujusmodi [a] asserunt nomina deliran-
tes, cum Scriptura pauca nomina siderum nobis
dixerit, dicente [b] Job propheta, antequam pagani e
sanctis Scripturis siderum nomina transtulissent;
dicit enim ipse Job : *Qui fecit Pleiades et Arcturum*,
inquit, *et Hesperum, et Austrum, et Oriona*, [c] *et Lu-
ciferum* (*Job.* IX, 9). Hæc itaque nomina [d] e sanctis
Scripturis accipimus nuntiata; nam omnium siderum
nomina non dixit Scriptura, sed potestati Dei reser-
vavit per prophetam declarans, et dicens ita : [e] *Qui
numerat multitudinem stellarum, et omnibus eis no-
mina vocans* (*Psal.* CXLVII, 4). Hæc itaque pauca
nomina legentes e sanctis Scripturis, [2] poetæ po-
stea, falsique philosophi, ausi sunt usurpantes suis men-
daciis et alia plurima copulare, atque impietatis
semina sæculo prædicare, ut ex his sperare putarent
etiam omnium siderum, aut plurimorum nomina
posse comprehendi. Cum omnium siderum nomina
[3] non aliter nisi Deus Christus, per quem fecit Pater
universa, posuerit et scierit, atque eis singula no-
mina vocaverit, ut scriptum est (*Ibid.*).

CIV. [f] DE VARIIS LINGUIS HÆRESIS.

Est hæresis alia, quæ de lingua et linguis ambigit,
quum Scriptura dicat et [g] unam linguam et linguas.
Si ergo erat una ante, quia pauci erant, sive postea
multæ, quia multi creverant jam nati homines in
sæculo, non est adeo inutile hoc ita sentire. Post
quintam decimam enim generationem ab Adam
usque ad Heber [h] bis mille et septingenti anni sunt,
sub quo confusio missa est linguarum, propter pec-
catum quod fecerant ædificantes turrim et civitatem;
et ut rebellantes a Deo hoc passi sunt : habentes
enim [i] angelicam gratiam, id est multarum lingua-
rum scientiam, non agnoscebant datorem tantæ
sapientiæ Dominum; contraque eum conantes pro-
gredi, [j] perdiderant gratiam, quam [k] sine ullo labore
divinitus habebant concessam. Et quod sine studio
ante donatum fuerat a Domino naturaliter omnibus,
ut Dei imagini : postea per studium atque doctrinam,
oblivione immissa a Domino, vix discere prævale-
bant non omnes, nec multas, sed vix paucas lin-
guas, ita ut tres quis, aut quatuor valeret ediscere,
atque iisdem vix eloqui. Tamen omnem scientiam
linguarum, quæ [k] ante duo millia annorum et septin-
gentos annos, offendentes amiserant homines, [l] sub
Apostolis [5] rursum post ascensionem suam Dominus

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] et alia
[2] poetæ falsique
[3] non alter
[4] sine quodam labore... postea vero per
[5] duo millia et... sub beatis Apostolis

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Asserunt nomina.* Male *nomine* in prioribus editt. FABRIC.

[b] LXX Interpr., Ὁ ποιῶν πλειάδα καὶ Ἕσπερον καὶ Ἀρκτοῦρον καὶ ταμεῖα Νότου. FABRIC.

[c] *Et Luciferum.* Hunc addidit Philastrius ex Job XXXVIII, 32, ubi Μαζουρὼθ Lucifernm eruditi interpretantur. De nominibus illis siderum præter Drusium accurate Lud. Cappellus p. 460 seq. opp. posthumorum. FABRIC.

[d] *E sanctis Scripturis*, etc. Immo LXX ex gentium usu et consuetudine illa in Græcam sacrorum librorum versionem transtulerunt. Eucherius : *Quid sibi vult quod libro Job auctorum sæcularium consuetudine legimus Pleiades, Orionas, et Arcturum? Non quod his apud Hebræos nominibus censeantur, sed ut apud nos horum siderum significantia possit esse manifestior, ita hæc translator* (Græcæ auctor versionis) *appellare voluit, ut usus gentilitatis invenerat.* FABRIC.

[e] LXX, Ὁ ἀριθμῶν πλῆθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν. FABRIC.

[f] Hunc Philastrii sententiam hæresibus ascripsit Alphonsus de Castro. Adde Marianum Valgarneram Antiq. Panorm. pag. 71, tom. XIII Thesauri Antiq. Siciliæ. FABRIC.

[g] *Unam linguam et linguas.* Linguam unam, Genes. XI, 1 : *Et erat omnis terra labii unius*, χεῖλος ἓν καὶ φωνὴ μία πᾶσι· et linguas quoniam Genes. X, 5, ubi variæ gentes memorantur, singulæ κατὰ γλῶσσαν· et X, 20 et 31, κατὰ γλώσσας αὐτῶν· et XI, 7, συγχέωμεν αὐτῶν ἐκεῖ τὰς γλώσσας, *confundamus linguas eorum*; ita enim legunt codices quidam, ut notatum ad Origenem V in Celsum pag. 250. Certe vers. 11 : Ὅτι ἐκεῖ συνέχεε Κύριος τὰ χείλη πάσης τῆς γῆς. Nimirum ita ex Genes. X Philastrius censuit jam ante ædificationem Babel multis sæculis magnam fuisse inter homines linguarum varietatem : quod vero deinde Genes. XI dicantur omnes unius fuisse labii, eo sensu dictum id existimavit, quod etsi varia erant linguarum genera, omnes tamen se invicem intelligebant; et sic una erat omnibus lingua, non quidem eorumdem vocabulorum usu, sed eadem omnium loquentium et audientium intelligentia. *Rejiciunt quidem*, inquit clariss. Perizonius cap. 14 Origg. Babylon. p. 296, *viri eruditi hanc tam absonam interpretationem, et illam diversitatem linguarum ante illam confusionem Babelicam; sed deberent ergo rejicere etiam secessionem in varias colonias ante dispersionem Babelicam, quum utriusque rei eadem prorsus sit ratio, et utraque sententia ex eodem capite* X, *vel ordine capitum* X *et* XI *Geneseos sit petita. Quid igitur? clarissimo hæc sunt indicio, ordinem illum narrationis Mosaicæ, seu istorum capitum, nihil obstare, quo minus statuamus confidenter, omnia istius divisionis seu secessionis capite* X *memoratæ, evenisse demum post illam capitis undecimi dispersionem et labii confusionem, unde demum linguarum varietas cæperit.* FABRIC.

[h] 2700 *Anni sunt.* 2700 anni ab Adamo ad Heberum, sunt dimidium ætatis a condito Orbe ad natum usque anno 5400 Christum Servatorem. Infra cap 112 et 105. Alii, qui natum Christum esse existimarunt anno Orbis conditi 6000, Phalegum filium Heberi, vel Heberum retulere ad A. 3000. Sic Hesychius presbyter fragmento εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν; Josephus c. 1 Hypomnestici; Procopius Gaza us ad Genes. XI, 18; Eustathius pag. 51, in Hexaemeron. FABRIC.

[i] *Angelicam gratiam.* Sine studio, naturaliter per virtutem imaginis divinæ, hoc ante confusionem Babelicam datum hominibus diviuitus credidit Philastrius, ut linguis quibuscumque loquentes possent intelligere, sicut angeli. Infra : *Angelicæ virtutis est linguas scire omnium hominum.* FABRIC.

[j] *Perdiderant.* Est qui malit *perdiderunt*. Sed ita supra : *quod fecerant ædificantes*, etc. FABRIC.

[k] *Ante* 2700 *annos offendentes amiserant homines.* Si ante 2700 annos amiserant, neque ante confusionem Babelicam potuerunt illa scientia uti; itaque sensus est, per peccatum ante 2700 annos admissum a protoplastis, esse factum, ut deinde non constanter illam conservarent, sed tempore interjecto in confusione Babelica facerent ejus jacturam. Vide infra cap. 105. FABRIC.

[l] *Sub apostolis.* Actorum II, 4, 7, 12, ad quæ loca

per Spiritum sanctum sine quodam labore credentibus conferebat, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum. Angelicæ enim virtutis est linguas scire omnium hominum; per fidem autem Christi, sine labore linguarum omnium credentibus subministratur scientia; sicut legimus docente divino Spiritu, Apostolos, atque gentes itidem credentes tunc temporis in Christum Dominum Salvatorem, sine labore linguarum omnium donatam scientiam prædicasse; ut sub Petro et Paulo, et aliis [1] factum est, cum docerent gentes, venisse Spiritum Dei a Deo, et linguis multis eos potuisse eloqui, ut audientes homines mirarentur de gentibus, quod tantarum linguarum et ipsi per fidem Christi, scientiam haberent sine doctrina concessam.

CV. HÆRESIS DE NOMINE LINGUÆ.

Alia est hæresis, quæ dicit [a] nomen linguæ de Judæis primum processisse, alii de Paganis, cum utrique ita hoc sentientes errore non parvo decepti sint. Homo enim factus rationis particeps fuit; qui ergo loquebatur ratione, [b] quomodo rationis erat alienus? Plus ergo prius est rationis esse participem, et rationabilem dici, quam nomen speciale et locale habere alicujus linguæ, atque ex nomine hominis possidere aliquid; ab Adam enim [c] usque Heber duo millia et septingenti anni transierunt. Erat ergo [d] nomen Linguæ omnium hominum unum, et una lingua. Ex quo autem contra Dominum cogitaverunt, subtracta est illis [e] scientia ista cœlestis, id est linguarum omnium prudentia et sapientia. Et Heber quidem sanctus, qui non discessit a Deo [f] secundum nomen ipsius, Deus voluit genus ejus peculiare amplius, hoc quoque nomine primum in sæculo nuncupari, ut [g] ab Heber, qui non consenserat ædificationi turris rebellantium, Hebræi nomine appellarentur. Prior itaque non solum Paganis, verum etiam et Judæis, id est [h] ante septingentos annos Heber fuisse cognoscitur justissimus, qui in Dominum credens, et a conjuratione sceleratorum hominum separatus, sui nominis primam hanc a Domino nuncupationem meruit impetrare. Unde et poetæ vani [i] ædificationem illam ad sua mendacia transferentes, gigantes docuerunt, [j] Aloidas illos rebellantes ascendere voluisse in cœlum per impositionem montium, atque inde eos fuisse damnatos. Quorum deliramenta non latuerunt amplius scientiam ac peritiam Christianam.

CVI. HÆRESIS DE ANNIS CHRISTI ET TEMPORE DUBITANS.

Alia est hæresis [k] de anno annuntiato ambigens, quod ait propheta Isaias: [l] *Annuntiare annum Dei acceptabilem, et diem retributionis* (*Isai.* LXI, 2). Putant ergo quidam, quod ex quo venit Dominus, usque ad consummationem sæculi, non plus nec minus fieri annorum numerum nisi [m] trecentorum sexaginta quinque, usque ad Christi Domini iterum de cœlo

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] factum est ut docerent Gentes venisse Christum Dei

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Juvabit consulere Jean. Casp. Santorocci dissertationem de Linguarum miraculo, editam Marpurgi anno 1718. Non autem in audientibus, sed in loquentibus potius illud fuisse, recte notavit Gregorius Naz. Oratione 44, in Pentecosten, p. 738; Diserte enim et aliquoties λαλούντων ἑτέραις γλώσσαις mentionem facit sacer Actorum scriptor Lucas. FABRIC.

[a] *Nomen linguæ de Judæis, alii de Paganis.* Hoc est, antiquissimam linguam fuisse Judæorum, vel Paganorum Græcam FABRIC.

[b] *Quomodo rationis erat alienus.* Puto legendum *orationis.* FABRIC.

[c] *Usque Heber.* Parentem Phalegi, sub quo celebris illa Linguarum dispersio, Genes. X, 25. De numero annorum 2700 jam dictum capite superiore. FABRIC.

[d] *Nomen Linguæ omnium nominum unum.* Quocumque idiomate loquerentur homines, vocabatur Lingua humana (In hunc sensum August. XVI de Civ. 11: *Tunc opus erat eam* (linguam Hebræam scilicet) *distingui ab aliis linguis nomine proprio, sicut aliæ quoque vocatæ sunt nominibus propriis. Quando autem erat una, nihil aliud quam humana lingua, aut humana locutio vocabatur, qua sola universum genus humanum loquebatur.* GALEARD.); neque alio singulari veniebat nomine, quia omnes se invicem intelligebant, habebantque, ut mox subjungit Philastrius, *Linguarum omnium scientiam.* FABRIC.

[e] *Scientia ista cœlestis. Angelicam gratiam* dixerat c. 104 linguas intelligendi quascumque. FABRIC.

[f] *Secundum nomen ipsius.* Heber, עבר a discedendo, sive transeundo nomen habet. Liber nominum Hebr. tom. II opp. Hieronymi edit. Joan. Martianæi p. 203, Ἔβερ, διάβασις ἢ διαπερῶν. Hieron., *Eber, transitorem.* FABRIC.

[g] *Ab Heber Hebræi.* Confer Bocharti Phaleg. lib. II, cap. 14, et libri IV, c. ult. FABRIC.

[h] *Ante septingentos annos.* Septingentis annis ante Moysen, Judaicæ conditorem Reipublicæ. FABRIC.

[i] *Ædificationem illam ad sua mendacia.* Longe hoc credibilius, quam quod Celsus apud Origenem IV, pag. 174, ait Moysen ex Aloidarum fabula hausisse quæ de Babelica turri et Linguarum confusione memoriæ prodidit. FABRIC.

[j] *Aloidas.* Aloei filios Otum et Ephialtem, de quibus Homerus Iliad. A, 314:

Ὄσσαν ἐπ' Οὐλύμπῳ μέμασαν θέμεν, αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ
Πήλιον εἰνοσίφυλλον, ἵν' οὐρανὸς ἀμβατὸς εἴη.

Confer Philonem Judæum de confusione linguarum pag. 251, et e recentioribus illustrem Huetium lib. II Alnetanarum quæstionum c. 12, § 6, p. 189 seq. FABRIC.

[k] *De anno annuntiato.* De tempore quod intelligendum sit per annum acceptabilem, annuntiatum in verbis Isaiæ quæ laudantur Luc. IV, 19. FABRIC.

[l] LXX, Εὐαγγελίσασθαι ἐνιαυτὸν Κύριου δεκτὸν καὶ ἡμέραν ἀνταποδόσεως. Evidens autem est ut diem, ita nec annum a propheta dici præcise et stricte, sed de tempore quo divinæ benignitati gratiam suam in Christo patefacere hominibus et impertire placuit. FABRIC.

[m] *Trecentorum sexaginta quinque.* Quia tot diebus constat annus. Augustinus XVIII de Civit. Dei c. 53, mentionem facit oraculi, sive responsi dæmonum quo numerus ille 365 annorum fuerit definitus. *Excogitaverunt nescio quos versus Græcos tamquam consulenti cuidam divino oraculo effusos: ubi Christum quidem ab hujus tamquam sacrilegii crimine faciunt in-*

divinam præsentiam. Quod contrarium invenitur, si ita [1] qui senserint; nam [a] quadringentos jam plus annos transisse cognoscimus, ex quo venit Dominus, atque completos. [b] Quomodo itaque hoc [2] erit rationis de anno, [c] sicut sentire voluerunt hoc ita quam plurimi. Dominus enim [d] quæ in uno anno gessit et docuit, hæc sola præcepit conscribi. Nam quæ ante facta sunt ab eo ac dicta primis triginta annis [e] secundum beatum Joannem, quæ dicit, [f] *Mundum non capere posse, si universa scriberentur*, quæ fecerat. Propheta itaque Isaias de anno illo dixit Salvatoris Domini, in quo docuit usque ad passionem, et resurrectionem, et ascensionem in cœlum, sicuti et [g] beatissimi tradiderunt, non de trecentis sexaginta quinque annis, ut quidam arbitrantur, sed de anno illo post baptismum scilicet, in quo prædicans credentibus salutis mysteria reserabat de Lege pariter et Prophetis, quæ olim dicta sunt testando, atque consummando.

CVII.

[3] Alia est hæresis, quæ consummationem sæculi secundum temporum definitionem a Deo Christo Salvatore fuisse statutam asserunt. Hinc que certum esse numerum consummationis suspicatur, et non plus non minus opinantur, cum prophetæ undique nuntiaverint circa 500 annum fieri consummationem sæculi, et sic Dominum de cœlis iterum advenire. Daniel enim LXX septimanas numerat, audiens a Christo Domino: *Audi*, inquit, *vir desideriorum, quia septuaginta septimanæ statutæ sunt in populum tuum usque ad Christum ducem, ut fiant omnia quæ dicta sunt de civitate Jerusalem et populo adventura* (*Dan.* XI, 23, 25). Hoc autem sicuti antequam veniret Christus in carnem Danielo dictum est et pene completum est; sic etiam idem numerus usque ad legem quam accepit Moses, et usque ad terræ promissæ introitum non satis longe a quingentesimo annorum distare numerum. Dominus itaque cum signa diceret et diversa, fames, persecutiones, inundationem, terræ motus, pestilentias circa finem adventura (*Matth.* XXIV, 7; *Luc.* XXI, 25, 26), Petro etiam dixit beato per ænigma de annorum numerositate, cum diceret Petrus: *Domine, quoties peccanti fratri concedam?* ait Dominus, *non septies, sed septuagies septies* (*Matth.* XVIII, 21, 22). Ostendens quidem et quotidianum humani generis delictorum infinitum numerum debere homini dimitti ab homine, et Judæ redeunti, sive pagano et aliis carnalibus, et ad Christi fidem de impietate redeuntibus, atque ejus Ecclesiam, cunctis omne debitum ab eis oportere concedi credentibus. Nam et Historiographi Judæi decuerunt, dicentes [h] ad nihilo quadringentos et octoginta plus annos transisse, et sic Dominum advenisse in carnem. Habes etiam in Genesi evidentissime mysterium nuntiatum de Cain septies, de Lamech autem septuagies septies vindictam (*Gen.* IV, 24), quod duorum populorum in duabus personis unius impietatem, alterius iniquitatem sine cunctatione Scripturarum prænuntiasse non dubium est. *Lex enim spiritalis est*, secundum Apostolum (*Rom.* IV, 14); *et hæc*, inquit, *duo testamenta sunt* (*Gal.* IV,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Quis senserit... jam et plus
[2] erit traditionis
[3] *Addita hæc hæresis, quæ desunt in omnibus editis, ex optimo cod. Sangermanensi*, non *tamen nominibus hæreticorum inscriptis.*

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

nocentem: Petrum autem maleficia fecisse subjungunt, ut coleretur Christi nomen per 365 annos, deinde completo memorato numero annorum sine mora sumeret finem. Maleficium illud commentitium postea describit, *puerum aniculum occisum et dilaniatum et ritu nefario sepultum.* FABRIC.

[a] *Quadringentos jam plus annos.* Puto legendum, *quadringentos jam plus minus annos.* Nam quadringenti anni nec dum integri effluxerant, cum hæc Philastrius exararet. Et ante Parmeniani mortem scripsisse Philastrium, hoc est ante annum 391, supra ad caput 83, notare me memini. Et cap. 112, *inde a Domino usque nunc anni* DCCLXXX *plus.* Cap. 27, *et in psalmo centesimo plus.* Cic. cap. 14 pro S. Roscio: *annos natus magis quadraginta.* FABRIC.

[b] *Quomodo hoc erit rationis.* Supra hæresi 98, *nullius rationis itaque*; infra 146, ut ergo est rationis. FABRIC.

[c] *Sicut sentire voluerunt ita quam plurimi.* Sic legendum pro illis hiulcis, quæ in superioribus editionibus: *Sicut sentire voluerunt hoc itaque plurimi.* FABRIC.

[d] *Quæ in uno anno gessit.* Fuit hæc non modo Valentinianorum sententia, ab Irenæo lib. II, c. 36 seqq. oppugnata, sed multorum etiam Catholicorum Doctorum; ut Philastrii, Clementis Alexandrini, Tertulliani, Origenis, Lactantii, Orosii, nec non Evagrii in altercatione Simonis Judæi cum Theophilo Christiano tom. V Thesauri Anecdotorum Edm. Marteue p. 13., aliorumque qui Isaiæ verbis nixi existimarunt uno anno Christum a baptismo prædicasse, unoque anno gesta esse illa omnia quæcumque Christi ab Evangelistis describuntur. Vide Scaligerum lib. VI de Emendatione temporum p. 551 seq.; Grotium ad Lucæ VI, 19; Blondelli præf. ad librum de Episcopis et Presbyteris p. 27 seq.; Montacutii Origines Eccles. tom. I, p. 330 seq., 341, 345; Joan. Potteri notas ad Clementem Alex. I Strom. p. 407 (vet. edit, 340). FABRIC.

[e] *Secundum beatum Joannem.* XXI, 25: Ἔστι δὲ καὶ ἄλλα πολλὰ ἃ ἐποίησεν ὁ Ἰησοῦς, quæ verba non de triginta annis ante baptismum, ut vult Philastrius, sed vel maxime etiam de tempore ministerii Jesu post baptismum intelligenda esse mihi persuadeo. FABRIC.

[f] *Mundum non capere posse.* De hyperbole hac dixi in Codice Apocrypho novi Testam. pag. 321. Neque puto Joannis esse sententiam, quam ei tribuit eruditissimus vir Jacobus Elsnerus in præclaris illis suis observationibus sacris, quod mundus impius ea non amplexurus foret, licet singillatim omnia perscriberentur. Nam huic interpretationi perspicue refragatur, quod Joannes addit αὐτὸν, ad magnitudinem scilicet, non ad impietatem respiciens, οὐδὲ αὐτὸν οἶμαι τὸν κόσμον χωρῆσαι τὰ γραφόμενα βιβλία. FABRIC.

[g] *Beatissimi tradiderunt.* Evangelistæ et Apostoli. Solemne hoc Philastrio ut sacris Scriptoribus beatissimorum elogium tribuat. FABRIC.

[h] *Ad nihilo.* Forte *a Danihelo*, ut paulo ante et mox infra. FABRIC.

14). Neque enim historiam amittimus quod LXX annos fecerit populus in Persida, neque spiritalem scientiam spernimus. Ergo et septuaginta septimanæ a Danihelo dictæ quadringenti nonaginta anni tunc pene completi sunt, et sic Christus advenit in carnem, et a Christi præsentia usque ad consummationem sæculi pene unde complendum annorum reperies numerum. Septuaginta enim septimanas a Danihel quas vidit interpretes docuerunt. Illi primi sapientes septies et septuagies quadringentos nonaginta annos quem jubilæum in lege Judæi, non isti sed veteres, et periti illi annum remissionis Christi, et indulgentiæ, carnalem præsentiam per figuram ante celebrantes summo gaudio exspectabant, sicut in Levitico continetur. Jubileus autem minor quinquaginta annos habet; non minus, plus autem habere non potest: nam major jubileus quingentos annos habet, minor jubileus quinquaginta. Major itaque minus decima quingentos annos habet, ut ex hoc jubileus unus Christi præsentiam consummationemque sæculi declararet. Septuaginta anni captivitate populi in Persida, etsi historialiter accipiuntur, et postquam redierunt in Jerusalem, et usque ad Christi Domini incarnationem quingenti pene inveniuntur completi: tamen hoc etiam spiritaliter intelligendum est, quod post septuagies septies, id est post quadringentos et circa nonaginta annos oportet Judæos sub Antichristo cum fallax inventus fuerit a Judæis ipsis qui primum esse Christum æstimaverint. Non multo post autem cognita ejus perfidia atque fallacia, tunc gerentes pœnitudinem qui fuerint reliqui omnes ad Christi fidem Domini pervolabunt, ac pœnitentes delicta veniam ab ipso Christo Domino sicut cæteri impetrabunt, ut impleatur quod dictum est: *Amen dico vobis, jam me non videbitis, donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini* (*Matth.* XXIII, 39). Et ut illud compleatur: *Donec plenitudo gentium intret, et sic omnis Israel salvabitur*, sicut scriptum est (*Rom.* XI, 25); *et si fuerit populus Israel sicut arena maris, reliqui salvabuntur* (*Rom.* IX, 27). Et quod Isaias beatus aperte de Christo docuerit (*Isai.* LXI, 1), quod omnibus redeuntibus indulturus est, ipse Dominus dixit ita: *Spiritus Domini super me, propterea unxit me, evangelizare pauperibus misit me, prædicare captivis remissionem, cæcis visum annuntiare annum Domini acceptabilem et diem retributionis* (*Luc.* IV, 18), de quod Dominus in templo cum accepisset librum Scripturam, quæ hanc pervidisset ait Apostolis et in omnibus hoc in sui præsentia nunc fuisse completum, quod et Danihel beatissimus attendit quod ei dixerat Dominus dicens: *Audi vir desideriorum, et adverte ab exitu verbi Dei*, id est a Christi incarnatione, *atque ejus iterum de cœlo divina sententia atque consummatione sæculi, quæ cum angeli adfutura sit* (*Dan.* IX, 23).

CVIII. DE GIGANTIBUS TEMPORE NOE.

Alia est hæresis, quæ [a] de gigantibus asserit, quod angeli miscuerint se cum feminis ante diluvium, et inde esse natos gigantes suspicatur; cum Nembroth non a spiritu, id est non ab angelo, sed [b] ab homine Chus qui filius fuit Cham, inde natus sit postea, qui et in Scriptura primus Gigas est appellatus, quod iste cœpit esse venator, et fortis homo ut et Gigas appellaretur in terra: [1] *Inde dicturi sunt*, inquit, *sicut Nembroth Gigas ita fortis est* (*Gen.* X, 9), si qui ei similis in fortitudine postea videretur. Homines itaque fuerunt fortes, et a juventute rapaces, vastatores, jaculantes, cursitantes, prædationi vacantes, inde veluti alieni non solum morum, verum etiam [c] visus hominum: [2] enormes etiam ut contra naturam aliorum hominum tanta scelera perpetrantes nuncuparentur et gigantes. [d] Gigas enim per etymologiam, terræ monstrum dicitur, [e] ex duobus nominibus compositum sive forma, sive vita, sive visu, sive fortitudine, sive mole membrorum. [f] Nam ut scias gigantes non alia natura, sed de ho-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Inde dicitur hi sunt

[2] enormes æstimati contra... non de alia

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *De gigantibus.* Ex Græca versione Genes. VI, 2, multi veterum Ecclesiæ doctorum hoc sibi persuaserunt, ut ad fragmentum Pseudo-Henochi notare me memini in Codice pseudepigrapho veteris Testamenti p. 172, seq. Licebit etiam consulere Suicerum in Thesauro p. 37 seq., et Christiani Schotani ad Sulpicium Severum notas, et Cotelerium ad Patres Apost. tom. I, p. 493. FABRIC.

[b] *Ab homine Chus.* Genes. X, 8: Χοὺς δὲ ἐγέννησε τὸν Νεβρώδ, οὗτος ἤρξατο εἶναι Γίγας ἐπὶ τῆς γῆς· οὗτος ἦν γίγας κυνηγὸς Κυρίου τοῦ Θεοῦ· διὰ τοῦτο ἐροῦσιν· Ὡς Νεβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου. FABBIC. — Διὰ τοῦτο ἐροῦσιν, Ὡς Νεμβρὼδ γίγας κυνηγὸς ἐναντίον Κυρίου. Gen. X. 9. Quod Philastrius vertit: *Inde dicturi sunt, sicut Nemrod gigas ita fortis est*, Vulg. *quasi Nemrod robustus venator coram Domino.* De hoc adagio Bochartus Geogr. sac. IV, 12, col. 228; cui addi potest Vatablus in Criticis Pearsonii ad hunc Genesis locum, et Delrius in Adagiis Vet. Test. tom. I, p. 17. GALEARD.

[c] *Visus hominum.* Aliam veluti speciem ac formam præ se ferentes. FABRIC.

[d] *Gigas terræ monstrum.* Orpheus octavo ἱερῶ λόγου apud Auctorem magni etymologici:

Οὓς καλέουσι γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μαιάρεσσι
Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο. FABRIC.

[e] *Ex duobus nominibus.* Γῆ *terra, et* γῦια *membra*, proprie pedes. FABRIC.

[f] *Nam ut scias gigantes non alia natura.* In ms. Corb., *non de alia natura*, quod magis congruit. Negat porro Philastrius gigantes ex angelis et feminis genitos, quamvis hujus sententiæ fuerint, præter Ambrosium (Philastri σύχρονον καὶ σύμμαχον) de Noe et Arca 4, Lactantius, Eusebius, aliique apud Sixt. Sen. tom. V Bibl. Sanctæ Annot. 77, qui tamen Ambrosium excusat, eumque allegorice locutum, ac pro angelis viros fideles, ac justos intellexisse affirmat. Vide, si vacat, notas Servatii Gallæi ad Lactantium II, 14, Potterum ad Clem. Alex. pag. 260, 366, Cotelerium ad Recognit. Clem. pag. 493, et in Clementinis Hom. VIII, 15, quibus in locis *non* δρακοντόποδες, *anguipedes*, gigantes illi dicuntur, quos Philastrius ἑξαδακτύλους vocat. GALEARD.

minum fuisse progenie editos, et ἑξαδακτύλους [a] in Regnorum libris habes, quos forma grandi, et mole membrorum diffusos, et ingenti fortitudine, de genere gigantum Regnorum libri annuntiarunt [b] post duo millia et trecentos annos diluvii; sicut et [c] illum Goliath quem dejecit in pugna solus David beatissimus rex et propheta; cujus et aliorum talium [d] *carra*, inquit, *instructionem portabat armorum*. Quia ergo bestiali more a pueritia ad rapinam erant dediti hujusmodi homines, et veluti a natura hominum morumque alienos Scriptura nuntiavit. Nam quod illi angeli, qui de cœlo dejecti sunt, non sint [1] humanæ naturæ similes, non est dubium, nisi solum, quia nefanda et contraria, contraque Legem suggerere, sicuti et nunc hominibus faciunt, prævalebant [e] intrantes in homines, id est suadentes, sicut Judæis inimicus humani generis persuasit [2] contra Deum, contraque sanctos prophetas talia scelera perpetrare, sicut scriptum est: [f] *Intravit*, inquit, *Satanas in Judam*. Ita igitur et ante intrantes immundi spiritus in animas [g] hominum ac feminarum, malæ persuasionis scelera in orbem terrarum diffuderant. Si qui autem putaverit esse justum, angelos ita peccasse transformatos in carne, [3] ut in ea remansisse, aut ita factos carnales crediderit, violenta ratione [4] [h] decernit historiam; sicuti et [i] paganorum, et poetarum mendacia asserunt deos deasque transformatos, nefanda conjugia commisisse. [j] Quod si factum est aliquando, et nunc fieri non erit ambiguum: quod autem non factum est aliquando, nec modo fieri manifestum est. Gigas autem et in bono accipitur virtutis causa: [k] *Exsultabit enim ut Gigas ad currendam viam*. Quod in Christi divina præsentia, probatum ostenditur atque consummatum.

CIX. HÆRESIS DEO TRIBUENS PAGANITATEM ET OMNIA FACINORA.

Alia est hæresis, quæ dicit [l] Paganitatem a Deo institutam, non ab hominum malignitate, et suggestione inimici, vitiorum causa, et facinorum gignendorum fuisse excogitatam. Quæ ergo a Deo instituta est, quomodo damnatur ab eodem Deo? Nam quod ab origine mundi, Dei [m] Patris omnipo-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] humanæ solum
[2] contra Dominum
[3] ut in ea carne mansisse
[4] decernit historia

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *In regnorum libris*. II Sam. XXI, 20: Καὶ ἦν ἀνὴρ Μαδών (Procop., ἐκ Γάθης), καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν χειρῶν αὐτοῦ, καὶ οἱ δάκτυλοι τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἓξ καὶ ἓξ, εἰκοσιτέσσαρες ἀριθμῷ. FABRIC.

[b] *Post duo millia et trecentos annos diluvii*. Sic apud Livium III, 5: *Romanos quinque millia ac trecentos*; et XXXIII, 27: *Denarios triginta quatuor millia et quingentos quinquaginta*. Plura Gronovius ad Livii XXXIX, 7. De rationibus autem ipsis computi annorum quo utitur Philastrius, a diluvio usque ad Davidis tempora, vide infra ad caput 112. FABRIC.

[c] *Illum Goliath*. De quo interpretes ad I Sam. XVII, et Rever. Paulus Christianus Hillischerus Pastor Ecclesiæ Dresdensis in vita Goliathi, quam eruditis et jucundis ornatam observationibus cum commentario in psalmum apocryphum CLI, et epistola de Oge gigante in lucem edidit Budissæ 1716, in-4°. FABRIC.

[d] *Carra instructionem portabat armorum. Carrus*, sive *carra* proprie plaustri Gallici genus, quo impedimenta imponebant, unde σκευοφόρος dicitur interpreti Græco Cæsaris. Vide Joan. Scheferum de Re vehiculari lib. II, c. 28, p. 329. Cæterum unde hoc habuerit Philastrius, nescio, quod de carra intellexit, quod alii de armigero I Sam. XVII, 7: Ὁ αἴρων τὰ ὅπλα αὐτοῦ הַנֹּשֵׂא נֹשֵׂא προεπορεύετο αὐτοῦ. Pondus armorum Goliathi, Augustinus Calmetus notat excessisse libras 272. FABRIC. — *Carra instructionem portabat armorum. Carra* et *carræ*, vox feminino genere non admodum frequens, occurrit bis in Præcepto Theodorici regis de *carris* S. Dionysii per omnem Galliam a teloneo exemptis, apud Mabillonium de Re Diplom. pag. 471: *Nullus quislibet de judicibus nostris, vel de teloneariis de ipsa carra exigere, nec requirere non præsumatur*; et paulo post: *De omnia carra ipsius monasterie Domni Dionensi* (sic). Capitulare II Caroli Magni an. 813, cap. 10, ed. Baluz. p. 519: *Ut Regis spensa in carra ducatur*. Plura habes apud Cangium in *carræ*; sed *carrus* et *carrum* masculino et neutro genere usitatius apud scriptores melioris ævi Cæsarem et Hirtium. *Carrum* etiam ab inferioris ævi scriptoribus passim usurpatum docet idem Cangius in Glossario. GALEARD.

[e] *Intrantes in homines*. Suggerendo et ad mala incitando, quod ἐμβάλλειν, ὑποβάλλειν, ἐγγλύφειν, ὑποτίθεσθαι, διεγείρειν veteres dicere consueverunt. Vide Damasceni parallela sacra, tom. II, p. 648. FABRIC.

[f] Text. Græc. Εἰσῆλθεν εἰς ἐκεῖνον ὁ Σατανᾶς. FABRIC.

[g] *Hominum ac feminarum*. Homines pro viris ponit, ut supra c. 17: *Idola hominum ac mulierum*, ubi vide, si placet, a me notata. FABRIC.

[h] *Decernit historiam*. Supra c. 101, *condignam Dominus decernit sententiam enuntiando*. FABRIC.

[i] *Paganorum, et poetarum mendacia*. Etiam atque etiam hæc illis exprobrata a Christianis scriptoribus in præclaris suis apologiis adversus Gentes, a Justino martyre, Clemente Alex., Arnobio, Tertulliano, Lactantio, Minucio Felice, Commodiano, Julio Firmico, aliisque. FABRIC.

[j] *Quod si factum est aliquando*. Vide interpretes ad Ecclesiastæ I, 9, et Gatakerum p. 257, ad M. Antonini VII, 1; Gassendum de philosophia Epicuri p. 166. Melissus Samius apud Palæphatum: ἔστιν, ἃ ἐγένετο, νῦν, καὶ ἔσται; M. Antoninus XII, 26, πᾶν τὸ γενόμενον οὕτως ἀεὶ ἐγίνετο, καὶ γενήσεται, καὶ νῦν πανταχοῦ γίνεται. FABRIC.

[k] LXX, Ἀγαλλιάσεται ὡς γίγας δραμεῖν ὁδὸν αὐτοῦ, quod de Christo libenter pii veteres interpretantur, ut Rufinus, Gregorius magnus, Bernardus, alii. FABRIC.

[l] *Paganitatem a Deo institutam. Paganitas*, ut Paganismus, et Pagania, ponitur pro religione et sacris Ethnicorum, quos paganos dictos notissimum est a pagis, in quibus Deos colebant, cum e fanis urbium et civitatum proscriptus idolorum cultus esset. Hanc Paganitatem non minus quam Christianitatem, vel Judaismum hactenus probari Deo, ut qui in illa sceleris purus vivat, possit salutem æternam consequi, Pelagianis, et aliis quibusdam persuasum. FABRIC.

[m] *Patris, Filii, et sancti Spiritus scientia* Doctrinam de SS. Trinitate statim sub ipsum exordium rerum, hominibus a Deo traditam deinceps evincere instituit Philastrius, argumentis non firmissimi pariter roboris. FABRIC.

tentis, et Filii ejus, et sancti Spiritus scientia nuntiata sit, non est dubium; cum enim [a] in libro creaturæ mundi, id est in Genesi scriptum habeas: *Et dixit Deus, et fecit Deus* (*Gen.* I, 3, 7). Et iterum: *Dixit Deus fiant luminaria* (*Ibid.*, 14). Et sexto die dixit Deus: [b] *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* (*Gen.* I, 26). Et *fecit Deus*; [c] non angelo utique persuasore in creatione hominis, sed Filii sui Christi Domini nostri, et sancti spiritus manifestum est. Habes enim in Genesi, id est in primo libro, sanctam adorandamque Trinitatem ante hominibus nuntiatam; dicit enim ita: *Et pluit* [d] *Dominus a Domino sulphur et ignem* (*Gen.* XIX, 24). Et iterum de Spiritu in primo die: [e] *Et Spiritus Dei superferebatur super aquam* (*Gen.* I, 2). Et Pharao rex Ægypti dicit: [f] *Quis hæc* [1] *interpretabitur*, inquit, *nobis, nisi qui Dei habuerit Spiritum* (*Gen.* XLI, 38)? Et David: [g] *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (*Psal.* XXXII, 6). Postea vero voluntas hominum prava, recedens a tanta scientia pietatis, idolorum mendaciis ac vanitatibus studiose cum properat inservire, turpissimæque vitæ se dare maluisset, [h] judicio [2] damnationi obnoxio tenebatur, ita ut ante prophetæ dicerent: [i] *Sacrificans Diis eradicabitur* (*Exod.* XXII, 20). Et iterum: *Dii qui cœlum non fecerunt, eradicabuntur* (*Psal.* XCV, 5). Et ideo Dominus [3] non suam novam præsentiam ostendebat, dicens: [k] *Qui loquebatur* [3] *in prophetis, ecce adsum* (*Isai.* LII, 6). Neque ergo angelos adorari præcepit alicubi Dominus, neque [l] mundi elementa, nec creaturam aliquam, neque idola, quæ hominum voluntas pessimi sui sceleris et turpitudinis perpetrandæ causa maluit invenire, ut colentes ea effusam operandi mali possint habere licentiam: nam et [m] ipsum nomen idoli species doli, et formæ prævaricatio, de interpretatione Græca est nuncupatum. Trinitas itaque Christianitatis ab origine Mundi prædicabatur, et veritas pietatis sine intermissione ubique docebatur; nam et David docet: *Dixit Dominus Domino meo* (*Psal.* CIX, 1). Et: *Spiritus* [4] *tuus bonus deducet me in viam rectam* (*Psal.* CXLII, 10). Et iterum: *Spiritu Domini implevit orbem terrarum* (*Sap.* I, 7). Et: *Quo fugiam a Spiritu tuo, et a facie tua quo vadam* (*Psal.* CXXXVIII, 7)? Nam [5] Salomon docet (*Sap.* XIV, 15),[n] quod idololatria ab homine [6] instituta sit; quia *amissum filium suum cum diu fleret quidam pater, fecit imaginem eidem, et videndo delectabatur in ea*, atque ex eo traditam fuisse posteris, diversamque impietatis materiam inde humano in genere pullulasse.

CX. HÆRESIS DE CHRISTIANIS TEMPORE ULTIMO [o] VERBO DEI CREDENTIBUS.

Alia est hæresis, quæ dicit [p] Christianos nuper-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] interpretabitur nobis
[2] damnationis obnoxia... Et ideo et Dominus non suam novam
[3] Qui loquebar... ut colentes ea
[4] Spiritus bonus deducet in
[5] Salomon beatus docet
[6] instituta sit illo qui amissum... quidam ut pater

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *In libro creaturæ mundi.* Supra cap. 79. FABRIC.

[b] *Faciamus.* Basilius homil. 10 in hexaem. pag. 44 edit. græc. Basil.: Διάτι οὐκ εἶπε Ποιήσω (ita leg. pro ποίησον), ἀλλὰ Ποιήσωμεν ἄνθρωπον; ἵνα μὴ τὸν Πατέρα ἐπιγινώσκων, Υἱὸν Υἱὸν ἀγνοῇς, ἵνα εἰδῇς ὅτι Πατὴρ ἐποίησε διὰ Υἱοῦ, καὶ Υἱὸς ἐκτίσατο πατρῷῳ θελήματι, καὶ δοξάσῃς Πατέρα ἐν Υἱῷ, καὶ Υἱὸν ἐν Πνεύματι ἁγίῳ, οὕτω κοινὸν γέγονας ἔργον, ἵνα κοινὸς προσκυνητὴς ἀμφοτέρων ἦς, μὴ σχίζων τὴν προσκύνησιν, ἀλλ' ἑνῶν τὴν θεότητα. FABRIC.

[c] *Non Angelo utique persuasore.* Angelos allocutum Deum cum dixit *faciamus hominem* docebat Saturninus teste Epiphanio tom. I, p. 62. Idem Judæi sentiunt. Vide Maimonidem More Nevochim parte II, c. 6, et Manassem Israelidem Conciliator. in Genesin q. 6. FABRIC.

[d] *Dominus a Domino.* Infra c. 110 ex Genes. XIX, 24: κύριος παρὰ Κυρίου. Ita veteres explicant hunc locum ut Filius a Patre in Sodomitas pœnam immittere intelligatur. Licet Hebraismus ferat ut *Dominus a Domino*, idem denotet quod *a se ipso*, ut notavit Theod. Hackspanius in Sylloge p. 150 seq. Gataker us c. 17 Adversar., Grotius ad II Timoth. I, 18. FABRIC.

[e] LXX, Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. FABRIC.

[f] LXX, Μὴ εὑρήσομεν ἄνθρωπον τοιοῦτον ὃς ἔχει πνεῦμα Θεοῦ ἐν αὐτῷ. FABRIC.

[g] LXX, Τῷ Λόγῳ τοῦ Κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ Πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν. Vide supra c. 67. FABRIC.

[h] *Judicio damnationi obnoxio.* Ita editiones; at Corbeien. cod. aliquanto melius, *judicio damnationis obnoxia.* Sic cap. 98, *Sub Legis conditione posita judicio obnoxia reperitur*; cap. 79, *obnoxia Legi Dei*; et cap. 134, *cum peccans invenitur anima, et judicio obnoxia.* Vide sis Jacobi Spiegelii Interpret. ad Prudent. Weitzii p. 208. GALEARD.

[i] LXX, Ὁ θυσιάζων Θεοῖς, πλὴν Κυρίῳ, θανάτῳ ἐξολοθρευθήσεται. FABRIC.

[j] *Non enim novam præsentiam.* Qui non nunc primum veniret, sed pridem jam adfuisset præsens Ecclesiæ suæ. FABRIC.

[k] *Qui loquebatur in prophetis, ecce adsum.* Puto respici ad Joan. VIII, 56, 58, licet verba ipsa incassum ibi quæsiveris. FABRIC.

[l] *Mundi elementa.* Solem, Lunam, et Stellas, ut supra cap. 61. Theophylactus in Coloss. II, 8: Στοιχεῖα κόσμου ἥλιον καὶ σελήνην λέγει. FABRIC.

[m] *Ipsum nomen idoli species doli, et formæ prævaricatio.* Forma Græcis εἶδος, prævaricatio et dolus δόλος, unde idoli nomen quasi εἶδος δόλος Philastrio componitur. FABRIC.

[n] *Quod idololatria.* Cui loco illustrando conferendi Philo libro de decalogo et de vita contemplativa, Athanasius contra gentes tom. I, p. 10 seq., Lactantius lib. I, cap. 15 seq. E receptioribus Vossius lib. I de Idololatria cap. 11, Joan. Faes ad Gyraldum p. 698 seq. FABRIC.

[o] *Verbo Dei.* Λόγον Christum intellige, cujus cultores heri et nudius tertius demum cœpisse hæresis ista garriebat. FABRIC.

[p] *Christianos nuperrimos.* Hæc objectio novitatis adversus Christianos frequens olim fuit in ore Ethnicorum, Judæorumque. Vide Elmenhorstii notas ad Arnobium lib. I, p. 19, et D. Kortholti τοῦ Μεγαλείτου obtrectatorem Paganum capite 1 et 5, et ad Justin.

rimos [1] et posteriores Judæis, et Paganis fuisse creatos : ignorans quod Judæis, et Paganis natura priores creati sunt, et [a] fide, vita, et tempore, sacrificio, et conversatione.

Fide quidem, quia ab Adam usque ad Moysen [b] tribus annorum millibus et septingentis, omnes justi [2] [c] Deum, et Deum, Dominum, et Dominum colentes, etiam Spiritum sanctum, veram nuntiabant trinitatem, ita ut ipsam Trinitatem integram sine labore [d] possis cognoscere ab illis beatis prioribus et antiquis, nobis etiam hoc postea fuisse manifestatum a Domino. Cum enim dicit Scriptura : [e] *Pluit Dominus a Domino super Sodomam et Gomorram sulphur et ignem* (*Gen.* XIX, 24), quid tibi videtur nuntiare? nonne Deum Patrem per Filium suum, id est Christum Deum, cuncta signa et mirabilia perfecisse declaravit? quod sciens David, Dominum Patrem, et Dominum Christum, id est Verbum ejus, et sanctum Spiritum nuntiabat : trinitatem quidem personarum, unius tamen majestatis, et substantiæ ac divinitatis æqualem potentiam nuntiabat. Tamen Filium de Deo Patre esse [f] priore, et Spiritum sanctum, [3] proprie demonstravit, edocens : [g] *Verbo Domini cœli firmati sunt, et Spiritu oris ejus omnis virtus eorum* (*Psal.* XXXII, 6). Et iterum alibi : *Dixit Dominus Domino meo* (*Psal.* CIX, 1). Et omnes prophetæ de Verbo et Spiritu [h] nuntiaverunt, ubique ita dicentes : *Et factum est verbum Domini ad me* (*Esai.* XXXVIII, 4); et : *Spiritus Domini fuit ad me* (*Isai.* LXI, 1; *Ezech.* XI, 5). Ergo [i] non est fidei causa [4] temporalis Christianitatis, sed ante Judæos, et Paganos in Lege quidem studentibus et quærentibus erat manifestata; [5] [j] non autem cupientibus vox Patris omnipotentisque scientia nuntiabatur a sanctis illis Doctoribus et perfectis.

Vita etiam non alia priores illi sancti, nisi hac in qua nos vivimus, utebantur. Usque ad Abraham enim [k] non circumcisionem habentes, [l] non sacri-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] nuperiores et
[2] et Deum **et Dominum**
[3] esse proprie demonstravit
[4] temporalis Christianitas
[5] non autem cupientibus **Patris omnipotentis**

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Mart. p. 31 et 55. Respondebant Christiani, dogma suum non esse minus antiquum quam Verbum illud quod erat ab initio, Διὰ τὸν λόγον ὃς ἦν ἐν ἀρχῇ ἦν, ἀρχαῖζομεν, inquit Clemens Alex. in protreptico p. 5. Confer Agobardum libro contra Fredegisum abbatem tom. XIV Biblioth. Patrum edit. Lugd. p. 277 seq. FABRIC.

[a] *Fide, vita, sacrificio, et conversatione.* Hæc quatuor deinde distincte per partes Philaster persequitur, hinc concludit natura et tempore priores esse Christianos Judæis, ac Paganis; hoc est et præstantiorem et antiquiorem esse ipsorum doctrinam Judaica, Ethnicaque. FABRIC.

[b] *Tribus annorum millibus et septingentis.* Hoc loco, ut infra hæresi 112 et 156, numeros LXX Interpretum sequitur Philastrius, quod veteres Christiani ad unum fere omnes facere consueverunt. Secundum Hebraicos quidem codices longe minus spatium memorare debebat, nam in illis ab Adamo, sive orbe condito, ad Moysis qui CXX annis vixit nativitatem, computantur anni non plures quam bis mille trecenti et septuaginta tres, ita ut migratio ex Ægypto et Legis sanctio in monte Sinai facta incidat in annum 2453. FABRIC.

[c] *Deum, et Deum.* Id est Deum Patrem, et Deum Filium. Solent in hanc sententiam Veteres laudare locum Genes. I, 27 : *Et fecit Deus hominem, secundum imaginem Dei fecit ipsum.* FABRIC.

[d] *Possis cognoscere.* Ita ex Basil. et Lugd. scripsi pro eo quod perperam erat in Helmst., *possit.* Deinde sustuli στιγμὴν post *antiquis*, et retinui *hoc* quod Lugd. male omisit. Ibidem perperam editur *aliis* pro *illis*, et in Basil. *manifestata*, al. *manifestam.* Sensus hujus loci est, quod facile intelligere liceat, hoc ipso post et per antiquos illos dogma de SS. Trinitate a Deo nobis fuisse manifestatum. FABRIC.

[e] *Pluit.....* Confer supra cap. 108. FABRIC.

[f] *Priore.* Ita recte Helmst. et Basil., nam in Lugd. male est *priorem.* Pater Filio prior est origine, non tempore, nec natura. FABRIC.

[g] *Verbo Domini.* Confer supra c. 108. FABRIC.

[h] *Nuntiaverunt.* Hoc loco ponendum comma, non post *ubique*, ut faciunt priores editiones. FABRIC.

[i] *Non est Fidei causa temporalis Christianitatis.* Vetus gloss. *temporalis*, ὀλιγοχρόνιος. Sententia Philastrii est Fidem Christianitatis, sive Christianorum non esse ante breve tempus demum exortam, non esse χρονίτας Christianos, quo convicio Catholicos proscindebat Aetius, perabsurde quidem ille ad quem S. Athanasius dialog. 2 de Trin. p. 193, tom. II : Τίνας δὲ λέγεις χρονίτας; τοὺς ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων μέχρι καὶ σήμερον αἰνοῦντας Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα; ἢ τοὺς ἀπὸ σοῦ τοὺς χθὲς ἢ σήμερον φανέντας καὶ αἵρεσιν ἔχοντας; Eodem sensu vocabulum *temporalis*, pro re ante breve tempus exorta, vel per breve tempus durante, sæpius apud nostrum ponitur, sed et apud Tertullianum, et alios. FABRIC. — *Non est fidei causa temporalis Christianitatis.* In editionibus sic legitur; at in Corbeien. ms., *temporalis Christianitas*, quod magis placet. *Temporalis* hic et alibi sumitur a Philastrio pro re ante breve tempus exorta, ut recte notavit Fabricius ad hær. 110, 112, 129, ubi eadem nota *temporalitatis pagana mendacia;* et ad hær. 111, *quod est temporalitatis*, pro eo quod recens, minimeque antiquum, explicante eodem Fabricio. Vox *temporalitas* deest in Glossario Cangii; *temporalis* autem occurrit ibi, sed non eo sensu quo utitur Philastrius. GALEARD.

[j] *Non autem cupientibus.* Ita scribendum mihi visum est necessario pro *nunc*, quod nullum fundebat sensum. Venit etiam in mentem *capientibus* pro *cupientibus;* hoc tamen prætuli, quia *studentibus et quærentibus*, melius respondet. Isaiæ LXV, 1 : *Inventi sunt qui non quæsierunt me.* Porro *vox Patris et omnipotentis scientia*, est doctrina de Deo omnipotente Creatore cœli et terræ, ejusque cultu et lege; non simul facta mentione Filii Salutificatoris, nec Spiritus sancti. FABRIC.— *Non autem cupientibus.* Subdit Fabricius : *Ita scribendum mihi visum est pro* nunc *quod nullum fundebat sensum.* Emendatio minime necessaria, si pro *Nuntiabatur* legas *nuntiatur;* quam veram esse lectionem cuilibet locum integrum inspicienti facile persuasum erit, cum præsertim vox *nunc* respondeat ad illud quod prius dixerat *ante Judæos et Paganos.* Cod. Corbeiensis Fabricii lectionem tuetur; at Sichardi editio habet, *nunc autem cupientibus.* GALEARD.

[k] *Non circumcisionem habentes.* Præclara sunt quæ in hanc rem disputat Eusebius libro primo demonstrationis Evangelicæ, quem si placet adi. FABRIC.

[l] *Non sacrificiis gaudentes.* Constat tamen a primis hominibus oblata Deo sacrificia. At certe cæremoniæ

ficiis gaudentes Deo placebant, et justi in omnibus ab eo nuntiabantur. Dixit enim David : *Sacrificium Deo cor contribulatum* (*Psal.* L, 19), et : *Immola Deo sacrificium laudis* (*Psal.* XLIX, 14).

Et quod necessitate indocilitatis cogente, *sacrificia* temporalia, non perpetua [a] nec vera fuerunt indicta Judæis, nec salutaria, dicit propheta ad Judæos : *Ecce ego facio nova* (*Isai.* XLIII, 19); et : [b] *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis* (*Isai.* XLVIII, 5, 6). Ante ergo Judæis Isaias testabatur propheta : *Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris* (*Isai.* I, 12)? Et iterum : *Circumcidimini corda vestra, et non corpora vestra* (*Jerem.* IV, 4). [1] Quale autem est, quod sacrificium Melchisedech [c] sub Abraham in primis obtulerit, ante quadringentos annos quam Judæi nominarentur, aut [d] Juda nascerentur, et antequam [2] acciperent librum Geneseos, [e] prævidens mysterium Christianitatis? ut omnia quæ in Christianitate sunt, sive fides, sive vita, sive [f] sacramentum, non temporalia, sed ab origine mundi statuta et nuntiata, et potius celebrata cognoscas. In Christo autem et per Christum, [g] per quem cuncta facta sunt, oportuerat nos ab eo videre [3] et cognoscere, et quod erat majus in Lege mysterium de eo ante [4] nuntiatum, ab ipso plenius excipere complectum, consummatumque.

[h] Nam quod et castitas similis fuerit in prophetis quam plurimis non est dubium, ut in Elia, Elisæo, Daniele, Jeremia, Esdra, tribus pueris, et aliis multis beatissimis; ut in Christi præsentia, et [i] quod supra Legem erat, ante nuntiatum ab eis cognosceretur, [j] et quod per legem [5] conjunctum erat, ipsius firmaretur divina sententia, [k] voluntatique hominum et studio concessa hæc gratia nosceretur. Ideo et ipse Dominus priores illos [l] sanctos ante Legem nobis, et nos illis prioribus secundum fidem justitiæ copulabat : [6] Judæos autem, et Paganos respiciens, qui medio tempore [m] inter mandatum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Quale autem sacrificium
[2] acciperent in libro... pervides
[3] et cognoscere quod erat
[4] nuntiatum atque consummatum. Nam quod
[5] conjugium erat
[6] Judæos autem et re inter mandatum

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

sacrificiorum Leviticæ nondum erant tunc temporis institutæ, quod adversus Judæos satis est. FABRIC.

[a] *Nec vera.* Quæ vere possent divinam expiare iram et salutem hominibus conciliare. Ejuscemodi unicum verum et salutare sacrificium se pro nobis obtulit Christus. FABRIC.

[b] *Priusquam veniant.* Infra hæresi 144. FABRIC.

[c] *Sub Abraham.* Jam Abrahami tempore, Genes. XIV, 18, sacrificium, ἐπινίκιον, Melchisedechus præsente Abrahamo obtulit. FABRIC.

[d] *Juda nascerentur.* Sic emendavi, cum in prioribus editionibus reperissem *Judas nasceretur*, quæ lectio ferri non potest; quis enim diceret ab Abrahamo ad natum usque Judam effluxisse annos 340 quos a primo Abrahami in Cananitidem adventu usque ad exitum Israelitarum ex Ægypto numerat Apostolus, Galat. III, 17. FABRIC.— *Juda nascerentur.* Et hic quoque minime videtur necessaria doctissimi Fabricii emendatio, cum priores editiones recte habeant *Judas nasceretur*, quibus suffragatur Corbeien. cod. Sensus enim Philastrii est, non quod ab Abrahamo ad Judam effluxerint 340 anni, sed quod *Melchisedech sacrificium obtulerit antequam Judæi nominarentur, aut Judas nasceretur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos;* ubi numerum perfectum ponit pro incompleto, utiturque μετάθεση quadam, seu transpositione verborum, quam Fabricius agnovit in illo quoque *prævidens mysterium Christianitatis*, quod recte notat referri ad Melchisedech. Fortasse verba illa *quadringentos annos* irrepserunt in locum non suum; legendumque proinde *antequam Judæi nominarentur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos.* GALEARD.

[e] *Prævidens mysterium Christianitatis?* Hæc verba cum prioribus connectenda, adeoque per interrogationem efferenda esse existimo. Priores editiones illa divellentes, post vocabulum Geneseos faciunt στιγμήν, frigido sensu. FABRIC.

[f] *Sacramentum.* Sacrificium Christi, de quo jam dixit. FABRIC.

[g] *Per quem cuncta facta sunt.* Joannes versu et capite primo Evangelii. FABRIC.

[h] *Nam quod et castitas.* Ostendit cœlibem vitam quam multi Christianorum ducebant, non esse rem novam, sed jam ejusmodi institutum secutos aliquos e Prophetis sub Lege. De Daniele vide Huetii demonstr. Evang. p. 466, et de tribus pueris, ejusdem viri doctissimi notas ad Origenem p. 66. Cosmas Indopleustes VIII, p. 307 : Οὔτε γὰρ γάμος ἐνὸς ἐξ αὐτῶν φέρεται παρὰ θείᾳ γραφῇ, οὐδὲ τέκνον, οὔτε τι τῶν τοιούτων ἠκούσθη περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἡ παράδοσις καὶ ἡ συνήθεια κατὰ τὴν προφητείαν ἀγενείους καὶ λείους ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀναγράφουσιν. S. Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis : *Virgo Elias, Elisæus virgo, virgines multi filii prophetarum. Jeremiæ dicitur* XVI, 2 : *Et tu ne accipias uxorem.* FABRIC.

[i] *Quod supra Legem erat.* Nusquam enim Lex cœlibatum præcipit. In superioribus editionibus male conjunguntur verba : *quod supra Legem erat ante nuntiatum*, nullo sensu. FABRIC.

[j] *Et quod per Legem conjunctum erat.* Male hic editiones *conjunctum*, sed Corbeien. cod. recte *conjugium;* nam cum antea dixisset Philastrius, cœlibatum antenuntiatum ab Elia, Elisæo, aliisque prophetis, esse supra Legem, apposite subdit, *conjugium quod per Legem erat, in Christi præsentia* (scilicet in Evangelio) fuisse ab ipso Christo *divina sententia firmatum*, nempe illo Matth. XIX, 6 : Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Sic seq. pag. 224 in editione Hamburgensi corrupte legitur vitio operarum *Judæos et Paganos respicens*, quod in Basileen. et Lugdun. emendate habet *Judæos et Paganos respuens;* eamdemque lectionem exhibet etiam Corbeien. cod. ut et cap. 156 *qui domare potest testimonia* omnino male in editione Hamburgensi, et Lugdunensi; sed in Basileensi, et in ms. Cobeiensi recte *qui domare potest omnia.* GALEARD.

[k] *Voluntati et studio concessa.* Etiam sub Lege et ante Legem; non gratiæ Christianitatis demum reservata. FABRIC.

[l] *Sanctos ante Legem.* Abrahamum verbi gratia, qui per eamdem fidem justitiam consecutus fuit, qua nos eam consequimur. FABRIC.

[m] *Inter mandatum et gratium.* Id est, inter statum antelegalem et gratiam Evangelii. *Mandatum* hoc sensu habes infra hæresi 148. Et disertissime hæresi 150 et 153, ubi distinguit hæc tria, *mandatum, legem* in medio tempore, et *Christi gratiam.* S. Maxi-

erant et gratiam positi, qui inimica voluntate ac perniciosa pessumdati reperiuntur in vitiis carnalibus, doctrinæ cœlesti inimici et adversarii, æterno pœnarum judicio reservati.

CXI. DE CORPORE ET ANIMA HOMINIS HÆRESIS NOCENTISSIMA.

Est hæresis, quæ dicit nasci [a] Paganos naturaliter, [b] non Christianos, id est, [c] rerum natura corpus et animam hominis non a Deo per Christum creari quotidie, sed per vanitatem paganam ita progredi [1] arbitratur : cum ab Adam usque ad Abraham, et postea usque ad Judam, qui post Abraham [d] quartus est in generatione, [2] [e] non Pagani fuerint, neque Judæi appellati; sed Gentes a provinciarum nomine et diversitate nuncupati. Pagani autem post Judæos, [f] sive a pago, id est loco, sive a provincia una [g] dicti sunt, sive [h] a Pagano rege, quod verum esse, [i] ut ait Hesiodus Græcus poeta, manifestum est. Si ergo a pago, loci est indicium, [j] sicuti et nunc dicitur de pago illo : si autem de idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur Pagani, id est Gentiles; quia, non a Deo idola, sed ab hominum pravissima inventa sunt voluntate, sicut et Scriptura nostra (*Sap.* XIV, 15, *seq.*). Et Paganorum quam plurimi nuntiarunt, homines hæc invenisse [3] ad seductionem damnationemque animarum, quod illa aspiciens populus delectabatur epulis, in quorum vanitate suis animis interitum afferebant (*Exod.* XXXII, 6). Certa autem est probatio et major, quod a Pagano rege ut ait Hesiodus Græcus poeta, Pagani sint appellati, [k] quod postea [l] ex rege Pagano Deucalionis filio et Pyrrhæ, quasi [4] plausibile atque amabile nomen ejus habentes, imo potius colentes memoriam ejus usque in hodiernum diem, hoc est mendacium nominis usque nunc detinent percolentes. Helles itaque, id est Græcus homo, a lingua et a nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali, et Romani a Romulo, et Latini a Latino nomen acceperunt, non

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] arbitrabantur
[2] in generatione Pagani
[3] ad seductionem animarum
[4] possibile... hoc mendacium

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

mus, tom. I, p. 86, 269, et alibi, vocat τὸν φυσικὸν νόμον, τὸν γραπτὸν sive τοῦ γράμματος et τὸν πνευματικὸν sive legem χάριτος, ut appellatur etiam a Proclo Cpol. homilia 2, ubi septem Leges computat. Legem et Gratiam ita opponit Photius IV, contra Manichæos, p. 113, 129, 131, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 165, 167 171, 178; ubi Christus τῆς χάριτος νομοθέτης. Chrysost. tom. VI edit. novæ p. 324, et tom. IV, p. 593 seq. πολιτείαν ἀγγελικὴν ante-Mosaicam, Legem Mosis et Christi πολιτείαν. Idem tom. II, p. 276, ait Jobum fuisse πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου. Vocem τῆς χάριτος eod. sensu pag. 228 d, 229 a. FABRIC.

[a] *Nasci Paganos naturaliter.* Propagatione naturali animorum, non quotidiana creatione. Assentitur nempe Philastrius sententiæ parum credibili, sed Hilario, Hieronymo, multisque aliis Ecclesiæ doctoribus probatæ (vide Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmat. Eccles. p. 131); statuitque animas a Deo quotidie per Christum creari, quod Augustino etiam placuit initio; sed deinde dubius ille hæsit, cum a Pelagio objiceretur animam, si ex traduce non sit, pœnam originalis peccati non mereri, cujus objectionis solutionem neque orando, neque legendo, neque cogitando et ratiocinando invenire se potuisse ait epistola 28 (novæ edit. 166), ad Hieron. Confer Henrici de Noris Vindicias Augustinianas pag. 101, 110, et Jacobi Thomasii τοῦ μακαρίτου diss. de Origine animæ sect. 3, § 34 seq. FABRIC.

[b] *Non Christianos.* Tertulliani, qui et ipse animam propagari ex traduce affirmat, libro de anima cap. 9, 19, 22, 27, 36, celebre dictum est c. 18 Apologetici : *Fiunt, non nascuntur Christiani*, quod erudita diss. historico-Theologica pridem illustravit D. Mathias Zimmermannus Lips. 1662, in-4°.

[c] *Rerum natura.* Id est generatione. Sic infra c. 112 : *Ergo natura rerum Deo ascribenda est, non hominum vanitati.* FABRIC.

[d] *Quartus in generatione.* Judas a quo Judæi nomen habent, Jacobi filius, nepos Isaaci, Abrahami pronepos. FABRIC.

[e] *Non Pagani.* Negat Philastrius tunc fuisse Græcos idololatras; neque auditum Græcorum Paganorumque nomen. FABRIC.

[f] *Sive a pago.* Vide Vossii notas ad Plinii epist. de Christianis p. 46 seq. et Weitzium ad Prudentium, p. 614, nec non Cangium in Glossario Latino FABRIC.

[g] *A provincia una.* Græcia. FABRIC.

[h] *A Pagano rege.* Hellene, vel Græco, de quo infra hoc capite. FABRIC.

[i] *Ut ait Hesiodus.* Infra : *quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus græcus poeta, Pagani sunt appellati.* Atque iterum : *et, ut ait Hesiodus, a Græco rege* (Hellene) *fuisse Græcos appellatos.* Versus quibus hoc scripsit Hesiodus, hodie non exstant quod sciam; licet Strabo VIII, p. 370, cum notasset ab Homero solos Thessaliæ incolas vocatos Ἕλληνας, subjungit Hesiodum et Archilochum Ἕλληνας dixisse etiam qui essent πανέλληνες.

[j] *Sicuti et nunc dicitur.* Ut nunc etiam moris est ab hoc vel illo pago aliquem denominare, sive pagus villam, sive præfecturam denotet, ut apud Cæsarem cui universa Helvetiorum gens in quatuor pagos dividitur.

[k] *Quod postea.* Sic Hamburg. editio vitio librariorum : in ms. Corb. autem, ut et in Basileensi et Lugdun. editione emendate *qui postea;* deinde mox illud *hoc est mendacium nominis*, quod exhibent editiones, rectius in Corb., *hoc mendacium nominis.* Eodem modo cap. 112, ubi in Hamburg. vitiose legitur *sub Heber sancto quæ non consenserat ædificationi turris*, reponendum, *sub Heber sancto qui non consenserat*, ut est in Corb. ms. et in editionibus Basileensi, et Lugdunensi. Mirum videri possit, magno Bocharto non venisse in mentem hujus loci, in quo Philastrius diserte affirmat Heberum non consensisse ædificationi turris, ubi idem et ipse docet I Phaleg. 10. Confer August. XVI de Civ. 11, ibique Ludovicum Vives, ac præterea, si placet, Stephanum Morinum Exercit. de Linguis par. I, cap. 8, p. 44 seqq., quamvis contra sentiat Huetius Demonstr. Evang. propos. 4, p. 68. Hoc idem Philastrius dixerat supra cap. 105. GALEARD.

[l] *Ex rege Pagano.* Hellen Deucalionis et Pyrrhæ filius, ut Thucydides, Apollodorus, Strabo, Eusebius consentiunt. Ab Hellene hoc Ἕλληνες. Confer Erasmi Vindigii librum qui inscribitur Hellen, tomo undecimo Thesauri antiquit. Græcarum Gronoviani p. 321, et Salmasium de Hellenistica p. 348 seq. FABRIC.

ficiis gaudentes Deo placebant, et justi in omnibus ab eo nuntiabantur. Dixit enim David : *Sacrificium Deo cor contribulatum* (*Psal.* L, 19), et : *Immola Deo sacrificium laudis* (*Psal.* XLIX, 14).

Et quod necessitate indocilitatis cogente, *sacrificia* temporalia, non perpetua [a] nec vera fuerunt indicta Judæis, nec salutaria, dicit propheta ad Judæos : *Ecce ego facio nova* (*Isai.* XLIII, 19); et : [b] *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis* (*Isai.* XLVIII, 5, 6). Ante ergo Judæis Isaias testabatur propheta : *Quis enim exquisivit hæc de manibus vestris* (*Isai.* I, 12)? Et iterum : *Circumcidimini corda vestra, et non corpora vestra* (*Jerem.* IV, 4). [1] Quale autem est, quod sacrificium Melchisedech [c] sub Abraham in primis obtulerit, ante quadringentos annos quam Judæi nominarentur, aut [d] Juda nascerentur, et antequam [2] acciperent librum Geneseos, [e] prævidens mysterium Christianitatis? ut omnia quæ in Christianitate sunt, sive fides, sive vita, sive [f] sacramentum, non temporalia, sed ab origine mundi statuta et nuntiata, et potius celebrata cognoscas. In Christo autem et per Christum, [g] per quem cuncta facta sunt, oportuerat nos ab eo videre [3] et cognoscere, et quod erat majus in Lege mysterium de eo ante [4] nuntiatum, ab ipso plenius excipere complectum, consummatumque.

[h] Nam quod et castitas similis fuerit in prophetis quam plurimis non est dubium, ut in Elia, Elisæo, Daniele, Jeremia, Esdra, tribus pueris, et aliis multis beatissimis; ut in Christi præsentia, et [i] quod supra Legem erat, ante nuntiatum ab eis cognosceretur, [j] et quod per legem [5] conjunctum erat, ipsius firmaretur divina sententia, [k] voluntatique hominum et studio concessa hæc gratia nosceretur. Ideo et ipse Dominus priores illos [l] sanctos ante Legem nobis, et nos illis prioribus secundum fidem justitiæ copulabat : [6] Judæos autem, et Paganos respiciens, qui medio tempore [m] inter mandatum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Quale autem sacrificium
[2] acciperent in libro... pervides
[3] et cognoscere quod erat
[4] nuntiatum atque consummatum. Nam quod
[5] conjug'um erat
[6] Judæos autem et re inter mandatum

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

sacrificiorum Leviticæ nondum erant tunc temporis institutæ, quod adversus Judæos satis est. FABRIC.

[a] *Nec vera.* Quæ vere possent divinam expiare iram et salutem hominibus conciliare. Ejusmodi unicum verum et salutare sacrificium se pro nobis obtulit Christus. FABRIC.

[b] *Priusquam veniant.* Infra hæresi 144. FABRIC.

[c] *Sub Abraham.* Jam Abrahami tempore, Genes. XIV, 18, sacrificium, ἐπινίκιον, Melchisedechus præsente Abrahamo obtulit. FABRIC.

[d] *Juda nascerentur.* Sic emendavi, cum in prioribus editionibus reperissem *Judas nasceretur*, quæ lectio ferri non potest; quis enim diceret ab Abrahamo ad natum usque Judam effluxisse annos 340 quos a primo Abrahami in Cananitidem adventu usque ad exitum Israelitarum ex Ægypto numerat Apostolus, Galat. III, 17. FABRIC.— *Juda nascerentur.* Et hic quoque minime videtur necessaria doctissimi Fabricii emendatio, cum priores editiones recte habeant *Judas nasceretur*, quibus suffragatur Corbeien. cod. Sensus enim Philastrii est, non quod ab Abrahamo ad Judam effluxerint 340 anni, sed quod *Melchisedech sacrificium obtulerit antequam Judæi nominarentur, aut Judas nasceretur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos;* ubi numerum perfectum ponit pro incompleto, utiturque μετάθεσῃ quadam, seu transpositione verborum, quam Fabricius agnovit in illo quoque *prævidens mysterium Christianitatis*, quod recte notat referri ad Melchisedech. Fortasse verba illa *quadringentos annos* irrepserunt in locum non suum; legendumque proinde *antequam Judæi nominarentur, et ante quadringentos annos quam acciperent librum Geneseos.* GALEARD.

[e] *Prævidens mysterium Christianitatis?* Hæc verba cum prioribus connectenda, adeoque per interrogationem efferenda esse existimo. Priores editiones illa divellentes, post vocabulum Geneseos faciunt στιγμήν, frigido sensu. FABRIC.

[f] *Sacramentum.* Sacrificium Christi, de quo jam dixit. FABRIC.

[g] *Per quem cuncta facta sunt.* Joannes versu et capite primo Evangelii. FABRIC.

[h] *Nam quod et castitas.* Ostendit cœlibem vitam *quam multi* Christianorum ducebant, non esse rem novam, sed jam ejusmodi institutum secutos aliquos e Prophetis sub Lege. De Daniele vide Huetii demonstr. Evang. p. 466, et de tribus pueris, ejusdem viri doctissimi notas ad Origenem p. 66. Cosmas Indopleustes VIII, p. 307 : Οὔτε γὰρ γάμος ἐνὸς ἐξ αὐτῶν φέρεται παρὰ θείᾳ γραφῇ, οὐδὲ τέκνον, οὔτε τι τῶν τοιούτων ἠκούσθη περὶ αὐτῶν, ἀλλ' ἡ παράδοσις καὶ ἡ συνήθεια κατὰ τὴν προφητείαν ἀγενείους καὶ λείους ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀναγράφουσιν. S. Hieronymus ad Eustochium de custodia virginitatis : *Virgo Elias, Elisæus virgo, virgines multi filii prophetarum. Jeremiæ dicitur* XVI, 2 : *Et tu ne accipias uxorem.* FABRIC.

[i] *Quod supra Legem erat.* Nusquam enim Lex cœlibatum præcipit. In superioribus editionibus male conjunguntur verba : *quod supra Legem erat ante nuntiatum*, nullo sensu. FABRIC.

[j] *Et quod per Legem conjunctum erat.* Male hic editiones *conjunctum*, sed Corbeien. cod. recte *conjugium;* nam cum antea dixisset Philastrius, cœlibatum antenuntiatum ab Elia, Elisæo, aliisque prophetis, esse supra Legem, apposite subdit, *conjugium quod per Legem erat, in Christi præsentia* (scilicet in Evangelio) fuisse ab ipso Christo *divina sententia firmatum*, nempe illo Matth. XIX, 6 : Ὃ οὖν ὁ θεὸς συνέζευξεν, ἄνθρωπος μὴ χωριζέτω. Sic seq. pag. 224 in editione Hamburgensi corrupte legitur vitio operarum *Judæos et Paganos respicens.* quod in Basileen. et Lugdun. emendate habet *Judæos et Paganos respuens;* eamdemque lectionem exhibet etiam Corbeien. cod. ut et cap. 156 *qui domare potest testimonia* omnino male in editione Hamburgensi, et Lugdunensi; sed in Basileensi, et in ms. Cobeiensi recte *qui domare potest omnia.* GALEARD.

[k] *Voluntati et studio concessa.* Etiam sub Lege et ante Legem; non gratiæ Christianitatis demum reservata. FABRIC.

[l] *Sanctos ante Legem.* Abrahamum verbi gratia, qui per eamdem fidem justitiam consecutus fuit, qua nos eam consequimur. FABRIC.

[m] *Inter mandatum et gratium.* Id est, inter statum antelegalem et gratiam Evangelii. *Mandatum* hoc sensu habes infra hæresi 148. Et disertissime hæresi 150 et 153, ubi distinguit hæc tria, *mandatum, legem* in medio tempore, et *Christi gratiam.* S. Maxi-

erant et gratiam positi, qui inimica voluntate ac perniciosa pessumdati reperiuntur in vitiis carnalibus, doctrinæ cœlesti inimici et adversarii, æterno pœnarum judicio reservati.

CXI. DE CORPORE ET ANIMA HOMINIS HÆRESIS NOCENTISSIMA.

Est hæresis, quæ dicit nasci [a] Paganos naturaliter, [b] non Christianos, id est, [c] rerum natura corpus et animam hominis non a Deo per Christum creari quotidie, sed per vanitatem paganam ita progredi [d] arbitratur : cum ab Adam usque ad Abraham, et postea usque ad Judam, qui post Abraham [d] quartus est in generatione, [a] [c] non Pagani fuerint, neque Judæi appellati; sed Gentes a provinciarum nomine et diversitate nuncupati. Pagani autem post Judæos, [f] sive a pago, id est loco, sive a provincia una [g] dicti sunt, sive [h] a Pagano rege, quod verum esse, [i] ut ait Hesiodus Græcus poeta, manifestum est. Si ergo a pago, loci est indicium, [j] sicuti et nunc dicitur de pago illo : si autem de idolis, quod ea colentes sculptilia ita nominabantur Pagani, id est Gentiles; quia, non a Deo idola, sed ab hominum pravissima inventa sunt voluntate, sicut et Scriptura nostra (*Sap.* XIV, 15, *seq.*). Et Paganorum quam plurimi nuntiarunt, homines hæc invenisse [a] ad seductionem damnationemque animarum, quod illa aspiciens populus delectabatur epulis, in quorum vanitate suis animis interitum afferebant (*Exod.* XXXII, 6). Certa autem est probatio et major, quod a Pagano rege ut ait Hesiodus Græcus poeta, Pagani sint appellati, [k] quod postea [l] ex rege Pagano Deucalionis filio et Pyrrhæ, quasi [b] plausibile atque amabile nomen ejus habentes, imo potius colentes memoriam ejus usque in hodiernum diem, hoc est mendacium nominis usque nunc detinent percolentes. Helles itaque, id est Græcus homo, a lingua et a nomine regis dicitur, qui fuit Deucalionis filius, qui ita appellatus est, sicut ab Italo Itali, et Romani a Romulo, et Latini a Latino nomen acceperunt, non

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] arbitrabantur
[2] in generatione Pagani
[a] ad seductionem animarum
[b] possibile... hoc mendacium

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

mus, tom. I, p. 86, 269, et alibi, vocat τὸν φυσικὸν νόμον, τὸν γραπτὸν sive τοῦ γράμματος et τὸν πνευματικὸν sive legem χάριτος, ut appellatur etiam a Proclo Cpol. homilia 2, ubi septem Leges computat. Legem et Gratiam ita opponit Photius IV, contra Manichæos, p. 113, 129, 131, 150, 151, 152, 153, 154, 155, 156, 165, 167 171, 178; ubi Christus τῆς χάριτος νομοθέτης. Chrysost. tom. VI edit. novæ p. 324. et tom. IV, p. 593 seq. πολιτείαν ἀγγελικὴν ante-Mosaicam, Legem Mosis et Christi πολιτείαν. Idem tom. II, p. 276, ait Jobum fuisse πρὸ τῆς χάριτος καὶ πρὸ τοῦ νόμου. Vocem τῆς χάριτος eod. sensu pag. 228 d, 229 a. FABRIC.

[a] *Nasci Paganos naturaliter.* Propagatione naturali animorum, non quotidiana creatione. Assentitur nempe Philastrius sententiæ parum credibili, sed Hilario, Hieronymo, multisque aliis Ecclesiæ doctoribus probatæ (vide Elmenhorstium ad Gennadium de Dogmat. Eccles. p. 131); statuitque animas a Deo quotidie per Christum creari, quod Augustino etiam placuit initio; sed deinde dubius ille hæsit, cum a Pelagio objiceretur animam, si ex traduce non sit, pœnam originalis peccati non mereri, cujus objectionis solutionem neque orando, neque legendo, neque cogitando et ratiocinando invenire se potuisse ait epistola 28 (novæ edit. 166), ad Hieron. Confer Henrici de Noris Vindicias Augustinianas pag. 101, 110, et Jacobi Thomasii τοῦ μακαρίτου diss. de Origine animæ sect. 3, § 34 seq. FABRIC.

[b] *Non Christianos.* Tertulliani, qui et ipse animam propagari ex traduce affirmat, libro de anima cap. 9, 19, 22, 27, 36, celebre dictum est c. 18 Apologetici : *Fiunt, non nascuntur Christiani*, quod erudita diss. historico-Theologica pridem illustravit D. Mathias Zimmermannus Lips. 1662, in-4°.

[c] *Rerum natura.* Id est generatione. Sic infra c. 112 : *Ergo natura rerum Deo ascribenda est, non hominum vanitati.* FABRIC.

[d] *Quartus in generatione.* Judas a quo Judæi nomen habent, Jacobi filius, nepos Isaaci, Abrahami pronepos. FABRIC.

[e] *Non Pagani.* Negat Philastrius tunc fuisse Græcos idololatras; neque auditum Græcorum Paganorumque nomen. FABRIC.

[f] *Sive a pago.* Vide Vossii notas ad Plinii epist. de Christianis p. 46 seq. et Weitzium ad Prudentium, p. 614, nec non Cangium in Glossario Latino FABRIC.

[g] *A provincia una.* Græcia. FABRIC.

[h] *A Pagano rege.* Hellene, vel Græco, de quo infra hoc capite. FABRIC.

[i] *Ut ait Hesiodus.* Infra : *quod a Pagano rege, ut ait Hesiodus græcus poeta, Pagani sunt appellati.* Atque iterum : *et, ut ait Hesiodus, a Græco rege* (Hellene) *fuisse Græcos appellatos.* Versus quibus hoc scripsit Hesiodus, hodie non exstant quod sciam; licet Strabo VIII, p. 370, cum notasset ab Homero solos Thessaliæ incolas vocatos Ἕλληνας, subjungit Hesiodum et Archilochum Ἕλληνας dixisse etiam qui essent πανέλληνες.

[j] *Sicuti et nunc dicitur.* Ut nunc etiam moris est ab hoc vel illo pago aliquem denominare, sive pagus villam, sive præfecturam denotet, ut apud Cæsarem cui universa Helvetiorum gens in quatuor pagos dividitur.

[k] *Quod postea.* Sic Hamburg. editio vitio librariorum : in ms. Corb. autem, ut et in Basileensi et Lugdun. editione emendate *qui postea;* deinde mox illud *hoc est mendacium nominis*, quod exhibent editiones, rectius in Corb., *hoc mendacium nominis.* Eodem modo cap. 112, ubi in Hamburg. vitiose legitur *sub Heber sancto quæ non consenserat ædificationi turris*, reponendum, *sub Heber sancto qui non consenserat*, ut est in Corb. ms. et in editionibus Basileensi, et Lugdunensi. Mirum videri possit, magno Bocharto non venisse in mentem hujus loci, in quo Philastrius diserte affirmat Heberum non consensisse ædificationi turris, ubi idem et ipse docet I Phaleg. 10. Confer August. XVI de Civ. 11, ibique Ludovicum Vives, ac præterea, si placet, Stephanum Morinum Exercit. de Linguis par. I, cap. 8, p. 44 seqq., quamvis contra sentiat Huetius Demonstr. Evang. propos. 4, p. 68. Hoc idem Philastrius dixerat supra cap. 105. GALEARD.

[l] *Ex rege Pagano.* Hellen Deucalionis et Pyrrhæ filius, ut Thucydides, Apollodorus, Strabo, Eusebius consentiunt. Ab Hellene hoc Ἕλληνες. Confer Erasmi Vindigii librum qui inscribitur Hellen, tomo undecimo Thesauri antiquit. Græcarum Gronoviani p. 321, et Salmasium de Hellenistica p. 348 seq. FABRIC.

ab idolorum impietate. Idola etenim, id est [a] *formas* sculptilium hominum, postea pessima voluntas invenit. Linguam autem græcam provinciæ unius proprietas declaravit, quam rex Paganus ex suo nomine confirmavit, ut Romanos Romulus nuncupavit, et ut ait Hesiodus, [b] a Græco rege fuisse Græcos appellatos, qui Græcus nomine filius fuit Deucalionis.

CXII. DE ANNORUM MUNDI INCERTITUDINE HÆRESIS.

Alia est hæresis, quæ dicit incertum numerum esse annorum a mundi origine, et ignorare homines curricula temporum: cum [c] ab Adam usque ad diluvium decem sint generationes et annorum MMCCXLII anni. Et a diluvio usque ad confusionem linguarum sub Eber sancto, qui non consenserat ædificationi turris, quinta sit generatio, pene DC anni; quando et nomina provinciarum divisa sunt, [d] veluti LXXII linguarum. Exinde usque ad Abraham patriarcham quinta est generatio, anni DXL. Et ab Abraham usque ad Mosen septem generationes, anni CCCCXXX, ut ait [e] beatus Apostolus. Et a Mose usque [f] Samuel judicem DCXXIX anni. Et a Samuel et David usque ad captivitatem Judæorum in Persida, anni pene D. Et a captivitate usque ad Domini nostri præsentiam, anni pene D. Et [f] inde a Domino usque nunc, [g] anni CCCLXXX plus. Ergo [g] si hæc fides erat in illis prioribus sanctis nostris patribus quæ in nobis est, ab illis autem ante est tradita et prædicata, id est Patris, et Filii, et sancti Spiritus: hæc quippe divina scientia, [h] quomodo temporalis est, ut quidam æstimant, et non ab origine mundi hæc ante scientia Christiana cunctis hominibus nuntiata, quæ in mandato et Lege manifestata et prædicata ostenditur? Si autem in medio temporis sub Mose, [h] per umbram minus dictum sit aliquid, non utique damnis erat invidia Domini, quantum non capientis populi cœleste mysterium, incapax et debilis hominum, et non valentium incusabitur infirmitas. Denique ipse Christus Dominus, quod ante nuntiaverat per sanctos prophetas, hoc et postea firmando præceperat dicens: *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti* (*Matth.* XXVIII, 9); ut non solum [i] fidem pristinam ab origine mundi hanc esse declararet, verum etiam vitam in qua nos degimus hodie, in circumcisione cordis, non carnis jactantia comprobaret (*Galat.* VI, 13). Errant ergo nimium qui [i] generationem hominis, aut Paganæ impietati, aut Judaicæ audent ascribere vanitati; cum Judæum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[a] veluti 75 linguarum et exinde
[b] Samuel 629
[c] anni 430 plus minus. Ergo
[d] sub umbra
[e] fidem priscam

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Formas.* Εἴδη, unde εἰδώλου nomen. *Sculptilium hominum.* Sculptiles hominum imagines. FABRIC. — *Formas sculptilium hominum.* Putaverim legendum *formas sculptilium*, deinde interposito commate, *hominum postea pessima voluntas invenit;* sic enim clarior sensus, et syntaxis expeditior, quamvis Fabricio aliter videatur. Sic etiam supra hoc eodem cap. 111, *sculptilia* absolute pro idolis habet Philastrius; et mox ibi *idola ab hominum pravissima inventa sunt voluntate.* GALEARD.

[b] *A Græco rege Græcos.* Hoc est ab Hellene, ut supra dixerat: *Helles itaque, id est Græcus homo, a lingua et nomine regis dicitur.* Alioqui Γραικοὶ etiam dicti a Græco Thessali F., quod antiquius nomen quam illud Ἑλλήνων. Vide quæ Viri docti ad Stephanum Byz. in Γραικοί. FABRIC.

[c] *Ab Adam usque ad diluvium.* Si numeros singulos a Philastrio notatos colligas, prodibunt a rerum origine ad natum Christum anni 5541. Satis autem constat ex aliis etiam ipsius locis, cum sequi LXX Interpretum calculum, non codices Hebraicos, nam ita 3700 annos ad Moysen usque computat cap. 110 et cap. 156, et ab Adamo ad Eberum usque annos 2700 cap. 104. Aliorum veterum computum ad hunc Philastrii quam proxime accedentium notavi in Bibliographia antiquaria cap. 7, p. 191. FABRIC.

[d] LXXII *linguarum.* Vide Coteler. ad Clementin. XVIII, 4, Potterum ad Clementem Alex. p. 401, Bochartum lib. I Phaleg. c. 15. FABRIC.

[e] *Beatus Apostolus.* Galat. III, 17, ad quem locum confer, si placet, Usserii Chronologiam sacram cap. 8 seq., Scaligerum ad Eusebium p. 17. FABRIC.

[f] *Inde a Domino usque nunc, anni* CCCLXXX *plus.* In prioribus editionibus fuit, CCCCXXX *plus.* Sed Philastrius ante A. C. 391 scripsisse se significavit c. 83, atque interfuit concilio Aquileiensi A. C. 387, Syagrio et Eucherio coss. (Librariorum σφάλμα, quod minime Fabricio imputandum; quomodo enim Vir summus ignoraverit concilium Aquileiense anno 381 consignandum, ut ex ejus Actis constat apud Baronium eodem anno, cum aliunde etiam consularis epocha rectam anni 381 notam prodat? Oblitus certe esset non poterat Fabricius, se *Gesta concilii Aquileiensis contra Palladium et Secundianum hæreticos* (Arianos) A. C. 381, ex Labbeo, et Chiffletio, inter testimonia ad Philastrium initio libri retulisse. Eumdem errorem errat Latinius Latinius, ubi et ipse de Philastrio ait: *Interfuit concilio Aquileiensi habito Syagrio, et Eucherio viris consul. id est Anno Dom.* 387. Male. GALEARD.) Hinc numerum manifeste corruptum ita restituendum esse judicavit Latinus Latinius, cui alii viri eruditi assentiuntur. Conferendus etiam locus cap. 106, ubi *quadringentos jam plus* minus *annos ex quo venit Dominus*, effluxisse Philastrius scripsit. FABRIC. — *A Domino usque nunc anni* CCCLXXX *plus.* In ms. Corbeiensi apposite *plus minus*, quamvis ibi quoque occurrat mendum priorum editionum, in quibus erat, CCCCXXX *plus*, quod annotavit, et ex Latinio emendavit Fabricius; in Lugdunensi porro corruptissime, MCCCCXXX *plus.* Supra etiam cap. 106, ubi in editionibus habebatur *quadringentos jam plus annos*, Fabricius recte supplevit *quadringentos jam plus minus annos.* Sed et *plus*, minime addito *minus*, usurpavit Philastrius cap. 130, *et in centesimo plus*, hoc est in psalmo CXLIV, annotante ibidem Fabricio edit. GALEARD.

[g] *Si hæc Fides erat.* Ostendit hoc supra cap. 110. FABRIC.

[h] *Quomodo temporalis est. Temporale*, pro recentis brevisque ævi, ut eodem cap. 110, 121 et 122. FABRIC.

[i] *Generationem hominis, aut Paganæ impietati.* Hoc est, qui existimant Græcorum, vel Judæorum religionem esse tam antiquam, quam est genus humanum, ita ut homines nascantur Pagani, vel Judæi naturaliter, quod negaverat noster capite superiore 111. FABRIC.

nisi [a] dies octava susceperit, Judæum non licet appellari, nec Paganum æque [b] nisi deos vanos [1] hominem fecisse putaverit. Ergo [c] natura rerum Deo ascribenda est, non alicui horum vanitati : doctrina autem [d] quæ fecundat post naturam, si vera fuerit, fidei Dei copulanda est, ac saluberrimæ servituti jungenda ; non recedens ab ea quippe, sed suum potius per fidem agnoscens Dominum, recordansque Creatorem naturaliter. Itaque non naturæ animi infirmitas hominum, sed prava voluntas est potius accusanda ; dicente Domino : [e] *Et nunc si volueritis et audieritis me, bona terræ manducabitis : si autem nolueritis, nec audieritis me, gladius vos comedet. Os enim Domini* [2] *locutum est* (*Isai.* I, 19, 20). Et hoc : [f] *Venite ad me, omnes qui onerati estis, et ego vos sublevabo* (*Matth.* XI, 28).

CXIII. HÆRESIS DE SEPTEM PLANETIS.

[3] [g] Habenda est et hæresis, quæ dicit nomina dierum, Solis, Lunæ, Martis, Mercurii, Jovis, Veneris, Saturni, a Deo hæc ita posita ab origine Mundi, non hominum vana præsumptione nuncupata; cum a prima origine usque [h] ad Græcos reges, et Hermen falacissimum illum, qui hæc nomina vanissima, et frivola mentiendo ausus est nuncupare, si quæreris volueris, invenies multum fluxisse temporis, et sic Pagànos, id est Græcos, hæc nomina posuisse; [i] cum etiam secundum septem Stellas dixerint hominum generationem consistere, ut ille ipse delirans hoc definit. Dierum enim numerus primus, secundus, tertius, quartus, quintus, sextus, septimus, a Deo est appellatus (*Gen.* I), non in hac vanitate nuncupationis turpissimæ initio enuntiatus, aut traditus.

CXIV.

[4] Est hæresis quæ cum legit in Genesi verbum dicente Domino de Adam : *Ecce Adam factus est quasi unus ex nobis sciens bonum et malum. Et nunc ne quando extendat manum suam et tangat et gustet de ligno vitæ et vivat in æternum* (*Gen.* III, 22). Expulit, inquit, eum Dominus de paradiso invidiæ causa : et primum hoc sentiunt, quod alter Deus fecerit animam, alter carnem, ut Manichæi, Gnostici, Nicolaitæ, et alii perditi arbitrantur dicentes ; quod alter quidem bonus Deus est, alter autem malus, inquiunt : in hoc sæculo, et malum Deum hunc æstimant dixisse ut pellerentur de paradiso ; non attendentes quod unus Deus atque idem Pater per Filium fecerit Adam patrem nostrum, dederitque ei mandatum, ut custodito eo permaneret immortalis, prævaricatoque mandato pelleretur de paradiso, ut scriptum est, et quia suasione inimici hoc perpessus est ; cum non attendunt ad Christi misericordiam, in præcipitium mortis descendunt perpetuæ. Hic itaque non invidens Deus repulit patrem nostrum de paradiso, ut non ibi moraretur, aut non gustaret de ligno vitæ ; sed magis eidem consulens in parvo peccanti non pepercit, ne parcendo ad majora etiam [j] crimen alia inveniret eum prodeunte ætate ampliore, posteaque criminali judicio reum factum amplius condemnaret. Nam inter hominem et diabolum erat Christus auditor pariter et judex justissimus et bonus in omnibus ; itidem et homini quidem in modico peccanti non pepercit, dans nihilominus et huic condignam sententiam juxta peccatum quod fecerat ; et diabolo æque locum pœnitentiæ relinquens. Non autem intelligente diabolo ut mali tanti suggestionis pœnitudinem gereret, majus ei post servabat judicium. Et homo quidem cum pellitur e paradiso promptior ad pœnitentiam reperitur ; diabolus autem cum durior ad pœnitentiam per-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] homines fecisse
[2] locutum est hoc. Et Dominus : Venite
[3] Alia est hæresis
[4] *Hic quoque suppletur editorum exemplarium defectus ex laudato ms. codice Sangermanensi.*

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Dies octava.* Ante circumcisionem non erit Judæus. FABRIC.

[b] *Nisi Deos vanos hominem.* Ut Deos vanos, sive idola, esse hominis opifices ac demiurgos sibi persuadeat. FABRIC.

[c] *Natura rerum.* Hominis generatio, ut supra cap. 111 : *Rerum natura corpus et animam hominis non a Deo per Christum creari quotidie.* FABRIC.

[d] *Quæ fecundat post naturam.* Ut propagetur non modo natura hominis, sed etiam doctrina quam parentes sunt professi, ut nascatur e Pagano Paganus, Judæus ex Judæo, Christianus ex Christiano. FABRIC.

[e] LXX, Καὶ ἐὰν θέλητε καὶ εἰσακούσητέ μου, τὰ ἀγαθὰ τῆς γῆς φάγεσθε. Ἐὰν δὲ μὴ θέλητε, μηδὲ εἰσακούσητέ μου, μάχαιρα ὑμᾶς κατέδεται. Τὸ γὰρ στόμα Κυρίου ἐλάλησε ταῦτα. FABRIC.

[f] Text. Græc., Δεῦτε πρός με, πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. Illud κοπιῶντές Philastrius brevitatis causa omisit. FABRIC.

[g] *Habenda est et hæresis.* Non facile fuerit quisquam qui nomina illa diebus imposita a Deo crediderit ; sed nominibus illis uti, perinde est indifferens et alienum ab hæresi, ut nominibus siderum de quibus cap. 103. Certe diem Solis non dubitavit dicere Justinus Martyr Apologia 2, p. 99. Idem tamen pro Veneris die maluit dicere τὴν πρὸ τῆς Κρονικῆς, Irenæus V, 23, *prima ante Sabbatum.* FABRIC.

[h] *Ad Græcos reges.* Ut supra, cap. 111, Paganos dixit pro Græcis, sic hoc loco Græcos pro Paganis, sive Ethnicis. Sic infra hoc capite : *et sic Paganos, id est Græcos, hæc nomina posuisse.* Non autem Græcis sed Ægyptiis deberi illam dierum a septem Planetis denominationem, testes locupletissimi Herodotus lib. II, c. 82, et Dio Cassius lib. XXXVI, pag. 37, atque ipse confirmat Philastrius qui Hermen Ægyptium, perinde ut cap. 103, eo nomine reprehendit. FABRIC.

[i] *Cum etiam secundum septem Stellas.* In superioribus editionibus male : *cum hæc nomina etiam secundum septem Stellas.* Hominum generatio ab septem Planetis suspenditur etiam in scriptis quæ sub Hermetis Trismegisti nomine ambulantia etiamnum habemus, ut in Poemandro c. 9, et in Minerva Mundi p. 29, ut omittam quæ ex Panareto Trismegisti Paulus Alexandrinus K, 3, et quæ in Trutina Hermetis Astrologica, libris duobus de revolutionibus nativitatum, et in aphorismis, atque jatromathematicis. FABRIC.

[j] *Crimen.* Forte, *crimina.* FABRIC.

videtur, majorem futuri judicii a Christo Domino [a] servitutem exspectat, sicut dictum est : *Noluit intelligere ut bene ageret* (*Psal.* xxxv, 4). Et iterum : *Malitiam autem non odivit* (*Ibid.*, 5). Quia ergo in parvo peccans recepit Adam persuasus a diabolo ut manducaret, egitque statim pœnitudinem, meruit delicti veniam impetrare, atque in paradisum in Christi præsentiam, filiorum etiam procreatione remeare. Diabolus autem non gerens pœnitudinem et ejus satellites majori judicio reservantur, ut dixit Dominus : *Ite a me in ignem æternum quem paravit Pater meus diabolo et angelis ejus* (*Matth.* xxv, 41).

CXV. [1] DE MUNDIS INFINITIS HÆRESIS.

Alia est hæresis, quæ dicit mundos esse infinitos et innumerabiles, [b] secundum philosophorum quorumdam inanem sententiam : cum [c] Scriptura mundum unum dixerit, et de uno docuerit. Hæc etiam [d] de apocryphis prophetarum, id est secretis, ut ipsi Pagani dixerunt, sumentes ; ut et [e] Democritus ille, qui multos mundos esse asseruit, deque sua sapientia cum hoc prædicat, multorum animas, sensusque dubios diversis erroribus concitavit.

CXVI. HÆRESIS DE ADÆ ET EVÆ CÆCITATE.

[f] Sunt quidam hæretici, qui patrem nostrum Adam et Evam matrem nostram, æstimant cæcos ante fuisse, quam gustarent de arbore ;. [2] posteaque aperuisse suos oculos, ac tunc quod nudi essent pervidisse : cum ante Scriptura dixerit (*Gen.* III, 7), [3] quod [g] vidit etiam oculis suis arborem, et fructum ejus ; et quia bona aspectu, et suavis visu ; et extendens manum, gustaverit. Hæreticorum est itaque dementiæ, et Judæorum potius cæcitatis, [h] hoc ita sentire, cum modum non intelligant nuditatis ; hancque amissionem immortalitatis in prævaricatione mandati nos docuit, non corporis nuditatem. Quod nos Apostolus docuit, dicens : *Et, si induti Christum, non nudi inveniamur* (II *Cor.* v, 3). Et iterum : *Induite Christum Jesum* (*Rom.* XIII, 14). Et quod Dominus in Evangelio increpat, dicens illi qui non indumentum nuptiale habuit, qui erat vocatus ad nuptias (*Matth.* XXII, 11).

CXVII.

[i] Est hæresis, quæ cum audit in Genesi quod Dominus pellicias tunicas post prævaricationem nostros parentes [h] vestiri, æstimant corpora tunc temporis fecisse, eosque sic induisse, cum septimo die Scriptura dixerit, accepisse Dominum terram de limo et plasmasse eorumdem corpora, atque ita mulieris carnem de costa Adæ postea perfecisse. Non ergo hic corpora eorum pellicias tunicas nuntiabat, sed de potentia divina dedisse eis sapientiam declarabat, ut facerent sibi corporum indumenta, ut scriptum est : *Quis dedit mulieribus sapientiam ad texendas tunicas?* Si autem quis voluerit accipere quod Dominus fecerit eis tunicas, et omnipotens fecit ex nihilo quod scriptum est : *Qui vocat ex nihilo ea quæ non sunt tamquam quæ sunt* (*Rom.* IV, 17). Si ergo sua sapientia fecerit tunicas, ut ait Propheta, rationis est ; sive Deus sua virtute hoc illis præstiterit, non irritum. Nam in Templo mulieres et virgines operabantur purpuram et byssum et linum et alia utensilia ad honorem templi atque [j] quod perimentum pariter etiam ornamenta templi diversa et varia.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] *Deest hæc hæresis in cod. Sangermanensi.*
[2] posteaque eos aperuisse
[3] vidit, inquit, Eva oculis
[h] hoc est ita
[i] *Hæc hæresis, quæ deest in editis, ex cit. cod. Sangermanensi addita est.*

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Servitutem.* Forte, *severitatem.* FABRIC.

[b] *Secundum philosophorum quorumdam.* Itaque *philosophorum* legendum apud Augustinum indice c. 77 de hæres. pro *Opheorum*, vel ut nonnulli *Orpheorum* ; licet Orphicum etiam dogma fuit lunam, et alia sidera habitari, de quo dixi lib. I Bibl. Græcæ cap. 20, § 8 seq. Apud auctorem Prædestinati c. 77 hæc dicitur *hæresis Ametritarum*. Et ab Origene innumerabiles mundos introductos scribit Hieronymus I in Rufin. Vid. Christiani Gottlieb Joecheri Programma inaugurale de hæresi *Opheorum*, sive *Orpheorum*. Lips. 1730, in-4°. FABRIC.

[c] *Scriptura mundum unum.* Unius cœli, et unius terræ faciens mentionem Gen. I, 1, ex quo tamen neutiquam probari potest astra nullis habitari incolis. FABRIC.

[d] *De apocryphis prophetarum.* Prophetas et theologos gentium intelligit, ut Epimenides propheta Cretensium vocatur a Paulo Tit. I, 12. Ab illis enim multitudinem Mundorum traditam, sicut etiam a Pythagoreis, et aliis, diserte testatur Proclus IV in Timæum, pag. 279 : Δῆλον ὅτι καλῶς εἴρηται κόσμον ἑκάστην εἶναι τῶν σφαιρῶν, καὶ τῶν Θεολόγων ταῦτα διδασκόντων. FABRIC.

[e] *Democritus ille.* Democritus apud Hippocratem Epistola ad Damagetum : Πολλαί γε ἀπειρίαι κόσμων εἰσί, καὶ μηδαμῶς κατασμικρολόγει πλουσίην τὴν φύσιν ἐοῦσαν. Mundorum infinitates Democriti memorat etiam Ammianus XV, 1, et Augustinus III, 10, contra Academicos, ut omittam alia testimonia notata Andreæ Schotto lib. II, cap. 7, Nodorum Ciceronian., et Menagio ad Laertii IX, 44. Simon Magus apud Scriptorem Ebionæum Clementinorum III, 39 : Αὐτίκα γοῦν ὁ καθ' ὁμοίωσιν αὐτοῦ γεγονὼς Ἀδὰμ καὶ τυφλὸς κτίζεται καὶ γνῶσιν ἀγαθοῦ ἢ κακοῦ οὐκ ἔχων παραδίδοται. Adde III, 42. FABRIC.

[f] *Sunt quidam hæretici.* Imperito vulgo, non hæreticis hanc tribuit opinionem Augustinus, quem vide XIV, 17, de Civitate Dei, et ibi Leonhardi Coquei notas. FABRIC.

[g] *Vidit etiam oculis.* Sic legunt editt. Hamburg., Basil. et Lugdun. ; profecto male : nam quis vidit ? at Corb. cod. recte *vidit Eva oculis*, quod traditur expresse Gen. III, 6. Hoc eodem cap. extremo post illud, *qui erat vocatus ad nuptias*, exciderunt verba Matth. XXII, 12 : *Amice, quomodo huc intrasti ?* quæ tamen habentur in ms. Corb. et Lugdun. edit. GALEARD.

[h] *Vestiri.* Videtur legendum *vestierit.* FABRIC.

[i] *Quod perimentum.* Forte, *cooperimentum.* FABRIC.

CXVIII. HÆRESIS CULPAM FILIORUM IN PARENTES TRANSFUNDENS.

Est hæresis, quæ [a] in Exodo cum audit quod Mosi occurrerit angelus in diversorio ubi applicaverat, eumque vellet interficere, non ejus filium qui nondum fuerat circumcisus; non parvum hinc sibi assumit scandalum. Si enim et ita quis vult sentire, quod minas eis tendebat angelus, quia transactis diebus statutis, id est [1] octo, in quo oportuerat circumcidi masculum, non fecissent, Deique præceptum ita contempsissent : ideoque [2] in parva ætate constitutorum culpa filiorum non est illorum, quantum [b] parentum eorum, ut scriptum est. Unde cum intelligeret, quod culpa esset parentum non infantis, *statim*, inquit, [c] *accepto calculo circumcidit puerum* [d] *mater ejus, cujus visu sanguinis illico* [e] *recessit ab eodem angelus* (*Exod.* IV, 25, 26), mortisque pœnam quam ei minabatur inferre, omni modo removerat. Non enim Moses in illa hora dignoscitur circumcisus, [f] sicut quidam opinantur, sed filius ipsius est circumcisus; quia quod ante sub Patriarchis et Lege jubebatur, tardo opere, non veloci implebatur a populo, aut parentibus quorumdam, ut scriptum est (*Jos.* V, 5, 7).

CXIX. HÆRESIS DE LIBRO DEUTERONOMII.

Sunt quidam, qui turbantur [g] hæretici de Deuteronomio, in quo Moses [h] cum exiret de corpore, huncque librum conscriberet de quatuor libris repetendo, in quo veluti prioris Legis firmamenta decernit, [i] Christique carnalem [3] præsentiam plus contestatur, non parvo ducuntur errore aliter sentientes. [k] Nam quæ in Lege, id est in Exodo, scripta sunt, eadem et in ipso [j] libro continentur; solum autem hoc videtur plus ab eo dictum, quia addidit : *Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus nostris, sicut me, audietis eum* (*Deut.* XVIII, 15, 18); *erit autem si quis eum non audierit, radicitus eradicabitur* (*Ibid.*, 19). Quidam enim putant [5] de Deuteronomio dictum ab eo, quod et in ipso (*Deut.* V, 5) acceperit in monte iterum tabulas conscriptas lapideas, cum in Exodo bis (*Exod.* XXIV, 12); cognoscitur accepisse, atque in montem ascendisse. [k] Rationis est itaque, ut quod [l] Legis et gratiæ erat, manifestaretur de Christo Domino; [m] ut quod in Lege per umbram celebratur, [6] in Christo carnali præsentia diffusa cœlesti gratia ex credentibus nuntiaretur, ipsumque in libro conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] octo, in quo octavo oportuerat
[2] in pari ætate
[3] præsentiam contestatur
[k] Namque in... Exodo quæ ante scripta sunt
[5] putant Deuteronomium
[6] in Christi... cœlestis gratia... ipsoque

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *In Exodo.* IV, 24, ad quem locum præter interpretes conferenda est Joan. Frischmuthi diatriba, et Vesperarum Gorinchemensium auctor p. 5 seq. FABRIC.

[b] *Parentum eorum, ut scriptum est.* Excindendum nimirum esse eum, qui filium suum octavo die non circumcidisset. Genes. XVII, 14. FABRIC.

[c] *Accepto calculo circumcidit puerum.* Sic LXX, ψῆφον, calculum, quos in hac voce sequitur Philastrius, cætera aliter exprimens. Hebraica versio Pagnini, *petram*; Vulg., *acutissimam petram. Cultellum petrinum* circumcisioni adhibitum memorat Augustinus II de Peccat. orig. contra Pelagium 30, non quod necessarium fuerit petrino cultello uti, sed festinanti matri talis culter primum occurrit, cum hæc circa Arabiam Petræam agerentur, ubi major petrarum quam ferri copia est, et usus, ut recte notatum a Lap. in Exod. IV, 25. De lapideis cultris, tam sacris quam profanis usibus adhibitis, plura apud Stephanum Morinum, Exercit. de Linguis part. II. c. 9, p. 288 seqq. Videsis Munsterum quoque ac Drusium in Criticis sacris Jos. V, 2. GALEARD.

[d] *Mater ejus.* Sephora uxor Mosis. FABRIC.

[e] LXX καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτοῦ. FABRIC.

[f] *Sicut quidam opinantur.* Est hæc etiam sententia eruditi viri Hermanni ab Hardt, quem, si placet, vide in libro de circumcisione Judæorum capite 4. FABRIC.

[g] *Hæretici de Deuteronomio.* Obscurum est quid hac hæresi sibi velit Philastrius, nisi forte illud quod erraverint qui existimarunt in Deuteronomio non repeti eadem quæ superioribus quatuor libris scripta fuerunt, sed tradi quæ post illa Moysi accidissent. FABRIC. —*Hæretici de Deuteronomio.* Videtur Fabricio obscurum quid sibi hac hæresi voluerit Philastrius, cum satis aperte innuat, ab hæreticis hisce anonymis rejectum fuisse Deuteronomium, eo quod Moses in eo *Christi carnalem præsentiam plus contestatur*; dicit enim mox quod eadem quæ in Exodo scripta sunt, in ipso Deuteronomii libro continentur, *solum autem hoc videtur plus ab eo dictum quia addidit : Prophetam vobis suscitabit Dominus Deus vester de fratribus nostris*; deinde concludit conveniens fuisse, *ut quod Legis et Gratiæ erat, manifestaretur de Christo Domino, ipsoque in libro* (Deuteronomii scilicet) *conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.* Hoc porro referendum fortasse ad Samaritanos, quos dixerat supra, cap. 7, quatuor tantum Moysi libros recipere; nam et ipsi Christum Dominum uti Dei Filium non exspectabant, quod Philastrius ibidem testatur : *Christum Dominum Dei Filium in Lege et Prophetis nuntiatum ante, non credentes.* GALEARD.

[h] *Cum exiret de corpore.* Non diu ante obitum. FABRIC.

[i] *Christi carnalem præsentiam.* Verbis quæ mox ex Deut. XVIII adducuntur. FABRIC.

[j] *In ipso libro.* Deuteronomio. FABRIC.

[k] *Rationis est itaque.* Sic cap. 98, *nullius rationis itaque.* FABRIC.

[l] *Legis et gratiæ.* Supra cap. 109. FABRIC.

[m] *Ut quod in Lege per umbram celebratur.* Locus hic salebrosus et impeditus vitio librariorum hoc modo videtur restituendus; nam primum pro *celebratur*, quod est in Hamburg. editione, legendum *celebrabatur*, ut habet Corb. cod., itemque Basil. et Lugdun. editio; deinde pro *in Christo* et *ipsumque*, quod præferunt tres editiones, ex ms., *in Christo* et *ipsoque*; ita ut fit : *In Christi carnali præsentia diffusa cœlesti gratia credentibus nuntiaretur, ipsoque in libro conscriptum omnibus velut testimonio traderetur.* GALEARD.

CXX. DE NUPTIARUM LEGITIMARUM CONTEMPTORIBUS.

[a] Quidam sunt hæretici, qui cum audiunt David dixisse in quinquagesimo psalmo, quod *in iniquitate conceptus sum, et in peccato peperit me mater mea;* æstimant ita dixisse prophetam, quod jus nuptiarum legitimum iniquitatem esse dixerit atque peccatum. Cum ante dicatur in Geneseos libro: *Nascimini, et multiplicamini, et implete terram* (*Gen.* I, 28). Et: [b] *Honorandæ nuptiæ* (*Hebr.* XIII, 4). Nam si ita quis senserit, ergo et justi tot tantique in iniquitate [1] concepti sunt, cum et in ventre sanctificati sint, ut Patriarchæ (*Gen.* XXV, 23), Prophetæ (*Jerem.* I, 5), Judices (*Judic.* XIII, 5, 7; XVI, 17), Jeremias (*Ubi sup.*), et Joannes Baptista beatissimus (*Luc.* I, 15), ut scriptum est. Sed ignorant quod alio modo dixerit propheta David, non de naturali generatione, sed de transgressione Adæ patris nostri, et Evæ, qui post transgressionem mandati pulsi de paradiso genuerant filios; atque inde quasi matrem omnium post iniquitatem transgressionis mandati, eam sic concepisse, atque eam ita peperisse docuerit. Quomodo enim de se dicebat David [2] in iniquitate conceptum, et in peccato genitum, quum legitimo jure natus sit, electusque a Deo (I *Reg.* XVI, 12; I *Par.* XXIX, 4) ad tantum regni gloriam peteretur, ut de eo scriptum est? Non ergo hic in iniquitate, aut in peccato genitum edocebat; sed [c] parentes nostros Adam, et Evam voluit ostendere, quod ante admisso peccato, id est transgressione mandati, postea sic genuerit filios, atque de eis nos omnes itidem pariturierit. Ideoque post prævaricationem, [d] *in dolore parturies filios* (*Gen.* III, 16), inquit; quia ergo de parentibus habemus illis prioribus prævaricationis iniquitatem communem carnis, atque generalem ex hæreditate prima descendentem in omnes, ut dixit Apostolus: [e] *Sicut per unum hominem mors introivit in omnes homines* (*Rom.* V, 12). Hoc enim jus conjugii a Deo promulgatum laudatur quotidie, ac [f] benedicitur consuete; nam et quod erat primum [g] ostendit tristitia, et quod Christi [3] gratia cœleste credentibus erat allatura magnum gaudium, nuntiavit dicens: *Si quis non regeneratus fuerit ex aqua et Spiritu,* [h] *non intrabit in regnum cœlorum* (*Joan.* III, 5). Ideoque in psalmo eo præscius futuri gaudii, testatus est dicens: [i] *Asperges me hyssopo et mundabor, lavabis me et super nivem dealbabor* (*Psal.* L, 8); ut per eum nos etiam credentes in salutari baptismo cum eo pariter gratulemur.

CXXI. DE DIVISIONE ORBIS HÆRESIS.

Sunt quidam Hæretici, qui de divisione orbis terræ, et partitione habitationis, recte non sentiunt: disputantes quod Græci coperint, aut Ægyptii, aut Persæ, describere orbem terræ universum, [j] non beatus Noe suis filiis tribus post diluvium diviserit, dederit, ac definierit, et partierit ordine. Unde postea historiographi accipientes velut quasdam [k] semitas, diversis sunt falsitatibus commenti. Tribus [4] itaque filiis Noe, Sem, Cham, et Japhet omnem divisit orbem terrarum, et tradidit. [l] Sem quidem orientalia Indiæ, Persarum usque ad partem

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] concepti sunt, cum in
[2] in iniquitate se conceptum aut in
[3] gratia cœlestis
[4] itaque suis filiis beatus Noe... usque in partem

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Quidam sunt hæretici.* Valentiniani, aliique quos perstringit Clemens Alex. III Strom. p. 469, et Chrysostomus in Psalmum LI, 5: Οὐ τοίνυν ὥς τινες ἀνοήτως ὑπέλαβον, τοῦ γάμου κατηγορεῖ. . . . . ἀλλὰ τὴν ἄνωθεν ὑπὸ τῶν προγόνων τολμηθεῖσαν παρανομίαν εἰς μέσον προφέρει, κἀκείνην γεγενῆσθαι τῶν ῥευμάτων τούτων πηγήν. Confer Joan. Potterum ad Clementem Alex. 557. FABRIC.

[b] Text. Græc., Τίμιος ὁ γάμος ἐν πᾶσι. FABRIC.

[c] *Parentes nostros Adam, et Evam.* Addendum hocce Philastrii suffragium aliis Veterum de peccato originis testimoniis apud Vossium Historiæ Pelagianæ pag. 135. FABRIC.

[d] LXX, Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. FABRIC.

[e] Text. Græc., Ὥσπερ δι' ἑνὸς ἀνθρώπου ἡ ἁμαρτία εἰς τὸν κόσμον εἰσῆλθε, καὶ διὰ ἁμαρτίας ὁ θάνατος, καὶ οὕτως εἰς πάντας ἀνθρώπους ὁ θάνατος διῆλθεν. Hæc verba, more suo, contracta Philastrius apposuit. FABRIC.

[f] *Benedicitur consuete.* Apud Judæos, et Christianos semper obtinuit mos per εὐλογίαν, sive benedictionem sacerdotalem, nuptias solemniter inaugurandi, de qua vide sis Joan. Seldenum in uxore Hebræa lib. II cap. 28 et 29, Jac. Gretserum de benedictionibus lib. II c. 43, et auctorem dissertationis Gallice editæ, *Diss. historique sur l'usage de la bénédiction nuptiale* (*Journal des Savants* A. 1703, p. 23-72), ut præteream Scriptores alios de hoc argumento quos laudavi in Bibliographia antiquaria c. 20, § 3. Formulas veteres benedicendi conjugibus congessit Edmundus Martene ad calcem partis secundæ libri I de Antiquis Ecclesiæ ritibus. FABRIC.

[g] *Ostendit.* David nimirum in verbis supra allatis Psal. L, 6. FABRIC.

[h] Text. Græc., Οὐ δύναται εἰσελθεῖν. FABRIC.

[i] *Asperges me hyssopo.* De usu hyssopi σμπτικῷ, sive abstergente, videndus Cotelerius ad Epistolam Barnabæ c. 8, p. 26, et D. Theodori Dassovii τοῦ μακαρίτου diss. de lustratione Hebræorum edita Witebergæ A. 1692. FABRIC.

[j] *Non beatus Noe.* Si Georgium Syncellum p. 45 audimus, Noe divino oraculo monitus, κατὰ τὸν θεῖον χρησμὸν, inter filios suos orbem terrarum divisit anno ætatis 934, mundi 2576. At enim Jac. Perizonius p. 288 Origg. Babylonic. totum hoc conflictum esse putat ex male intellectis verbis Genes. XI, 4, πρὸ τοῦ διασπαρῆναι. Et magnus Bochartus lib. I Phaleg. cap. ult.: *Non satis capio*, inquit, *quomodo potuerit Noa inter filios orbem dividere, cujus multo maxima pars nondum erat cognita. Dices Noam fuisse prophetam, et orbis singulas partes Dei revelatione sibi notas designasse filiis. Sed Scriptura tacente nostrum non est hæc divinare. Tamen huic sententiæ Philastrius hæsit ita mordicus, ut pro hæreticis habeat hæc dubitantes.* FABRIC.

[k] *Semitas.* Ex una scilicet falsitatis via semel aperta. FABRIC.

[l] *Sem quidem orientalia Indiæ.* Sulpicius Severus lib. I, c. 6: *Sed filiis Noe ita divisus orbis fuit, ut*

aliquam Meridiani; Occidentis, Septentrionis usque ad montem Libani, finesque ibi suum primogenitum habiturum fixa sententia confirmavit. Cham etiam secundo filio omnes Syrias, [1] et dioeceses Ægypti, Africæ, Æthiopum ingentem latitudinem prope fines tendentem Oceani, atque Hispaniarum censendo distribuit, possidendamque eam atque habitandam spiritu divino [2] pronuntiavit; in medio autem usque Cappadociam, id est Tauri montem, fines habere concessit. Tertio autem Japhet nomine, Cappadociam ingredientibus, atque a Cilicia exeuntibus loca frigida, [3] quæ Armeniæ, [a] Bosphori, Ponti, Thraciæ, Pannoniarum, Illyrici, Italiæ, et occidentis universas partes, jussu divino ei statuendo attribuit. Et [4] de primo quidem [b] XXV generationes numerat descendisse. De secundo [c] XXXV id est de Cham. De Japhet autem, cui minor generatio numerabatur tunc temporis, id est [d] quintadecima tantummodo, [5] ei amplior optanda a beato Noe promittebatur in posterum adfutura, dicente Scriptura: [e] *Dilatet Dominus Japhet, habitet tabernacula* [6] *Sem* (*Gen.* IX, 27). Cum minori filio minor numerus generationum reperiebatur concessus tunc temporis, major crescendo eidem numerus postea amplificabatur adventurus quam duobus ejus fratribus, ut et media, et extrema loca, id est Chananæorum, Ægyptiorum, Afrorum, Persarumque teneret imperia. De quo postea Romani sunt editi, victores orbis terrarum, atque rectores universarum gentium: unde cognoscimus Romanos, Latinos, Italos de Japhet genus deducere, atque hos orbem terrarum sua sub ditione tenere [f] quotidie, atque ante sæpius tenuisse. [7] S. quid autem falsitate Græcorum putatur esse antiquum, [g] temporale modis omnibus ipsorum auctoribus testantibus comprobatur, [h] Solone testante Atheniensibus, quod [i] ab Ægyptio audierit sacerdote, dicente ei: *Solon, Solon, Græci vos semper estis novelli, atque pueri. Græcus autem numquam erit senex, aut antiquus, neque doctrinam aliquam, aut scientiam habetis antiquam*; sed ab aliis raptam atque invasam habetis, eamque diversis mendaciis immutatam exponitis, atque ita homines edocetis. Plato enim in Timæo ita dictitat. Nam post confusionem linguarum tunc nomina diversa cœperunt

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] et diœcesin
[2] prænuntiavit
[3] quæ sunt Armeniæ, Bosphori, Ponti, Thraciæ
[4] De primo quidem
[5] et amplior
[6] Sem, cui cum minori
[7] si quis autem Græcorum... esse antequam

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Sem intra Orientem, Japhet Occidentem, Cham mediis contineretur. Conferenda sunt quæ præter Syncellum Epiphanius hæresi LXVI, 83, Eutychius tom. II Annal. p. 52 seq., Chronicon Paschale p. 26, Cedrenus p. 13, Freculsus lib. I Chron. c. 27. Hisce e recentioribus jungendi præter Bochartum in Phaleg, et eruditos Interpretes ad Genes. X, Allatius ad Eustathii Hexaemeron p. 237 seq., et Edvardus Bernhardus ad Flavii Josephi Antiquitat. lib. I c. 6, et Franciscus Blanchinus in Historia Veterum monumentis illustrata c. 18, p. 203 seqq., qui secutus Lactantium lib. I c. 11, inde putat Græcos finxisse divisionem inter Saturni filios, Jovem cui Oriens, Plutonem cui pars Occidentis, et Neptunum cui maritima cum insulis obtigerunt. A Philastrio dissentit auctor Recognitionum Clementis lib. I, c. 30, ubi ait ex Noe liberis *seniorem fratrem* (Semum) *eam quæ est in medio terræ suscepisse, in qua est regio Judææ: juniorem vero* (Japhetum) *Orientis plagam sortitum esse, Chamum autem Occidentis accepisse.* FABRIC.

[a] *Bosphori, Ponti.* Irrepsit mendum in Hamburg. editionem, in qua pro *Bosphori* occurrit *Bosphorici*, uti etiam in Lugdunensi; at in Corb. ms. et in editione Basileen. recte *Bosphori*. Sic pag. seq. Hamburgensis, et Lugdun. habet, *Sem, quum minori*, non satis bene, et consentit Basileen. quoque; verum Corb. cod. melius *Sem, cui cum minori*. GALEARD.

[b] XXV *generationes*. Genes. X, 22 seqq., ex Semi posteris memorantur XXVII: 1° Elam, 2° Assur, 3° Arphaxad, 4° Lud, 5° Aram, 6° Cainan, 7° Uz, 8° Ul, 9° Gater, 10° Mosoch, 11° Sala, 12° Eber, 13° Phaleg, 14° Jectam, 15° Elmodad, 16° Saleth, 17° Sarmoth, 18° Iarach, 19° Odurra, 20° Æbal, 21° Decla, 22° Evil, 23 Abimael, 24° Saba, 25° Uphir, 26° Eveila, 27° Jobab. FABRIC.

[c] *De secundo* XXXV. Genes. X, 6 seq., ex Chami posteris numerantur XXX: 1° Chus, 2° Mesrain, 3° Phud, 4° Chanaan, 5° Saba Chusi F., 6° Evila, 7° Sabatha, 8° Rhegma, 9° Sabathacha, 10° Saba Rhegmæ F., 11° Dadan, 12° Nebrod, 13° Ludlim, 14° Nephthalim, 15° Enemetiim, 16° Labilm, 17° Patrosoniim, 18° Chasmonlim, 19° Philistiim, 20° Caphthoriim, 21° Sidon, 22° Chettæus, 23° Jebusæus, 24° Amorrhæus, 25° Gergesæus, 26° Evæus, 27° Arrachæus, 27° Aseunæus, 28° Aradius, 29° Samaræus, 30° Amathi. FABRIC.

[d] *Quintadecima tantummodo*. Genes. X, 2, Japheti posteri 15: 1° Gamer, 2° Magog, 3° Madi, 4° Jovan, 5° Elisa Japheti F., 6° Thobel, 7° Mosoch, 8° Thiras, 9° Aschanaz, 10° Riphath, 11° Thogorma, 12° Elisa Jovanis F., 13° Tharsis, 14° Cetii, 15° Rhodii. FABRIC.

[e] *Dilatet*. Alludit ad Japheti nomen quod a verbo פתה dilatandi significationem habet. FABRIC.

[f] *Quotidie*. Illo nempe tempore quo hæc Philastrius scribebat. FABRIC.

[g] *Temporale*. Recentis et non adeo longæ retro ætatis. Ita supra c. 110 et 112 et mox hoc ipso capite: *Temporalitatem cum suum volunt obumbrare*, et proximo 119, *quod est temporalitatis in Paganitate vanissima*. FABRIC.

[h] *Solone*. Apud Platonem, Timæo p. 474: Ὦ Σόλων, Σόλων, Ἕλληνες ἀεὶ παῖδές ἐστε, γέρων δὲ Ἕλλην οὐκ ἔστιν.... νέοι ἐστὲ τὰς ψυχὰς πάντες, οὐδεμίαν γὰρ ἐν αὐταῖς ἔχετε δι' ἀρχαίαν ἀκοὴν παλαιὰν δόξαν, οὐδὲ μάθημα χρόνῳ πολιὸν οὐδέν. Eumdem locum laudant Justinus martyr cohortatione ad Græcos p. 13, Cyrillus I in Julian. pag. 13, Chalcidius p. 12, aliique quam plurimi. FABRIC.

[i] *Ab Ægyptio audivit sacerdote*. Proclus in Timæum pag. 31 (ex Manethone ut suspicor) referens nomina sacerdotum Ægyptiorum, cum quibus Solon in variis Ægypti provinciis versatus fuit, conjicit hunc qui verba ista ad eum dixit, fuisse sacerdotem Saiticum, nomine *Pateneit*: Ἐντύχῃ δὲ Σόλωνι ἐν Σάει μέν, Ἱερεῖ ὀνομαζομένῳ Πατενείτ, ἐν ἡλιουπόλει δὲ Ὠχλαπῖ, ἐν Σεβεννύτῳ δὲ Ἐθιμῶν ὡς αἱ τῶν Αἰγυπτίων ἱστορίαι λέγουσιν· καὶ ἴσως οὗτός ἐστιν ὁ Σαΐτης ἱερεὺς ὁ πρὸς αὐτὸν τὰ ἐπόμενα λέγων. FABRIC.

emanare, atque inde sumentes græci historiographi duo aut tres diversa velut monimenta conscribentes, [a] temporalitatem cum suam volunt obumbrare atque abscondere, a suis testibus mendacissimi judicati sunt atque comprobati. Cum enim quinquaginta de ipsis consentiunt de antiquitate nostra, id est Græci, Ægyptii, Chaldæi, Syri, duo autem aut tres dissentiunt: justius est multis consonantibus in unum, quam duobus aut tribus dissonantibus historiographis acquiescere, quia multi illi verius quam duo edixerunt.

A

CXXII. DE DILUVIO HÆRESIS.

[1] Est et hæresis, quæ dicit [b] sub Deucalione et Pyrrha diluvium fuisse antiquius, quam quod [2] sub Noe factum est. Quod pagani transferentes mutatis nominibus impio modo, et [c] arcam velut in Græcia fuisse post diluvium asserunt; et [d] quod est temporalitatis in paganitate vanissima, ab eis velut antiquum cum multo mendacio prædicatur. Et quod factum est in Thessalia loco brevi, velut factum ubique, id est [3] in mundo, a paganis furacibus edocetur. [e] Quod fuit quidem post annos in Thessalia, [f] in loco interdum modico, illud autem diluvium [g] in omni sæculo factum est, [h] sicut et eorum Scriptura testatur Gentilium.

CXXIII. HÆRESIS DE SIGNIS ZODIACI ET ORTU HOMINUM.

Alia est hæresis, quæ dicit [i] secundum duodecim [4] Zodiaci signa nasci homines, sicut [j] Mathematici illi vanissimi, totiusque erroris et sceleris assertores: hæcque audientes interdum indocti quam plurimi [k] lege Dei dimissa, mathematicorum inservire non dubitant vanitatibus: unde completur Apostolica sententia: *Coluerunt et servierunt creaturæ potius quam Creatori* (*Rom.* I, 25). Et iterum: *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam et inanem fallaciam secundum* [l] *elementa mundi, et non secundum Christum; quoniam in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter* (*Coloss.* II, 8). Ergo ignorant quod Zodiacista duodecim, quæ ab illis dicuntur, diversa sunt climata, diversæque regiones in orbe terrarum a Deo dispositæ ut inhabitentur, locorumque ac temporum diversa temperamenta statuta sint, ut calidum, frigidum, siccum, et humidum, [5] ut [m] quatuor angulis

B

C

D

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Alia est hæresis... fuisse antiquissimum
[2] sub Noe beato factum est
[3] in omni mundo
[4] Zodia nasci homines
[5] e quatuor

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Temporalitatem.* Brevitatem per quod duravere temporis. FABRIC.

[b] *Sub Deucalione et Pyrrha.* Res decantata poetarum, et aliorum scriptorum monumentis, de qua nolo verbum addere post ea quæ viri docti ad Ovidium I Metamorphos. Franciscus Blanchini Veronensis in eruditissimo opere quod italice edidit Rom. 1699, in-4°, de Historia Veterum monumentis probata cap. 17, p. 187 seq., Octavius Falconerius de nummo Apameensi, typum diluvii Deucalionei exhibente Rom. 1667, et tomo X Thesauri antiquitatum Græcar. Gronoviani. Georgius item Schubartus in Enarratione parergica Metamorphoseos Ovidianæ de diluvio Deucalionis in eodem tomo X obvia, et Jenæ 1684, in-4°, separatim in lucem data. FABRIC.

[c] *Arcam velut in Græcia.* Hærentem in monte Parnasso. Vide Plutarchum de solertia animalium p. 968, Lucianum de Dea Syria tom. II, p. 661. FABRIC.

[d] *Quod est temporalitatis.* Quod ante non adeo multa sæcula contigit, circa A. 1514 ante natum Christum: octingentis amplius post diluvium a Mose descriptum annis. Vide Scaligerum ad Eusebii num. CCCCXC. FABRIC.

[e] *Quod fuit quidem post annos in Thessalia.* Priores editiones minus bene: *quod fit.* FABRIC.

[f] *In loco interdum modico.* Ponit *interdum* pro *interea*, ut Seneca Epist. 95: *qui humani generis tutelam gerunt, interdum curiosi singulorum.* Si mss. codices suffragarentur, pro *interdum* legerem *inter Oetam et Pindum.* FABRIC.

[g] *In omni sæculo.* Per totum orbem terrarum. Sic infra cap. seq., *quatuor angulis sæculi*, id est *mundi.*

[h] *Sicut et eorum Scriptura.* Gentiles poetæ ubi diluvium Deucalioneum describunt, illud toto orbe terrarum aiunt prævaluisse:

Omnia pontus erant, deerant quoque littora ponto.
FABRIC.

[i] *Secundum duodecim Zodiaci signa nasci homines.* Longævos, vel brevis ævi, felices, vel infelices prout horoscopus thematis natalitii in gradum hunc, vel illum Zodiaci inciderit. Præcipue Philastrii ævo stellarum viribus humana astringi opinabantur Priscillianistæ, ut constat e Leonis Magni epistola 15 (93), ad Turibium. FABRIC. — *Secundum* XII *Zodiaci signa.* In editione Basileensi Sichardi legitur *secundum* XII *Zodia*, quam lectionem exhibet etiam Corb. cod., ut infra quoque: *Ergo ignorant quod Zodia ista* XII, quo in loco Basileensem lectionem retinuit Fabricius, licet priore loco mutaverit substituens *secundum* XII *Zodiaci signa*, quemadmodum minus recte habet etiam Lugdun. editio. Ζώδιον autem signum cœleste dixit Philastrius Græca voce, eodem modo quo supra cap. 109, nomen idoli a Græca formatione trahit, quasi sit εἴδους δόλος, *formæ prævaricatio*; ut etiam cap. 85, *biothanatos*, et cap. 103, *pogonias* nominat; immo c. 129 habet *ana septuaginta duo*, quod in Latino Scriptore incredibile fortasse videri posse, ait Fabricius eodem loco. GALEARD.

[j] *Mathematici illi vanissimi.* Astrologi Genethliaci. Vide, si placet, quæ notavi ad Sextum Empiricum pag. 214. FABRIC.

[k] *Lege Dei dimissa.* Quæ divinationes ejusmodi prohibet Levit. XX, 6 et 27, Deuter. XVIII, 10, Is. VIII, 19. FABRIC.

[l] *Elementa mundi.* Astra. Vide supra cap. 61 et 109. FABRIC.

[m] *Quatuor angulis sæculi.* Mundi cardinibus, e quibus ventorum potens quaternio. FABRIC. — *Humidum ut quatuor angulis sæculi.* Τὸ *ut* hic gratis additum ab imperitis librariis, quamvis illud retineant tum editiones, tum etiam Corb. cod.; idemque mihi censendum videtur de particula *in* quæ paulo post occurrit ubi legitur *respirantes in invicem*, melius enim *respirantes invicem.* Sic c. 122 præcedenti, ubi Fabricius emendavit, *quod fuit quidem post annos in Thessalia in loco interdum modico*, nescio an potius retinenda sit lectio vulgata, cui etiam Corb. cod. consentit, *quod fit quidem post annos in Thessalia in loco interdum modico.* Philastrius nempe fortasse Thessaliam posuit pro tota Græcia, ut diluvium sub Deucalione et Pyr-

sæculi, e quibus cum veluti pleni qualitate fontes exuberant flatu, respirantes in invicem virtute nimia insita proprie, mixtioneque existente salubri: rursum cum diffunditur eorum ubique mixtio, amœna temperies salutis inde cunctis habitantibus subministretur, atque ita divina potentia mortalibus vita dulcis, et prospera concessa a Domino, et impertita non ignoratur.

CXXIV. DE ANIMABUS SCELERATORUM HÆRESIS.

[1] Nec deest hæresis, quæ dicit animas [a] fenerariorum, sceleratorum, et homicidarum, et aliorum talium [b] transire in dæmones, ac pecudes, et bestias, et serpentes: ignorantes quod anima hominis cum exierit de sæculo, sive bona, sive mala, id est pia, atque impia, [c] ab angelo ducitur in locum statutum, ut in futurum percipiat juxta quod gessit in hoc sæculo constituta. Si quis autem hoc ita putaverit fieri, [d] paganitatis, et vanitatis philosophorum magis quam christianitatis [2] videtur habere consortium; cum dicat Apostolus: [e] *Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisque ea quæ gessit in hoc corpore* (II *Cor.* v, 10). [3] Et iterum: *In inferno autem quis confitebitur tibi* (*Psal.* vi, 6)? Animæ itaque natura non vertitur [f] in naturam alteram; sed cum [g] voluntate contemnit ac negligit Dei præceptum, studiisque legitimis ac salutaribus inhærere [h] dissimulat, futuro judicio pœnarum se dedicans, [4] non alia nisi morum causa pecudibus cognoscitur comparanda, non natura, sed moribus, ut scriptum est [i]. Non ergo naturæ pecudum, sed moribus in hoc sæculo similes efficiuntur hujusmodi homines Pagani, Judæi, [5] et alii quamplurimi. Nam et Salvator Judæis cum diceret: [j] *Vos de diabolo estis patre vestro* (*Joan.* viii, 44), non natura, sed sceleritatis moribus et beluinis [6] sensibus similes, arguendo et judicando manifestabat. Et Joannes Judæis dixit: [k] *Progenies viperarum* (*Matth.* iii, 7).

CXXV. HÆRESIS DE CHRISTI DESCENSU AD INFEROS.

[1] Alii sunt hæretici, qui dicunt Dominum in in-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Alia est hæresis... venerariorum
[2] videtur ambire
[3] Et iterum quod non derelinques animam meam in infernum. Confitetur tibi. Animæ itaque
[4] non allis morum causa nisi pecudibus
[5] et alii plurimi
[6] sensibus eos similes

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

rha Thessalicum, cum Bœotico Ogygis conjungeret; ideoque dixit *quod fit quidem post annos in loco interdum modico*, quasi ejusmodi inundatio in Thessalia, hoc est in Græcia, parvo annorum spatio interjecto consueta foret. Nam inter diluvium, seu inundationem quæ fuit sub Ogygio, eamque quæ sub Deucalione contigit centum fere et septuaginta annos numerat Augustinus xviii de Civ. 8, notante ibi Ludovico Vives. Eodem cap. 122, ubi in Hamburg. habetur *factum ubique*, *id est in mundo*. Basileen. editio aliquanto melius *in omni mundo*, et sic legit etiam Corb. cod. Quod autem Philastrius paulo post ait *in omni sæculo*, intelligendum est in omni mundo; sicut etiam seq. cap. *quatuor angulis sæculi* idem est ac *quatuor angulis mundi*, ut notavit etiam Fabricius. GALEARD.

[a] *Fenerariorum.* Qui iniquo fenore premunt inopes. Fenerarios et subdolos jungit Firmicus iii, 8. Mathes. Cato de Re rustica procœmio: *Majores nostri sic habuerunt, et ita in legibus posuerunt, furem dupli condemnari, feneratorem quadrupli.* FABRIC.

[b] *Transire in dæmones.* In indice Augustini c. 78, hæc hæresis *Tertulliorum* dicitur. Apud Isidorum, Honorium, Rabanum, et Gratianum, eadem tribuitur *Tertullianistis*. In Tertulliani tamen certe scriptis, quæ exstant, illa nemiquam defenditur. Vide Jac. Pamelium paradoxo Tertullianeo 11. Ab auctore Prædestinati cap. 78 parum apte huic hæresi qui adstipulantur, vocantur *Peripneumones*. Origeni præter rem impingi ostendit Joan. Baptista Crispus de Philosophis caute legendis p. 464 seqq. FABRIC.

[c] *Ab angelo.* Vide Interpretes ad Lucæ xvi, 22, et S. Macarium homilia 22. Judæorum hanc fuisse sententiam disces etiam ex versione Samaritana Genes. v, 24, et Targum Cantic. iv, 12. Confer Jac. Vindeti librum de vita functorum statu pag. 46 et 70. FABRIC.

[d] *Paganitatis, et vanitatis philosophorum.* Maxime eorum qui ex Pythagoræ schola, vel Platonis, dogma de metempsychosi, sive animorum in alia non humana solum, sed aliorum etiam animalium corpora transmigratione defensitarunt. Ab Ægyptiis haustam illam doctrinam notat Zacharias Mytilenæus episcopus libro contra Mundi æternitatem scripto, p. 184. FABRIC.—(Libri hujus e Græco elegantem versionem Italice dedit Patavii, editam anno 1735, vir cl. Joannes Antonius Vulpius; quem summo viro Dominico Lazzarino τῷ μακαρίτῃ profitendis humanis litteris academia Patavina nuper suffectum, jure optimo gratulamur. GALEARD.)

[e] Græc., Τοὺς γὰρ πάντας ἡμᾶς φανερωθῆναι δεῖ ἔμπροσθεν τοῦ βήματος τοῦ Χριστοῦ, ἵνα κομίσηται ἕκαστος τὰ διὰ τοῦ σώματος πρὸς ἃ ἔπραξεν. Quæ sequuntur verba, εἴτε ἀγαθὸν, εἴτε κακὸν, brevitatis causa Philastrius et hoc loco, et cap. 125 prætermisit. Rufinus in Symb. p. 26, *ut recipiat unusquisque propria operis sui, prout gessit sive bona, sive mala.* FABRIC.

[f] *In naturam alteram.* Dæmonum, vel bestiarum; ita enim statui a quibusdam supra dixerat, impiorum animas in dæmones transire, vel bestias. FABRIC.

[g] *Voluntate.* Sponte, liberi abusu arbitrii. FABRIC.

[h] *Dissimulat.* Id est, renuit, negat, recusat. Sic apud Augustinum Serm. 121 de diversis c. 22: *Si ergo digne perierunt, qui Noe ædificante arcam, dissimulaverunt: quid digni sunt, qui Christo ædificante Ecclesiam, a salute dissimulent?* FABRIC.

[i] *Ut scriptum est.* Psal. xxxii, 9, II Petr. ii, 22, et aliis in locis, ubi cum animalibus homines impii conferuntur. FABRIC.

[j] Græc., Ὑμεῖς ἐκ πατρὸς τοῦ διαβόλου ἐστέ. *Non quia Diabolus creavit, sed quia vos eum imitamini*, inquit ad illum locum Augustinus. FABRIC.

[k] Græc., γεννήματα ἐχιδνῶν. Similiter ad Judæos Christus ipse Matth. xii, 34, xxiii, 33. FABRIC.

[l] *Alii sunt hæretici.* Citatur præsens Philastrii locus a Gregorio Magno lib. vi, epist. 15. Danæus ad Augustin. cap. 79 hanc hæresin vocat *Liberatorum*; auctor Prædestinati c. 79, *Adecerditarum*. Non Origeni autem solum, ejusque præceptori Clementi Alex., sed multis etiam aliis Ecclesiæ doctoribus (Ii sunt nempe August. lib. xii de Gen. ad litt. c. 33, Epiphanius hær. 46, Ambrosiaster in cap. iv ad Ephes., quos citat a Lap. in I Pet. iii, 19, § *Quæres secundo*, laudans quoque Philastrium, dicensque ab eo inter

fernum descendisse, et omnibus post mortem etiam ibidem renuntiasse, ut confitentes ibidem salvarentur; cum hoc sit contrarium dicenti prophetæ David: *In inferno autem quis confitebitur tibi* (*Psal.* VI, 6)? Et Apostolo: *Quotquot sine lege peccaverunt, sine lege peribunt* (*Rom.* II, 12). Sed et dicit: [a] *Remissius erit quibusdam quam civitati illi quæ non crediderit*, Apostolorum quippe [1] doctrinæ, et Evangelii (*Matth.* XII, 22). In comparatione multarum pœnarum dicit sustinere eos minora tormenta quam illos, non tamen salvari eos hac ratione affirmat. Nam [b] poetas falsos, et vanos philosophos qui æstimant posse salvari, rebelles Deo: errant illis pejus, et a veritate dissentiunt, cum semina impietatis paganæ, non alii nisi illi poetæ vani, et philosophi, deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminaverint, cum Propheta clamat de futuro judicio, ut hic ei dimitteretur in pœnitudine, dicens: [c] *Remitte mihi ut refrigerem, priusquam vadam et jam non ero amplius* (*Psal.* XXXVIII, 14). Si ergo justi peccantes, et in hac adhuc vita vix acceperunt pœnitentiam pœnitentes, ut ait Salomon, [d] et *si justus vix salvabitur, impius et peccator ubi parebit* (*Prov.* XI, 31)? Nam [e] si Deum esse credidissent, Deorum, et Dearum turpia nomina non seminassent, et in descensione Christi in infernum [f] veniam impetrassent. Cum ergo impii et hostes Dei sint ubique, quomodo post mortem ibi confitentes salvabuntur? Cum Apostolus docet (*Hebr.* IX, 27), quod omnem hominem mori oportet, [2] postque hoc jam judicari, ut scriptum est (*Rom.* XIV, 10), ante tribunal Christi, et recipere secundum quæ gessit in hoc sæculo (II *Cor.* V, 10). Salvator autem confirmat dicens de illis quod nec Patri crediderint (*Joan.* VIII, 19, 55), unde etiam eos judicandos declaravit (*Joan.* XII, 48): qui autem credidit in Patrem, antequam Christus veniret in carnem, transiit de judicio impiorum (*Joan.* III, 18). In comparatione autem peccatorum atque impiorum, [g] diversitas est pœnarum atque plagarum; non plena amborum est absolutio, sed dijudicationis justitia, et secundum peccatum condigna repensio, ideo etiam qui sub Noe ab aqua absorpti fuerant, ut Scriptura docuit (I *Petr.* III, 20).

CXXVI. HÆRESIS DE ANIMA HOMINIS.

Est et alia hæresis, quæ [h] de censu animæ ambigens, ex elementis eam consistere opinatur, [i] ut multi philosophi vanissimi, [j] nunc de igne, nunc

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] doctrinæ Evangelii

[2] postque hoc jam judicari (*demptis sequentibus usque ad verba* cum simpliciter *hæreseos* 127. *Sic in ms. una et eadem serie*), cum simpliciter ita confitetur diversa hominibus

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

alios fuisse fabulam hanc et hæresim confutatam. Videsis Latinum Latinium ad hunc Philastrii locum. GALEARD.) placuisse hoc quod hæresibus præsenti capite Philastrius ascribit, docent Allatius diss. 2 de libris Ecclesiasticis Græcorum p. 244 seq. et Cotelerius ad Hermæ Pastorem lib. III, c. 16, p. 117. FABRIC.

[a] Text. Græc., Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ ὑμῖν. Et 24: Πλὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι γῇ Σοδόμων ἀνεκτότερον ἔσται ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ἢ σοί. FABRIC. — *Sed et dicit.* Videtur sibi latenter objicere illud Matth. XI, 22: *Tyro et Sidoni remissius erit in die judicii quam vobis*; cui objectioni mox respondet hoc dictum esse συγκριτικῶς in comparatione. In ms. Corb. legitur, *Sed cum dicit.* GALEARD.

[b] *Poetas, et Philosophos.* Præ cætero gentilium vulgo Pythagoram aliquem, vel Homerum suppliciis inferorum liberatum, ideo videtur Philastrio etiam incredibilius, quoniam illi veluti doctores et promachi errorum Ethnicorum, gravioribus etiam pœnis digni sint. FABRIC.

[c] LXX, Ἄνες μοι ἵνα ἀναψύξω πρὸ τοῦ με ἀπελθεῖν καὶ οὐκέτι μὴ ὑπάρξω, ad quem locum Origenes in Catena, ἐὰν μὴ ἀφῇς μοι τὴν ἁμαρτίαν καὶ ἀναψύξω πρὶν ἀπελθεῖν ἐκεῖ, οὐχ ἕξω μετανοίας καιρόν. *Nisi* (in hac vita) *dimiseris mihi peccatum et refrigeratus fuero antequam vadam eo, non habebo tempus pœnitendi.* FABRIC.

[d] LXX, Εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται; Laudat Petrus Apostolus I Epist. IV, 18. FABRIC.

[e] *Si Deum esse credidissent.* Quia a veri Dei agnitione aberrabant idololatræ, hinc *Athei* et numinis expertes esse dicuntur Ephes. II, 12. Ubi Stoicorum etiam judicio malus et impius est Atheus, ὁ δὲ φαῦλος ἄθεος, ut est apud Laertium VII, 119. FABRIC.

[f] *Veniam impetrassent.* Gregorius Magnus lib. VI, *Epist. 15, ad* Georgium presb. et Theodorum diaconum Cpol.: *Agnovi quod dilectio vestra dixisset, omnipotentem Dominum Salvatorem nostrum Jesum Christum ad inferos descendentem, omnes qui illic confiterentur eum Deum, salvasse atque a pœnis debitis liberasse. De qua re volo ut fraternitas vestra longe aliter sentiat. Descendens quippe ad inferos, solos per suam gratiam liberavit qui eum, et venturum esse crediderunt, et præcepta ejus vivenda tenuerunt.* FABRIC.

[g] *Diversitas pœnarum atque plagarum.* Uti gradus diversos gloriæ dari in cœlestibus præmiis, docuit noster ex Joan. XIV, 2, supra c. 82, Tertullianus in Scorpiace c. 6: *Quomodo multæ mansiones apud Patrem, si non pro varietate meritorum, perinde ut quomodo et stella a stella distabit in gloria* (I *Cor.* XV, 41), *nisi pro diversitate radiorum?* quem minorum gradum Philastrius dixerat *dignitatis amissionem*, vel *detrimentum* cap. 82 et 89. Sic pœnarum quoque, et suppliciorum apud inferos diversas, ac differentes mensuras tradit ex communi veteris Ecclesiæ doctrina secundum Luc. XII, 47, Matth. XI, 24. Vide Isidori Pelusiotæ Epistolas IV, 42, et V, 220, 221, 222, et quæ collegerunt Allatius de Purgatorio p. 232 seq., Suicerus Thesauro pag. 91. FABRIC.

[h] *De censu animæ.* Ita malui, quam quod in aliis *de sensu.* Nam *censum* vocat naturam qua aliqua res censetur, uti de anima etiam hac voce utitur Tertullianus. FABRIC.

[i] *Ut multi philosophi.* Vide Plutarchum de placitis Philos. IV, 2 seq., Galeni Histor. philosoph. c. 16, Stobæi Eclog. phys. p. 93 seq., Joannem Philoponum prolegom., et Aristotelem I de Anima, Nemesium c. 2, Macrobium lib. I in Somn. c. 14, Justinum Martyrem Cohortatione ad Græcos p. 8, Theodoretum V Therapeut. p. 72, et quæ viri docti ad Hermiæ irrisionem Gentilium c. 2, et Tertullianum de Anima c. 5. FABRIC.

[j] *Nunc de igne.* Anima ignis, et πυρῶδες σύγκριμα

[a] de aqua, nunc [b] de spiritu, nunc [c] de materia, [d] nunc de fonte, [e] nunc de atomis, [f] nunc quasi aera esse animam hominis suspicantur; quum anima facta sit à Domino, ex nihilo scilicet, ut scriptum est : [g] *Qui fecit ex nihilo omnia, ut essent quæ non erant* (*Sap.* I, 14). Anima itaque a Deo facta, imago Dei appellata est, [h] post angelorum creationem scilicet : minor enim est homo quam natura angelorum, ut scriptum est : [i] *Minuisti eum paulo minus ab angelis* (*Psal.* VIII, 6). [j] Si autem Legis mandata servaverit, tunc erit [k] sicut Angeli. Si ergo [l] Angeli servi Dei sunt sub Lege positi, quanto magis et hominis anima sub Lege quæ est prædicata, si servarit quod ei præceptum est, tunc debet dicere quod ait Dominus apostolis : *Quod et si feceritis omnia, dicite quod* [m] *servi sumus inutiles* (*Luc.* XVII, 10).

CXXVII. DE CHRISTI NATIVITATE HÆRESIS.

[n] Alia est hæresis, quæ dicit de Salvatore, quod [o] primum fuerit apud Patrem, et sic natus sit; et cum [p] simpliciter ita confitetur, diversa hominibus scandala subministrat : esse enim ante, et postea nasci, contrarium est modis omnibus. Et quamvis generatio ipsius duplex sit, una divinitatis indefinita ac sempiterna, altera incorporationis per Virginem [q] temporalis : at non est dubium tamen, quod secundum divinitatem debemus cognoscere, [r] quod neque defuit aliquando esse cum Patre, [r] neque qui A erat cum Patre semper, ex semetipso erat, et non de Patre genitus noscebatur, ut quidam suspicantur aberrantes. Utrumque ergo si bona interpretatione proferatur, [s] rectum et fidei firmamentum ostenditur, ut et genitum eum cognoscamus de Patre proprie hunc unicum Filium, non tamen in tempore : sed ante omnia sæcula omnemque creaturam esse genitum de Patre proprie cognoscamus atque credamus, ut condecet; eumque Patre eum in perpetuum manere, atque semper mansisse non ignoremus. Nulla est ergo separatio, aut contrarietas inter esse semper et fuisse, et genitum esse : [s] nam semper esse propter sempiternitatem dicitur, ne temporalis Filius æstimetur; genitum autem dicit, quia [t] non ex semetipso, sed de Patre natum co- B gnoscit Ecclesia prædicans. Non ergo disjungendum est unum ab altero, sed conjungenda est sempiternitas Filii, et generatio cum sempiternitate copulanda; deque Patre ita est credenda ac detinenda confessio, ut unus nobis Pater genitor, [u] et unus nobis Filius unicus Patris, proprie quippe genitus de Patre cognoscatur. Ergo semper esse, et genitum esse, [v] pia fide est æquum : ut sempiterna ejus generatio non temporalis sit, et Filii unigeniti de Patre, et cum Patre vera proprietas ac sempiternitas non ignoretur. Si quis autem primum confitetur esse eum ingenitum, et sic postea fuisse genitum

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] temporalis et non est dubium. Tamen secundum
[2] rectæ fidei... ut genitum
[3] nam semper esse sempiternitatem dicitur
C
[4] non a semetipso
[5] et unus Filius
[6] pia fides

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

ex mente Democriti, Hippocratis, Hipparchi. Ex mente Heraclidis Pontici lux, Heraclito scintilla stellaris essentiæ. FABRIC.

[a] *De aqua.* Thaletis, et Hipponis hæc opinio, sed et Ægyptiorum, animam ὕδωρ γονοποιοῦν esse existimantium. Vide Tho. Galeum ad Jamblichum de Ægyptior. mysteriis p. 305. FABRIC.

[b] *De spiritu.* Spiritum pro καπνῷ et ἀναθυμιάσει hoc loco accipe, ut Stoici animum habebant πνεῦμα νοερὸν καὶ θερμόν. Vide Interpretes ad Sapient. II, 3. FABRIC.

[c] *De materia.* Στοιχεῖον ἀπὸ στοιχείων, ex quinta nescio qua substantia, Critolaus, et Peripatetici. FABRIC.

[d] *Nunc de fonte.* Fons, sive crater animarum in cœlis præexistentium, ex quo illas deducit Platonis schola. FABRIC. D

[e] *Nunc de atomis.* Ut schola Epicuri. FABRIC.

[f] *Nunc quasi aera.* Anima ἄνεμος, ἀφροειδὲς σῶμα, Anaxagoræ, et Anaximeni. FABRIC.

[g] *Qui fecit....* Vide supra cap. 80, ubi idem locus laudatur. FABRIC.

[h] *Post angelorum creationem.* Non modo tempore, sed etiam dignitate inferior homo angelis. *Creatio angelorum*, ut mox *angelorum natura* ponitur pro angelis ipsis qui sunt creatio, id est res creata a Deo. FABRIC.

[i] *Minuisti eum....* Vide Interpretes ad Hebr. II, 9, et dissertationem ad illum locum D. Tho. Iitigii τοῦ μακαρίτου, quæ in ejus variis opusculis legitur. FABRIC.

[j] *Si Legis mandata servaverit.* Legis mandata servantibus vitam sempiternam promittit Salvator Luc. X, 28, sed et non valentibus perfecte illam implere, credentibus autem, fides imputatur in justitiam Rom. IV, 5. FABRIC.

[k] *Sicut angeli.* Luc. XX, 36, ἰσάγγελος. FABRIC.

[l] *Angeli servi Dei.* Hebr. I, 14, λειτουργικὰ πνεύματα. FABRIC.

[m] *Servi inutiles.* Infra cap. 128, *servi nequissimi.* FABRIC.

[n] *Alia est hæresis.* Apud auctorem Prædestinati et Augustinum c. 80, nullum nomen hæreseos hujus occurrit : quod Danæus ad Augustinum non adeo commode fecit *Natalitiariorum*, vel *Initiariorum*. FABRIC.

[o] *Primum fuerit apud Patrem.* Nullam propriam habens ὑπόστασιν, latens veluti in Patris essentia, antequam ille vellet eum ὑποστατικῶς ex se prodire, Mundum per eum conditurus. Fuit hæc sententia Veterum quorumdam, ut Tertulliani c. 3 contra Hermogenem. Vide Georgii Bulli defensionem fidei Nicenæ sect. 3, cap. 5 et 10, p. 337, 398. Petavium dogm. Theol. de SS. Trinitate lib. I. FABRIC.

[p] *Simpliciter.* Aperte, nec satis consideranter. FABRIC.

[q] *Quod neque defuit aliquando esse cum Patre.* Ita ut numquam Pater non habuerit Filium, sed idem semper et Deus, et Pater fuerit, ut utar verbis Arnobii in conflictu cum Serapione p. 523. FABRIC.

[r] *Neque qui erat cum Patre semper, ex semetipso erat.* Quoniam omne quod in Patre est, ex semetipso est et ἀγέννητον subsistit; itaque si Filius ante generationem fuisset ἀνυποστάτως in Patre, oporteret illum quoque tunc fuisse ex semetipso et ἀγέννητον. FABRIC.

de Patre, ignorat quid confitetur. Cum enim [a] unam putat evadere hæresin, [1] incurrit in alteram pejorem, ingenitum Filium confitendo, immo potius et Patrem, et Filium denegando, duoque ingenita prædicando, et unius Patris ingeniti, et unius Filii, unigeniti de Patre, proprie denegando veritatem.

CXXVIII. HÆRESIS DE INDURATIONE DEI.

Sunt quidam hæretici, qui de Pharaone ita arbitrantur dixisse Dominum per Mosen: *Quod ad hoc* [b] *excitavi te, ut ostendam in te virtutem meam* (*Exod.* IX, 16). Et: [c] *Indurans indurabo cor Pharaonis, ne dimittat vos* (*Exod.* IV, 21). Et ait Apostolus: [d] *Ergo neque volentis, neque currentis, sed miserentis Dei est.* Sed hæc non definiens dicit Apostolus, sed disputans atque edocens quod verum est, ne ita Deum dixisse quis æstimet. Debet enim attendere quod ait Dominus: *Ut ostendam in te quippe* [e] *omnem virtutem meam*, id est magnanimitatem, bonitatem, sustinentiam, quæ est utique [2] omnibus hoc effusa in sæculo. Cum enim ei dicit, omni homini dicit in corpore constituto, in prosperitate quippe, facultate ac potentia temporali annuntiat, qui cum ad divitias attendunt, seguiores ac negligentiores efficiuntur circa Dei Christi timorem et gratiam, suæque [3] ita usque ad finem salutis obliviscuntur, ac timoris Dei efficiuntur immemores. Cum enim tribularetur ipse Pharao, invitus Dominum cognoscebat, ut scriptum est (*Exod.* VIII, 8, 25; IX, 27; X, 24). Cumque iterum dimittebatur a Deo, revertebatur ut canis ad suum vomitum (*Prov.* XXVI, 11; II *Petr.* II, 22). Ideoque omnium Paganorum, Judæorum, hæreticorum, divitumque animæ, ac peccantium pariter in prosperitate contemptrices Dei reperiuntur interdum: ideo [f] eruditio utilis est humano generi in omnibus atque salutaris, dicente Propheta: *Bonum mihi est, Domine, quod humiliasti me, ut discam justificationes tuas* (*Psal.* CXVIII, 71). Et iterum de objurgatione: [g] *Cum occidebat*, inquit, *Dominus Judæos, tunc inquirebant eum, et vigilabant ad eum* (*Psal.* LXXVII, 34). Non itaque dicit beatus Apostolus, ut [h] non curramus, aut non velimus servire Deo; sed [i] primum debemus nostra currere voluntate, deinde non cum præsumptione et jactantia, [j] quasi nostra virtute et justitia [4] condigna, ut non Christi mereamur salvari clementia. Qui enim currit cum superbia, et præsumptione, non a Deo sperat præsidium, quantum ex sua conversatione sibi præsumit justitiam. Et currere itaque, et velle nos docet beatus Apostolus; inque nostra voluntate esse, ut in ipso cursu bonorum operum in humilitate perseveremus, ac tunc demum speremus salutem posse ab ipso Domino adipisci, ut ait Dominus: *Et cum feceritis omnia, dicite quod* [k] *servi sumus nequissimi* (*Luc.* XVII, 10). Et: *Si justus vix salvatur; peccator*, [5] *et impius ubi apparebit* (*Prov.* XI, 31)? Ergo sunt in nobis quædam, in quibus currendum est. Sunt autem majora quæ a Deo speranda, et impetranda sunt, ut ait Apostolus: *Nescitis quid petatis* (*Luc.* XX, 22). Ut puta si quis dixerit, possum esse martyr, possum esse apostolus; et non dicit, si Deus Christus voluerit, quod ab eo incrementum id muneris, et gratiæ quippe confertur, non vana hominum præsumptione, atque jactantia comparatur: tentantis est enim hominis voluntas hujusmodi, ac præsumentis; non quærentis, et supplicantis, ut tantam consequi mereatur dignitatem.

CXXIX. HÆRESIS NEGANS DAVID CHRISTI PROPHETAM FUISSE.

Sunt quidam hæretici, ut [l] Manichæi, [m] et Gnostici,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] incurrit alteram
[2] omnibus effusa
[3] ita ad finem
[4] condigne et non
[5] et impius quo appellabit

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Unam putat evadere hæresin.* Arianorum, τὸ ὁμοούσιον, et æternitatem Filii negantium. FABRIC.

[b] *Excitavi te.* Exod. IX, 16, הֶעֱמַדְתִּיךָ; Rom. IX, 17, ἐξήγειρά σε. Vide, si placet, ad loca hæc recte intelligenda B. Wolfgangum Franzium in præclaro de interpretatione Scripturæ opere. FABRIC.

[c] *Indurans indurabo.* Exod. IV, 21, אֲנִי אַחֲזֵק, et VII, 3, אֲנִי אַקְשֶׁה ἐγὼ σκληρυνῶ. Philastrius ex memoriæ lapsu pro *indurabo* scripsit *indurans indurabo.* FABRIC.

[d] Text. Græc., Ἄρα οὖν οὐ τοῦ θέλοντος, οὐδὲ τοῦ τρέχοντος, ἀλλὰ τοῦ ἐλεοῦντος Θεοῦ, quo in loco paronomasiam trium vocum Hebraicarum רחם רצה רוץ notat Mericus Casaubonus diatriba de linguis p. 84, et in notis ad Optatum lib. II, c. 20. FABRIC.

[e] *Omnem virtutem meam.* Exod. IX, 16, et Rom. IX, 17, ὅπως ἐνδείξωμαι ἐν σοὶ τὴν ἰσχύν μου. *Omnem* Philastrius explicandi causa adjunxit. FABRIC.

[f] *Eruditio.* Per afflictiones et calamitates. FABRIC.

[g] LXX, Ὅταν ἀπέκτεινεν αὐτοὺς, ἐζήτουν αὐτὸν, καὶ ἐπέστρεφον καὶ ὤρθριζον πρὸς Θεόν. Unde suspicetur aliquis Philastrium scripsisse *ad Deum*, pro *ad eum.* FABRIC

[h] *Non curramus, aut non velimus.* Quando, dixit non esse currentis, nec volentis Rom. IX, 16: *Est enim Christiani hominis*, inquit Optatus II, 20, *quod bonum est velle, et in eo quod bene voluerit, currere; sed homini non est datum perficere, ut post spatia, quæ debet homo implere, restet aliquid Deo, ubi deficienti succurrat.* FABRIC.

[i] *Primum debemus nostra currere voluntate.* Ipsum etiam velle operante in nobis Domini gratia. Philip. II, 13, FABRIC.

[j] *Quasi nostra virtute..... salvari clementia.* Superfluit τὸ *ut* tam in Hamburg. quam in Basileensi editione, deest autem et quidem recte in Lugdunensi. Corb. porro cod. legit *et non Christi*, æque bene. Supra cap. 127, eadem editio Lugdun. habet. *propter sempiternam durationem*, et concinit etiam Corb. liber; at Basil. et Hamburg. editio legunt, *propter sempiternitatem.* GALEARD.

[k] *Servi sumus nequissimi.* Græc., ἀχρεῖοι, *servi inutiles.* Supra c. 123. FABRIC.

[l] *Manichæi.* Qui Legem et Prophetas repudiabant, ut constat ex Augustini lib. contra Adversarium Mosis, et prophetarum. Τὴν λεγομένην παλαιὰν ἅπασαν ἱστορίαν ἐκβάλλουσι, ait de Manichæis Alexander Lycopolita p. 19. FABRIC.

[m] *Et Gnostici, et Nicolaitæ.* Fortasse legendum *Et*

et Nicolaitæ, et alii, qui de beato David audent dicere, [1] [a] quod non Christi propheta fuerit, neque doctor, et commentator [b] divinarum omnium Scripturarum, sed [c] humanæ cantationis, ac sæcularis rei conscriptor exstiterit: cum cœlestis gratiæ, atque arcani salutaris Christi Domini ipse meruerit præ multis humano generi mysteria prædicare. Sicut enim Sanctis aliis diversam tribuit Christus Dominus gratiam, ita huic majorem concessit scientiam, dicente Domino: *Dabo vobis sancta David fidelia* (*Act.* XIII, 14, *ex Isai.* LV, 3). Et: *Inveni David filium Jesse, hominem qui faciat omnia quæ sunt in corde meo, dicit Dominus* (*Act.* XIII, 22, *ex Psal.* LXXXVIII, 21). Ignorant ergo quod velox, ac præpotens commentator hic divinarum exstitit Scripturarum, rex atque propheta David emissus a Domino; ut [d] quod ante dicebatur, præsensque [2] videbatur, hæc cuncta brevi collecta humano generi prædicarentur ab eodem, tribusque in versibus psalmi primi omnem rerum virtutem exponeret veritatis, præteritorum, instantium, atque futurorum; omnesque errores cujusque populi, diversaque facinora nuntiando, cum dicit: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum*, id est Paganorum: *et in via peccatorum non stetit*, quippe Judæorum: *et in cathedra pestilentiæ non sedit*, utique hæreticorum (*Psal.* I, 1). Atque hinc jam quasi ex fontibus atque materiis copiosis diversa semina iniquitatis humano generi [3] adfutura doceret, ut his quippe tribus malis Paganitate, Judaismo, et omni hæresi contemptis, atque damnatis, sola fides vera, id est Patris, et Filii, et sancti Spiritus ab omnibus credita coleretur. Zelo enim divino ductus beatus David tunc temporis, cum videret homines [e] dæmoniis immolare, non Deo; in Jerusalem civitate [f] quatuor choros posuit secundum [4] mundi aditus, [g] ana septuaginta duo, quatuor etiam hominibus positis ex psallentibus, atque arcam Dei custodientibus, undique infinitis etiam aliis extrinsecus. In medio autem ea posita psallebat cum populo beatissimus ipse David patriarcha, et incorporationis Christi Domini quippe ut testis tantus, ac prædestinatus a Domino, psalmorum diversa gaudia et laudes pariter, non alii nisi ipsi Christo Domino canendo referebat; [h] trinaque vice quotidie cum orationibus psalmorum etiam [5] cantore sonante omni delectabatur cum populo, divinam Christi præsentiam nuntiando, deque ea re, futura gaudia sæculo [6] promittendo. De quo et Dominus dignatus est dicere, multos fuisse [i] prophetas, et sapientes, et desiderasse videre, et audire quæ apostoli audire meruerunt, et videre. Nam quod et Græcorum ipsa quæ videtur esse sapientia, ex Lege, atque Prophetis, et specialiter de David sit, [j] secundum tempus [7] omnibus manifestum. Ideoque et poetæ, aliique sapientes versibus quod voluere dicere, [k] imitando eumdem conati sunt fingere. Quæ argumenta cum de Lege,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quod Christi propheta Domini non fuerit
[2] videbatur futurumque nuntiabatur, hæc cuncta
[3] adfutura dejiceret... immolare non Deo in
[4] mundi actus
[5] cantu resonante omnia
[6] præmittendo... et ex lege
[7] omnibus est manifestum

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Gnostici Nicolaitæ, nam Epiphanius XXVI, 1, Gnosticos τῷ Νικολάῳ συνιζευγμένους testatur. Idem XXVI, 6, ait Gnosticos tam veteri, quam novo usos Testamento, sed eum qui in veteri locutus est Testamento, abdicare. Igitur quando aliquid reperiunt quod dogmati ipsorum adversatur, illud ab spiritu hujus Mundi profectum causantur, ὅτι τοῦτο ἀπὸ τοῦ πνεύματος τοῦ κοσμικοῦ λελάληται. FABRIC.

[a] *Quod non Christi propheta fuerit.* Licet a Prophetis et Lege distinguuntur Psalmi Luc. XXIV, 19, 44; tamen diserte David propheta vocatur Matth. XXVII, 35, et Actor. II, 30. FABRIC.

[b] *Divinarum omnium Scripturarum.* Respicit ad verba II Tim. III, 16, ubi Apostolus ait omnes Scripturas, πᾶσαν γραφὴν, adeoque Davidis etiam scripta esse divina, ac Θεόπνευστα. FABRIC.

[c] *Humanæ cantationis.* Ut alii quilibet poetæ. FABRIC.

[d] *Quod ante dicebatur præsensque videbatur, hæc cuncta.* Sic legit Hamburg. editio, cui Basileensis quoque et Lugdun. consentiunt, sed profecto male; nam Corb. cod., post *videbatur*, addit *futurumque nuntiabatur*, quæ plenior est lectio, et melior; unde etiam illud quod sequitur in editis, *præteritorum, instantium atque futurorum*, emendari debet ex ms., ubi pro *instantium* legitur *stantium*: stare enim dicitur Livio quod præsens est. Sed etiam paulo ante Lugdun. editio male habet *prædicerentur* pro *prædicarentur*, non enim prædicuntur præterita, vel præsentia, sed tantum futura; Philastrius autem loquitur ibi non de futuris tantum, sed etiam de præteritis et præsentibus. GALEARD.

[e] *Non Deo.* Vocabulum *Deo* in superioribus edit. desideratur, quod sensus necessario postulat. FABRIC. —*Dæmoniis immolare, non Deo.* Subdit Fabricius: *Vocabulum* Deo *in superioribus edit. desideratur, quod sensus necessario postulat.* Recte, nam illud suggerit etiam Corb. cod.; quomodo etiam hær. 135, ubi in editis habetur *sequentes suum fraternum*, Fabricius vero legendum putabat *sponsum fraternum*, Corb. aliquanto melius suum fratrem. GALEARD.

[f] *Quatuor choros posuit.* I Chron. XXV, 7. Numerus universorum traditur 288, qui prodit ex quater repetitis 72, tot enim erant in unoquoque choro. FABRIC.

[g] *Ana septuaginta duo.* Ἀνὰ οϐ', ut Luc. IX, 3; et X, 1, ἀνὰ δύο; vel IX, 14, ἀνὰ πεντήκοντα. Vel si hoc cui in Latino scriptore incredibile videatur, legendum *uno septuaginta duo*. Cæterum de tota hac ratione musicæ sacræ a Davide in templo constitutæ, consulendus Salomo van. Till., in parte tertia operis Belgice primum, deinde etiam Germanice editi de Musica Veterum, ac speciatim Hebræorum. FABRIC.

[h] *Trina vice quotidie.* Mane, et vesperi, ac cum sacrificium juge offerebatur. FABRIC.

[i] *Prophetas et sapientes.* Luc. X, 24, πολλοὶ προφῆται καὶ βασιλεῖς. FABRIC.

[j] *Secundum tempus.* Gentium poetæ, et scriptores etiam antiquissimi ut Homerus, Hesiodus, Herodotus, Mose, et Davide longe sunt juniores: ut a veteribus Ecclesiæ Doctoribus in suis adversus Gentes Apologiis diligenter annotatum. FABRIC.

[k] *Imitando eumdem.* Hoc fortasse minus credibile videbitur iis, qui cogitaverint in quanta ignorantia linguæ, rerumque Judaicarum versati fuerint Græci,

atque Prophetis sumerent, immutatis nominibus eum jura veritatis violare properant, suæ perfidiæ diversa mendacia [a] sæculo seminarunt. Inde hæc ignorantes quamplurimi sæculares homines, atque imperiti, [b] temporalitatis pagana mendacia potius quam salutaris christianæ legis antiqua, et vera arcana desiderant colere, atque sequi firmamenta. Ex suis itaque vanitatibus, id est ex Græcorum historiographis, potest quis cognoscere, quam sit temporalis vana sapientia Græcorum, quæ cum paulatim cognoscitur a suis, sine dubio [1] spernitur, calcatur, atque quotidie condemnatur.

CXXX. HÆRESIS DE PSALTERII INÆQUALITATE.

Sunt alii hæretici, qui de inæqualitate Psalterii errorem patiuntur non modicum, æstimantes, [2] [c] totum librum Psalterii non esse David, et cum historiam quærunt per ordinem, [d] inveniunt inæqualitatem, id est ut quæ novissima prima, et quæ prima novissima esse posita pervident, non modicum scandali patiuntur. Nam [e] in tertio psalmo persecutionem patitur a filio, [f] et in centesimo plus [g] contra Allophylum pugnando disseritur : cum invenimus primum pugnasse eum cum Goliath in sua juventute (I *Reg.* XVII) ; a filio autem suo in senectute postea bellum sustinuisse (II *Reg.* XVIII). Et quamvis hæc spiritaliter de Christo intelligenda sint, tamen et historiam inquirentes studiose de eodem propheta, non parvo offendiculo perturbantur. Quia ergo et post septuaginta duos psalmos [h] defecisse dicit hymnos David Scriptura psalmorum, [3] et postea iterum [i] ejusdem titulatio in multis psalmis nuntiatur ; et de hoc quærunt, cur ita sit positum, nescientes quod beato regi, atque prophetæ diversa gaudia psalmorum recte a Domino impertita sunt. Si ergo et aliorum inveniuntur titulationes in psalmis, postea tamen summa rerum laudis huic auctori, et institutori a Christo concessa est, ut prophetæ, regi atque patriarchæ. De inæqualitate autem psalmorum secundum historiam, qui interpretati [4] sunt studiosissime, hoc dixerunt ; quod sæpe existente captivitate in Judæorum populo, a gentilibus propter idololatriam, quia cum illis colebant Judæi, et idola, inque his etiam Scripturæ divinæ inquirebantur, et comburebantur a gentibus. Si quis autem abscondisset de psalmis aliquid, existente pace postmodum requirebantur a paucis sanctis eædem divinæ Scripturæ ; cumque invenirentur, accipientes postea qui erant in illo tempore [5] sapientes, quia non erant prophetæ jam, sed sacerdotes timore detenti, juxta quod accipiebant a quibusdam, ita componebant et textum psalmorum, et ita ordine exponi jubebant. [6] Sic ergo secundum historiam, inæqualitatis, ut dixerunt multi, causa hæc esse videtur. Nam quod spiritalis in ipsa inæqualitate psalmorum [7] æqualitas sit, Christi scientia cognoscenda, manifestum est studiosis ; ut quod est in primis, hoc sit et in medio de Christo itidem ; et quod erat postea futurum, de eodem ante dictum sit [j] ubique. Ideoque [8] Apostolus : *Christus*

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] cognoscitur, calcatur, atque
[2] omnem librum... David beatissimi, et cum
[3] et postea ejusdem
[4] sunt auctores studiosissimi
[5] sapientes non erant
[6] si ergo... inæqualitas
[7] psalmorum et æqualis sit
[8] Apostolus ait : Christus

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

et Latini ; ne dicam alia longe tinnire in eorum carminibus, quam quibus sacra divino Spiritu inspirata pagina Davidis resonat. FABRIC.

[a] *Sæculo seminarunt.* Sic supra c. 122 : *Cum semina impietatis paganæ non alii nisi illi Poetæ vani, et Philosophi, deorum dearumque appellationes hominum sensibus seminaverint.* FABRIC.

[b] *Temporalitatis pagana mendacia.* Recentia, minimeque antiqua. Sic sæpe noster supra cap. 110, 112, 121, 122. FABRIC.

[c] *Totum librum non esse David.* Duo licebit hoc loco annotare ; primo, falli virum eruditum, qui in Vitis Scriptorum Biblicorum Germanice editis parte IX, p. 40 ?, D. Brochmandum testem laudans, ait a Philastrio hæreticis annumerari, quisquis affirmet omnium psalmorum Davidem esse auctorem : nam Philastrius hæreticis ascribit eorum sententiam, qui non omnes psalmos a Davide scriptos sibi persuadent. Deinde hoc ipsum, quod hæreticis tribuit Philastrius, neutiquam est hæreticum, sed verissimum, multisque etiam Philastrii ætate probatum catholicis, ac probatis Doctoribus Ecclesiæ, ut Hilario, atque Hieronymo, ne alios infinitos in præsenti memorem. FABRIC.

[d] *Inveniunt inæqualitatem.* Ordinis perturbati ἀνωμαλίαν, ut ipse hoc statim interpretatur. Sane ab Esdra librum psalmorum non digestum ordine temporis quo scripti sunt, sed alio ordine quocumque fatentur Scriptores doctissimi, et interpretes sacrarum *Litterarum etiam* antiqui, ut Eusebius in Psalmos pag. 7 : Παρατηρητέον δὲ ὅτι μὴ κατὰ ἀκολουθίαν τῶν τῆς ἱστορίας χρόνων ἡ τῶν ψαλμῶν σύγκειται ταξις. Adde eumdem p. 208, 214. Theodoritus in auctario Garneriano p. 3 : Οὐ καθὼς ἐλέχθησαν οἱ ψαλμοὶ ἐξετέθησαν, ἀλλὰ καθὼς εὑρηνται. Quod vero illustris Huetius p. 335 Demonstrationis Evangelicæ, eo ordine putat esse positos psalmos, quo fuere in templo secundo decantati, conjectura est, neutiquam res certa, et explorata. FABRIC.

[e] *In tertio psalmo.* Cujus inscriptio, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὁπότε ἀπεδίδρασκεν ἀπὸ προσώπου Ἀβεσσαλὼμ, τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. Similis est inscriptio psalmi CXLIII, Ψαλμὸς τῷ Δαβὶδ, ὅτε αὐτὸν ὁ υἱὸς κατεδίωκει. FABRIC.

[f] *Et in centesimo plus.* Hoc est in psalmo CXLIV, qui est ultra centesimum, τῷ Δαβὶδ πρὸς τὸν Γολιάδ. Sic supra cap. 112, *annis* CCCLXXX *plus.* Et cap. 106, *quadringentos jam plus annos.* FABRIC.

[g] *Contra Allophylum.* Philistæum, ut supra cap. 12. FABRIC.

[h] *Defecisse dicit.* Post psalmum LXXII subscribitur : ἐξέλιπον οἱ ὕμνοι Δαβὶδ τοῦ υἱοῦ Ἰεσσαί, quæ videtur esse nota clausulæ libri secundi, cum totum psalmorum opus divisum fuerit olim in libros quinque. FABRIC.

[i] *Ejusdem titulatio.* Etiam post psalmum LXXII, multi psalmi diserte in titulo præferunt Davidis nomen, ut LXXXVI, XCI, XCIII, XCIV, XCV, aliique quamplurimi. FABRIC.

[j] *Ubique.* Sic infra cap. 135. FABRIC.

heri et hodie, ipse et in sæcula, inquit, *sæculorum* (*Hebr.* XIII, 8). Nam quod spiritali virtute dicti sint psalmi, non est dubium, ut quod ante factum est per diabolum [a] de impietate idolorum, hoc et sub Judæis seductione ejus commissum facinus monstraretur; et quod ipsius sit etiam hæreticorum perversitas in fine pullulantium [b] quotidie, non ignorat [1] Ecclesia catholica.

CXXXI. HÆRESIS DE PECCATO CAIN.

Sunt hæretici contraria sentientes libro Geneseos, quo Dominus dixerit ad Cain : [c] *Peccasti, quiesce; ad te conversio tua, et tu ejus dominaberis* (*Gen.* IV, 7). Cum enim dicit : *Tu ipsius dominaberis;* putant quod dixerit ei : [d] tu eris dominus fratris tui. Et quamvis si ita quis senserit, quia major natu erat Cain quam Abel frater ejus, quia et [e] in Lege [2] majores natu, erant et honore, id est primogeniti; non autem [3] hic dicit : *Tu ejus dominaberis*, quasi eris dominus ejus, quod est in omnibus contrarium. Si enim ita esset, quomodo [f] dabat in eum mortis sententiam Dominus, A quod suum occiderat fratrem sicut scriptum est? Non [4] ergo ita dicit Scriptura, dominari illum fratri suo ut eum interficeret; sed dominaberis cogitationi tuæ malæ utique, quæ est in arbitrio tuo, [g] ut cujusque hominis arbitrio, atque voluntate, aut projiciat de corde suo malam cogitationem [h] immissam a diabolo, aut non projiciendo crimen incurrat perpetuum. Ut [i] perscrutator enim cordis et animi hominis Christus Dominus occulta ipsius pervidens, arguebat quod cogitaverat, et monebat ne faceret illud sceleris, inque hoc viam parricidii [j] sæculo semina ret. Quod et in Evangelio dictum est : [k] Si habes adversus fratrem tuum iram, *vade reconciliari, et sic postea offeres munus tuum* (*Matth.* V, 23). Et David itidem ait : [l] *Irascimini, et nolite peccare* (*Psal.* IV, 4). B Et qui modus sit, *irascimini, et nolite peccare*, ipse subsequitur disserens : [m] *Quæ dicitis in cordibus vestris, et in cubilibus vestris compungimini* (*Ibid.*). Salomon etiam : [n] *Si ascenderit spiritus inimici dominantis in te, ne des ei locum ut in te habitet* (*Eccles.* X, 4). [5] Et Dominus : [o] *Qui irascitur fratri suo sine causa*,

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Ecclesia quippe catholica prædicans
[2] majores natu majores erant et honore
[3] hoc dicit... quia eris
[4] ergo hic dicit
[5] Et Dominus ait erit judicio

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *De impietate idolorum.* Ethnicis, Judæis, et Hæreticis oppositam cœlestem, ac veram fidem, a Davide, Philastrius supra, cap. 126, ex primis Psalmi primi verbis annotavit, ad quæ præsenti etiam loco respicit. FABRIC.

[b] *Quotidie.* Sic supra cap. 121. FABRIC.

[c] *Conversio tua.* Immo *conversio sua*, sive *ejus.* LXX, Ἥμαρτες, ἡσύχασον· πρὸς σὲ ἀποστροφὴ αὐτοῦ, καὶ σὺ ἄρξεις αὐτοῦ. FABRIC.

[d] *Tu eris dominus fratris tui.* Hanc expositionem quam Philastrius hæresibus ascribit, tuentur viri doctissimi Bonav. Cornelius Bertramus cap. 1 Lucubratt Franckenthalens., Joan. Lightfootus opp. posthum. p. 91, Guil. van der Muylen dissert. de Die mundi et rerum omnium natali, Ceneus in specimine versionis Bibliorum Gallice edito, aliique. Non tamen ita dominum Abelis Cainum faciunt, ut inde ei licuerit fratrem minorem natu occidere : sed ut per pœnitentiam, velut postliminii jure ei restitueretur primogenituræ prærogativa, cujus jacturam peccando fecisse videbatur. FABRIC.

[e] *In Lege majores natu, erant et honore.* Erant et honore majores. Vide Interpretes ad Genes. XXV, 31, XLIII, 33, Dan. Lundium diss. de primogenitis Hebræorum Upsal. 1703, Outramum lib. I de Sacrific. cap. 4, Vitringam Observ. sacr. II, 2 seq., Witsium Miscell. sacr. tom. I, et Salom. Deylingium parte II Obs. sacrar. p. 48. FABRIC. — *In Lege majores natu erant et honore.* Sic Hamburg. editio; sed profecto minus plene quam Basil., ubi *majores natu majores erant et honore*, et sic legit etiam Corb. codex. GALEARD.

[f] *Dabit in eum mortis sententiam.* Non mortis proprie, vide Genes. IV, 15, sed *maledictus*, inquit, *erit super terram.* FABRIC.

[g] *Ut cujusque hominis arbitrio, et voluntate.* Vide supra cap. 26 et c. 128. FABRIC.

[h] *Immissam a diabolo.* Communis hæc sententia Doctorum veteris Ecclesiæ. Vide Eugubinum VIII, 29, de Perenni philosophia; Interpretes ad Joan. XIII, 2; Actor. V, 3, et I Paralip. XXI, 1, et D. Joan. Fechtii τοῦ μακαρίτου diss. de suggestionibus Satanæ. FABRIC.

[i] *Perscrutator cordis et animi Christus.* Vide interpretes ad Joan. II, 25; Matth. IX, 4, XII, 25; Luc. V, 22, VI, 8, IX, 47. FABRIC.

[j] *Sæculo seminaret.* Hoc est, malo exemplo veluti C semen sceleris spargeret. Libenter hoc sensu vocabulum *seminare* usurpat noster, ut supra cap. 129, *suæ perfidiæ diversa mendacia sæculo seminarunt.* FABRIC.

[k] *Si habes adversus fratrem tuum iram.* Ita utcunque reddit Philastrius quod apud Matthæum V, 23, est, *Si memineris fratrem tuum habere aliquid adversus te :* Ἐὰν μνησθῇς ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἔχει τι κατὰ σοῦ.... ὕπαγε.... διαλλάγηθι τῷ ἀδελφῷ σου, καὶ τότε ἐλθὼν πρόσφερε τὸ δῶρόν σου. FABRIC.

[l] LXX, Ὀργίζεσθε καὶ μὴ ἁμαρτάνετε. FABRIC.

[m] LXX, Ἃ λέγετε ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, ἐπὶ ταῖς κοίταις ὑμῶν κατανύγητε. FABRIC.

[n] LXX, Ἐὰν πνεῦμα τοῦ ἐξουσιάζοντος ἀναβῇ ἐπὶ σέ, τόπον σου μὴ ἀφῇς. FABRIC.

[o] LXX, Πᾶς ὁ ὀργιζόμενος τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ εἰκῇ, ἔνοχος ἔσται τῇ κρίσει. Illud εἰκῇ *sine causa*, quod in multis codicibus abest, jam suo tempore in Latinis D quibusdam Hieronymus reperit. Joan. Cassianus tamen VIII, 20 : *Superfluum est* sine causa, *et adjectum ab his qui amputandam causam pro justis causis minime putaverunt, cum utique nullus quamlibet absque ratione commotus, sine causa dicat se irasci.* Sed videtur etiam legisse Irenæus II, 56, et IV, 31, etsi omittit IV, 27. Legit et Cyprianus, et auctor Operis imperfecti homil. 11, et Chrysostomus ad Matthæum homil. 16, p. 200, et homil. 6 de laudibus apostoli Pauli tom. II edit. novæ p. 511. Legitur etiam in apophthegmatibus Patrum apud Cotelerium t. I Monument. p. 622, et in versione Syriaca, et Coptica. Defendit etiam clariss. vir Joan. Henr. Majus libro tertio Observationum sacrarum p. 30, quod convenire illud observat Judæorum scitis, qui apud Maimonidem in canonibus Ethicis, sapientiæ discipulum vetant irasci nisi על דבר גדול *ob rem magni momenti.*

FABRIC.

reus erit judicii (*Matth.* v, 22). Ideoque pellendam cogitationem ex suggestione inimici Dominus edocebat illico, ne cum diu sit in homine, ad perpetrandum facinus eum provocet proniorem.

CXXXII. DE CAIN PECCATO HÆRESIS QUARE DEUS EI VITAM CONCESSERIT.

Est hæresis quæ non recte intelligit de Cain, quod post fratricidium quod commiserat, rogat Dominum mori potius quam dimitti, dicens ita : [a] *Major causa est si dimissus fuero, et erit omnis qui invenerit me, interficiet me* (*Gen.* IV, 4). Sed Dominus per eum unum omni humano generi, velut generalem docendo modum, per patientiam tribuebat bonitatis suæ indulgentiam copiosam; ut jam desinente scelere, bonorum operum fructuositatem sequerentur, certamque ab eo cuncti cognoscerent amplectendam, [b] dicente Domino : *Nolo mortem* [1] *peccatoris, quam ut revertatur et vivat* (*Ezech.* XXXIII, 11); ut tanti sceleris cunctis per eum patesceret pœnitentia, inque ea, indulgentia pariter copiosa; ut pœnitentium jam bona fructuositas hortamento Dei monstraretur hominibus, quo eam pervidentes, salutem potius quam mortem sibi desiderent acquirendam. Unde veluti suus accusator atque judex, cum ex parte gignitur Cain, dicens quod commiserit fratricidium, audire a Domino meruit, ut si fructus bonorum operum de cætero eum sequeretur, remissionem tanti sceleris esset sine dubio accepturus, nullumque metum mortis inferendæ jam suspicaretur sibi [2] ab aliquo adfuturum. Insuper etiam et [c] signum acceperat ne occideretur ab aliquo; eumque etiam [d] septem pœnas perpeti, si qui hominum ausus fuisset in eum manus injicere, cœlesti sententia [3] definitum. Ipsa enim veluti pœnitentia ficta non vera inventa est, cum audit a Domino : *Omnis qui occiderit Cain, septem vindictas persolvet* (*Gen.* IV, 15). Unde et signum [e] accipere meruit propter pœnitudinem, si tamen digna bonorum operum jam eum fructuositas sequeretur. Sed non invenimus fructum bonorum in eo pœnitentiæ usque fuisse, quanto magis de genere illius omnem impietatem potius [4] pullulasse; qui post eum hæredes impietatis paternæ, et immanitatis tanti sceleris existentes, cum non malorum suorum pœnitudinem gerere voluissent, [f] annuntiante eis Noe beato, perseverantes in scelere, diro mortis interitu per diluvium perierunt, [5] excepto octo animis tantummodo tunc temporis, quæ de genere sanctorum fuerunt editi, qui meruerunt procellam soli tanti periculi devitare.

CXXXIII. DE STELLIS CŒLO INFIXIS HÆRESIS.

Est hæresis, quæ [h] Stellas infixas putat esse [6] in cœlum, non [i] de thesauris locisque absconditis, atque a Deo dispositis in vesperum jussu divino repente procedere, statutisque horis [6] suo lumine cursum ministeriumque indictum agnoscere : quod contrarium alienumque Fidei catholicæ invenitur si ita quis senserit, magisque paganæ vanitatis, et philosophorum inanis sententiæ, quam Christianæ scientiæ habere consortium demonstrabitur. Scriptura enim omnipotentiam Dei ita edocet, ut in brevi e diversis thesauris concurrere, atque discurrere sidera nuntiaverit; ornamentoque cœli, noctique, ut lucis causa ex parte sint a Deo præstita atque commo-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] peccatoris quantum ut
[2] ab aliquo cum his etiam
[3] definitum est : in ipsa... fructum bonum
[4] pullulasse post eum
[5] in cœlo
[6] suo volumine

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Major causa est si dimissus fuero.* Μείζων ἡ αἰτία μου τοῦ ἀφεθῆναι με. Sensus est, major culpa mea est quam ut dimitti impunis possim. Sed illi, quos reprehendit Philastrius, ita hæc verba sunt interpretati : majore pœna afficior si dimissus fuero, ac si legissent τῷ ἀφεθῆναι με pro τοῦ ἀφεθῆναι. FABRIC.

[b] *Dicente Domino.* Supra cap. 89. FABRIC.

[c] *Signum acceperat ne occideretur.* Hoc ipsum pro signo licet accipere, quod non interficiendum Cainum esse Deus fidem ei fecerit. Confer quæ notavi in Codice pseudepigrapho Veteris Test. p. 115, 116, et Joan. Christoph. Ortlobii diatribam de signo Caini editam Lipsiæ A. 1701. FABRIC.

[d] *Septem pœnas perpeti.* Targum Uzielidis Genes. IV, 15 : *Quisquis interfecerit Cain, per septem generationes ultio sumetur ab eo.* Aliter pœnas septem, peccatis totidem Caini respondentes exponit Suidas in Κάϊν, secutus Epiphanium de numerorum mysteriis tom. II, p. 307 seq. FABRIC. — *Eumque his etiam septem pœnas perpeti.* Vox *his* loco huic prorsus incommoda, quam ingerit editio Hamburg. omnino delenda erat, quamvis pacto nescio quo in editionem quoque Basil. irrepserit; sed recte deest in editt. Colon. et Lug. GALEARD.

[e] *Accipere meruit.* Id est accepit. Ita mereri et ἀξιοῦσθαι antiquis Scriptoribus frequenter usurpatur, ut notarunt Grotius ad Matth. VI, 1, et Is. Vossius ad Ignatium p. 293. Sic infra hoc capite : *qui meruerunt procellam soli tanti periculi evitare.* Et supra : *audire a Domino meruit.* FABRIC.

[f] *Annuntiante eis Noe beato.* Unde δικαιοσύνης κῆρυξ ille dicitur II Petr. II, 5. FABRIC.

[g] *Exceptp octo animis.* I Petr. III, 20. Lugd., *exceptis.* FABRIC. — *Excepto octo animis.* Dictum hoc videtur juxta Italicæ linguæ proprietatem, *eccetto otto anime.* Fabricius monet in Lugdun. editione haberi *exceptis*, quod fortasse ortum ab inconsulta emendandi prurigine; verum editio Basil. Sichardi retinet *excepto octo animis.* Confer Baluzii notas ad Reginonem p. 591, ad Gratianum p. 514, itemque ad Capitularia regum Francorum tom. II, p. 1229. Simile quiddam Italicæ linguæ vestigium memini me deprehendere in Gaudentio ex voce *Brodium* tract. 2, p. 44 edit. Patav., licet conjecturæ meæ parum faverint Actorum Lipsiensium conditores; at enim eos viros tenet insanabile alienæ industriæ carpendæ cacoethes, ut probe norunt eruditi. GALEARD.

[h] *Stellas infixas.* Ut immobiles sint; quod refellit etiam Chrysostomus in Genes. I, 17 : *Cum audimus, posuit Deus stellas in firmamento, absit ut cogitemus quod Deus astra cœlo infixerit, nam videmus ea moveri, et unumquodque eorum de loco ad locum transeundo cursum suum peragere.* Vide Sixtum Senensem lib. V. Bibl. sanctæ annotat. 14. FABRIC.

[i] *De thesauris locisque absconditis.* Ut Ps. CXXXV, 7 : Ὁ ἐξάγων ἀνέμους ἐκ τῶν θησαυρῶν αὐτοῦ. Vide Suidam in θησαυροί. FABRIC.

data, diversisque horarum spatiis, velut ad sua loca rursum redire statuta sint, ut e quibus locis exire jubentur quotidie, ad ea loca reverti iterum [a] præsidente angelo, et compellente, cursum debitum præterire nullo modo possint: [1] hincque effusa Christi clementia omni manifestaretur humano generi, qui justis, et injustis in hoc mundo parem concesserit gratiam bonitatis annuntians, [b] *qui solem suum oriri facit super justos, et injustos: et pluit super bonos, et malos* (*Matth.* v, 45). [c] Et, *noverunt sidera*, inquit, *thesauros suos, et cursum dispositum quotidie* (*Baruch.* III, 33, 34).

CXXXIV. HÆRESIS VETERIS TESTAMENTI MULTA REPROBANS.

Sunt quidam hæretici, qui de veteri Testamento multa reprobant, id est [d] Salomonis [2] Ecclesiasten, paucis quidem conscriptum sententiis, omnem tamen thesaurum cœlestis scientiæ quærentibus continentem: nam quod omnibus sapientior prioribus sit, [e] ipse Salvator testatus est. Cum legunt ergo: *Omnia vanitas vanitatis*, [f] *quæ sub cœlo sunt* (*Eccles.* I, 14); et: *Desideravi habere*, ut dictum est, *diversa* (*Eccles.* II, 3); et: *Deus mihi dedit*, inquit, *et ecce omnia vanitas vanitatis* (*Ibid.*, 11); solum tamen hoc postea addit esse a Deo, ut si quis manducet, et bibat, et benefaciat animæ suæ (*Ibid.* 24). Quod si hanc escam solum, aut hunc potum dixit esse istius sæculi, [3] utilemque carnalem, nihil autem futuræ vitæ immortalis aliud [g] nuntiavit, in vanum hominum labor impenditur. Ergo quod ait Apostolus de quibusdam: [h] *Manducemus, et bibamus, cras enim moriemur*, quod profecto Paganorum, et Epicureorum est talis hæresis, quæ vitæ pecudum comparatur. Ideoque [i] *homo in honore cum esset non intellexit, comparatus est pecudibus insipientibus* (*Psal.* XLVIII, 11, 21). Salomon itaque et carnalem vitam hominum a Deo concessam in multis divitiis nuntiavit, et futuram angelorum gloriam nihilominus in studiosis inesse paucis desiderantibus, et credentibus prædicavit. Si enim et dives in hoc sæculo bene operatus fuerit, necesse est ut et illic futuræ vitæ consortium consequatur: sicut enim et hæc terrestris esca a Deo data est, ita et illa cœlestis esca de Lege desideranda est amplius. [4] Fides quippe Christi Domini de Lege, et Prophetis adveniens cupientibus gloriosa, quam magis Maria, quam Martha elegerat, dicente Domino: [j] *Majorem sortem Mariam elegisse, quæ non auferetur ab ea* (*Luc.* X, 42). Ergo si dixit, *vanitas vanitatis est, quæ in sæculo sunt*, hæc utique transeuntia prædicavit, propter futuram illam gloriam eminentem ac perpetuam, ut ait Apostolus: [k] *Transit enim figura hujus mundi*, et gloria (I *Cor.* VII, 31). Si autem figura, et vita, et honor, et dignitas mundi istius cessabunt, et destruentur: illa quippe erit desideranda cœlestis et [l] angelica dignitas, quæ [m] incorporatione, ac passione, et resurrectione quippe est Christi credentibus adventura; quæ non temporalis, carnalis, ac caduca erit, ut Judæorum secundum litteram, et aliorum talium pereuntium, in posterum autem nihil exspec-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] hincque humano generi
[2] Ecclesiasten librum, paucis
[3] utilem quæ carnalis est; nihil
[4] Fides Christi

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Præsidente angelo.* Ab angelis motus admirandos orbium cœlestium regi docuerunt non pauci olim e Judæis, quibus assentiuntur etiam Maimonides in More Nebuchim II, 4, et Abarbanel ad Isaiæ VI. Eadem multorum e Christianis fuit sententia, ut Cosmæ Indopleustæ lib. II, p. 150, 155, et multis aliis locis; nec non Theodori Mopsuesteni, quem eo nomine reprehendit Joan. Philoponus lib. I de Creatione c. 12. FABRIC.

[b] *Qui solem suum.* Τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθούς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους. FABRIC.

[c] *Et noverunt sidera, inquit, thesauros suos.* Non memini hæc ipsis verbis ita legi in sacris Litteris. At in libro Sapientiæ VII, 15, mentio thesauri ἀνεκλιποῦς, et deinde vers. 19 celebrantur τροπῶν ἀλλαγαί, μεταβολαὶ καιρῶν, ἐνιαυτῶν κύκλοι καὶ ἀστέρων θέσεις. FABRIC.

[d] *Salomonis Ecclesiasten.* Judæos, et Christianos quosdam divinæ Ecclesiastis auctoritati cum Theodoro Mopsuesteno detrahentes, refellunt Huetius in Demonstratione Evangel., Frassenius in disquisitt. Bibl, Natalis Alexander in Historia Vet. Test. ætate quinta diss. 4, Godfridus Wegnerus de canonica auctoritate Ecclesiastæ, et præ cæteris Joan. Henricus Michaelis in accurate elaborata diss. de Ecclesiaste Salomonis Halæ Sax. A. 1716. FABRIC.

[e] *Ipse Salvator testatus est.* Matth. XII, 42; Luc. XI, 31, optimus Salvator de sapientia Salomonis egregium fert testimonium; omnibus tamen illum sapientiorem fuisse prioribus, quod ait eum Philastrius testari, nusquam disertis verbis affirmat. FABRIC.

[f] *Quæ sub cœlo sunt.* LXX, ὑπὸ τὸν ἥλιον. FABRIC.

[g] *Nuntiavit.* Ita scripsi pro *nuntiabit*. Vocabulo nuntiandi libenter noster utitur. Sic infra hoc capite: *carnalem vitam hominum a Deo concessam in multis divitiis nuntiavit*. Atque iterum: *diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat*. Et rursus: *vitamque pereundam nuntiabat*. FABRIC. — *Nuntiavit. Vocabulo* NUNTIANDI *libenter Noster utitur*, addit Fabricius, locisque ab eo prolatis hæc jungere licet cap. 110, *vox Patris omnipotentisque scientia nuntiabatur*; cap. 75, *hoc nuntiabat docendo*; cap. 80 extremo *nuntiat pariter et prophetat*; et alibi. GALEARD.

[h] Græc., Φάγωμεν καὶ πίωμεν, αὔριον γὰρ ἀποθνήσκομεν. Laconica hæc et vetus parœmia esse notatur in veteri codice Bibliothecæ Romanæ monachorum S. Basilii apud celeberr. Montfauconum p. 212 Diarii italici. FABRIC.

[i] LXX, Ἄνθρωπος ἐν τιμῇ ὢν οὐ συνῆκε, παρασυνεβλήθη τοῖς κτήνεσι τοῖς ἀνοήτοις καὶ ὡμοιώθη αὐτοῖς. FABRIC.

[j] *Majorem sortem.* Τὴν ἀγαθὴν μερίδα. FABRIC.

[k] Text. Græc. Παράγει γὰρ τὸ σχῆμα τοῦ κόσμου τούτου. Verba *et gloria*, Philastrius explicandi causa adjunxit. FABRIC.

[l] *Angelica dignitas.* Vide cap. 126, 134 et 137. FABRIC.

[m] *Incorporatione.* Ἐνανθρωπήσει. Ita legendum uno vocabulo, quo sæpius noster utitur ut bis infra cap. 138, non duobus ut editi *in corporatione*. FABRIC.

tantium. Propter quod dicit Dominus : *Operamini escam, quæ non perit ;* id est ut credatis in me, quem misit Pater meus (*Joan.* VI, 27, 29). Ergo non Salomon de hac esca solum carnali dicebat, de illa autem prætermittebat ; sed diversam escam gloriamque sanctorum hominum nuntiabat : carnalem quippe primam vitæ hominum in præsenti sæculo, postque mortem cœlestem illam, et angelicam dignitatem justis, et fideli adventuram. Hancque carnalem velut vanam et temporalem, Judæorum quippe aliorumque talium justificationem, [a] vitamque perennem nuntiabat, ut umbram esse cognoscerent, vitamque corporis temporalem non multo post decidentem, in comparatione quippe cœlestis illius, ac perpetuæ dignitatis non ignorarent. De qua esca ait Propheta : *Gustate, et videte, quia suavis est Dominus* (*Psal.* XXXIII, 9).

CXXXV. HÆRESIS DE CANTICI CANTICORUM LIBRO.

Est hæresis, quæ [b] de Canticis Canticorum ambigit, ipsa itidem æstimans non Spiritu divino, sed humanarum rerum causa, ac voluptatum hominibus ab eodem prædicata ; cum cœlestium rerum veritas humanæ similitudini comparata genus hominum docuerit, sicut scriptum est [c] in Evangeliis, [d] et ubique. Christi itaque divina in carne præsentia omnes ita docebat, ut amore divino provocaret, monitione mulceret, misericordia commoveret, flecteret bonitate. Nam [e] ut Deus, ostendebat ; ut pater, monebat ; ut pastor, [1] pascua demonstrabat ; ut rex, vincendo inimicum vestigia sequi ostendebat, ut [f] sequentes [2] suum fraternum, id est Dominum Christum A in carne advenientem, in triumpho immortalis gloriæ et cœlestis meriti, cum eo pariter gratulemur. Ideoque et [g] Cantica dicta sunt Canticorum ; ut quod ante in Lege umbratiliter dicebatur ex parte, in loco Christi jam præsentia, consummatione mysterii per passionem celebrata [3] in supplementum panderetur, ut cessante umbra, [4] cœlestis etiam lucis omni sæculo veritas refulgeret, quæ corpus et animum hominis accenderet, atque amore cœlesti sensum hominis excitaret. Qui ergo vani homines concupiscentiis carnis inserviunt, fingunt [5] autem [h] non posse sentire, aut si eis exponitur contemnunt discere, Legisque nolentes virtutem agnoscere, non minus Judæi, vel Pagani judicandi sunt.

CXXXVI. DE MANDATO ADÆ HÆRESIS.

B Alia est hæresis, quæ dicit [i] *Mandatum* non esse accipiendum quod Adam Pater noster acceperat, neque esse illud virtutis, aut utilitatis alicujus opinantur ; cum sine *Mandato* illo, nec *Lex* Mosi possit accipi, nec Christi agnosci perpetua et effusa *Gratia*, atque copiosa. Triplici enim virtute in corpore constitutus omnis homo de Lege divina docendus, [6] aut monendus instruitur, ut in prima ætate sub *Mandato* sit, secunda sub *Lege*, tertia sub *Gratia* Salvatoris. Ideoque Lex admonitio est potius propter oblivionem Mandati pristini, quod pater noster Adam in primis a Deo acceperat in Paradiso ; ita enim scriptum est in Lege : *Ne oblitus mandatum Domini Dei tui recesseris ab eo, et pereas* (*Deut.* VIII, 11, 19). Ideo *Lex* admonitio *Mandati*, et confirmatio C est primi illius. Iterum *Mandatum*, et *Lex*, Christi plenam prædicant *Gratiæ* bonitatem, ac præsentiam

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] pascuum
[2] suum fratrem
[3] in supplementum credentibus panderetur
[4] cœlestis jam lucis veritas omni seculo refulget
[5] aut posse sentire
[6] ac monendus

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Vitam perennem.* Pro peritura dixit, ut supra cap. 80. FABRIC.

[b] *De Canticis Canticorum.* Salomonem per hunc librum Æthiopissæ reginæ blanditum esse, professus fuit Theodorus Mopsuestenus, quod reprehendit Theodoritus. Vide quæ notavi volum. IX Bibl. Græcæ p. 161 seq.

[c] *In Evangeliis.* Ut Matth. XXII, 2, ubi regnum cœlorum regi nuptias filio suo paranti comparatur. FABRIC.

[d] *Et ubique.* Etiam in propheticis, et apostolicis D scriptis, ut Ezech. XVI, Ephes. V, 32. FABRIC.

[e] *Ut Deus, ostendebat.* Patrem quem nemo ante viderat. Joan. I, 18. FABRIC.

[f] *Sequentes suum fraternum.* Legendum putem *sponsum fraternum.* Sed videntur hoc loco verba quædam excidisse. FABRIC.

[g] *Cantica Canticorum.* Sic threnos Jeremiæ *lamentationem lamentationum* dixit Paschasius Radbertus. Eleazar *princeps principum* Levitarum appellatur Numeror. III, 32. Persis imperitans *rex regum*, Artaxerxes. Theologia *ars artium*, et *scientia scientiarum* Gregorio Nazianzeno, τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν. Thales σοφὸς σοφῶν, *sapiens sapientum*, Timoni apud Laertium I, 34. Floro Syracusæ *urbs urbium*, Mysi *barbari barbarorum.* Κύριος τῶν κυριευόντων, I Tim. VI, 15 ; Apoc. XIX, 16. Βασιλεὺς βασιλέων, Apoc. XVII, 14. Deus Philoni ἥλιου ἥλιος, p. 658, de Sacrificantibus. Cœlum νοητὸν οὐρανὸς οὐρανοῦ, p. 660. Dies expiationis σάββατα σαββάτων, Levit. XVI, 31 ; XXIII, 32. Chrysost. tom. VI, edit. novæ p. 330, *episcopus episcoporum.* Vid. Baluz. p. 107, ad Cyprian., *papa*, *pater patrum.* Idem tom. V Misc. pag. 338, 340, 341. Idem, *servus servorum Dei* p. 434, et passim alibi. Casinensis, *abbas abbatum.* Vide Chronicon Leonis Ostiensis IV, 60. Lugdunensis archiepiscopus, *primas primatum.* Salmas. Eucharistica ad Sirmondum p. 597. Mens ψυχὴ ψυχῆς Philoni. Festum Paschatos, ἑορτὴ ἑορτῶν Nazianzeno. S. Eucharistia τελετὴ τελετῶν Dionys. FABRIC.

[h] *Non posse sentire.* Non posse se capere, aut intelligere mysticum illum in Cantico sensum. FABRIC.

[i] *Mandatum non esse accipiendum. Mandatum* Philastrius appellat tempus ante legem Moysis, quo secundum legem non scriptam naturæ, et mandatum in paradiso acceptum vixere protoplasti et patriarchæ. Vide quæ supra cap. 110. Ac pulchre observat capite 6 libri primi demonstrationis evangelicæ Eusebius et Moysis legem illud patriarchis probatum mandatum præsupponere, illique velut superstructam esse ; et Christum abrogata lege cæremoniali Mosaica, illam patriarcharum vitam, et colendi Dei rationem ivisse instauratum, ac restitutum. FABRIC.

salutarem. [a] Ideoque Dominus ait : *Ecce qui loquebar in Prophetis, adsum* (*Isai.* LII, 6). Majores sunt itaque qui sub *Mandato* fuerunt [1] antiqui, cum non obliti etiam [2] Christi Salvatoris, suis posteris et ejus mysterium nuntiarunt: cujus et oblivione existente in Judæis, [b] admonitio rursum litteræ subsecuta est, ut in littera etiam, Christi spiritalis scientia, et carnalis præsentia illuminans sæculum, speraretur. Ideoque *Lex* Mosi aliud in sono vocis, aliud [c] in abscondito salutare Christi mysterium continens nuntiabat. Ergo neque *Mandatum* sine *Lege*, nec *Lex* sine *Mandato*, nec *Gratia* Christi sine *Lege*, et *Mandato* accipi, aut credi debet ab aliquo.

CXXXVII. DE IMAGINE ET SIMILITUDINE DEI IN HOMINE HÆRESIS.

Sunt quidam hæretici, qui cum legunt Scripturam, dicente Domino : *Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram* (*Gen.* I, 26); non in parvam descendunt amentiam ; ignorantes primum quid imago, quidve similitudo sit Dei. Cumque nesciunt quid sit imago Dei natura proprietatis, [d] et quid positionis sit gratia, non parvam sibi præsumunt superbiam dignitatis. [e] Imago enim Dei, id est, anima omnis hominis, facta ex nihilo : similitudo autem in Fide, et vita nisi cognita fuerit a Deo, appellari non potest Dei imago similis. Cumque se esse plus æstimat aliquis, præsumptionis crimen incurrit potius, quam meritum dignitatis sibi acquirit. [3] Nam cum hæc peccans invenitur anima, et judicio obnoxia detinendo cognoscitur, quomodo esse potest hæc Dei naturalis imago, quæ diversis peccatis dignoscitur inservire? cum alia nulla esse possit naturalis imago Dei divina, et Patris propria, non angeli, aut hominis, nisi Christi Dei Filii, qui natura proprietatis indiscreta, [f] paternæ substantiæ ac sempiternæ imago sit genita proprie, non positione servitutis creata ex nihilo, ut homo, et angelus. Ideoque imaginem, id est animam hominum paganorum, Judæorum, hæreticorum, et omnium, dici posse declaravit in communi generatione, atque [g] unius [4] qualitatis natura, Scriptura substantiam nuntiavit. [h] Similitudinem autem non omnium, sed sanctorum, et Christianorum esse tantummodo declaravit, qui in fide, vita, et bono opere permanentes, [i] angelorum cœlestia merita in futurum consequi promittuntur ; ut patriarchæ, prophetæ, sacerdotes, judices, apostoli, atque evangelistæ, et Martyres, qui Trinitati credentes, et in vita præclara permanentes, angelorum gloriæ copulari a Domino nuntiantur. Similitudo enim ex doctrina Legis, fide, vita, et studio, et opere cognoscitur vera, ut quæ a Deo facta est, legi ejus divinæ consentiens præcepta statuta complendo, regni cœlestis consortium speret ab eo se posse adipisci, dicente Apostolo : *Nostra autem conversatio in cœlis est* (*Philip.* III, 20). Et Dominus iterum : [j] *Gaudete, quia nomina vestra in cœlo scripta sunt* (*Luc.* X, 20). Et quod in die judicii eos sicut angelos demonstrabat futuros (*Luc.* XX, 36), Dominus dicit de regno cœlesti : [k] *Venite, percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine Mundi* (*Matth.* XXV, 34). Similitudo itaque ex Fide sanctæ Trinitatis, et vita bona, et opere sequenti inesse ostenditur, ut exeuntes percipiant promissum consortium angelicæ dignitatis, ut ait Joannes : [l] *Tunc similes ei erimus* (I *Joan.* III, 2). Et Dominus : [m] *Similes estote Patris vestri.*

CXXXVIII. HÆRESIS DEUM INCREPANS QUOD DIVERSIS LINGUIS ET MODIS HOMINES ALLOCUTUS SIT.

Sunt quidam dicentes hæretici, cur non Deus uno

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] antiqui cujus non
[2] Christi Salvatoris sui posteri
[3] Nam cum hæc peccans anima et judicio obnoxia detinenda
[4] qualitatis naturæ... vita et bono

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Ideoque Dominus ait.* Apud Isaiam LII, 6, hodie legitur : Ὅτι ἐγώ εἰμι αὐτὸς ὁ λαλῶν πάρειμι. Ab Epiphanio tom. I, pag. 301, ita laudatur : Ὁ λαλῶν ἐν τοῖς προφήταις ἰδοὺ πάρειμι. Eumdem locum adduxit noster supra cap. 109. FABRIC.

[b] *Admonitio rursum litteræ.* Mosaicæ Legis. FABRIC.

[c] *In abscondito.* Typico, mysticoque sensu. FABRIC.

[d] *Et quid positionis sit gratia.* Sic paulo post, *genita proprie, non positione servitutis creata ex nihilo.* Utitur eadem voce Gaudentius serm. I, *natura non positione Deus.* Vide, si lubet, notas nostras ad eum locum. GALEARD.

[e] *Imago Dei, id est anima omnis hominis.* Pluribus hoc veteribus Ecclesiæ Doctoribus persuasum. Vide Petavium lib. II Dogm. Theol. de opificio sex dierum c. 2, et Benedictinorum prolegomena ad S. Hilarii opera pag. 78 et 112. FABRIC.

[f] *Paternæ substantiæ imago.* Hebr. I, 3 : χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ. FABRIC.

[g] *Unius qualitatis natura, substantiam.* Sic supra cap. 93, *unam qualitatis substantiam.* FABRIC.

[h] *Similitudinem non omnium, sed Sanctorum.* Sic S. Paulinus epist. 2, ad Severum, docet in Adam solam nobis *imaginem* remansisse; ad originalem autem gloriam nos reformari, si divinam *similitudinem* Christi imitatione capiamus. Etiam Platoni in Theæteto ὁμοίωσις hominis ad Deum est δίκαιον καὶ ὅσιον γενέσθαι μετὰ φρονήσεως. FABRIC.

[i] *Angelorum cœlestia merita.* Futuri nimirum ἰσάγγελοι, Luc. XX, 36. Hinc veteres quidam venerunt in eam opinionem, angelorum qui ceciderant, numerum restituendum esse de hominibus. Vid. Anselmi Cantuar. librum I cur Deus homo c. 16, p. 81. FABRIC.

[j] Græc. text., Χαίρετε δὲ μᾶλλον ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς. FABRIC.

[k] Græc., Δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ Πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. FABRIC.

[l] Græc. Οἴδαμεν δὲ ὅτι ἐὰν φανερωθῇ, ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα. FABRIC.

[m] *Similes.....* Respicit Matth. V, 48, Luc. VI, 36, licet verba ipsa, quæ adducit Philastrius neutro loco leguntur. FABRIC.

modo semper locutus est, sed [a] diversis modis, et linguis humano generi prædicavit? Cum secundum capacitatem hominum videntium, [1] atque cupientium videre, atque audire, ita sit locutus, et visus hominibus. Projecto itaque de paradiso homine, [2] [b] mortemque induto, non jam ita apparebat sicut et antea, sed loquebatur [c] de cœlo voce ipsius audita, atque ea custodita :. processu autem temporis, et apparere dignabatur, ut Abrahæ [d] beatissimo patriarchæ, et aliis [e] per ordinem. Sub Mose autem [f] diversis rebus apparens, et quod erat [g] timoris, atque terroris in monte Sina demonstrabat, [3] posteaquam in figura angeli (*Exod.* XIV, 19), et in forma hominis (*Gen.* XXXII, 24) [4] incorporationis suæ adfuturæ indiciis præcurrentibus generalem clementiæ nuntiabat visionem, qua jam per somnia justis se Dominus ostendebat, ut scriptum est (*Num.* XII, 6). [h] Postea vero in incorporatione apparens, testabatur Judæis annuntians quæ ante dixerat per prophetas. Quia ergo diversa erat capacitas visendi Dominum, ut bonus medicus, sicut infirmitas exigebat, et diversa remedia hominum infirmitatibus conferebat; ideoque [i] languenti sæculo in fine plus contulit medicinæ, ut et illorum primorum virtus præpotens monstraretur, et nostri generis periculosa infirmitas nosceretur, dicente Domino : [j] *Non egent sani medico, sed qui infirmi sunt* (*Matth.* XI, 12). Majores sunt itaque priores illi, [k] qui audientes credebant, ut Seth, Enoch, Noe, et cæteri, quam nos; qui et audientes atque legentes misericordiam Christi Domini, et bonitatem ejus contemnimus copiosam : nam et Judæorum causa, et [1] [5] aliis locutus est linguis, ut compleatur quod *in linguis aliis, et labiis loquar huic populo* (*Isai.* XXVIII, 11), et nec ita erunt crediturі, dicit Dominus; nam per Isaiam dicit : [m] *Verbum meum mittam in Achaiam.*

CXXXIX. DE ANIMALIBUS QUATUOR IN PROPHETIS HÆRESIS NIMIS CRASSA.

Alia est hæresis, quæ cum legit quatuor animalia [n] in prophetis, non parvum errorem persentit, æstimans quod animalia diversa forma prædita Deum collaudaverint; ignorantes quod irrationabilia, id est non rationis capacia, Deo laudem ut homines referre non possunt. Neque enim Deus laudem pecudum quærit, quia non pecudes ad imaginem Dei factæ, sed homines rationabiles a Deo sunt creati, et ad hoc positi. Sed quia visio est prophetarum divino Spiritu prædicata, [6] hinc [o] sanctorum populorum quatuor diversæ virtutes, diversaque certamina nuntiabantur adventura sæculo in diversis doctrinis ac virtutibus, in diversa sublimitate eminentiæ : quod Leonis, Vituli, Hominis, et Aquilæ, quorum diversæ doctrinæ ac merita fulgentia præcurrebant. Primum in *patriarchis* regalis auctoritas;

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] atque capientium
[2] morteque
[3] posteaque in
[4] incorporationis suæ futuræ... in incorporationem
[5] linguis aliis et labiis.
[6] hic Sanctorum.

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Diversis modis, et linguis.* Πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, Hebr. I, 1. Clemens Alex. p. 7 Protreptici : Πολύφωνός γε ὁ Σωτὴρ καὶ πολύτροπος εἰς ἀνθρώπων σωτηρίαν : *multiplices adhibet Salvator voces, et modos ad salutem hominum.* FABRIC.

[b] *Mortem induto.* Genes. I, 21, tunicas pelliceas protoplastis indutas, mortalitatis per peccatum contractæ symbolum Veteres interpretantur. Vicissim I Corinth. XV, 53, 54, Paulus dixit ἐνδύσασθαι ἀφθαρσίαν, *induere incorruptibilitatem.* FABRIC.

[c] *De cœlo voce ipsius audita.* Ita putat intelligendum Philastrius quando Genes. IV, 6, 15, VI, 3, 7, 13, occurrit *et dixit Deus.* FABRIC.

[d] *Abrahæ.* Ἐν ὁράματι Gen. XV, 1; XVII, 1; XVIII, 1; XXII, 1, 14, 15. FABRIC.

[e] *Et aliis per ordinem.* Isaaco Genes. XXVI, 24, et Jacobo Genes. XXVIII, 12, 13; XXXI, 3; XXXII, 1, 24, 30; XXXV, 1, 9; XLVI, 2. FABRIC.

[f] *Diversis rebus apparens.* Per somnium, visum, admonitionem, spectaculum, et revelationem. Vide Interpretes ad Numeror. XII, 8, et quæ notavi ad Chalcidium cap. 254. FABRIC.

[g] *Timoris atque terroris.* Male *erroris* in superioribus editt. FABRIC.

[h] *Postea vero in incorporatione apparens.* Hebr. I, 1 : Ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν τούτων ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ. Incorporationem pro ἐνανθρωπήσει et alibi dixit noster ut cap. 134. FABRIC.

[i] *Languenti sæculo in fine plus contulit medicinæ.* Accedit Philastrius eorum sententiæ, qui tunc demum Filium Dei incarnatum statuunt, cum hominum corruptio ad summum pervenit. Sic Gregorius Nyssenus orat. in Natalem Christi tom. III opp. p. 341, *Theodoritus*, Euthymius, et Bernhardus, quorum loca laudat D. Joan. Frid. Mayer ὁ μακαρίτης in diss. cur Deus non statim post Adami lapsum fuerit incarnatus, sed mundi exspectaverit senectutem Kil 1695. His addi possunt quibus eadem placuit sententia Cyrillus Alex. contra Anthropomorphitas cap. 24, atque aliis in locis; Isidorus Pelusiota, et Joannes Zonaras, quorum loca Bonav. Vulcanus ad Cyrillum annotavit. FABRIC.

[j] Text. Gr., Οὐ χρείαν ἔχουσιν οἱ ἰσχύοντες ἰατροῦ, ἀλλ' οἱ κακῶς ἔχοντες. FABRIC.

[k] *Qui audientes credebant.* Helmst. *qua*, vitiose. FABRIC.

[l] LXX, Διὰ φαυλισμὸν χειλέων, διὰ γλώσσης ἑτέρας ὅτι λαλήσουσι τῷ λαῷ τούτῳ. Sed Aquila, cui Philastrius propius accedit : Ἐν ἑτεροglώσσοις καὶ ἐν χείλεσιν ἑτέροις λαλήσω τῷ λαῷ τούτῳ. FABRIC.

[m] *Verbum meum mittam in Achaiam.* Hæc verba apud Isaiam non reperi. FABRIC.

[n] *In prophetis.* Ezech. I, 5; Apocal. IV, 6. Confer, si placet, quæ supra ad cap. 56. FABRIC.

[o] *Sanctorum populorum quatuor virtutes.* Populos vocat multitudinem patriarcharum, prophetarum, sacerdotum, et apostolorum, quorum virtutes mox exponit. Fuere etiam qui de novissimo virtutum cardinalium quaternione, animalia illa interpretarentur; Leonem de fortitudine, Vitulum de justitia, Aquilam de temperantia, Hominem de prudentia. Vide Aretham ad Apocalypsin. Alii Veteres hæc animalia referre maluerunt ad quatuor Evangelistas, quorum loca notavi in Codice Apocrypho novi Testamenti tom. I, pag. 383 et tom. II, pag. 559. Vide et Jacobi Thomasii τοῦ μακαρίτου diss. de insignibus Evangelistarum editam Lipsiæ A. 1667. FABRIC.

in *prophetis* deinde scientiæ cœlestis fecunditas; in *sacerdotibus* labor fortis, et pertinax concertatio cerneretur; in *apostolis* volatus sublimis in cœlum, et eminens dignitas monstraretur. Utque formarum ante diversitas nuntiabat, diversarum quippe virtutum cœlestia merita [a] in Christi præsentia manifestarentur in sæculo, ab eo quippe concessa Domino Salvatore: nam in Leone regnum fortitudinis, in Vitulo labor exuberans, in Homine passio indesinens, in Aquila volatus sublimis agnoscitur, certantium scilicet, [b] atque micantium, Apostolo dicente: *Nostra conversatio* [1] *in cœlis* (*Philip.* III, 20); et: *rapiemur in cœlum, et erimus semper cum Christo* (*I Thess.* IV, 17). Et Dominus dignatus est dicere: *Pater ubi ego sum*, [2] *volo et isti sint* (*Joan.* XVII, 24).

CXL.

[3] Sunt quidam dubitantes hæretici de die Epiphaniorum Domini Salvatoris qui celebratur octavo idus Januarias, dicentes solum Natalem debere eos celebrare Domini octavo kalendas Januarias, non tamen diem Epiphaniorum, ignorantes quod sub lege et secundum Salvator carnaliter omnia in se et de se consummabat, ut et nasceretur VIII kal. Jan. et appareret VI. Apparuit Magis post duodecim dies in templo. Ne ergo umbra quod verum erat pareretur et sic a Magis adoraretur, per ordinem quippe pro nostra salute et annui dies festivitatis majores isti statuti sunt, quatuor primum in quo natus est; deinde in quo apparuit, id est XII dies post in quo passus est in Pascha, in fine vero in quo ascendit in cœlum, circa Pentecosten vincentis est quippe consummatio: qui ergo unum ignorat prætermittit. Potest et de aliis diebus [c] dubitas non habens plenitudinem veritatis, quod secundum [d] tempore quatuor cujusque anni ita nobis diversa gaudia a Christo Domino pullularunt, id est in quo natus est, post in quo apparuit, tertio in quo passus est et resurrexit et visus est, quarto in quo ascendit in cœlum; et hæc per annum sine intermissione celebremus generaliter exsultantes, atque hæc integra inviolataque custodientes detineamus. Quidam autem diem Epiphaniorum baptismi, alii transformationis in monte quæ facta est esse opinantur.]

CXLI. DE LEVITICO MOSI ERROR.

Alii sunt hæretici, qui Legis præcepta quæ per Mosen dicta sunt in Levitico Judæis carnaliter, nostroque in tempore [e] spiritaliter revelata sunt ignorantes, [f] summam rerum festivitatem [g] numerumque earum cœlestis utilitatis prætereunt, nescientes quid celebrent; putantes quod de Sabbatis solum, et Pascha et Azymis Moses præceperit, et non [h] de octo festivitatibus quas Ecclesia catholica cognoscit et detinet. Dicit enim ita Moses (*Levit.* XXIII, *Num.* XXVIII, XXIX, *Deut.* XVI) Judæorum populo primum de Neomenia et Sabbatis, secundo [i] de Pascha, tertio de Azymis, quarto [j] de Manipulis; Tempore Philastrii octo illæ festivitates erant: 1° Sabbatum, 2° Domini Natalis, 3° dies Epiphaniæ, 4° Jejunium Quadragesimæ, 5° quarta Sabbati, 6° Parasceve, 7° Paschæ festitivas, et 8° Pentecostes lætitia. Hæc omnia memorantur in Constitutt. Apostol. V, 13 seq., et apud Hieron. epistola 289, ad Cæsar. de quatuor jejuniis, infra, c. 149. (De octo festis quæ hoc loco enumerat Fabricius, cætera vulgata et obvia: de quarta sabbati adisis Constitut., Apost. VII, 23, ibique Cotelerium p. 369, quibus addere licet Amalarium diaconum in Eccl. Offic. 27, itemque Hieronymum Comment. ad Galat. lib. II, c. 4, in illud: *Dies observatis*, etc., quos profert Joan. Fronto in prænotatis ad Vetus Kalend. § 5, p. 134. Augustinus quoque, ep. 86: *Cur quarta et sexta maxime jejunet Ecclesia illa ratio reddi videtur, quod considerato Evangelio ipsa quarta sabbati, quam vulgo quartam feriam vocant, concilium reperiuntur ad occidendum Dominum fecisse Judæi.* Confer Baronium ad an. 57, n. 199 seqq., Beveregium in Codicis canonum primitivæ Ecclesiæ c. 10. GALEARD.) Septem festa in homilia Chrysostomo supposita, quæ incipit Φιλόδρα μὲν πᾶσα ἑορτή: 1° Nativitas, 2° Epiphania, 3° Passionis, 4° Resurrectionis, 5° Ascensionis, 6° Spiritus sanctus, 7° Ἑβδόμη ἑορτὴ ἡ προσδοκωμένη ἡμέρα τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν. Similiter in Procli homilia εἰς τὰ γενέθλια, Bibl. Græc. VIII, p. 602. FABRIC.

[i] *De Pascha.* Die XIV mensis *Nisan* (Martii). FABRIC.

[j] *De Manipulis.* Mense *Siran* (Maii) die quinquagesimo post Pascha. FABRIC.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] in cœlis est. Et

[2] volo ut et isti sint mecum

[3] *Ex laudato cod. Sangerm. additur hæc hæresis, quæ desideratur in editis.*

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *In Christi præsentia.* Apud Aretham in Apocalypsin, Christus Leo, quia Rex: idem Vitulus ut Sacerdos, vel potius sacrificium, et hostia: Homo propter nos factus: et Aquila spiritu cœlesti nos imperiens: Διὰ τοῦ λέοντος ὡς βασιλεύς, διὰ τοῦ μόσχου ὡς ἱερεύς, μᾶλλον δὲ καὶ ἱερεῖον. Διὰ τοῦ ἀνθρώπου ὡς δι' ἡμᾶς ἀνθρωθείς. Διὰ τοῦ ἀετοῦ, ὡς χορηγὸς τοῦ ζωοποιοῦ Πνεύματος, καὶ ἐπὶ πάντας καταπτάντος. FABRIC.

[b] *Atque micantium.* Eminenti dignitate, quam supra Christi discipulis tribuerat. Ita optime hunc locum restituit Cotelerius III Monument. pag. 545, cum in editis esset *mirantium.* FABRIC.

[c] *Dubitas.* Forte *dubitare.* FABRIC.

[d] *Tempore.* Lege *tempora.* FABRIC.

[e] *Spiritaliter revelata.* Manifesto impleta. FABRIC.

[f] *Summam rerum festivitatem.* Est qui legit *dierum.* Sed longe præstat *rerum.* Est enim *rerum festivitas* ἀντίτυπον verum, ac reale gratiæ novi Testamenti, quod festivitati umbratili dierum in Lege Mosaica respondere Philastrius observat. FABRIC.—*Summam rerum festivitatem.* Subdit Fabricius, *Est* qui *legit* DIERUM, *sed longe præstat* RERUM. Quænam exemplaria habeant *dierum* silet Fabricius; at Basil. editio Sichardi legit *rerum.* Cod. Corb. quoque ut et Lugdun. editio habent *rerum.* GALEARD.

[g] *Numerumque earum cœlestis utilitatis.* Per numerum octonarium, beatam resurrectionem, et æterna cœlestis vitæ gaudia denotari credebant pii Veteres, quorum loca laudarunt Hugo Menardus ad Sacramentarium Gregorii M. p. 33 seq. et Cotelerius ad Epistolam Barnabæ cap. 15, p. 47. FABRIC.

[h] *De octo festivitatibus quas Ecclesia catholica.*

quinto [a] de Tubicinatione, quæ Græce σάλπιγξ dicitur, quæ celebrant Judæi per annum solemniter; sexto autem [b] Jejunium, septimo [c] Tabernaculorum constructio: octava quæ est [d] plenitudinis fructuum, pomorumque [1] vindemia Octobris mensis, omnium postrema collatio, et consummatio; quæ et [e] secundum menses octo diversitas juxta litteram celebratur a [2] Judæis, et secundum spiritalem scientiam incipientibus mense Martio, [3] in octavo mense, id est Octobre, consummate omnia per ordinem a Christo Domino conferuntur, quæ sunt plena salutis æternæ pignora in fide atque opere Christianitatis consummanda, atque comprobanda. Nam etsi tunc temporis jubebantur Judæi Deo offerre horum mensium diversa munera, ut recedentes ab idolis Deo esse cognoscerent offerenda hæc omnia: attamen illa oblationis spiritalis habebant indicia, [4] quæ in octava perfectione virtutum, id est diei Dominicæ, plena fructuum gratia in fide resurrectionis Domini [f] immortale præmium pignusque divinitatis subeundæ erunt [g] angelici adepturi homines; non terrestris jam oblationis offerentes munera, id est vitæ carnalis sacrificia, sed cœlestis gloriæ participationem quippe sperantes a Christo Domino consequi Salvatore. Octies enim offerentes [5] dona annua, et octavi diei quippe plenitudinem cognoscentes, divinique Spiritus accincti fortitudine, id est summa rerum perfectione præditi, [6] de hoc exeuntes sæculo, resurrectionis illic promissam gloriam se posse consequi, cœlestisque dignitatis consortio copulari non desperant, quod [h] Dominus dignatus est dicere: *Tunc eritis sicut angeli.* Justis omnibus, et perfectis hoc prædicans, quod et David dixit [i] pro Octava annuntians.

CXLII. HÆRESIS SEPTUAGINTA DUORUM INTERPRETATIONEM RESPUENS.

Sunt hæretici, qui [j] sicut Judæi Septuaginta duorum sanctorum, sapientissimorumque virorum interpretationem respuentes, Aquilæ cujusdam [k] hominis unius Pontici, qui [l] post annos multos interpretatus est, editionem suscipiunt; qui eum [m] quædam prætermisisse necessitate urgente tunc temporis cogerentur, dissonantia putantur [7] dictasse. Is veluti plus a quibusdam Judæis maxime intellexisse [8] laudatur, cum de Patre, et Filio, [n] non sicuti illi priores de Lege dictaverint. Septuaginta enim duo dixerunt (*Psal.* II, 2): *Adversus Dominum, et adversus Christum ejus;* Aquila autem: [o] *Adversus Dominum, et adversum unctum ejus.* Et iterum:

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] vindemiæ... consolatio et consummatia
[2] Judæis secundum
[3] in octavum mensem, id est Octobrem consummata omnia
[4] quæ in octava... plenam fructuum gratiam
[5] dona et octava diei quippe Dominicæ plenitudinis
[6] deque hoc... desperarent
[7] dictasse et veluti
[8] laudantur... dictaverint

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *De Tubicinatione.* Primo die mensis *Tisri* (Septembris) festum novi anni. FABRIC.

[b] *Jejunium.* Die X mensis *Tisri*, festum magnum expiationis quod *jejunii* nomine venit Actor. XXVII, 9. FABRIC.

[c] *Tabernaculorum constructio.* Die XV mensis *Tisri*. FABRIC.

[d] *Plenitudinis fructuum.* Per septem dies ab eodem die XV mensis *Tisri*. FABRIC.

[e] *Secundum menses octo diversitas.* Varia per menses diversos festa. FABRIC.

[f] *Immortale præmium pignusque divinitatis subeundæ.* Ita scripsi pro *jam mortale*, quod in editis erat. *Subeundæ* ait pro *subituræ*, ut *pereundæ* pro *perituræ*, cap. 80 et c. 134. FABRIC.

[g] *Angelici homines.* Futuri ἰσάγγελοι. Supra c. 137. FABRIC.

[h] *Dominus dignatus est dicere.* Matth. XXII, 30, ἐν τῇ ἀναστάσει.... ὡς ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ ἐν οὐρανῷ εἰσι. FABRIC.

[i] *Pro octava.* Inscriptio psalmi VI et XII, ὑπὲρ τῆς Ὀγδόης. Sine vespere, et successione diem beatæ æternitatis respici a David, ἀνέσπερον καὶ ἀδιάδοχον ἡμέραν, notat Cæsarius quæst. 54. Et Hieron. sive quisquis auctor de celebratione Paschæ, tom. V Marcianæi pag. 170: *Octavæ Sacramentum, qua significatur resurrectio. Nam et* pro Octava *psalmus inscribitur et octavo die circumcidebantur infantes: et in Ecclesiaste* (XI, 2) *ad duorum Testamentorum significationem dicitur:* illis septem, et illis octo reservatum est. Rufinus in psal. VI: *Per Octavam dies judicii intelligitur, quoniam omnia tempora septem dierum repetitione volvuntur, et quod fit in una, potest mutari in alia. Octavus autem ille æstimandus est qui varietatem istam non habebit.* Ita etiam alii Veteres apud Stephanum le Moyne notis ad varia sacra pag. 876. FABRIC.

[j] *Sicut Judæi.* Et Judaizantes Nazaræi, atque Ebionitæ, quos Aquilæ versionem prætulisse notat Irenæus III, 24. De Judæis testimonium perhibent Tryphon apud Justinum Martyrem, Origenes, Anastasius Sinaita, aliique quorum loca adduxit Humfredus Hody de Biblior. textibus original. p. 236. FABRIC.

[k] *Hominis unius Pontici.* Innuit indignum esse, ut unius hominis versio versioni LXXII Senum præferatur. Aquilam e Sinope Ponti civitate oriundum tradunt Epiphanius, et alii, de quo sicut etiam de LXXII Interpretibus non repetam quæ dixi lib. III Bibl. Græcæ c. 12. FABRIC.

[l] *Post annos multos.* Circa A. C. 130, post duodecimum Hadriani annum. FABRIC.

[m] *Quædam prætermisisse.* Talmudici, aliique Rabbini antiqui aiunt LXXII Interpretes tredecim loca in versione sua immutasse, veritos ne Ptolemæum offenderent. Vide Joan. Morinum exerc. Bibl. p. 354, et Humfredum Hody p. 139, 170. FABRIC.

[n] *Non sicuti illi priores de Lege dictaverint.* Sic Hamburg. et Basil. editio; at Paris. et Lugdun., *dictaverit*, quibus suffragatur Corb. cod. Videtur autem hæc lectio verior, nam loquitur ibi Philastrius de Aquila, quem discrepare notat a LXX Interpretibus. Sic pag. séq. eod. cap. edit. Hamburg. legit *quo fortis*, eique consentit Basil. quoque; Lugdun. vero aliquanto melius *quod fortis*, et ita habetur etiam in ms. Corb. Item paulo post Hamburg. et Basil. eodem modo, *contraria et non plena*; at Paris. et Lugdun., *contrariæ et non plenæ*; quæ magis accommoda et facilior est lectio, eamque retinet etiam cod. Corb. GALEARD.

[o] LXX, Κατὰ τοῦ Κυρίου καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

[a] *Ecce virgo in utero concipiet, et pariet Filium* (*Isai.* vii, 14). Septuaginta duo dixerunt, *et nomen ejus Deus nobiscum*; Aquila autem dixit: [b] *Ecce juvencula concipiet, et pariet Filium, et nomen ejus* [c] *potens cum hominibus*. Quæ quidem si pio sensu lectionis accepta fuerint, quo fortis et potens nemo nisi Christus [1] Deus Dei sit Filius, recte intelligit; si autem de eo dubitat, abjicienda, et spernenda est talis editio. Unde Judæi non Septuaginta duorum interpretationes habent, qui de Patre, et Filio, et sancto Spiritu bene sentientes, unam substantiam, divinitatem, majestatemque enuntiarunt; sed illius Aquilæ, qui non ita recte sentit de Filio Dei, sed quasi de Propheta nuntiaverit. Unde [d] interpretationes ejus in medio librorum numquam ponuntur, [2] sed dextræ, lævæque assignantur; et ut contraria, et non plena veritatis ita leguntur a plurimis. Septuaginta vero duorum decreta, atque consulta, ea legens Ecclesia catholica semper habet, et detinet incunctanter; illius autem quasi superflua ita æstimat esse, et judicat. Hæc etenim, id est Septuaginta duorum interpretatio, [e] sub Ptolemæo rege Ægyptiorum, post Alexandrum Macedonem est edita omnibus, populoque Judaico in Jerusalem data est, cum habitarent non multi Judæi, velut in subjectione jam positi regis Ægyptii, rogatique ab ipso Ptolemæo, ut interpretes mitterentur Alexandriam. Quo [3] cum venissent Septuaginta duo sapientes ac prudentes viri interpretes, secundum jussum regis Hebræam linguam Græco sermone interpretati, Græcis litteris ediderunt, sicuti et factum est. Cumque suscepisset eos Ptolemæus rex Ægypti, tentare volens si esset eorum divina Scriptura, quam legebant Judæi, [f] separatim quemque jussit includi in cubiculum, nullumque videre alium, [4] [g] nisi solo excepto eo, qui interpretem exciperet dictantem: omniumque accipiens postea interpretationem quotidie, cum consentientem in unum inveniret, editionem omnium jussit conscribi, atque [h] poni in templum, ut venientibus [i] de Achaia, atque aliis provinciis, philosophis, poetis, et historiographis, cupientibus legendi copia non negaretur. Unde et maxime argumenta sumentes philosophi, poetæ, oratores, atque historiographi sicuti voluerunt ad suæ paganitatis mendacia transtulerunt, aliisque nominibus rudes puerorum animos edocentes, legem Dei divinam irritam sæculo facere properarunt, impietatisque semina in sono verborum, in periculosis sen-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] Deus sit... majestatemque nuntiarunt
[2] sed dextra lævaque
[3] Qui cum
[4] nisi solum exceptorem

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Aquila, Κατὰ τοῦ ἠλειμμένου αὐτοῦ. Sicut ἠλειμμένον pro Χριστῷ edidit Aquila etiam Danielis IX, 26, teste Eusebio in Demonstrat. Evangel. VIII, pag. 397. Addendus hic Psalmi locus fragmentis Aquilæ collectis a dumviris præstantissimis Joan. Drusio, et Bernhardo Montfaucono. FABRIC.

[a] LXX, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ, pro quo apud Justinum Martyrem est in Apologia longiore pag. 74, καὶ ἐροῦσιν ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ, Μεθ' ἡμῶν Θεός. FABRIC.

[b] *Ecce juvencula.* Trypho apud Justinum Martyrem pag. 226: Ἡ γραφὴ οὐκ ἔχει, Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, ἀλλ' Ἰδοὺ ἡ νεανίς. Irenæus III, 24, apud Eusebium V, 8, Hist., et Nicephorum IV, 14: *Non ergo vera est quorumdam interpretatio, qui ita audent interpretari Scripturam:* Ecce adolescentula in ventre habebit, et pariet filium, *quemadmodum Theodotion Ephesius est interpretatus, et Aquila Ponticus, utrique Judæi proselyti, quos sectati Ebionæi.* Eusebius VII Demonstr. p. 316: Προσήλυτος δ' Ἀκύλας ἦν, οὐ φύσει Ἰουδαῖος, ὅμως δ' οὖν καὶ κατ' αὐτὸν, τοῦτον εἴρηται τὸν τρόπον... Ἰδοὺ ἡ νεανὶς ἐν γαστρὶ συλλαμβάνει καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέσεις ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ. FABRIC.

[c] *Potens cum hominibus.* Ὁ δυνατὸς μετ' ἀνθρώπων. Incertum unde hoc hauserit Philastrius, cum Eusebius in loco, quem jam adduxi, testetur Aquilam in versione sua servasse vocabulum Hebraicum Ἐμμανουήλ. FABRIC.

[d] *Interpretationes ejus in medio librorum numquam ponuntur.* Origenes Græcas versiones in tetraplis suis, et hexaplis collocaverat hoc ordine, ut constat ex fragmento antiquo in codice Barberino duodecim prophetarum:

Aquila. Symmachus. LXX. Theodotio.

[e] *Sub Ptolemæo.* Philadelpho, de quo Aristeas (Epiphanio tom. II, p. 166, Ἀριστεῖος) atque ex eo Josephus XII, 2, et alii. FABRIC.

[f] *Separatim quemque.* Cellularum, sive οἰκίσκων illorum vestigia, cum Alexandriæ versaretur, in vicina Pharo insula, monstrata sibi testatur Justinus Martyr cohortat. ad Græcos p. 14. Meminit etiam Irenæus III, 25; Clemens Alex. I Strom. 1, p. 342; Cyrillus Hierosol., aliique, quorum loca affert, fabulamque Hieronymo etiam pridem explosam rejicit Humfredus Hody in laudato opere pag. 138 seq. FABRIC.

[g] *Nisi solo excepto eo.* Sic habent editiones; at in ms. Corb., *nisi solum exceptorem qui*, quod fortasse melius. Quinam essent *exceptores* dixi ad Gaudentium edit. Patav., p. 7. Glossæ Vet. Magistri Isonis ad Prudentium Weitzei hymn. 14, vers. 709, in voce *Scribas*, p. 821: *Exceptores qui dicta judicis et responsa martyris excipiebant.* Ennodius Vit. sancti Epiphanii episcopi Ticinensis: *Notarum in scribendo compendia, et figuras varias verborum multitudinem comprehendentes brevi assecutus, in exceptorum numero dedicatus enituit; cœpitque jam talis excipere, qualis possit sine bonorum obloculione dictare;* et Vit. B. Monachi Lirinensis: *Constantii antistitis ea tempestate florentissimi junctus obsequiis, gloriosis operibus vitæ rudimenta dedicavit, qui eum inter ecclesiasticos exceptores cœlestem militiam jussit ordiri. Exceptoris* officium memoratur in Martyrol., 25 Aug. GALEARD.

[h] *Poni in templum.* Serapeum, in quo admiranda illa Bibliotheca Alexandrina sub Cæsare exusta, septingenta voluminum millia, si credimus Ammiano Marcellino lib. XXII, cap. 16, ubi vide Valesii notas, et Lipsium syntagmate de Bibliothecis c. 2. FABRIC.

[i] *De Achaia.* Priores editiones: *De Achaia, de Græcia.* Sed perspicuum esse puto verba *de Græcia* hoc loco esse glossema. FABRIC.

tentiis confirmarunt, quorum causa dicebat et Dominus fures atque latrones (*Joan.* x, 8) eos fuisse, in omnibus atque ab omnibus cognoscendos.

CXLIII. [1] HÆRESIS DE SEPTUAGINTA INTERPRETIBUS.

Est hæresis, quæ iterum post Aquilam [a] triginta hominum interpretationem accipit, non illorum beatissimorum Septuaginta duorum, quæ integre inviolateque de Trinitate sentientes, Ecclesiæ Catholicæ firmamenta certissima tradiderunt interpretantes Scripturas. Isti triginta in multis Aquilam sunt secuti, unde ab Ecclesia catholica et istorum non suscipitur interpretatio, quæ continetur in libris authenticis.

CXLIV. ALIA DE EADEM RE.

Est hæresis, quæ iterum [b] sex virorum interpretationem postea editam vult sequi, non [2] [c] illorum priorum sanctorum, qui Septuaginta duorum aliis modis interpretari [3] desiderant, non parvum errorem incurrit, diversa itidem sentiens de fide catholica.

CXLV. TERTIA DE EADEM RE.

Sunt hæretici alii, [4] qui Theodotionis, et Symmachi itidem interpretationem diverso modo expositam sequuntur, non illam [d] beatissimorum priorum, quam Ecclesia catholica colit, et prædicat.

CXLVI. HÆRESIS DE LIBRIS VETERIS TESTAMENTI IN DOLIO INVENTIS.

Est alia hæresis, quæ [e] de dolio inventos libros post captivitatem, postque incensionem prolatos, et non consentientes interpretationi primæ sanctorum Virorum vult sequi, cum Ecclesia Catholica Septuaginta duorum interpretationem [5] legat, colat, et prædicet; alia autem supervacua, et contraria tantæ editioni contemnit, et abjicit.

CXLVII. HÆRESIS QUOD DIIS ALIENIS NON SIT MALEDICENDUM.

Sunt quidam hæretici non intelligentes quod dicit Scriptura: [f] *Diis alienis non maledicetis.* Et ita obser

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] *Deest hæc hæresis in cod. Sangerm.*

[2] illorum propriorum sanctorumque LXXII, et cum decreta consultaque LXXII aliis modis

[3] desiderant, non... incurrunt

[4] *Hæc item hæresis in laudato codice Sangermanensi desideratur.*

[5] legit, colit et prædicat

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Triginta hóminum.* A, ut in Codice Prophetarum, qui est in bibliotheca Collegii Jesuitarum Paris. Vide Rich. Simon Bibl. crit. tom. I, p. 181. Illa vero nota non Lucianus designatur, sed, οἱ λοιποί, cæteri Interpretes. Vide eruditiss. Montfauconi præf. ad Hexapla Origenis p. 66. Verisimillima mihi videtur doctissimi viri Humfredi Hody sententia, qui p. 632 Operis de Bibliis originalibus acute conjicit per triginta hominum interpretationem tangi a Philastrio editionem Græcæ Bibliorum versionis, quam recensuit olim Lucianus presbyter Antiochenus, quæque in marginibus codicum mss. Bibliorum Græcorum per litteram Græcam Λ denotatur, quæ littera cum initialis sit nominis Luciani, etiam apud Græcos nota est numeri tricenarii. De illa Luciani editione, cujus usus longe lateque patuit, vide, si placet, quæ notavi lib. III Bibl. Græcæ c. 13, § 14, et lib. V, c. 1, p. 278. FABRIC.

[b] *Sex virorum interpretationem.* Simili hallucinatione Philastrius sex virorum interpretationem appellat quæ in marginibus Hexaplorum Origenianorum, vel κοινῆς ab Origene recensitæ notata fuit per litteram ς. Intelligitur autem sexta, reperta ab Origene Nicopoli in Actæo littore, quæ allegatur ab Eusebio in psalmos pag. 521. Illam alii quintam appellant, quibus pro sexta habetur reperta in doliis ab eodem Origene Jerichunte. Sed hæc (de qua Philastrius infra cap. 146) quinta est Epiphanio, Athanasio in Synopsi, Josepho Hypomnestici scriptori, Euthymio. E quinta profert quædam Eusebius in Psalmos pag. 73, 92, 94, 106, 139, 148, et aliis locis quamplurimis, et pag. 597, ubi notat eam LXX Interpretibus accedere eo in loco, ubi Aquila, et Symmachus ad Judaicam sententiam propius erant interpretati. Etiam S. Ambrosius in loco Michææ quintam traditionem laudat epistola 70, t. II, edit. novæ pag. 1065. FABRIC.

[c] *Illorum priorum sanctorum, qui septuaginta duorum aliis modis.* Hiat locus iste culpa librariorum in editionibus, cujus sensum assequi nequeas, nisi ex ms. Corb. suppleas hoc modo: *illorum priorum sanctorumque Septuaginta duorum; et cum decreta, consultaque Septuaginta duorum aliis modis.* Geminatio vocis *Septuaginta duorum* dictanti nescio, an scribenti fraudem fecit; hoc certe scio, menda hujusmodi tolli non posse ab iis qui carent subsidio mss. GALEARD.

[d] *Beatissimorum priorum.* LXXII Interpretum. FABRIC.

[e] *De dolio inventos libros.* Quintam Bibliorum Græcorum editionem ab Origene ἐν πίθοις χαλκοῖς repertam Jerichunte intelligit. Vide quæ supra ad cap. 144. FABRIC.

[f] *Diis alienis non maledicetis.* Θεούς οὐ κακολογήσεις, Exod. XXII, 28. Hunc locum objicit Julianus apud Cyrillum lib. VII, p. 238, cui Cyrillus pag. 240 seq. respondet, Mosen per deos intelligere magistratus principesque. Non tamen hoc ita intellectum fuit olim a Judæis. (Vid. Bernardi notas pag. 230, edit. Amst. In Cyrilli vero sententia est et Chrysostomus in Synopsi sac. Scripturæ tom. VI, edit. nov. p. 329 Conf. Schudii Compend. Hist. Judaicæ pag. 248, 251, seq.; Surenhus lib. καταλλαγῆς pag. 88; Lightf. ad Matth. XII, 24; Grotium ad Act. XIX, 37. Contra vide Morini Exerc. Bibl. pag. 590, Bernardum ad Josephum p. 288; Origenem adv. Celsum VIII, p. 404. Idem p. 402: Ἐν τῇ θείᾳ νομοθεσίᾳ προστέτακται καὶ τὸ, Θεοὺς οὐ κακολογήσεις, ἵνα μὴ ἐθίζηται ἡμῶν τὸ στόμα ὀντιναοῦν κακολογεῖν. Adde p. 413.) Josephus IV, 8, Orig.: Βλασφημείτω δὲ μηδεὶς θεοὺς οὓς πόλεις ἄλλαι νομίζουσι; et II contra Apion. pag. 1077: Καὶ περί γε τοῦ μήτε χλευάζειν μήτε βλασφημεῖν τοὺς νομιζομένους θεοὺς παρ' ἑτέροις ἄντικρυς ἡμῖν ὁ νομοθέτης ἀπείρηκεν, αὐτῆς ἕνεκα προσηγορίας τοῦ θεοῦ. Philo III de Vita Mosis: τῆς βλασφημίας ἀνέχειν ἀναγκαῖον, ἵνα μηδεὶς ἐθίζηται τῶν Μωϋσέως γνωρίμων συνόλως θεοῦ προσρήσεως ἀλογεῖν. Confer interpretes ad Exod. XXIII, 13, et Levitic. XXIV, 15; Joan. Seldenum de Jure naturæ lib. II, cap. 13. R. Jehuda in Chasidim n. 24: *Cave umquam in mentem tibi veniat ut idolum aliquod contumelia afficias*, apud Joan. Wulferum p. 136 Theriac. In eamdem sententiam Simon Luzzatus, *Discorso circa lo stato degli Ebrei*, consideratione 13. Photius epist. 162, p. 217: Οὐ

vant, [1] putantes de vanitate paganorum dixisse, atque ita sentientes non parvum salutis suæ sustinent detrimentum. Cum enim Moses dicat : [a] *Templa eorum destruetis, idola frangetis* (*Exod.* XXIV, 13); et [b]Abraham beatissimus frangens idola justificatus est; et Gedeon (*Judic.* VI, 28) nocte incendens idola, et frangens, [2] a Deo tantum virtutis meruit impetrare, ut cum paucis infinitos vinceret inimicos; omnesque justi, ut Elias (V *Reg.* XVIII, 40), et alii itidem. Quomodo ergo hic æstimat homo imprudens de idolorum dixisse vanitate, iisdemque non esse maledicendum? cum David dicat : [c] *Similes illis fiant qui adorant ea.* Hic itaque diis non esse maledicendum alienis [3] cum dicit, est justis ab origine mundi colentibus pietatem veram, id est [d] angelis, et sanctis aliis veræ fidei dedicatis, non esse maledicendum. [4] Nam omnes justi maledixerunt idolis, et fregerunt ea, indeque meruerunt gratiam, ut Moses fecit de monte [5] descendens (*Exod.* XXXII, 20); [e] sine eo quod Christi [6] nuntii, hi sunt dii, ut Moses Pharaoni, et Ægyptiis, cum Scriptura clamet : [f] *Ego Dixi, dii estis* (*Psal.* LXXXI, 7). Utique qui sanctam, [7] adorandamque Trinitatem colentes forti fide prædicant, qui et omnes justi vere beati et sancti sunt, et ut dii infidelium scilicet dignoscuntur, quia ait Dominus : [g] *ad quos fuit verbum Dei*, et per eos prædicatum est, incredulorum dii ipsi sunt appellati, ut Paulus, Barnabas (*Act.* XIV, 12), et Moses Pharaoni (*Exod.* XXXII, 20); qui non sunt maledicendi, sed modis omnibus colA laudandi, [8] atque honorandi et glorificandi, ut dixit David : *Timentes autem Dominum glorificavit* (*Psal.* XIV, 4). Et Dominus : *Glorificantes me glorificabo* (I *Reg.* II, 30). Non ergo intelligentes virtutem Scripturarum ex littera paganitati consentiunt, et alieni a Christianitate reperiuntur. Quia ergo non credebant justis Judæi prophetis, et aliis talibus, alieni et isti sicut et pagani [h] judicabantur a Domino per Scripturam; atque ita nuntiabatur, ne maledicerent suis Doctoribus, et Prophetis, et justis aliis.

CXLVIII. HÆRESIS DE MELCHISEDECH SACERDOTE.

Sunt quidam legentes hæretici [i] in Genesi de Melchisedech sacerdote atque rege, qui erat in Salem civitate, tunc temporis ita nominata, sub Abraham B beatissimo patriarcha; de quo ait Scriptura : [i] *sine patre, sine matre fuisse genitum eum*, cum sit hoc contrarium ita sentire. Scriptura enim non de carnali eum generatione editum esse negavit, sed de justis eum non genitum parentibus declaravit; qui naturali studio [k] de Mandato pristino ad tantam Christi pervenire meruit scientiam, ut quæ a parentibus suis non audierat, proprio tamen studio, majora Christi mysteria per Mandatum agnosceret offerenda, cum dicat Dominus per prophetas : *Ecce ego facio nova* (*Isai.* XLIII, 19). Et : *Priusquam veniant, annuntiata sunt vobis* (*Isai.* XLVIII, 5, 6). Et : *Nolite meminisse præterita*, quæ in Lege carnaliter dicta sunt (*Isai.* XLIII, 18). Et Salvator ait : *Quod nascitur de carne,*

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

C

[1] putantes divinitatem
[2] a Domino Christo tantum... justi et Helias
[3] cum dicit, id est justi ab
[4] Nam quod omnes justi maledixerint... et fregerint
[5] descendens sine et quod
[6] nuntii sunt
[7] adorandum
[8] atque orandi... glorificabit

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

δεῖ οὐδὲ τὸν Ἑλληνικαῖς θρησκείαις προσανακείμενον ἐξυβρίζειν ὅπερ σέβεται. Niphon anathema dicens Deo Hebræorum (vide Cangium ad Cinnamum pag. 458) condemnatur in decreto adversus Bogomilos A. C. 1145, apud Allatium lib. II de Consensu c. 12, p. 682. Anathema in Deum Muhamedis quod legitur in Sylburgii Saracenicis p. 86, improbavit Manuel Comnenus imperator apud Nicetam Choniatem lib. VII, c. 6, pag. 235 seq. Inter gravissimas remoras conversionis Judæorum hanc esse non dubito, quod a teneris docentur a parentibus suis Jesum blasphemare. Et jam suo tempore Hieronymus ad Isaiæ v, 49 et 52, testatus fuit ter quotidie in synagogis, et diebus, ac noctibus blasphemari a Judæis Salvatorem. D FABRIC.

[a] LXX, Τοὺς βωμοὺς αὐτῶν καθελεῖτε καὶ τὰς στήλας αὐτῶν ἐκκόψετε, καὶ τὰ γλυπτὰ τῶν θεῶν αὐτῶν κατακαύσετε ἐν πυρί. FABRIC.

[b] *Abraham beatissimus.* Vetus traditio, Abrahamum idola Patris sui confregisse, quæ refertur in Beresith Rabba cap. 38. Vide Dionysium Vossium ad Maimonidem de idololatria cap. I, § 7, et Gottfridi Wagneri τοῦ μακαρίτου dissertationem eruditam de Ur Chaldæorum Lipsiæ 1681, in-4°, in lucem editam. FABRIC.

[c] LXX, Ὅμοιοι αὐτοῖς γένοιντο οἱ ποιοῦντες αὐτὰ καὶ πάντες οἱ πεποιθότες αὐτοῖς. FABRIC.

[d] *Angelis, et sanctis aliis.* Vix cuiquam hoc Philastrius persuadebit, quod per deos alienos, quibus non est maledicendum, Moses intellexerit angelos, sanctosve homines. FABRIC.

[e] *Sine eo quod.* Præter hoc quod de Mose attulit, nova Philastrio in mentem venit ratio, quod Christi Apostoli, et illorum exemplo Evangelii Doctores recte possint appellari Dii, ut Moses Exod. VII, 1. FABRIC.

[f] *Ego dixi, Dii estis.* In editis erat vitiose, *ergo dii estis.* Locus notus Psal. LXXXII, 7 : Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε.

[g] *Ad quos fuit verbum Dei.* Joan. X, 35 : Εἰ ἐκείνους εἶπε θεοὺς πρὸς οὓς ὁ λόγος Θεοῦ ἐγένετο. FABRIC.

[h] *Judicabantur.* Minus bene erat in editis *judicabuntur.* FABRIC.

[i] *In Genesi.* XIV, 18 : Καὶ Μελχισεδὲκ βασιλεὺς Σαλήμ. Hanc Salem Melchisedeci Regiam eamdem esse cum Hierosolyma, variis argumentis pugnat Ludovicus Borghesius in Historia critica Melchisedeci cap. 7. Negat tamen Hieronymus in Epistola ad Evagrium et nostra ætate Hadr. Relandus vir doctissimus in Palæstina sua p. 833 et 976, cui assentiri malim. FABRIC.

[i] *Sine patre....* Ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, hoc est, cujus nulli parentes ut Leviticorum Sacerdotum a Mose commemorantur. FABRIC.

[k] *De Mandato pristino.* Solet Philastrius *Mandatum* appellare, lumen illud divinum cujus ductu Deum ante Legem Mosaicam coluere patriarchæ. Vide cap. 110, 136, 150, 153, 156. FABRIC.

caro est; et quod nascitur de spiritu, spiritus est (*Joan.* III, 6). De hoc enim cum dicit : *sine patre, sine matre editum*, sine traditione, atque doctrina parentum, cum fuisse [a] inquisitorem Scriptura nuntiavit, naturaque [1] [b] potentem ad panem cœlestis sapientiæ, id est Christi mysterii, [c] per Mandatum declaravit advertentes : quod sciens Apostolus, naturam hominum cœlestis scientiæ, ac pietatis esse [d] capacem in omnibus prædicabat ita : [e] *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ Legis sunt faciunt, isti legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis*, et cætera (*Rom.* II, 14 *et seq.*). Quod etiam ait Dominus Petro : [f] *Quia caro et sanguis non illi revelasset, sed Pater qui in cœlis est* (*Matth.* XVI, 17); Fidem quippe Domini Salvatoris ostendens. Ideoque et ipse iterum Dominus : [g] *Si quis non renatus fuerit ex aqua et spiritu, non intrabit*, inquit, *in regnum cœlorum* (*Joan.* III, 3). Et iterum in Lege : [h] *Qui dixerunt patri et matri, non novimus vos, isti custodierunt mandatum meum, dicit Dominus* (*Deut.* XXXIII, 9). Non [i] genituram parentum odiendam utique, sed impietatem eorum paganam spernendam, atque damnandam esse modis omnibus collaudabat, cum dicat : *Si quis non renunciaverit suis omnibus, non erit dignus regno cœlorum* (*Luc.* XIV, 23). Hic igitur beatus Melchisedech cum de alienigenis, id est Chananæis impiis fuisset editus, contempta impietate parentum, [k] cum capax legis divinæ [2] cœlestisque esset, et suo studio, ut Dei imago, inquisito Dei mysterio, contemptis impiis parentibus, non solum cognoscere Christum Dominum ante [l] in Mandato, insuper etiam ejus cœleste mysterium [m] meruit intuens, et intelligens celebrare. Ideoque et Apostolus baptizatis dicebat : [n] *Vos autem non estis in carne, sed in spiritu* (*Rom.* VIII, 9). Duorum igitur populorum Melchisedech, et Abrahæ erat tunc in unum societatis conjunctio; [3] præcepta quippe, et circumcisionis conveniens [4] ratio, ut Melchisedech quidem personam Christianorum gereret, [5] [o] ita ut nos vivamus, et celebre-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] potentem et capacem cœlestis
[2] cœlestis esset, suo... Christi mysterio
[3] præputii quippe
[4] ratio Melchisedech... gerere
[5] ita ut novimus et celebramus

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Inquisitorem.* Συζητητήν, scrutatorem rerum divinarum, et officii sui quod Deo debebat ratiocinatorem. Infra hoc capite : *Cum capax Legis divinæ cœlestisque, et suo studio, ut Dei imago, inquisito Dei mysterio, comtemptis impiis parentibus.* FABRIC.

[b] *Potentem ad panem cœlestis sapientiæ.* Male omnino editiones tam Hamburg. quam Basileensis, et Lugdun. ita legunt; sed Corbeiensis cod. emendat, *potentem ac capacem cœlestis sapientiæ.* Sic paulo post: *naturam hominum cœlestis scientiæ ac pietatis esse capacem :* et infra *cum capax Legis divinæ, cœlestisque esset.* GALEARD.

[c] *Per Mandatum.* Sine lege Mosaica per lumen naturale accensum divinitus, ut mox e Paulo explicat. FABRIC.

[d] *Capacem in omnibus.* Non per solas vires naturales, sed accedente Dei gratia, ut subjuncta Pauli verbis, Matthæi, et Joannis loca pulchre demonstrant. FABRIC.

[e] *Cum enim gentes.....* Ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιεῖ, οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Valerius Max. V, 4, extern. 5 : *Optima rerum natura pietatis est magistra, quæ nullo vocis ministerio, nullo usu litterarum indigens, propriis, ac tacitis viribus, charitatem parentum pectoribus liberorum infundit.* FABRIC.

[f] *Quia caro.....* Ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ Πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. FABRIC.

[g] *Si quis non renatus....* Ἐὰν μή τις γεννηθῇ ἐξ ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ δύναται εἰσελθεῖν εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. Pro γεννηθῇ Philastrius videri possit legisse ἀναγεννηθῇ ut in Clementinis : Ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ἀναγεννηθῆτε ὕδατι ζῶντι εἰς ὄνομα Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος, οὐ μὴ εἰσέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν. Sed solet Philastrius e memoria ascribens loca Scripturæ, verbum pro verbo ponere. FABRIC.

[h] *Qui dixerunt...* Ὁ λέγων τῷ πατρὶ καὶ τῇ μητρί, Οὐχ ἑώρακά σε.... ἐφύλαξε τὰ λόγιά σου. FABRIC.

[i] *Genituram parentum odiendam.* Nativitatem ex parentibus, τὴν γέννησιν. *Odiendam* dixit ab antiquo verbo, *odio*, unde *odientes* Petronius, et Apuleius *περὶ ἑρμηνείας : Orationis variæ species sunt, ut sunt imperandi, narrandi, succensendi, optandi, monendi, irascendi, odiendi.* Vide Vossium lib. V de Arte Grammatica cap. 39. FABRIC.

[j] *Non erit dignus regno cœlorum.* Apud Lucam XIV, 33, legitur : *Non potest meus esse discipulus :* Πᾶς ἐξ ὑμῶν ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. Sed bene notavit præstantissimus vir Joannes Millius *in prolegomenis* ad novum Testam. § 831, Philastrium non pauca Scripturæ loca ad sensum, et ex memoria citasse. FABRIC.

[k] *Cum capax legis divinæ, cœlestisque esset, et suo studio.* In Corb. ms. non habetur copula *et* quæ sensui non parum obest; deinde pro *Dei mysterio* legitur *Christi mysterio*, quod melius, dicit enim paulo post *insuper etiam ejus cœleste mysterium*, id est Christi; at pag. seq. 317 edit. Hamb. insigne profecto est σφάλμα quod exhibent editiones, ubi *præcepta quippe et circumcisionis conveniens ratio*, Corb. autem recte *præputii quippe, et circumcisionis conveniens ratio;* nullus enim hic locus præceptis, ubi de Gentium typo, et Judæorum disputat. Hanc porro utramque lectionem commendat etiam membrana nongentorum annorum, assuta Codici Bibliothecæ S. Crucis in Jerusalem Romæ signato n. 279, cujus notitiam litteris ad S. E. cardinalem Quirinum datis sub die 21 Septembris 1737, humaniter nobiscum communicavit vir eruditissimus Josephus Blanchinus jampridem Veronensis Ecclesiæ canonicus, nunc vero congregationis Oratorii Romæ presbyter, religione æque ac doctrina præclarus. GALEARD.

[l] *In Mandato.* In statu luminis naturalis. FABRIC.

[m] *Meruit.* Contigit hoc ipsi. Vide supra cap. 152. FABRIC.

[n] *Vos autem....* Ὑμεῖς δὲ οὐκ ἐστε ἐν σαρκὶ, ἀλλ' ἐν πνεύματι. FABRIC.

[o] *Ita ut nos vivamus, et celebremur in omnibus.* Male Lugd. *ut non vivamus.* Et aliæ edit. *celebremus.* FABRIC. — *Ita ut nos vivamus et celebremur in omnibus.* Pro *celebremus* quod in aliis editionibus haberi fatetur, atque proinde occurrit etiam in editione Basileensi Sichardi, reposuit Fabricius ex ingenio suo

mur in omnibus : Judæorum [1] autem figuram Abrahæ circumcisio, Christi quippe Fidei subdita, cœlestique ejus inserviens mysterio salutari, ut Abraham beatus Melchisedech sacerdoti magno erat subditus (*Gen.* XIV, 18; *Psal.* CIX, 4; *Hebr.* VII, 1, 21), cui insuper etiam [a] decimas de suis facultatibus offerre non dubitaret ut regi, atque sacerdoti Dei (*Gen.* XIV, 20; *Hebr.* VII, 9); [b] quod nunc Judæorum [2] docilitas subjecta nobis est cum velit ediscere, atque a nobis de Lege et Prophetis, Christi mysteria paulatim agnoscere, atque in ejus passione cœlestem sperare scientiam de Lege pariter et Prophetis.

CXLIX. HÆRESIS DE ZACHARIA PROPHETA DE JEJUNIO.

Sunt quidam legentes in Zacharia, quo dicit : [c] *Jejunium quarti, et* [d] *jejunium quinti, et* [e] *jejunium septimi, et* [f] *jejunium decimi erit domui Israel in exsultationem et gaudium* (*Zach.* VIII, 9). Quid ergo si quis omnem septimanam voluerit, aut menses jejunare multos, in præjudicium incursurus est? Absit : immo potius laudem habebit ampliorem, ut [g] multi prophetæ fecerunt, et justi homines quotidie faciunt plurimi. Sed cum dicit quatuor jejunia, veluti dies quatuor jejunandos decernit. Non autem nobis dixit aut mensis alicujus, aut anni, sed sic absolute prædicavit, ut mysteria Christianitatis [3] ipsis quatuor jejuniis nuntiata cognosceremus. Nam per annum [h] quatuor jejunia in Ecclesia celebrantur : [i] in Natali primum, deinde [j] in Pascha, [k] tertium in Epi-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] autem in figura
[2] indocilitas
[3] in ipsis quatuor

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

celebremur, quod profecto quomodo huic loco magis congruat non video. Perpendenda itaque hoc præsertim loco Corbeiensis cod. lectio ; quamvis enim cæteris in notis caute se gesserit Fabricius, hæc emendatio non parum mihi suspecta est propter Eucharistiæ typum, qui Fabricii lectione tollitur. Porro lectio Corbeiensis quæ procul dubio vera est, cæterisque melior, habet *ita ut novimus et celebramus ;* eamque confirmat membrana etiam nongentorum annorum mox supra laudata, legit nempe *ita ut nos vivimus et celebramus.* GALEARD.

[a] *Decimas.* De regiis decimis vide Interpretes ad I Sam. VIII, 15, 17, et D. Carpzovium τὸν *μαχαρίτην* ad Schickardi Jus regium pag. 269. De decimis sacerdotalibus Num. XVIII, 21; Deut. XVIII, 2, et Scriptores de decimis laudati a me in Bibliographia antiquaria c. 16, § 2. FABRIC.

[b] *Quod nunc Judæorum docilitas subjecta nobis est cum velit.* Male superiores editiones post verba *nobis est* posuere στιγμήν, nam connectenda cum his sunt quæ deinceps sequuntur ; Judæorum vero docilitas accipienda de illis Judæis, qui Christo dare nomen, et Christi sacra amplecti, sive a Christianis de Lege, et Prophetis, Christi mysteria agnoscere non dediguantur. FABRIC.

[c] *Jejunium quarti*..... Ad quem locum conferendus præter S. Hieronymum Joannes Seldenus capite octavo libri de Anno civili Judæorum. — *Jejunium quarti.* Die 17 mensis quarti *Tamuz* (Julii) ob confractas a Moyse tabulas, et urbem a Nabuchodonosore captam. FABRIC.

[d] *Jejunium quinti.* Die nono mensis quinti *Ab* (Augusti) ob conflagrationem templi. FABRIC.

[e] *Jejunium septimi.* Die tertio *Tisri*, mensis septimi (Octobris), ob Godoliam ab Ismaelitis trucidatum, ut tradit Josephus in Hypomnestico inedito cap. 127. FABRIC.

[f] *Jejunium decimi.* Die decimo decimi mensis *Tebeth* (Januarii), ob nuntiata Babylone commorantibus Judæis quæ Hierosolymæ acciderunt mala. FABRIC.

[g] *Multi prophetæ.* Moyses Exod. XXIV, 18, XXXIV, 28; Deut. IX, 9, 11 ; et Elias II Reg. XIX, 8. FABRIC.

[h] *Quatuor jejunia in Ecclesia.* Quamquam non modo antiquioribus, et Apostolicæ ætati propioribus temporibus, sed ne Philastrii quidem ævo quatuor illa jejunia longe lateque per omnem Ecclesiam obtinuisse, satis constat, ut ostendit Joann. Dallæus lib. IV de Jejuniis cap. 7 ; tamen ex hoc Philastrii loco patet falli Blondellum, qui ad Pseudo-Callisti epistolam, p. 256, notat Leonem Magnum primum quatuor temporum jejunio consecratorum distincte meminisse. FABRIC.

[i] *In Natali primum.* Hoc est quod Leoni hiemale, aliis jejunium Adventus Domini, de quo Theoph. Raynaudus tom. XI opp. p. 479. FABRIC.

[j] *In Pascha.* Hoc unum admittit Hieronymus epist. 54, ad Marcellum : *Nos unam Quadragesimam secundum traditionem Apostolorum toto anno, tempore nobis congruo, jejunamus : illi* (Montani asseclæ) *tres in anno faciunt Quadragesimas, quasi tres passi sint Salvatores. Non quo et per totum annum, excepta Pentecoste jejunare non liceat, sed quod aliud sit necessitate, aliud voluntate munus offerre.* FABRIC.

[k] *Tertium in Epiphania.* Quoniam post antepaschale, jejunium hocce ante Pentecosten commemorat Philastrius, atque infra illud ipse explicat de jejunio Ascensionis, ideoque Epiphania hoc loco pro Ascensione ab eo poni est necesse. De jejunio, sive Rogationibus ante Ascensionis festum a Claudiano Mamerto circa A. C. 500 demum introductis in Gallia, vide Gregorium Turonensem II Hist. 34, Aleimique Aviti homiliam de Rogationibus, et Joan. Savaronis notas ad Sidonii Apollinaris lib. V, epist. 14. Sane quidem Dallæo pag. 761 judice, sic obscure, et involute hoc loco de jejuniis scribit Philastrius, ut stridere ipsi videatur potius quam loqui ; itaque illius verba fatetur se non capere : *Septimi*, inquit, *mensis jejunium constanter omittit. Quod in Epiphania consuetudini, ni fallor, inauditum. Quod in Natale locat, nisi Natalem pro diebus Natalem antecedentibus, vel pro Adventu, ut vulgo loquimur, accipias, absurdissimum quoque est. Denique quid est quod iste vult, certe dicit, in Ascensione jejunandum, decemque diebus ad Pentecosten usque sequentibus? Nemo præter istum de jejuniis sic philosophatus est, tantamque abest ut ista cæteri sequerentur, omnes tota Pentecoste jejunare nefas putabant.* FABRIC. — *Tertium in Epiphania. Epiphania* hic a Philastrio pro ascensione sumitur ; ut recte advertit Fabricius, licet alias communiter hoc nomine designetur adoratio Magorum, indicante Cotelerio ad Constit. Apost. V, 13, p. 312. Quod vero jejunium istud in Epiphania, ut ait Philastrius, hoc est in Ascensione, unum fuerit ex quatuor jejuniis quæ tunc in Ecclesia celebrabantur, idem Philastrius testis est satis idoneus, quamvis Dallæus a Fabricio prolatus, hoc nomine Philastrium reprehendat, vocetque rem inauditam. Cæterum Philastrius paulo infra meminit de jejunio etiam secundum quatuor anni tempora, quod ab aliquibus servabatur, cujusque aperta est mentio apud Leonem Magnum Serm. 18.

phania, [a] quartum in Pentecoste. Nam in Natali Salvatoris Domini jejunandum est, deinde in Paschæ Quadragesima, atque in ascensione itidem in cœlum post Pascha die quadragesimo, inde usque ad Pentecosten diebus decem : id quod postea fecerunt beati apostoli post Ascensionem, [b] jejuniis, et orationibus insistentes, ut scriptum est, quod meruerint in Pentecoste plenitudinem divini Spiritus, et perfectionem consequi potestatis; ut irrigatione divini Spiritus affluente, jam armis instructi cœlestibus, [c] omni dubitatione seposita in qua erant ante, post autem doctores invicti, et gloriosi martyres ipsius Domini fieri quotidie properabant; Judæos et Paganos edocentes, eisque de Lege et Prophetis Christum ubique Dominum, cum Patre sempiternum prophetarum testimoniis comprobantes, ejusque præsentiam carnalem saluberrimam orbi terrarum annuntiantes. Alii autem putant [d] secundum quatuor tempora anni cujusque dixisse Scripturam. Alii autem de Noe dixerunt quando audiit et credidit (*Gen.* VI, 13 *seq.*; VII, 5, 7; VIII, 18); [1] inde cum arcam confecit; postea autem cum intravit in eam; quarto quando exivit de arca. Alii autem Judæorum, [e] Israel dixisse Scripturam arbitrantur, quod cum audivit (*Exod.* V, *seq.*) populus primum in Ægypto per Mosen tunc temporis et credidit, liberatur de Pharaone et Ægyptiis; deinde quod exivit de Ægypto (*Exod.* XII *seq.*); tertio quod in montem [2]ivit (*Exod.* XIX *seq.*) et accepit Legem a Domino Salvatore; quarto quod intravit in terram repromissionis (*Josuæ* I *seq.*) : sed non omnes introierunt, sicut scriptum est (*Num.* XIV, 30; XXXII, 12), nisi duo soli, Jesus, et Chaleb, ut dixit Scriptura. Alii autem dixerunt, quatuor jejunia sunt Ecclesiæ ista in quatuor libris Mosi; quia primum fecit Deus omnia in Genesi, et hominem, ut scriptum est. Secundo in Exodo, [3] quo de tenebris liberatus exit omnis homo credens in Christum Deum. Tertio [3] quo in Levitico offert sacrificia diversa, quæ sunt omnia Christianitatis mysteria. Quarto post oblationem spiritalium donorum in libro Numeri mereatur omnis fidelis conscribi, quod ait et Dominus : [f] *Gaudete, quia nomina vestra scripta sunt in libro cœlorum* (*Luc.* X, 20). Ideo et David de Judæis dicit : [g] *Deleantur de libro viventium, et cum justis non scribantur* (*Psal.* LXVIII, 29). Et ipse iterum : [h] *Et in libro tuo in te credentes conscribentur* (*Psal.* CXXXVIII, 16). Hæc etiam jejunia [i] in quatuor Evangelia nos oportet accipere, de [j] patriarchis, prophetis, sacerdotibus, et apostolis, quæ in nobis complenda sunt. Quod primum fides patriarcharum, deinde virtus prophetarum, tertio labor sacerdotum, quarto apostolorum perfectio invicti certaminis nuntiantur; quæ diversæ virtutes invicem cum suis virescunt connexæ temporibus, et docentes homines [k] diversa jucunditatis gaudia desiderantibus, et capientibus subministrant.

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] deinde cum

[2] Exodo, quod de... exivit omnis

[3] Tertio quod in... quæ sunt ibi omnia

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

Verba Philastrii p. 321 hic appono : *Alii autem putant secundum quatuor tempora anni cujusque dixisse Scripturam.* Lugdunensis editio legit *secundum quatuor anni cujusque jejunia dixisse Scripturam;* excidit vox *tempora*, addita est vox *jejunia*. Confer Irenæum Fragmento Epistolæ ad Victorem papam edit. Massueti p. 340, ubi ait, quod *jejuniorum diversitas consensionem Fidei commendat.* Hunc porro Philastrii locum laudat Elmenhorstius ad Minut. Felicem p. 19 edit. Lugduno-Batavæ 1652. GALEARD.

[a] *Quartum in Pentecoste.* Hoc jejunium alii Scriptores ponunt hebdomade post Pentecosten, vel post octavam Pentecostes. Vide Cotelerium ad lib. V Constitut. Apostol. c. 20, p. 326. Vicissim Pentecosten ipsam, hoc est quinquaginta totos a Paschate dies, jejunare nefas habuere plerique etiam Philastrii ætate, ut jam ex Hieronymo notavi; cui adde sis insigne S. Athanasii testimonium, quod vulgavit celeberr. Montfauconus in Bibl. Coisliniana p. 112. FABRIC.

[b] *Jejuniis, et orationibus insistentes.* Jejuniorum nulla diserta mentio Actor. I, 14, προσευχῇ καὶ δεήσει προσκαρτεροῦντες. Tamen jejunia, et orationes conjunguntur Actor. XIV, 23, προσευξάμενοι μετὰ νηστειῶν. FABRIC.

[c] *Omni dubitatione seposita in qua erant ante.* Respicit dubitationem, immo abnegationem Petri Matth. XXVI, 70 seq. et abnegationem aliorum Discipulorum. Idem 56. FABRIC.

[d] *Secundum quatuor tempora anni.* Leo Magnus Sermone 18 : *Jejunium vernum in Quadragesima, æstivum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hiemale autem in hoc qui est decimus* (Decembri) *celebramus.* FABRIC.

[e] *Israel dixisse Scripturam.* Locum allatum Zachariæ de quatuor jejuniis, alii ex Judæis putant respondere quatuor illis rebus quas Israeli contigisse mox e Mose commemorat. FABRIC.

[f] *Gaudete.... in libro cœlorum.* Χαίρετε ὅτι τὰ ὀνόματα ὑμῶν ἐγράφη ἐν τοῖς οὐρανοῖς, *in cœlis*, quod Philastrius interpretatur : *in libro cœlorum.* FABRIC.

[g] *Deleantur...* ἐξαλειφθήτωσαν ἐκ βιβλίου ζώντων, καὶ μετὰ δικαίων μὴ γραφήτωσαν. FABRIC.

[h] *Et in libro...* Καὶ ἐπὶ τὸ βιβλίον σου πάντες γραφήσονται. FABRIC.

[i] *In quatuor Evangelia.* Ut undique quaternario suo subsidium et rationem quærat Philastrius, etiam Evangelia advocat, quorum quaternionem similibus rationibus mysticis et allegoricis passim Veteres commendant, ut ascriptis ipsorum verbis demonstravi in Codice Apocrypho novi Testam. pag. 382, et tom. II, pag. 555, 735. Addam unicum locum Rabani Mauri lib. IV de Universo c. 1, tom. I opp. p. 83 : *Quatuor milites qui quatuor partes sibi de Jesu vestimentis fecerunt, præfigurantes quatuor partes Mundi quæ diviserunt sibi eloquia Christi, sicut scriptum est psal.* CXIX : *Lætabor ego super eloquia tua sicut qui invenit spolia.* Longe plura in hanc sententiam congessit sub libri initium idem Rabanus pag. 77, Harduini Concilia tom. III, p. 1983 seq. FABRIC.

[j] *Patriarchis, prophetis, sacerdotibus, et apostolis.* De hoc quaternione vide cap. 139, atque infra cap. 155, 156. FABRIC.

[k] *Diversa jucunditatis gaudia desiderantibus, et capientibus.* Ita legendum pro *cupientibus.* Infra c. seq. : *Diversa gratiarum munera diversisque temporibus voluntati hominum, ac capacitati desiderantium ab eodem impertita;* ubi plura in hanc sententiam. Mox eodem capite : *diversam effusam gratiam capientibus, et quærentibus.* FABRIC.

CL. HÆRESIS DE UXORIBUS ET CONCUBINIS SALOMONIS.

Sunt hæretici, qui cum legunt in Salomone, [a] *sexaginta reginæ et octoginta concubinæ, et* [b] *juvenculæ quarum numerus non est* (*Cant.* VI, 8); putant eum mulierum causa, et juvencularum atque concubinarum numerum edixisse. Cumque ita sentiunt, infructuosi, immo potius ut pagani impii, et Judæi ineruditi atque indocti judicantur; ignorantes quod hæc [c] rationabilia sunt et intellectibilia ab eodem nuntiata, quæ in Christi majestate et potentia, diversa gratiarum munera humano generi ostendebantur adventura, diversisque temporibus [d] voluntati hominum, ac capacitati desiderantium ab eodem impertita; non denegante parem gratiam, sed juxta quod capere potuisset voluntas hominum nosceretur, ipso Domino tribuente atque conferente quærentibus studiose, cum dicat beatus apostolus Petrus: [e] *In veritate* [1] *cognosco quod Deus personarum acceptor non est* (*Act.* X, 34). Et Paulus apostolus itidem: [f] *Deus hominis*, inquit, *personam non accipit* (*Rom.* II, 11). Ex voluntate itaque juxta [2] quod quisque desiderat, ita et a Deo Christo [g] ei tribuitur atque impertitur quotidie. Diversæ igitur dignitates, ac diversæ gloriæ a Salomone nobis nuntiatæ sunt. [h] In Mandato quippe, Lege, et Christi gratia omnia, quæ et primo, et secundo, et postremo tempore, populis per diversa meritorum collata sint munera dignitatis, ut priori populo, deinde Judæorum, tertio Christianorum, qui ab illis prioribus qui ante Judæos fuerunt [i] cum edocemur, i in Christi præsentia itidem diversam effusam gratiam capientibus, et quærentibus quotidie pervidemus effundi. Nam quod aliæ animæ [3 k] ad regimina, aliæ ad conjunctionem, aliæ ad incrementum perfectioris ætatis in conjunctionem futuræ Fidei Christi Domini vocentur, manifestum est, dicente Apostolo: *Qui cohæret Christo Domino*, [l] *unum corpus est* (I *Cor.* VI, 7). Nam ubi reginæ nomen dicitur, regni cœlestis manifestatur excellens nobilitatis sublimitas, quod et Dominus vocationem multorum prædicans, paucorum electionem annuntiat affuturam. In quibus triplex virtutis dignitas enitescit et in Evangelio, dicente Domino ad illum: [m] *Si vis esse perfectus, vade, vende omnia quæ habes et da pauperibus, et veni, sequere me; et habebis thesaurum in cœlo.* [n] *At ille tristatus est*, inquit, ut scriptum est (*Matth.* XIX, 21, 22). Ergo etsi ante generaliter secundum temporis divisionem, populorumque factum est, [4] tamen [o] in Christi præsentia triplex gratia resplendet ac dignitas, ut alii perfecti, alii sequentes, alii postea secuturi demonstrarentur: non in uno modo dignitatis, id est regni cœlestis inveniendi, sed secundum fidem ac laborem eorum, atque diversa certamina, mercedem congruam adepturi, dicente Domino: [p] *Multæ mansiones sunt apud Patrem meum* (*Joan.* XIV, 2). Ideo et

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] In veritate comperi quod
[2] Quod capit quisquis et desiderat; ita a Deo Christo ei tribuitur
[3] ad regimonium... vocarentur
[4] attamen in... ut alii postea secuturi

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Sexaginta.* Postea auctus numerus; nam III Reg. XI, 3, reginæ septingentæ, et concubinæ trecentæ. FABRIC.

[b] *Juvenculæ.* עלמות virgines innumerabiles. Confer Wagenseilium p. 397 seq. ad Tela ignea Satanæ. FABRIC.

[c] *Rationabilia, et intellectibilia.* Νοητὰ, ad sublimiorem intellectum a sensibilibus rebus referenda. Rationem *intellectibilem* vocat infra c. 149. FABRIC.

[d] *Voluntati hominum, et capacitati.* Capite superiore extremo: *Diversa jucunditatis gaudia desiderantibus, et capientibus subministrant.* FABRIC.

[e] *In veritate.* Ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ Θεός, ex Deut. X, 17, et II Paralip. XIX, 7. Vide et I Petr. I, 17. FABRIC.

[f] *Deus personam non accipit.* Οὐ γάρ ἐστι προσωπολημψία παρὰ τῷ Θεῷ. Adde Galat. II, 6. FABRIC.

[g] *Ei tribuitur.* Helmst., *tribuetur*, vitiose. FABRIC. —*Ei tribuitur.* Hic rursus Helmstadiensem editionem reprehendit Fabricius, quod vitiose legat *tribuetur*, cum tamen eodem modo habeat etiam Basileensis editio Sichardi anni 1528, quam aliis quoque in locis non satis diligenter Fabricio inspectam deprehendimus. Idem est omnino et infra ad hær. 155, ubi Helmstadiensem editionem culpat, quod vitiose *prædicentes* habeat pro *prædicantes*; at ibi quoque eadem lectio Helmstadiensis est in editione Basileensi. Contra vero ad hær. 155, pro *monstraret* reponit *monstraretur*, nulla facta mentione Basileensis editionis, in qua occurrit non *monstraret*, sed *monstraretur*. Hoc porro in loco quem recte emendavit Fabricius, etiam Corb. cod. habet, omissa copula, *ita a Deo Christo ei tribuitur*. GALEARD.

[h] *In Mandato, Lege, et Christi gratia.* Familiaris hæc Philastrio divisio, per Mandatum intelligente lumen naturale ante Legem Mosaicam. Vide supra cap. 110, 136, 148, 150, 153. FABRIC.

[i] *Cum edocemur.* Sensus præsentis obscuri loci hic esse mihi videtur: cum edocemur quæ diversa munera collata sint diversis illis tribus temporibus, ea omnia pervidemus effundi quotidie in Christi præsentia, hoc est inter Christianos, alia aliis, pro desiderio, et captu cujusque. FABRIC.

[j] *In Christi præsentia itidem.* Priores editt. nullo sensu pro *itidem* habent *et de*. FABRIC. — *In Christi præsentia itidem.* Annotat Fabricius priores editt. nullo sensu pro *itidem* habere *et de*. Ita porro habet Basil.; at Lugdun. omissa copula legit *in Christi præsentia de*; ms. Corb., *in Christi præsentiam et de Christi*. Nescio an forte legendum sit *in Christi præsentiam, et de Christi præsentia*, sed magis adhuc placet Fabricii emendatio. *Christi præsentia* a Philastrio intelligitur tempus Evangelii, ut recte monet Fabricius infra not. *o*, quod ex aliis etiam locis apparet cap. 149, *Judæorum futuri temporis in Christi præsentia incredulitas*: cap. 109, *ut in Christi præsentia, et quod supra Legem erat antenuntiatum ab eis cognosceretur*; cap. 75, *quod erat futurum in Domini præsentia majus et melius*; cap. 136, *cœlestia merita in Christi præsentia manifestarentur*.

[k] *Ad regimina, ad conjunctionem, ad incrementum perfectioris ætatis.* Ut respondeant reginis, concubinis, et juvenculis apud Salomonem. Hos tres gradus infra vocat *perfectorum, sequentium, et secuturorum*, illisque tribuit regnum, paradisum, et vitam. Pro *perfectioris*, priores editt. *perfectionis*. FABRIC.

[l] *Unum corpus est.* Ὁ κολλώμενος Κυρίῳ ἓν πνεῦμά ἐστιν. Ex memoria ut c. 26, locum citans Philastrius *unum corpus* pro *uno spiritu* posuit. FABRIC.

[m] *Si vis esse...* Εἰ θέλεις τέλειος εἶναι, ὕπαγε, πώλησόν σου τὰ ὑπάρχοντα καὶ δὸς πτωχοῖς, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι, καὶ ἕξεις Θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ. Ordinem verborum iterum ex memoria locum citans Philastrius immutavit. FABRIC.

[n] *At ille tristatus est.* Ἀπῆλθε λυπούμενος. Evangelium Hebræorum apud Origenem homilia 8 in Matth.: *Cœpit autem dives scalpere caput suum, et non placuit ei*. FABRIC.

[o] *In Christi præsentia.* Tempore Evangelii, ubi Christus colitur. Sic supra: *In Christi præsentia itidem diversam effusam gratiam capientibus et quærentibus quotidie pervidemus effundi*. FABRIC.

[p] *Multæ mansiones.* Quem locum de diversitate graduum gloriæ in vita æterna, etiam laudavit noster supra c. 82, sicut diversitatem pœnarum atque plagarum profitetur c. 125. FABRIC.

David animam [1] ad regimen vocatam modis omnibus collaudat, edocens : [a] *Astitit regina a dextris tuis* (*Psal.* XLIV, 9). Aliam etiam sequi hortatur : [b] *Audi, filia, et vide, et obliviscere domus patris tui, et concupiscet rex speciem tuam* (*Ibid.*, 10). [c] Ut ergo est rationis, convenit cognoscere quod alii in regnum (*Matth.* XXV, 34), alii in paradisum (*Luc.* XXIII, 43), alii in vitam (*Matth.* XIX, 17), atque remissionem peccatorum (*Luc.* XXIV, 47) in futuro erunt deputandi, quod [d] non negatur currentibus, ac volentibus nunc ut oportet ; [e] dissimulantibus autem, et non recte currentibus, a Domino hæc non erunt conferenda.

CLI.

[2] Est hæresis quæ putat quod Iliesus filius Nave populum Judæorum cultris lapideis circumciderit, quod nec rerum natura, nec virtus aut ratio persuadet : facilius enim Judæi periclitari poterant quam curari, etsi secundum Dei potentiam quam impossibile non est, aliquid tamen rerum natura non patitur, nec ratio persuadet. Ne ergo petrinis cultris dicant circumcisos Judæos de paganorum durissimis mentibus ac lapideis quæ antea fuerant quidem impietati deditæ, postea vero credentes in Domino amissa mente lapidea meruerit, id est verbo Dei circumcidi mente, doctrinamque jam cœlestis potentes Judæos circumcidere, id est Christi eis insinuare scientiam salutarem de lege et prophetis, eam quippe nuntiantes atque comprobantes undique. Quamvis enim et quotidie circumcidantur Judæi ab his qui ante erant Gentiles, id est doceantur de lege et prophetis, de fide Christi Domini scilicet Salvatoris, qui si crediderint et ipsi salutis remedium accepturi sunt : perseverantes autem in duritia mentis lapideæ, æterno erunt judicio detinendi. Ideoque et Dominus in eorum contradictione pertinaci dicebat quod filii eorum, id est pagani, ipsi erunt judices eorum atque doctores, id est gentium populus, qui ante in mente lapidea versabatur, postea vero per Christi fidem merebatur ad scientiam salutarem pervenire. Israel autem secundum legem currens ut scriptum est, ad legis virtutem pervenire non potuit, quia non ex fide, sed ex operibus currere properabat. Jacob enim dicit quod ipse erit spes gentium, non Judæorum. Oportet ergo Gentes credere universas primum, tunc demum ab ipsis gentibus [f] Judæorum discere, ac doctrinam Christi Domini de lege et prophetis audire, atque ita acquiescere ut compleatur, *donec plenitudo gentium intret, et sic omnis Israel salvabitur*, sicut scriptum est. Et alter propheta ait : *Aufer ab eis cor lapideum, Domine, et da illis cor carneum.* Et Dominus, *Si isti tacuerint, lapides clamabunt.*

CLII. DE SPIRAMINE QUOD ADAM ACCEPIT HÆRESIS.

Alia est hæresis, quæ [g] spiramen quod accepit Adam (*Gen.* II, 7) putant tantum esse, quantum est a Christo post Resurrectionem [h] concessum Apostolis : cum ignoret quod [3] spiramen est modicæ virtutis aliqua gratia, in audienda Lege Dei multorum primum. Spiritus autem perfectionis est plenitudo. Spiramen itaque datur ab infantia et catechumenis. Spiritus autem in incremento doctrinæ, Fideique, et salutaris baptismi plena Dei gratia, ut intelligere, et ad majorem jam possit scientiam pervenire. [i] Ideoque post [4] baptismum, Spiritum ut Apostoli jam non, sed spiramen accipit qui baptizatur in Trinitate. Commune est etenim omnium spiramen. Spiritus autem paucorum est fidelium atque credentium, et discentium; et veluti ab honore ad honorem, et a gloria ad gloriam majorem, cœlestemque scientiam et gratiam pervenientium, dicente Apostolo, quod [j] *a fide in fidem* procedimus (*Rom.* I, 17), et [k] *a gloria ad gloriam* prodire properamus (II *Cor.* III, 18). Ideoque ait ipse : [l] *Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis* (I *Cor.* XV, 47), ut et [m] natura non exsors Christi muneris inveniatur aliena penitus, id est nec catechumenus; et fides atque doctrina, studiumque et vita præclara, in paucorum fidelium, et cupientium voluntate dignosceretur exuberans, dicente Domino : [n] *Habenti dabitur, et plus ei adjicietur; non habenti autem,* [o] *et quod habere videtur auferetur ab eo* (*Matth.* XIII, 12; XXV, 29). Quod Judæo contigit, et aliis fidem plurimis.

CLIII. HÆRESIS DE FUNICULO MENSORIO IN ZACHARIA PROPHETA.

Est hæresis, quæ cum audit in Zacharia propheta de funiculo agrimensorio, [p] de quo [5] et David edixerat, [q] quod angelus tenens ibat mensurare Jerusa-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] ad regimonium

[2] *Hanc hæresin, quam non habent editi, exhibet ms. codex Sangermanensis. Eam vero et reliquas præcedentes typis expressimus, prout exstant in laudato codice, mendis haud carentes.*

[3] spiramentum est

[4] baptismum, Spiritum ut apostoli, jam non spiramen accipit

[5] et David propheta beatus edixerat

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

[a] *Astitit regina.* Παρέστη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου. FABRIC.

[b] *Audi, filia....* Ἄκουσον, θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλίνον τὸ οὖς σου, καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου, καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. FABRIC.

[c] *Ut ergo est rationis.* Sic hæresi 98, *nullius rationis itaque*, et 106, *quomodo hoc erit rationis.* FABRIC.

[d] *Non negatur currentibus, ac volentibus.* Alludit ad locum Rom. IX, 16, de quo supra ad cap. 128. FABRIC.

[e] *Dissimulantibus.* Vide ad cap. 124. FABRIC.

[f] *Judæorum.* Legendum videtur *Judæos.* FABRIC.

[g] *Spiramen quod accepit Adam.* Καὶ ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ πνοὴν ζωῆς. FABRIC.

[h] *Concessum.* Joan. XX, 22, ἐνεφύσησε, Ciceronis verbo recte reddas *inhalavit.* FABRIC.

[i] *Ideoque post baptismum.* Uti ante baptismum catechumenis, sic in baptismo communem illam gratiam omnibus baptizatis tribuit, ut gradum sublimiorem deinde servet sanctis apostolis, piisque fidelibus. FABRIC.

[j] *A fide in fidem.* Ἐκ πίστεως εἰς πίστιν. FABRIC.

[k] *A gloria ad gloriam.* Ἀπὸ δόξης εἰς δόξαν. FABRIC.

[l] *Primus homo.* Ὁ πρῶτος ἄνθρωπος ἐκ γῆς χοϊκός, ὁ δεύτερος ἄνθρωπος ὁ κύριος ἐξ οὐρανοῦ. *De cœ o cœlestis* similiter, ut Philastrius, habent Ambrosius, Hieronymus, et alii; et illud κύριος longe plurimi omittunt, de quo præter Joan. Millium vide quæ notavit D. Kortholtus ὁ μακαρίτης libro de variis Scripturæ editionibus pag. 75 seq. FABRIC.

[m] *Natura.* Ut superiore capite tres gradus fecerat *perfectorum, sequentium*, et *secuturorum*, ita hoc loco ponit primo *naturam*, cui succedit gradu secundo *Fides et doctrina*, tertio denique *studium vitaque præclara in paucorum fidelium, et cupientium* (an *cupientium* ut cap. 149 et 150) *voluntate exuberans.* FABRIC.

[n] *Habenti dabitur.* Ὅστις ἔχει, δοθήσεται αὐτῷ, καὶ περισσευθήσεται. FABRIC.

[o] *Et quod videtur habere.* Ex Lucæ VIII, 18, καὶ ὃ δοκεῖ ἔχειν, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. FABRIC.

[p] *De quo et David.* Villalpandus tom. II, p. 179, putat Philastrium lapsum memoria, et pro Davide voluisse nominare Ezechielem, respexisseque ad XL, 3. Sed fortasse nostro erat in mente psal. LX, 6; CVIII, 7, τὴν κοιλάδα τῶν σκηνῶν διαμετρήσω. FABRIC.

[q] *Quod angelus tenens ibat.* Zachar. II, 1, ἰδοὺ ἀνὴρ

lem, æstimat secundum litteram ita dixisse Scripturam : cum non Jerusalem metiri, quæ tradi debebat hostibus, sed [a] credentium recte, atque paucorum perfecte, electio nuntiabatur per angelum affutura; ut dictum est : [b] *Multi vocati, pauci electi* (*Matth.* xx, 16; xxii, 14). Jerusalem ergo in funiculo agrimensorio mensurabatur, id est et ante sub paucis, [c] et post fidem Christi paucorum catholicæ fidei [d] gignendo electio prædicabatur in sæculo. Quod et Apostolus ait : [d] *Oportet hæreses esse, ut probati manifestentur* (I *Cor.* xi, 19). Quia ergo [e] funiculus hæreditarius triplici virtute connexus est, id est Patris, et Filii, et Spiritus sancti; hæc conjunctio cum in una, eademque accipitur Fide, atque credulitate; æqualitatis quippe, et virtutis conjungenda unitas, atque colenda potentia cum noscitur ab Ecclesia catholica, non in diversa majestatis aut qualitatis credenda substantia prædicatur, ut quidam æstimant hæretici. Quod et Dominus dicere dignatus est : [f] *Putas Filius hominis cum venerit, inveniet Fidem super terram* (*Luc.* xviii, 8)? Quia et ante a Propheta quod tunc erat in paucis, et post Christi præsentiam, passionem, et resurrectionem ejus, divinamque sententiam quod essent prævaricaturi, hoc ita nuntiatum sit, ut sint hæretici hodie qui a Spiritu sancto, aut a Filio recedentes, diversam majestatis et potentiæ inæqualitatem quotidie prædicant aberrantes. In hoc ergo nos oportet agnoscere, quod *funiculus*, ut ait Salomon (*Eccles.* iv, 12), *triplex non disrumpitur*, quod et credi debet a nobis; quod et de divina substantia, et propria, Filius, et sanctus sit itidem Spiritus, Patri quippe connexus in omnibus, qui et cognosci debet, et coli ab omnibus. In hac ergo conjunctione baptismi et Salvator nos dignatus est confirmare, imperans : [g] *Euntes baptizate omnes gentes in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* In quo conjungentes Filium Patri, et Spiritum cum Filio, et Patre, hanc salutem cognoscimur adepturi, quia non aliunde salutis remedium, nisi ex fide hac humano generi, cognoscimus affuturam. Unde et in hac conjunctione sanctæ adorandæque Trinitatis gaudemus, in qua ante Adam pater noster, Noe, Abraham, Moses, et prophetæ, sacerdotes, judices, et apostoli pariter, et evangelistæ [h] prædicantes meruerunt consequi [i] angelicam dignitatem; in qua et Ecclesia catholica exsultat, hoc prædicans quotidie, atque edocens, eademque hanc omnem impietatem Paganam, et iniquitatem Judaicam destruens, quotidie omni exsultat in gaudio. Nam etsi triplex funiculus debet accipi primum [j] *Mandati*, deinde *Legis* in medio tempore, deinde *Gratia* Salvatoris : utilitatis non parvæ est aut si de *fide*, *spe*, atque *charitate*, ut dixit beatus Apostolus (I *Cor.* xiii, 13), quis velit accipere; et in hoc non parvi est intellectus prudentioribus, ac spiritalia desiderantibus plurimis.

CLIV.

[1] Sunt quidam hæretici qui de Helia beato opinantur quod ei corvi sero carnes ad escam, et mane panes attulerint, non attendentes quod cuncta sanctus ac beatissimus propheta non carnes edebant (*sic*) aliquando, qui omnem talem escam contemperat, abstinendo voluntate, cujus et causa tantæ dignitatis a Deo honorem meruit adipisci, ut in paradisum raperetur sublimis, ubi cum sanctis omnibus conlocaretur. Nam si de pane quidem aliquis dixerit, rationis interdum est quod ei corvi attulerint : de carnibus autem incongruum reperitur; nam in hoc crudelitas beluina hominum insequentia beatissimum prophetam ostendebatur : in avibus autem, id est corvis, tantum mansuetudo et lenitas monstrabatur, ut a quibus avibus humana aberat ratio, qui non erant Dei imagines rationabiles, sed aves sicut pecudes sensibiles creatæ solummodo, in eis autem avibus ad opprobrium hominum Judæorum regisque ex voluntate pessima insequentium propheta aquitio et sensuum lenitas insita monstraretur in opera tanti ministerii quod beato prophetæ quotidie monstrabantur, ut in eis avibus ministrabantur, ut in eis avibus magis inveniretur esse ratio quædam lenitatis motu quodammodo concessa velut rationabilis. Nam omnia hujusmodi creata a Domino subjecta sunt homini ut regi ac rationabili dominoque urbium versitatis (*sic*) pecudum, volatilium et serpentium quippe sicut scriptum est in libro Geneseos demonstraretur.

CLV. HÆRESIS DECERPTA EX ISAIA PROPHETA DE CHERUBIM ET SERAPHIM.

[1] Est quoque hæresis, quæ cum legit in Isaia propheta, quod [k] Cherubim, et Seraphim animalia duo sex pennis prædita, [l] duabus faciem Dei, duabus pe-

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] fidei gignendæ... et veritatis

[2] *Hæc item hæresis, quæ desideratur in editis, exstat in codice ms. Sangermanensi, estque, ut aliæ, mendis obsita.*

[2] Est hæresis

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ

καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ σχοινίον γεωμετρικὸν.... διαμετρῆσαι τὴν Ἱερουσαλήμ. FABRIC.

[a] *Credentium recte, atque paucorum perfecte, electio.* Ita pro *lectio*, apud Philastrium scribunt Villalpandus, et Cotelerius III Monument. p. 524, quamquam notum omnibus, *lectionem* pro *electione*, ut *lectum* pro *electo*, et *legere* pro *eligere*, tritum esse optimis scriptoribus. Sueton. cap. 35 August. : *Senatorum affluentem numerum ad modum pristinum et splendorem redegit duabus lectionibus*; et c. 54 : *Antistius Labeo Senatus lectione, cum vir virum legeret.* Tamen infra etiam *electio* apud nostrum scribitur, et facile fuit librario post *perfecte*, litteram *e* in *lectio* omittere. FABRIC.

[b] *Multi vocati.* Πολλοὶ εἰσι κλητοί, ὀλίγοι δὲ ἐκλεκτοί. FABRIC.

[c] *Et post fidem Christi paucorum catholicæ fidei gignendo electio.* Corb. cod. legit *catholicæ fidei gignendæ*, sed mihi placeret *catholicæ fidei gignendorum*; ultima enim hæc syllaba per compendium scripta facile prætermitti potuit ab imperito librario. Sic pag. seq. initio ubi habet : *Quia et ante propheta quod tunc erat in paucis*, nisi addatur præpositio, ac legatur *quia et ante a propheta*, sententia omnino constare non potest, cum hoc velit Philastrius, ut *quod tunc erat in paucis, hoc ita a propheta nuntiatum sit*; idque locum inspicienti facile persuasum erit cum et paulo antea dixerit *paucorum perfecte electio nuntiabatur per angelum affutura.* GALEARD.

[d] *Oportet...* Δεῖ γὰρ αἱρέσεις ἐν ὑμῖν εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανεροὶ γένωνται ἐν ὑμῖν. FABRIC.

[e] *Funiculus triplici virtute connexus.* τὸ σπαρτίον ἔντριτον. Ecclesiastæ iv, 12. FABRIC.

[f] *Putas Filius hominis.* Πλὴν ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρήσει πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς. FABRIC.

[g] *Euntes baptizate.* Πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Philastrius, ut solet, verba quædam omittit. FABRIC.

[h] *Prædicantes.* Vitiose Helanst. *prædicentes.* FABRIC.

[i] *Angelicam dignitatem.* Supra cap. 137. FABRIC.

[j] *Mandati, Legis, Gratia Salvatoris.* Tres Œconomiæ, ante-Mosaica, Judaica, et Christiana, de quibus cap. 110, 136, 148, 150, 156. FABRIC.

[k] *Cherubim, et Seraphim animalia duo.* Apud Isaiam vi, 2 tantum duorum Seraphim mentio, καὶ Σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ, ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνί. FABRIC.

[l] *Duabus faciem Dei.* Imo facies suas, פָּנָיו ut pedes suos רַגְלָיו. Sed infra quoque noster : *velabant au-*

des tegebant, et duabus clamabant voce sublimi Deum collaudantes, nimium [1] conturbatur; et nunc historiam quærens, nunc rationem [2] intellectibilem perscrutans, diversa ambiguitate fatigatur. Cum et secundum litteram non parva sit utilitas, et secundum [3] intellectibilem rationem, Christi resonet [4] cœlestis scientia. Secundum litteram enim primum, quod Deum invisibilem Scriptura docendo, impietatem ubique paganam damnabat in quo Scripturæ illorum impiæ visibilem et compositum prædicant. Deinde etiam Judæorum, ne et ipsi pari cæcitate obtecti, ut Gentes impiæ, corrupti sensibus deperirent; hoc ita edocuit. Sed hic etiam erat Judæorum futuri temporis in Christi præsentia incredulitas, et coopertio annuntianda mysterii: quod cæcitate operti nimia, nec prophetæ, nec ipsi Domino erant postmodum creduri, cum missus ad populum prædicat manifeste: *Aure audietis, et oculo videbitis,* [a] *et non intendetis* (*Isai.* VI, 9; *Matth.* XIII, 14). Cooperti quippe tenebris, lucem salutis æternæ, id est Christi carnalem præsentiam non erant agnituri, sicut et factum est; quod Apostolus docens, [b] *velamen esse usque hodie in cordibus eorumdem positum* affirmavit (II *Cor.* III, 15). quod non revelabitur usque quo Christum non crediderint Salvatorem. [c] Ubi autem conversi fuerint, id est crediderint in Christum Dominum, auferetur velamen ab eorum cordibus. Quod autem et duo animalia nuntiata sint Cherubim, et Seraphim, Lex quippe, et prophetæ, testes Christi, et Doctores sæculi, non est ambiguum. Velabant autem [d] faciem, et pedes Domini; sive quia in parabolis, et similitudinibus, et ænigmatibus docebatur mysterium, ut scriptum est: [e] *Aperiam os meum in parabolis* (*Psal.* LXXVII, 2; *Matth.* XIII, 35). Et David: [f] *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia de lege tua* (*Psal.* CXVIII, 18). Et Apostolus: [g] *Filium suum,* inquit, *Pater* [h] *revelavit mihi* (*Galat.* I, 16); id est de Lege, atque Prophetis ostendens. Sex autem pennæ erant eis, et duabus quidem faciem, et duabus pedes cooperiebant; duabus autem [i] clamabant, ne forte faciem, et pedes cum dicit Domini coopertos, quod sursum atque deorsum est, et longitudo, et latitudo de Deo [j] monstraretur, quod nec altitudo (*Job.* XI, 8, 9), nec profundum, nec latitudo, nec longitudo Dei potest cognosci, aut inveniri condigne ab aliqua creatura, et maxime hominum, aut humanis quorumdam sensibus comprehendi; qui etiam tantam elementorum naturam immensamque creando perfecit, quanto magis, qui talia fecisse cognoscitur, modis omnibus antecellit! Solum autem per Fidem noscitur; [k] quia *virtus,* inquit, *in infirmate,* in similitudine, et ænigmatibus *perficitur*, atque invenitur (II *Cor.* XII, 9). Cumque tanta immensitas Dei dicitur, atque nuntiatur, duabus pennis, id est a Cherubim, et Seraphim, Lege, atque Prophetis canitur et prædicatur. Duarum etiam pennarum clamatio die, noctuque, id est et hic, et in futuro, cordis quippe credulitas hominum, atque oris confessio non desinens invenitur quotidie resonando, quæ et tunc canebatur ab Angelis, atque ab hominibus prædicabatur in sæculo; ut quod videre in excelso, profundo, lato, atque longo non poterant, corde credentes, atque ore confitentes, indesinenti voce cantantes *omni tempore* lætarentur. Nam, quod invisibilis et [l] incapabilis sit divinæ qualitatis natura et substantia, in Lege, et Prophetis ostenditur, Joanne dicente: *Deum nemo vidit unquam* (*Joan.* I, 18). Non dixit, non credidit, sed, non vidit. Ergo Dominus credendi potentiam, et confitendi solum fiduciam tribuit, ut virtus ejus in enarranda carnali fragilitate manifesta nosceretur: quod et Dominus ubique Fidem suam prætendit hominibus, quam et ipse ante dederat, posteaque in sua præsentia confirmaverat. Cherubim autem, et Seraphim [m] quadriformia, id est Leonis, Vituli, Hominis, et Aquilæ, diversa sunt Sanctorum pariter, virtutumque certamina fortiora, præcellendæ eorum variæque dignitatis, [n] patriarcharum quippe, et prophetarum, sacerdotum, atque

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] conturbantur... quærentes
[2] intelligibilem perscrutantes... fatigantur
[3] intelligibilem rationem
[4] cœlestis scientia

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

tem faciem, et pedes Domini; atque iterum: *Ne forte faciem, et pedes cum dicit Domini coopertos.* FABRIC.

[a] *Et non intendetis.* Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε; καὶ βλέποντες βλέψετε, καὶ οὐ μὴ ἴδητε. Iterum pro more suo Philastrius in verbis Scriptoris sacri alia omittit, alia mutat et transponit. *Intendere* pro *intelligere* positum ex usu labentis latinitatis, unde Itali suum *intendere*, et Galli *entendre*. FABRIC.— Italicæ linguæ genium in Philastrio deprehendimus etiam alibi supra, cap. 132 et 93, ubi *condescensionem* posuit pro eo quod nos Itali dicimus *condescendenza, condescensione*, Latine *indulgentia*. GALEARD.

[b] *Velamen...* Ἀλλ' ἕως σήμερον.... κάλυμμα ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῶν κεῖται. FABRIC.

[c] *Ubi autem conversi fuerint.* Non videtur alienus fuisse Philastrius ab eorum sententia, qui magnam adhuc Judæorum conversionem exspectandam sibi persuaserunt cum Tertulliano, Origene, Hilario, Ambrosio, Hieronymo, Augustino, Gregorio Nysseno, Basilio, Chrysostomo, Cyrillo Alex., Theophylacto, Œcumenio, Petro Chrysologo, Primasio, aliisque quorum loca adduxerunt D. Christianus Dreierus in diss. de conversione Judæorum, et D. Joan. Guntherus ὁ μακαρίτης homiliis Germanice editis in Epist. ad Romanos. FABRIC.

[d] *Faciem, et pedes Domini.* Contra Isaiæ mentem, ut supra jam annotavi. FABRIC.

[e] *Aperiam os.* Ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου. FABRIC.

[f] *Revela oculos.* Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσια ἐκ τοῦ νόμου σου. FABRIC.

[g] *Filium suum.* Ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. FABRIC.

[h] *Revelavit.* Vitiose priores editi. *revelabit.* FABRIC.

[i] *Clamabant.* Cave emendes *volabant.* Nam licet res ipsa et locus Isaiæ hoc requirit, tamen Philastrius haud dubie scripsit *clamabant*, ideoque etiam infra *clamationis duarum pennarum* facit mentionem. FAB.

[j] *Monstraretur.* Ita sensus poscit scribendum pro *monstraret.* FABRIC. — *Monstraretur. Monstraretur* pro *monstraret* hoc loco scribendum esse monet Fabricius; verum addere poterat, *monstraretur* legi etiam in editione Basileensi. Sic Philastrius hoc modo eod. cap. 155: *Non impar fidei, ac certaminis gloria in conjunctione diversæ virtutis monstraretur*; cap. 150: *hoc et sub Judæis seductione ejus commissum facinus monstraretur*; cap. 132: *ut pœnitentiam jam bona fructuositas hortamento Dei monstraretur hominibus*; cap. 138: *ut et illorum primorum virtus præpotens monstraretur*; et alibi. GALEARD.

[k] *Quia virtus, inquit.* Ἡ δύναμίς μου ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται. FABRIC.

[l] *Incapabilis.* Quæ capi nullo loco, nulla comprehendi mente humana potest, ἀχώρητος. FABRIC. — *Nam quod invisibilis, et incapabilis.* Frequens hujus vocis usus antiquis Ecclesiæ Patribus, ejusque exempla suppetunt ex Glossario Cangii in *Capabilis*, quibus duo hæc addo ex veteri Irenæi interprete I, cap. 2: *Quemadmodum erat sine initio, et incapabilis, et incomprehensibilis*; Irenæus: Ὡς ἦν ἀναρχὸς τε καὶ ἀχώρητος. Item IV, 20, al. 37: *Incapabilis enim Pater*; et paulo post: *Et propter hoc incapabilis, et incomprehensibilis, visibilem se et comprehensibilem, et capacem hominibus præstat.* GALEARD.

[m] *Quadriformia.* Supra c. 139. FABRIC.

[n] *Patriarcharum, prophetarum, sacerdotum, aposto-*

apostolorum itidem cum martyribus sociata; ut in quibus ante [a] tanta fides et dilectio Christi exuberans noscebatur, [b] impar autem doctrina in quibusdam postea cogente causa temporis canebatur, non impar tamen Fidei, ac certaminis gloria in conjunctione diversæ virtutis monstraretur a Christo concessa, atque condonata, inque omni Christianorum populo nosceretur; ut quod videre non possumus, nec humanis condigne sensibus definire, corde credentes, atque ore confitentes, his duarum pennarum virtutibus non desinamus Judaïs, et Gentibus hoc gaudii prædicare, atque his sublimes virtutibus evolare; sperantes [c] *cœlestia, ubi Christus est Dominus*, ut ait Apostolus (*Coloss.* III, 1), inque hac sententia salutem perpetuam posse consequi non dubitantes, docente eodem : [d] *Quod si credideris in corde tuo, et confessus fueris* Christum *Dominum* Salvatorem corpore crucifixum *resurrexisse, salvus eris. Corde enim creditur ad justitiam, ore autem confessio fit in salutem* (*Rom.* X, 9). Unde ait de Christo Domino, quod ejus qualitatis divina substantia non in visione et mensura, aut compositione consistat aliqua, sed in fide virtutis, atque confessionis nostræ exuberans consummatur; [e] *quæ latitudo et longitudo, altum atque profundum sit scire*, inquit (*Ephes.* III, 18, 19), [f] *eminentissimam et incomprehensibilem Christi Dei gratiam* atque non est humanæ fragilitatis potenter expromere, sed in fide atque per fidem facile posse contingere docuit, quod mens hominum non prævalet enarrare.

CLVI. HÆRESIS DE ISAIA PROPHETA : LABIA TACTA CARBONE.

Sunt quidam qui æstimant, [1] quod Isaias post confessionem populi peccatoris, ac precem quam supplex ad Deum effuderat, [2] de Cherubim unus (*Isai.* VI, 6) venerit missus [2] a Deo ad prophetam, et acceperit de forcipe carbonem, et tetigerit labia ipsius, aitque ei : [h] *Ecce jam mundatus es* (*Ibid.*, 7). [i] Putant autem de angelis unum venisse ad eum, aut de animalibus, aut de forcipe ignem accepisse, et mundasse prophetam, quod non est adeo [3] scientiæ salutaris; cum hic de Cherubim, aut Seraphim unum animal cum dicit, id de duobus Testamentis dicit : unde patriarchæ, prophetæ, sacerdotes [j] ediderat, et apostoli, qui mundo omni adventuram gratiam ostendebant [k] quadriformi virtute fulgentia munera ad certamina cœlestia capientibus ministrantes. Nam [l] Cherubim plenitudo scientiæ dicitur, [m] Seraphim virtus ignea peragrans appellatur. Hi itaque plenitudinem habentes scientiæ spiritalis, ac Christi mysterii tenentes divitias, diversas doctrinas jussu Domini nobis dimittunt et deferunt, omnique sæculo itidem sine quadam intermissione nuntiantes; ex quibus unus missus est ad Isaiam prophetam, hanc quippe Christi doctrinam annuntians, Salvatorem, quod erat adventurus in carnem, Spiritusque divini credentibus allaturus gratiam copiosam. Isaias itaque de patriarchis, et Lege, et prioribus suis prophetis acceperat gratiam fortiorem, id est divini Spiritus potentiam ampliorem; a prioribus scilicet, [4] ut Christi mysterium, id est incorporationis ipsius, sæculo gratiam nuntiaret. Ideo et [n] Dominus ad quosdam : *O duri corde, et imprudentes animo* (*Luc.* XXIV, 25), cur non advertitis, quod Lex, et prophetæ de Filio hominis, quæ ante prædixerant affutura, cuncta consummari oportuerat? Decebat enim de patriarchis, et Lege beatum accipere Isaiam, ut ab eis doctus, forti animo Christi carnalem præsentiam prædicaret. Ignem etiam quod ait accepisse angelum, et purgasse ipsius labia, utique divini Spiritus ei gratiam ostendebat concessam

COD. MS. SANGERM. LECTIONES VARIANTES.

[1] quod Esaias beatus post
[2] a Domino
[3] scientia salutaris
[4] ut Sancti mysterium

FABRICII ET GALEARDI NOTÆ.

lorum. De hoc sacro tetracty supra cap. 139, 149, 153. FABRIC.

[a] *Tanta fides et dilectio Christi exuberans*. Supra c. 152 : *et fides atque doctrina, studiumque et vita præclara, in paucorum fidelium, et capientium voluntate dignosceretur exuberans*. FABRIC.

[b] *Impar autem doctrina*. Propter persecutores non licebat tribus primis sæculis ita publice christianam doctrinam usquequaque prædicare, ut postea licuit : non tamen impar, imo major fidei, ac certaminis gloria in martyribus enituit illo maxime tempore. FABRIC.

[c] *Cœlestia, ubi Christus est Dominus*. Τὰ ἄνω, οὗ ὁ Χριστός ἐστιν ἐν δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ καθήμενος. FABRIC.

[d] *Quod si credideris*. Ὅτι ἐὰν ὁμολογήσῃς ἐν τῷ στόματί σου Κύριον Ἰησοῦν, καὶ πιστεύσῃς ἐν τῇ καρδίᾳ σου ὅτι ὁ Θεὸς αὐτὸν ἤγειρεν ἐκ νεκρῶν, σωθήσῃ· Καρδίᾳ γὰρ πιστεύεται εἰς δικαιοσύνην, στόματι δὲ ὁμολογεῖται εἰς σωτηρίαν. Verborum primorum ordinem invertit, et verba *Christum Salvatorem corpore crucifixum* de suo addidit Philastrius. FABRIC.

[e] *Quæ latitudo, et longitudo*. Ἵνα ἐξισχύσητε καταλαβέσθαι σὺν πᾶσι τοῖς ἁγίοις τί τὸ πλάτος καὶ μῆκος, καὶ βάθος, καὶ ὕψος. FABRIC.

[f] *Eminentissimam et incomprehensibilem Christi Dei gratiam*. Γνῶναί τε τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς γνώσεως ἀγάπην τοῦ Χριστοῦ. FABRIC.—*Christi Dei gratiam atque non est*. Sic Hamb. editio profecto male, at Basileen. et Colon. recte *Christi Dei gratiam atque potentiam non est*. GALEARD.

[g] *De Cherubim unus*. Ἓν τῶν Σεραφίμ. Noster infra : *Nam hic de Cherubim aut Seraphim unum animal cum dicit*. FABRIC.—*De Cherubim unus*. Ad hæc verba sic Fabricius : *Noster infra : Nam hic de Cherubim aut Seraphim*. Hinc apparet Fabricium voluisse mutatum τὸ *cum* in *nam* ubi editiones legunt *cum hic de Cherubim aut Seraphim*; et certe illud melius, quamvis Hamburgensis quoque *cum* pro *nam* adhuc retineat etiam invito Fabricio. Quod sequitur in textu paulo post *edixerint*, pro quo, ait Fabricius, *est qui malit eluxerunt*, hoc fortasse magis arridet, licet ipse subdat nihil esse mutandum; et quidem recte, nam et Corb. cod. et Basil. editio habent *edixerint*; ut etiam paulo post *virtute ignea peragrans*, quamvis Cotelerius a Fabricio allatus pro *peragrans* mallet *flagrans*. GALEARD.

[h] *Ecce jam mundatus es*. Ἰδοὺ ἥψατο τοῦτο τῶν χειλέων σου, καὶ ἀφελεῖ τὰς ἀνομίας σου, καὶ τὰς ἁμαρτίας σου περικαθαριεῖ. FABRIC.

[i] *Putant autem*. Priores editt. *aut*, et mox : *cum hic de Cherubim, aut Seraphim*. FABRIC.

[j] *Edixerint*. Est qui malit *eluxerunt*, sed nihil mutandum. FABRIC.

[k] *Quadriformi virtute*. Vide cap. 155. FABRIC.

[l] *Cherubim plenitudo scientiæ dicitur*. Philoni pag. 668 : Ἐπίγνωσις καὶ ἐπιστήμη πολλή; et : Πλῆθος γνώσεως. Anastasio Sinaïtæ XII Anagog. contemplat. in Hexaemeron pag. 13; Dionysio de cœlesti Hierarch., χύσις σοφίας, et Chrysostomo homilia 3 in Anomœos πεπληθυμένη γνῶσις. Origeni, Hieronymo, Augustino, et aliis *scientiæ multitudo*. Vide Petavium dogm. Theol. de Angelis II, 3. FABRIC.

[m] *Seraphim virtus ignea peragrans*. Nomen *Seraphim* in editis male excideral, quod restituendum recte monuit Cotelerius in Monument. pag. 559. Idem pro *peragrans* legit *flagrans*. Hieronymo *Seraphim incendentes, vel ardentes*. Dionysio ἐμπρησταί, Cyrillo Alex. Θερμαίνοντες. Chrysostomo ἔμπυρα στόματα. Eusebio VII, 1, Demonstr. Evangel., ἀρχὴ στόματος αὐτῶν. Aliis πνεύματα ἀνιστάμενα. Vide Hieronymum Martianæi tom. II, p. 260. FABRIC.

[n] *Dominus ad quosdam*. Discipulos suos. ὦ ἀνόητοι καὶ βραδεῖς τῇ καρδίᾳ. FABRIC.

